


2464
1942
over



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

HAB-

Deel *Consejo de la Comp. de Sr. de Granada* R. 2464

IOANNIS RA-

VISII TEXTORIS NIVER-

NENSIS OFFICINA, NVNC DEMVM POST TOT

editiones diligenter emendata, aucta, & in longè com-

modiorem ordinem redacta, per Conradum Ly-

costhenem Rubeaquensem, *Auctorem damnatum*

quod sui operi adicit cum expurgatione permissum.

CVI HAC EDITIONE

ACCESSERVNT:

Eiusdem Rautij Cornucopiæ libellus, quo con-

tinentur loca diversis rebus per orbem abundantia.
Item eiusdem autoris, non vulgari eruditionis
epistolæ, nunc recens accuratius castigatæ, & pro-

pè innumeris mendis absterisæ.
Ac geminus Index rerum verborumq; omnium
copiosissimus.

*Por Comission de los
Inquisidores corrigi
este libro conforme ala
censura de la d. Genes.
re linguistia en
Granada en 23
de enero de 1614*

Miguel Valquez



BASILEAE, APVD HAE-
redes Brylingereri.

Luc. de Ravisii
CONRADI GESNERI MEDICI TEL
VRINI ~~DE RAVISII~~ DE RAVISII

OFFICINA AB IP SO AVTORE
edita iudicium, ex primo tomo Edit
Bibliotheca.

Non possem non commendare studiosis hoc Opus tanta diligentia ab autore ex innumeris scriptoribus concinatum, plurimis uariarum omnino rerum nomenclaturis referatum, uarijs historijs illustratum: ita ut multiplicem usum studiosis exhibere possit, & materiam suppeditare, si quis similia themata in oratione deducere uoluerit. Quod si ut diligens & laboriosus fuit in congerendo, sic etiam in disponendo fuisset alio quanto diligentior, neq; rerum ordines confudisset, & orthographiam obseruasset accuratius, plus equidem laudis ex hoc studio reportasset.

IACOBI ALBI TETRASTICHON
de Rauisio Textore.

Palignum Nasone tumet, Verona Catullo,
Seq; nouo mordax Epigrammate Bilibis effert,
Andes Virgilio, Iuuenale superbit Aquinum,
Coruuba Lucano, TEXTORE Nauarra triumphat.

CONRADVS LYCOSTHE

NES SAMVELI PELLICANO TEL
gurimo, cognato suo, S. D.

Qum Rauisij Textoris, viri citra omnem controuersiam doctissimi opus, quod ob largam rerum scitu dignissimarum copiam, inscribere OFFICINAM placuit, studiosorum efflagitatione denuo recudendum esset, bonorum uirorum consilio admonitus typographus, ut tanto studio ab autore collectum, plurimis rerum nomenclaturis referatum, atq; tam uarijs exornatum historijs librum, non ordine tam confuso tamq; perturbato excuderet: quandoquidem hoc unico nomine, liber alioqui omnium utilissimus, doctorum omnium reprehensione non caruisset: orauit me, ut in Reipublicae literariae gratiam in eius auctoris euulgatione meam aliqua ex parte operam collocarem: cui petitioni licet ingenij mei uires non sufficerent, & Zoilorum liuor maxime obstaret, rei tamen uictus utilitate, quam inde studiosis prouenire sperabam, periculum facere placuit, ipse etiam Auctoris stimulis agitated, qui in operis praefatione, ordinem libri confusissimum fuisse ingenuè fatetur: quod sane nequaquam Rauisio, homini aliàs (ut praclarum eius Epithetorum opus testatur) omnium diligentissimo, sed partim typographo, qui lucris spe captus, opus adhuc indigestum extorsit ascribendum, partim etiam auctoris occupationibus, quibus dum liber excuderetur, extra horas etiam quas erudiendis pueris impendere indies solebat, nullo non tempore non obruebatur, condonandum est. De ipso autore & usu libri multa praefari necesse non est, quò eius utilitas studiosis omnibus adeò perspecta sit, ut hactenus non emptores Rauisio, sed emptoribus Rauisij defuerint, quibus & hanc nostram editionem, quo emendatior auctiorq; prodit, eo etiam gratiorem, atq; ob noui ordinis rationem, studijs accommodiorem fore nequaquam diffido: quae quanto pere nunc discrepet ab alijs editionibus, & quus reru censor, ex collatione exemplariorum facile iudicabit. Hac autem Officinam tibi potissimum, Samuel charissime, dedicare placuit, ut mei in te amoris, atque parentem tuum charissimi-

meum, auunculum meum summa obseruantia colendum (qui ut primus studiorum meorū autor fuit, ita semper mei profectus continuus hortator & adiutor nunquam defuit) gratitudinis publicum atq; perpetuum extaret testimonium. Vale cum parentibus, uxore atq; filiis diu saluus & incolumis.

Basileæ Rauracorum, Calendis Martij, anno
Redempti mundi 1552.

INCULPATISSIMO VIRO;
SACRARVM QVE LITERARVM PROFESSORI
MERITISSIMO, D. IOANNI BOLVACO, NIVERNENSI,
Nauarrensiū Grammaticorum Gymnasiarchæ, Ioannes
Rauisius Textor Niuernensis
S. D.

Requens fuit multis admiratio, uir inculpatisime, quod ego tuus alumnus, & propè dixerim parius, tuis semper adiutus obsequijs, tuisq; opera literis inuitus, neque beneficium scriptis agnoscerem, neque gratiam uerbis ullis remetirer. Nec defuerunt, qui silentio meo tam diuturno inflatis euam buccis & multo irascerentur stomacho, atque hoc ipsum uitio uertenter, dicerentq; me indignum, de quo quisquam bene mereri debeat, quum ut causabatur, pleraque expertes rationis animantes abhorreant ab huiusmodi nota. Nam & ciconia parentes à quibus uitam accepit, senio fessos nutrit & succollat, & glires suis genitoribus dum senuerunt, eadem succurrunt pietate, uelut meritum refundentes. Alij item quibus eadem placebat sententia, conuicijs me incessabant, & huiusmodi uerbis alloquebantur: Ne tu es homo egregie malus Textor, dignusq; multis plagis & cicatri eibus, qui magno fama tuæ dispendio non agnoscis, per quem profeceris. Hic (de te loquebantur) te nutriuit à puero, & ut inquit Simo Terentianus, fecit ex seruo ut esses libertus, & quod habuit summum precium, persoluit tibi. Tu tamen patris eius memoriam apud te frigescere, quem uelut numerum aliquod terrenū deberes suspicere & reuereri, cuiusq; effigiem, si saperes, domi haberes in larario, quum quicquid es, si quid saltem es, id totum sis eius officio, eiq; uitam cum doctrina referre debeas acceptam. Adde quod magna est ambobus affinitas, eadem utrique patria, cuius ille flos est, & primum specimen, & in qua tanti sit ab omnibus, ut inhumanus habeatur & inciuilis, qui transeunti compitatis non assurgit. Quanam ergo ratione maculam hanc elues? quoniam modo culpam deprecaberis, aut in quam excusationem reijcies delictum, si solus eum relinquant insalutatum, in quem omnes pleno ore certatim laudes congerunt? His illorum uerbis quum aures mihi tulerent & circumsonarent, cepit me pudere uitæ, & poenitere negligentiae. Parumq; absuit, quin ipse mihi poenam irrogauerim, sumptuq; de meis Musis supplicio, aboriturus adolescentiæ meæ nugæ Veneris marito deuouerim, ut cum Politiano loquar. Vbi tamen diu satis in ea pependi cruce, post longum tædium & animi mœrorē, discussis hinc inde rationibus, tandē cognoui nihil esse, quod deberem tristari, aut affici poenitentia. Quinetiam me multo prudentius egisse, quam si quid infra dignitatem tuam ante a reposuissem. Præcedentia quidem argumenta iniiciebant mihi pudorem. Contra uerò alia emerferunt omnino contraria, quæ postea suaserunt, ut non tantum non me pigeret nihil ad te scripsisse, sed ne in posterum quidem scribere. Consideraui in primis quam stultè agant, qui suis ineptijs illustrium uirorum maiestatem contaminant, exemplo illius Choerili, cuius scripta plus multo

a 3 probū

EPISTOLA

probrum quam laudis pepererunt. Quod tamen in fame patiuntur doctores
 rum ornamenta, tantum de decoris offere solent penitentia & utiles indoctorum nu-
 pro. itaq; si quid haec tibi nuncupassem, plus multo fuliginis & tenebrarum quam
 lucis induxisset tuo nomini. Nam nihil est in me, quod tui laudibus respondere ualeat.
 Nihil neq; seribo, neq; loquor, quod semitarij & pagani magistrilli non nouerint. Nihil
 nisi triviale percussam moneta dico. Quanam igitur doctrina tibi, homini dico omni-
 bus uirtutum numeris absolutissimo, satis facere potuissim? Quod si potuissim, adhuc ta-
 men mihi fuerat timendum, ne irascereris, grauatq; ferres & dolenter, si te in ora uul-
 gi conijcerem, quum ea sis natura, ut malis laudum tuarum testimonia in praecordijs ho-
 minum delitescere, quam linguis uersari. Ego te noui tanquam meos ungues. At si quid
 certi ex tuis moribus potui colligere & explorare, tu non es eorum numero, quibus
 aures inanibus praeconijs sumis pruriunt, & titillantur. Futiles istae gloriolae non
 plus te mouent, quam lippum picta tabula, fomenta podagram, Auriculae citharae col-
 lectae sordolentes, ut inquit ille. Omnia tibi sordent, nisi quae meram obtinent uirtutem.
 Suspiciari posses me hoc dicere adulandi studio, nisi tam alienum esset mihi assentari,
 quam tibi assentatoribus aurem praebere. Id ego ausim de me praedicare, nec unquam
 placuisse mihi parasitos & blanditores, nec ullam pestem unquam acrius resugisse me,
 quam parasiti personam, ne quis forte suspicetur, a labijs meis dissentire praecordia. Et
 tu ipse eum me semper nosti, in primore cuius fronte legatur animus. Quod quamuis
 hac tempestate non usq; quaque sit utile, non possem tam infucatum illum naturae rigo-
 rem excutere, uel si unco trahendus ad scalas gemonias, aut insuendus culeo cum gallo,
 serpente & simia. Vides igitur, ut ad institutum redeam, quae denuo me mouerint argu-
 menta, ut nihil ad te scriberem, aut de te. Tandem tamen inuitum me ac recusantem ex-
 pugnavit, & tuus in me amor, & mea in te beneuolentia, coegitq; epistolam hanc limi-
 narem adijcere, quamuis intelligerem titulum hunc, si modo laudis est titulus, fore tibi
 molestum & odiosum. Sed uelis nolis, oportet ut aequi boniq; consulas. Hoc ego feci, no-
 ut par pari relatum cognosceres, quum, ut inquit Cicero, si uitam pro tua dignitate ef-
 funderem, nec minimam quidem tuorum in me meritorum partem uiderer asseritur: sed
 ut eorum calumnijs declinarem, qui me suspendunt naso, quod a nullo dum ac ne uerbo-
 rum quidem testimonio, exhibuerim me gratum. Porro nominis perpetuitatem magis
 mihi ex te polliceor, quam tibi ex hoc opere meo. Si autem percontaris, quale sit ipsum
 opus, & quid ego sentia, dicam id quod res est, ne quis cauilletur factus meos mihi blan-
 diri. Illud primum omnium non inficiabor, me omnia frustillatim ferre ab autoribus emens
 dicasse. Nihil priuato iuri praeter laborem tribuo, quem si quis improbet, nullam spem
 futurae laudis mihi relinquo. Et ut occurram caesorum lituris & spongijs, tota haec Of-
 ficina similis est Horatianae corniculae, alienis plumis circumquaq; uestita. Quam licet
 pleriq; probent, & in his Petrus Danestus homo plurimae doctrinae et exultationis, non
 sum tamen adeo nesciens mei, neq; ita pendeo totus ab aliorum iudicio, ut eas laudes ue-
 lim agnoscere, quas nec honeste possum, nec iure debeo. Nolo mihi Suffenus esse, aut
 simiis imitari, quae suos factus quamlibet deformes pro formosissimis admirantur. Si
 quid

NUNCUPATORIA

quid tamen ex multis paleis fructus collegi, te & ceteros lectores rogo, ne excipiat
 plausibiliter. Contra uero, si quid per incuriam mihi non elimatum lapsus est, frequen-
 ter autem lapsus est, pariem erroris quaeso condonate meis occupationibus, quibus
 quum haec imprimeretur, nulla non hora obruebar, idq; adeo, ut uix ocium esset ad scal-
 pendum caput, aut ad mungendas nases. Nam ut tu ipse omnium certissime nosti, non
 poteram assidue praesse typis, quum me oporteret totos dies erudiendis iuuenibus im-
 pendere. Vixq; ut opinor, sufficissem operi, nisi in emaculandis utcumque typogra-
 phorum erratis laborem meum uiuisset honestissimus, maturaq; doctrinae ado-
 lescens Guido Mommiraldus Lutetianus patricius. Vale
 homo probatissime, & me ama.

IOANNIS RAVISII TEXTORIS NL
VERNENSIS IN SVAM OFFICINAM, AD EXL-

MIVM, ET LITERATISSIMVM VIRVM, D. GAV-

fredum Pompadoreum Petragoricensem Archidiaconum,

utriusq; iuris professorem acutissimum,

PRAEFATIO.



MNIVM qui Latinam linguā suis haecenus inuenerunt monumentis, neminem prope unum inuenias, Gausfrede literarissime, qui ubiq; suorum operum calumnias Momorum, & obelos posteritatis effugerit: quiq; nullibi acceperit uulnus. Hoc docēt autorum elegāssimi, quorū scripta quamuis inculpata, & omnibus eloquētiæ calamistris decenter compta uiderentur: ple risq; tamen in locis Aristarchorū lituris expuncta sunt. Hic arguitur ut nimis ieiunus, illius oratio plus cutis quam carnis habere dicitur, alius uerbis confragensis ampullari, alius humi repere, in hoc affectata culpatur obscuritas, in illo stylus nimis languidus & eneruus. In summa, nihil reperies quod suis dentib; liuor non configat. Et quod omnium molestissimē fero, non eruditi & frugi homines solum hęc prerogatiuam sibi uendicāt, sed inepti quoq; & qui carēt naso, eandē licentiam iuxta induunt. Ita, ut uenatici canes, et uillatici eodē modo serimā olfacere uideātur, uelintq; capre & Rhinoceroti nasato haberi similes. Sunt quinetiā, qui laudi sibi uertunt cū egregio hoste pugnam suscepisse, ut aliena uirtute (quod propria nequeunt) in opinionē uulgi quocunq; modo in serorepant, seq; in populi admirationem intrudāt utcumq;. Alij quū quid coram idiotis legūt, ne nihil scire uideātur, audēt tamen de Sibyllæ solijs iudicare, suaq; censurā cum alijs symbolum ferre. Sed falluntur haud dubiē, & suis cruribus asciam illidūt. Nam plura ipsi accipiunt, quā inferant uulnera. Inustum enim ab eruditissimū stigma instar multorum est, praestatq; sexcentas ab huiusmodi latratoribus plagas accipere, quā a literatis unam. Quicquid dicitur ab erudito, eternum est, & nescit finē. Quod ab insulis, euāescit tam citō, quā ipsi sunt uani. Quod si unquā primis seculis fuerit hoc malum, nunc inuale scit maximē, ita ut uix reperiat opus, quod uel non sit manū ac mutilum, aut stolidis istorū nebulonum iudicijs planē corruptum. Quid est in causa, quam obrem Fabij Institutiones oratoriae nobis tenebrosae uideātur, lectoresq; omnes tertio quoq; uerbo suspensos retineant? Sola hominum temeritas, qui quū autoris mentem non caperent, omnia inuertere, & rotūdis quadrata mutare ausi sunt, fecerūtq; oraculum, quod per somnium noctu uiderant. Qua etiam fece historiam Plinij naturalē ubiq; per unxerunt, dum non intellectam detorserunt in suum phantasma, ne lectorem destituisse uiderētur, seq; ignorantiae cōiucisse. Ego, ut uerē dicam, ex alieno periculo mihi timeo, terroremq; (utinam uanum) confingo. Quis enim gregarius miles in dextrā aurem securus dormiat, si uideat principi suo malē esse? Quis uellicato Cicerone, suis aurib; non timeat? Quem notato Vergilio, calumnie metus nō terreat? Atq; eo magis, quod acrius semper in neotericos sauiatur. Homines enim huius seculi prope omnes cōsueuerunt in seipos

IN SVAM OFFICINAM.

seipos furere, alter in alterū quadrigas cōiucijs onustus iaculari, uiperis nimirum similes, quae parentes dicuntur impetere. Vide Apologias, uide occultas Satyras, quae nūc euentilātur, & excuduntur. Quotusquisq; nostri tēporis habetur in precio, qui tot Archilochos non habeat, quot praecones? Paucis abhinc annis Seruius de Latina lingua bene meritus floruit. Iam Beroaldinis annotationib; uapulauit. Beroaldus itē nunc cū fenore recipit talionē. Omnes enim (qui saltem corruptū nō habēt olfactū) quamuis laborē eius nō improbent, sic tamen stylum auersantur, ut sibi, suisq; liberis eius lectione interdiciant. Nullus Grammaticorū pleniore obsequio posteritatem demeruit, quā Laurētius Valla. Nemo purius iudicauit. Mancinelli tamen iā passus est limam, qui & ipse postea limatus est. Politiano uiro utriusq; linguae doctissimo, Marullus poeta iam dedit uulnus, idemq; lege talionis accepit. Quo anno haec imprimēbantur, nescio quis semi doctus Anglus, ausus est in Brasimū, uirum plane cōfessum, & non minus iurgere, annotationesq; (quas Mercurij cuiusdam opera Graecalicis referfit lamina) iuuenilare. Audio & fuisse quendam nebulonē, qui Opus doctissimi & eruditissimi Budaei de Assē, dixerit esse uelut ociosum, infrugiferū, ac nemini utile: & nō magni referre, cognoscere quae sint partes asis, quā uariæ ponderū & numerorū species. Cuius nomē si comperit habere, peius cruce & furca lueret, nec ad commiserationē me flecteret, etiā si fletet sanguine. Tene oportuit, nebulone, perperā de tanto Galliae mōstro iudicare, tantiq; uirū putida tua censura proscindere? qui tamē unius inuidiosam Athenis reddit Lusetiā: faciūq; ut oēs prope ceterae nationes palmam desperēt eloquētiæ? Hic (si literis merces exolueretur) Regi deberet esse, quod Archelao fuit Euripides, Ennius Africano, Romano senatui Cicero. Et te uō pudet immundū ex ore tuo sterquiliniū in hunc uomere? Nihil de te loqui audeo, Faber modesti & me. Plaga tua mihi excutiūt lachrymas, tantiq; dolorem afferunt, ut amicis indigeā, qui me perinde ac te consolentur. Nescio cui te cōparem, nisi Aetoni, quem ut sui canes laniant, ita quoq; qui ex tuis uigilijs fructū & commodum ceperunt, qui te prauiuo & anteambulone, Philosophiae latebras incolumes peruaserunt, in te rostro & dentibus sauiunt. Sed sis bono animo. Aderunt, aderunt, qui ulciscētur, facientq; tuos istos canes suorū poenitere latratū. Imō iam affuerunt. Nunquid enim prospicis ple rosq; ex illis (indigni sunt qui a me nominentur) iā non pluris quā histriones fieri, & ab eruditissimis haberi uelut indoctos? Indoctos autem imō & planē barbaros, ipsiq; adeo barbaris ineptiores. Luēt, luēt, & uiui & mortui, flāmāq; (quib; scripta tua digna dixerunt) ipsi perferent. Impingent (ne dubites) in eruditorum carnificinas, ut quibus nullus futurus est cōmiserationis locus. Iā in Epithetis meis tibi condolueram: neq; tamen urgente beneuolentia (quā habeo in literatos genuinam) potui nō iterum misereri, ut docerem, quod prius dixi, nullum esse quantumuis doctum, qui huiusmodi Libitinarum morsus & rabiem declinet. Quis ergo tot eruditissimis uapulantibus, securum me putet dormire somnum? Quis porrectis pedibus nihil timentem quiescere? quum etiam si rosas loquerer, essent tamen, quibus me a rose olerent urticam. Omnium linguas cohibere uelle, manifestaria est dementia. Culpam apud omnes deprecari

vi. tam difficile est, quam facile à multis naso suspendi. Ne multis agam, salubrius, mea sententia, non est consilium, quam ueniam praefari, et suscepti Operis causam percontaturis dicere. Demum, si quis obloquatur, et me aspergat conuicijs pili, et asbis non facere. Primum omnium nemo est (ut opinor) neq; ex eruditorum turba, neq; ex plebeiiorum grege, qui manibus et pedibus non eat in Sallustij sententiam, dicens: Omnibus hominibus (qui sese student praestare ceteris animantibus) summa ope enitendum, ne uitam silentio transcat, ueluti pecora, quae natura uentri prona et obedientia finxit. Non enim praeterpropter uoluptates nati sumus, et alio uersum accipimus animam, quam ut ocio Epimenidis somnum indormiamus, et ut proci Penelope alijs certantibus, soli nihil faciamus nisi numerum. Quid à porcis differemus, si multos menses stertamus instar gliriu, et purissimae aquae sordidum lutum praeframus? ~~Quid~~ demus uires Catoni, qui dicebat, reddendam esse uite rationem. Sequamur laudabilem Gymnosophistarum consuetudinem, apud quos impransu abibat, quibus nullum diuinae operae fructum afferebant. Aegyptiae adhaereamus iuuentuti, cui lege fuit cautum, ne cibo prius uesceretur, quam centum et octoginta stadia percurrisset. Adiciamus oculos moribus Spartanorum, qui ablegatos à se pueros non prius domum redire permittebant, quam parentibus honori, et patrie utilitati esse possent. Fuit, fuit primis seculis tantum uirtutis studium, ut summam in labore felicitatem reponerent. Quae causa Menander dicebat, Deum ociosis non adesse. Epicharmus bonos labores sequi, timidos nihil unquam assequi. Heraclides quoque Lycius unum librum laboris laudibus dicit, quo aiebat, nihil in rebus humanis magis frugiferum geri posse. Quibus persuasus argumentis, aliquem ex dactylotheca mea carbunculum in lingua Latinae gazophylacium conferre uolui, quod hominem sic oporteat uiuere, ut se aliquando uixisse doceat posteror. Quae enim per maximum loue opera rectius ingenium exerceret? Nonne praestat hoc ipsum facere, quam plebeculam ad medullas corrodere cum caudicibus, homines impune occidere cum medicis, mercatorum instar lucro immori, et honores aulicorum ritu ambire? Sequi uolo Amasis Aegyptiorum regis edictum laudabile, qui (ut est apud Herodotum) sanxit, ut singuli quotannis apud cuiusque praefecturae praeside profiterentur, unde uiueret. Quod qui non facerent, illis poena extremum supplicium esset. Sed fac meum hoc pensum non esse magni momenti. Minore saltem praestabo culpam, quam quae nihil omnino parturient. Per me non fiat, quin melius agam. Natura est in causa, quae et mihi dotem non dedit, quam fortunatis ingenijs, quibus in manu est, ex tempore (si in sperata declamandi necessitas occurrat) eleganter dicere et copiose. Arguerem me pigritiae, nisi certo scirem me plus olei mulo consumpsisse, quam plerisque alios: qui tamen multum praecurrunt parasangis, doctrinaque, et eloquentia tantum me praecedunt, ante alios quantum Pegasus ibat equos. Si quis dicat, iam nobis abunde esse uoluminum: quorsum tamen propterea cauillari eos attinet, qui multa scribunt, et cumulum augentem Theophrastus trecenta librorum uolumina ediderit, Chrysippus septingenta, Empedocles tria et quadraginta, Atteius Capito Consul sexaginta? Constat, Seruium Sulpicium centum et octoginta libros de iure civili edidisse, Galenum de Medicina centum et tri-

Qui multa scripserunt.

ginta.

ginta. Debemus egrè ferre, thesaurum nostrum augeri et ararium crescere? Sed admittendi sunt soli maxime eruditi. Cur ita? An qui habent plenam uitro crumentam, argenteos quadrantes ab aceruo reiciunt, et minore respuit monetam? Hoc illis improbandum, qui sunt usque admodum polyposi, ut olfactu prorsus careant, neque triticum ab aena et lilio possint inter noscere. Non est idem omnium gustus. Et quod ad huius stomachum facit, Stili diuer. illi nauseam parit. Quod hunc excitat, alium sopit. Hinc fit ut alijs placeat breuitas, sitas. alij luxuriant uerbis et sententijs malint orationem. Praeterea si nihil unquam recessus imprimeretur, periculum esset, ne tandem literae naufragium facerent, et periret ab radice. Vides enim uel iniuria temporum, uel hominum incuria, opera et uigilias multorum iam perisse, quorum omina plurimi à nobis sunt, et pleno ore ad caelum feruntur, atque etiam frequenti omnium uoto desiderantur. Vbi nunc sunt Accij, Pacuij, Aeschylj, Afranij, Anacreontis, Archilochi, Philetæ, Aristophanis poetarum, et aliorum plus quingentorum monumenta? Vbi Annales Andronici, Tragediae, Comediae, et Satyrae Ennij, Plauti centum et triginta fabulae, Saturnalia, Syluae, Medea et Orpheus Lucani? Vbi Manlij Astronomica, Valgij et Cornelij Galli elegiae, Licinij Calui Quintilia, Varonis Leucadia, et Cescennia Getulicæ? Quis habet Laberij, et P. Syri minos, Celsij Bassi Lyricos, et Furij Bibaculi Iambos? Quis Porcij Licinij, Valerij Aeditui, Cinnæ, Domitij Marci, Padonis Albinouani Epigramata? Perierunt magno posteriorum dispendio, grauique iactura. Et quum legamus, non paucas oratorum centurias olim fluuuisse, unicus prope Cicero, dijs calamitatis nostram miserantibus, nobis remansit. Euanuerunt M. Aemylj Lepidi, Spurij et Lucij Albinorum, Albucij Sili, Licinij, Calui, duorum Carbonum, ac totidem Gracchorum orationes, cum Asinij Pollionis declamationibus. Nec minore damno historiographorum opera exciderunt. Q. Curtius, Dion Cassius, Herodianus, Linius, Ammianus, Marcellinus ad nos peruenierunt, sed fracti, manci, mutili et laceri. Amisimus bellum Numantinum Asellij Sempronij, Germanicum Aufidij Bassi. Ex quadraginta libris Polybij quinque tantum superfuerunt. Quae omnia quanto posteritatis incommodis, quamque ruina perierunt, uel caeco appareat. Hanc ergo elade qualibuscumque subsistere facimus, per quam uis maiores longo sequamur in te ualio, aliter uis tamen Propitius sumus, si ad summam nitentiam, quam si praesumpta desperatione circa ima subsiterint. ~~Et~~ ~~quod~~ ~~tribunus~~ militum solet, qui quum egregios bellatores auiferunt, copias tamen dispersas quibuscumque possunt homunculis instaurat, ne omnino uictoria cecidisse uideatur. Crescet nobis maior gloria, quam si nullam nostri memoriam posteris relinquamus. Vide cui probro se reddat obnoxios, quibus perpetuae sunt feriae, quique compressis manibus sedet, et in ocio contrahunt marcorum. Contra uero quantum fama sibi comparauerint, in quot annos suum propagauerint nomen, qui nullum temporis punctum fructu uacuum permiserunt fluere. Plinius iunior perire omne tempus arbitrabatur, quod non impertiretur Suidis. Apelles nullam diem ducebat sine linea. Porcius Cato detestari solebat, si qua dies inanis per incuriam effluxisset. Qu. Hortensius orator nullum diem abire sinebat, quin uel in foro diceret, aut extra forum meditaretur. Tantum erat

Ocium uittandum.

b 2 gloriae

TEXTORIS PRAEFATIO.

librum de sua ebrietate: Homerus unum de laudibus vini, alterum de bello ranarum: Ephren Syrus de uituperatione risu: Marcion Graecus de raphano, Pythagoras de bulbis, Diocles de rapo, Phanius physicus de urtica. Quod si non arguantur fecisse, nec adscribendum erit uitio, si minimarum rerum quandoq; historias collegero. Ne tamen erratis meis ubiq; patrocinari & fauere uidear: unum est in quo ipse culpam agnosco, quod Græcas historias Latinis, Latinas barbaris, et oratoria poeticis, passim confidero. Quod à me factum est, non in scitia, sed laboris magnitudine: cui quæ nequirem superesse, parendum fuit necessitati. Iam satis luctatum est cum maledictis. Nunc superest, ut ad te nostra dirigatur oratio, Gaufrede literatissime: disamq; quid me mouerit, hanc Operis mei praefationem egregio tuo nomini consecrare. Hoc fecit illud literarum & uirtutis studium, quo à teneris annis totus prurire cœpisti, & cōflagrare, doctosq; omnes genuina quadam beneuolētia prosequi. Existimabam praeterea, fore mihi uituperio, si non remissiceret tuæ beneuolentiæ, qua me tyrunculū, & in primis literis collegam tuum supra fidem amabas: idq; adeo, ut ceteros omnes condiscipulos præ me uno nihili faceres. Vbicunq; tibi occurrebam, nunquam sine risu me alloquebaris, dextram (quod dici solet) à tertio usq; iugere mihi porrigebas, magnum & euidentis tui cādoris, tuæq; amicitiae argumentum. Præterea, Blasius Mardonetus Securiacus, tuus cliens, bonarum literarum auidissimus belluo (ut de Uticēsi Catone scribit Cicero) nominis tui præco assiduus, non desistebat quotidie me præ sente multa de uirtutibus tuis, multa de literarum & literatorum amore, immodicè prædicare: meiq; amorem in dies tibi crescere affirmabat iuramento. Quo ductus argumento, docere uolui, me non esse ex eorum grege, qui beneficium nunquam agnoscunt, & apud quos interit statim gratia. Quod famuli tui munus tam sincera fronte accipies, quàm beneuolo datur animo. Vale homo per paucorum hominum, clarissimæq; uirtutis & literaturæ, & scribendum in calce huius

Operis tuo nomini Epigramma expectes
aliquantisper.

HENRI-

HENRICI LABERII NVNCVRIANI DE
MORTE SVI TEXTORIS QVERIMONIA, AD VI-
rum multa eruditione & probitate spectabilem D. Ludouicū
Miletium, hypodidascalum Nauarriensem
meritissimum.

QVIS mihi Neptunus uolentis ignibus andas
Suggeret? irato quis mihi fræna dabit?
Quæ mihi Pleiades poterunt extinguere flammam,
Quam motus calido pectore sanguis alit?
Nulla iracundis uacua est singultibus hora,
Vitaq; placatum non habet ista diem.
Multoties renouat miserabilis ira dolorem:
Ira inquam ad luctus ingeniosa meos.
Ter mihi quotidie præsentem postulo furcas,
Quæ uitam secum tristitiamq; ferant.
Ter quæ sita die mihi sunt longa æquora ponti,
Ossa ubi pennati lusor amoris habet.
Deuouit toties madidis hoc corpus arenis,
Frigida ut amnigenis piscibus esca forem.
A' Ioue scerp trigerō petij reuolubile saxum,
Quod miser Aeolides per iuga montis agit.
Sed luctus, uideo, nec dij nec uota leuabunt,
Sorbebuntq; meas uentus & aura preces:
Ipsè nisi satyras, dirumq; exprompsero uirus,
Et malè cœlicolis, fideribusq; precer.
Sed fallor, nihil est quod sidera & astra laceffam,
Sunt uertenda aliò carminis arma mei.
Vos igitur Musæ, quibus est permissa potestas
Laurigera uatum cingere fronde caput:
Et quas seruandis commisit uatibus Orpheus,
Solicitus uestri duxq; paterq; chori:
Cur non seruastis Textorem, dicite Musæ,
Præcipuum clara Palladis arte ducem?
Non illum Argolici terrebant ora Periclis,
Nec cessurus erat Socratis ingenio.
Quis melius didicit lingua exarmare leones,
Et faciles sola reddere uoce feras?
Quis potuit melius uerbis lenire furentem,
Et dare præcipiti fræna modumq; uiros?

Carmina Divæ caneret dum musca uates,
 Et resonum digitis sollicitaret ebur:
 Ad citharæ pulsum mouère cacumina montes,
 Atq; sua lentus sponte saluuit aper.
 Haud aliter Textor nèbras laxante Camœna,
 Tardipedi potuit subdere calcar equo.
 Atq; soporatos à somno pellere glires,
 Et bello insuetas cogere ad arma manus.
 Pertigerat Latios Textoris gloria fines,
 Ereptura tibi Quintiliane togam:
 Quum subito exarsit, miseris qui regibus æquat,
 Parcarum impatiens sanguineusq; furor.
 Textorem nostræ inuiderunt fata Nauarræ,
 Fata, inquam, doctis inuidiosa uiris.
 Sed non ne hac causa culpam excusabo Sorores?
 Digna est compedibus dignaq; culpa focis.
 Si uos integritas fidei non mouerit, atq;
 Inter nos iunctæ fœdus amicitiae,
 Flectere uos hominis potuit doctrina sepulti,
 Et multis probitas discutienda modis.
 Quodq; magis crucior, uel quod mihi suscitât iras,
 Nondum finierat Dia iuuenta iocos.
 Nec primum complerat iter reuolubilis ætas,
 Quum dedit extremum mors inimica diem.
 Ecquid uos igitur sceleris patrasse putabo?
 Iacturam ne unius creditis esse pili?
 Si uos supplicio Rhadamanti traxerit ira,
 Non satis ad pœnas tartarus unus erit.
 Sed quoniam nihil hic luctus nec proficit ira,
 Nec motos animos uerba cruenta leuant,
 Textoris cinerem Musæ seruate: reliquit
 Ingenij scœtum Textor, opesq; sui.
 Interea ablatum nobis tutabere uatem,
 Miletæ Aonij prima lucerna gregis.
 Si te celsus amor studiorum allegerit unquam,
 Hæc tibi seruandi cura parentis erit.
 Vos quibus ingenium Textor suffecit & artem,
 Huic cineri uiolas, thura facesq; date.
 Quando etiam ante oculos uersabitur umbra sepulti,
 Dicite: Textoris molliter ossa cubent.

DE DEIS, EO- RVMQVE CULTV,

Titulus I.

DIVERSORVM DE DEO OPINIONES.



VERVNT quidam, qui
 mundum uniuersum Deum
 esse affirmarunt, de quibus
 Origenes in libro aduer-
 sus Celsum quinto.

Stoici primum Deum esse mundum, et
 Platonici secundum, ex cæteris Græcis
 aliqui tertium mundum dixerunt.

Thales Milesius Deum dixit mentem,
 qui ex aqua cuncta formauerit, qui nec
 principium nec finem habiturus sit.

Anaximander & ipse Milesius, stel-
 lus & astra deos esse cœlestes putauit, ni-
 hil diuinæ menti attribuens, ut ait Augu-
 stinus. Sed Cicero de Natura deorum ait,
 eum natiuos deos longisq; interuallis o-
 rientes occidentesq; affirmasse.

Anaximenes & ipse Milesius, infini-
 tum aëra dixit, cui omnes causas attribu-
 it, & deos ex aëre ortos credidit. Augu-
 stinus & Cicero.

Democritus Abderites, Deum existi-
 mauit mentem esse igneam, & mundi ani-
 mam. Cicero & Arnobius.

Pitagoras Deum ita definiuit: Deus
 est animus, qui per uniuersas mundi par-
 tes, omnemq; naturam commensans atque
 diffusus, ex quo omnia quæ nascuntur a-
 nimalia uitam capiant. Meminit Plutar-
 chus in uita Numæ.

Lysis & Philolaus dixerunt nume-

rû ineffabilem, aut maximi intimiq; nu-
 meri summitatem Deum esse. Origenes.

Archelaus Apollodori Atheniensis
 Physicus, ex terra omnia facta esse dixit,
 eamq; uniuersorum principium esse uo-
 luit. Epiphanius.

Pherecides, eodem autore tradente, di-
 xit terram ante omnia factam esse, cui &
 diuinitatem tribuit.

Heraclius Ephesius deos ex igne cre-
 didit, ut Varro & Augustinus tradunt.

Idem credidit Hippasus Metapontinus,
 teste Simplicio.

Anaxagoras Clazomenius homoco-
 merias rerum principia putauit, & diui-
 num animum sensit rerum omnium esse
 motorem, teste Augustino. Alij uerò infini-
 tam mentem Deum statuisse scribunt.

Prodicus Ceus, quatuor elementa de-
 os statuit, item solem & lunam: ex his e-
 nim uitalem uirtutem existere credebant.
 Epiphanius.

Diogenes Apolloniates aërem dixit
 rerum esse materiam quidem, de qua om-
 nia fierent. Sed aërem ipsum compotem
 diuinæ rationis, sine qua nihil ex eo fieri
 possit. Augustinus & Simplicius.

Cleanthes Asiæ Stoicus æthera esse
 summum Deum statuit, secundum plerosq;
 que: ut uerò Arnobius ait, mentem modò,
 animum modò, modò æthera, plerunque
 rationem Deum esse differuit.

Straton naturam statuit Deum esse, ut
 idem Arnobius memoriæ prodidit.

Antisthenes Atheniensis, multos quidem ait populares deos, unum tamen naturalem, summam totius artificem esse.

Chryssippus Cilix, Stoicus, nunc naturalem unum diuinam ratione præditam, nunc diuinam necessitatē Deum prædicabat.

Zeno Cirtieus, diuinam naturalemque legem Deum esse putauit, & simul æthera Arnobius.

Xenophanes Colophonius omne quod esset infinitum, adiuncta mente Deū esse uoluit: & ut Theophrastus ait, unum & uniuersum, omneque Deum esse prodidit. Simplicius.

Parmenides Eleates commenticium quiddam coronæ similem, quam *εὐπρόβλητον* appellat, sonnentem ardorem lucis, orbem qui cingit cœlum, quem Deum uocat Cicero & Simplicius.

Empedocles Agrigentinus, quatuor naturas, ex quibus omnia constare censebat, diuinas esse uoluit, quas & nasci & exire putauit. Cic. de Nat. deor.

Theodorus qui *θεός* cognominatus est, dicebat nugas esse qui de deis sermo, nos habemus, nec eos esse: quare omnes ad furta, periuria & rapinas hortabatur. Theodorus & Epiphanius.

Prothagoras Abdera, negabat sese omnino habere de deis quid liqueat, sint, non sint, qualis sint.

Xenocrates Chalcedonius deos octo esse prodidit: quinque in stellis uagis, unū qui ex omnibus sideribus, septimum solem, octauum lunam constituit.

Plato Atheniensis, nec æthera, nec rationem, aut naturam, sed ut est, Deum appellat, ab eoque mundum hunc perfectum, mirabilemque esse fabricatum.

Xeno non Socrati formam Dei ue-

ri negabat uideri posse, & ideo queri non oportere quid aut qualis sit. Arnob.

Aristhon Stoicus Deū in sua substantia comprehendere non posse affirmabat.

Aristoteles unam mentē mundo præesse, & omnium causam esse statuit.

Speusippus uim naturalem, animalem qua omnia regantur, Deum esse statuit. Ut Arnob. in 8. scribit.

Alcmeon Crotoniates soli ac lunæ, reliquisque sideribus, animoque præterea diuinitatē dedit, qui (ut ait Cicero) non sensibus se morialibus rebus immortalitatē dare.

Ephantus Syracusanus, Deum mentem et animam esse existimauit: ut Origenes memoria prædidit.

Brachmanæ Indiæ Sapientes, Deū laemen dicebant, non uel solem uel ignem, sed rationē qua occulta mysteria sapientibus uidentur. Ut ait Origenes.

Stoici ut plurimum Deū diuinam substantiam, intelligibilem & igneam esse decreuerunt, formam carentem: sed transmutari in quæcunque uelint, & assimilata fieri crediderunt. Idem philosophi astras et cœlestia omnia quæ mouentur deos putabant. Lactantius & Cicero.

Heraclides Ponticus tum mundū tum mentem diuinam esse putauit, & mutabilem Dei formam esse uoluit: quæ & terram & cœlum in deos retulit.

Epicurus Atheniensis ex atomis deos suos constituit, & eos quidem corporeos putauit, ab hominibus tamen discretos, hominum tamen figura.

M. Terentius Varro Deum ait se arbitrari animam mundi, ipsumque mundum Deum esse.

Cicero Deum ita definit: Deus est mens soluta quædam & libera, & segregata

gata ab omni concretione mortali, omnia sentiens & mouens.

Origenes ex Epicuri sententia, sempiternos deos & incorruptos ait, sed nihil prouidere.

DEOS QUI PRIMVM coluerint.

A Ethiopes qui antiquissimi esse feruntur, deos primum se coluisse affirmabant: quod & Diodoro uerisimile esse uidetur. Apud eos alij deos sempiternos, alij mortales & corruptibiles naturæ participantibus esse putauerunt.

Phœnices de deis & rerum principijs miranda tradiderunt, qui Dagonam & Chamū coluerunt magna ueneratione.

Atlantides Africae populi ab se deorum genus manasse assererent, qui primum Deum *εὐρωπῆ*, id est cœlum apud se regnas se prædicabant.

Augile & ipsi Africae populi, nullos omnino deos putarunt præter defunctorum manes, à quibus responsa petere solebant sepulchris incubantes.

Phrygum itē Theologia de eorum origine his non ualde ab similia assererat.

Persæ nec statuas, nec aras erigebant, deos uerò putabant Cœlū, quem Iouē existimabant. Solem colebant, quæ Mithram uocabant. Item Lunā, Venerem, Ignē & Tellurem. Præterea Ventos & Aquam.

Iudæi, ut Corn. Tac. auctor est, mente sola unumque numen intelligebant.

Apud Græcos Cecropem primum omnium Iouem appellasse, simulachra reperisse, aras statuisse, uictimas immolasse, Isidorus memorie prodidit.

Gesmani prisco tempore (ut Tacitus scribit) nec deos cohibere parietibus, neque in ullā humani oris specie assimilare,

ex magnitudine cœlestium fas arbitrabantur.

DE DEIS SVPERNIS.

D Ei superni sunt, Damogorgon, repperius in uisceribus terræ.

Saturnus inuentor falsicis: cuius seculi ætatem auream floruisse dicunt.

Iupiter Saturni filius, quem poete cœlo præesse pulso parente fingunt, ubique sub mare.

Apollo, qui propter interfectos Cyclopes, diuinitate priuatus, Admeti regis Thesaliæ paut armenta. Fertur inuentor medicinæ. Triplex est eius potestas. Vocatur Sol in cœlis, Liber pater in terris, Apollo in inferis. Musis præest: armatur arcu, sagittis & clypeo. Perpetuus iuuenis eidem tribuitur. Deus est poetarum, uatum & augurum. Genitus fertur in Delo eodem partu quo Diana.

Bacchus Iouis filius & Semeles, bis genitus, & fulminata matre natus ex femore Iouis: dictus propterea Femorigena. Vinū reperit, uniuersum orbem peragravit: debellatis Indis, primus omnium triumphauit. Sacrificas habuit & sacerdotas quæ dicuntur Bacchæ, Manades, Thyades & Mimmallonides. Perpetuam iuuentutem habere fertur, ut Apollo.

Mercurius deorum nūcius, deus furum, galero et caduceo ornatus, indutus talaribus, deus faciendæ, Argi cœtocoli interfector.

Mars Deus belli et armorum apud Thracas natus, frater Bellonæ, cuius mimistri finguntur Impetus, Discordia, Ira, Furor.

Hercules monstrorum domitor, armatus clauo, exuium leonis indutus, Iouis & Alcmenæ filius, odiosus Iunoni, cuius mædato portenta subegit: combustus in Oeta propter induitum palliū Nesti cruore imbutum.

Vulcanus deus ignis, fulminum fabricator, maritus Veneris.

DE AE SVPERNAE.

Cybele uxor Saturni, uecta leonum in go, Deum mater.

Venus, nata maris spuma, dea amorum, uxor Vulcani, mater Cupidinis & Gratiarum, facibus armata, cesto in cincta.

Themis quam Deucalion & Pyrrha consulerunt super humani generis reparatione.

Iuno Saturni filia, Deum regina, maxima caelicolum, coniunx & soror Iouis, dea diuitiarum, quae nubentibus praest & parientibus.

Ceres dea frugum, Saturni et Opis filia, legumatrix apud Siculos: unde & Legifera uocatur à Marone.

Minerua nata ex Iouis cerebro, dea sapientiae, disciplinarum & armorum.

Diana Iouis & Latonae filia, dea uirginitatis, quae in coelo Luna, in terris Diana, in inferis uocatur Proserpina. Unde à triplici potestate uocatur Triformis. De hac Catullus ait: Montium domina ut fores, Sylvarumq; uirentium, Saluumq; reconditorum, Amniumq; sonantium, Tu Lucina dolentibus, Iuno dicta puerperis, Tu potens triuia & noto es Dicta lumine Luna.

DEI INFERNI.

Pluto, Cerberus, Charon, Mimos, Aeacus, Rhadamanthus.

DE AE INFERNAE.

Proserpina, Megera, Cimera, Thistiphone, Clotho, Lachesis, Atropos.

DEI MARINI.

Oceanus, Neptunus, Palemon, Polux, Castor, Nereus, Protheus, Phorbas,

Melicerta, Glaucus.

De Protheo deo maris, Verg. lib. 4. Georgic. Est in Carpathio Neptuni gurgitate uates Caeruleus Protheus. Aliter uocatur Vertumnus. Propertius lib. 4. Quid mirare meas tot in uno corpore formas? Accipe Vertumni signa paterna dei.

DE AE MARINAE.

Amphitrite, Thetys, Doris, & Nereides.

DII NEMORVM.

Fauni, Panes, Satyri, Syluani.

DEI SELECTI.

Dij selecti dicebantur, quorum maior erat potestas. Fuerunt autem uiginti numero, duodecim mares: Ianus, Iupiter, Saturnus, Genius, Mercurius, Apollo, Mars, Vulcanus, Neptunus, Sol, Orcus, Liber pater. Octo foeminae: Tellus, Ceres, Lucina, Iuno, Diana, Minerua, Venus, Vesta.

DE DEIS DIVERSIS.

Affyrj deo quem summum habebant, & uenerabant, Adad nomen dederunt. Quae dictio significat unum. Subiungunt eidem Atergati deam: his autem duobus omnem rerum potestatem tribuebant.

Achilles in Epyro olim ut deus colbatur. autor Plutarchus.

Aeolus habitus est uentorum deus. Unde Iuno apud Vergil. sic eum alloquitur: Aeole, naq; tibi diuum pater, atq; hominum rex, Et mulcere dedit fluctus, & tollere uentos. De aëris uocabatur Aesculanus.

Agonius deus dicebatur, qui rebus agendis praerat.

Gallis Romae aduentibus, audita est noctu uox quaedam, quae eius rei magistratus monebat. Ex eo tempore Aius deus à Romanis coepit honorari. De hoc meminit

uit

nit Cic. lib. 1. de Diuin. Budaeus lib. 4. de Affe: Nempe, inquit, quod Aius ille locuti, arcanum nihil esse finit eorum, quae in aula geruntur.

Alcinous rex Phaeacum, fingitur deus hortorum, quod hortos & pomaria diligentissime curauerit. Staius, Quid bifera Alcinoi laudem pomaria? Vergil. lib. 2. Georg. Pomaq; & Alcinoi Sylu. e.

Anaitis dea colebatur à Lydis, eiusq; ministerio nobilitate praestantes puellas dedicabat, quae inibi corporis pudicitia in uulgus data, uelut angustiores factae, mox uiris nubunt.

Anculi & Anculae putabantur dij et deae ancillarum.

Angerona dea à Romanis culta est, quum tota ciuitas angina laboraret. Saera eius dicebantur Angeronalia. Simulachrum fingebatur digito labris admo- to. Plin. lib. 2. Nanq; diua Angerona, cui sacrificatur ad diem xiiii. Calend. Ianua- rias, ore obligato, obsignatoq; simulachrum habet.

Aristeus deus mellis. Unde Ouid. lib. 1. Fast. Flebat Aristeus, q; apes cum stirpe ne- catas Viderat inceptos destituisse fauos.

Arungus fuit deus, qui mala à frugi- bus auererebat ut Robigijs. autor Gel.

Atergatis dea colebatur à Syrijs. Strabo: Trans Euphratem est Bambyce, qua Edessam & Hierapolim uocant, in qua Atergati Syriam deam colunt.

Bona dea colebatur à Romanis mulieribus. Ab eius sacrificijs arcebatur maris. Tibul. lib. 1. Sacra Bonae maribus non adenda deae. Ea fuit Dryas Fauni filia uel uxor, quae uirilem aspectum adeo refugisse fertur, ut nunquam prospecta sit in publico, Maximo opprobrio datum

est P. Clodio, quod eius ceremonias uideret, adulterata Pompeia. Pompeij filia, & Sylla nepte. De hac Iuuenalis: Nota Bonae secreta deae.

Bubona dea bouum & armentorum. Carna dicebatur dea cardinis. Ouid. li. 5. Fa. Prima dies tibi Carna datur, dea cardinis haec est, Numine clausa aperit, claudit aperta suo. Hanc deam ueteres uita libus humanis praesse opinabantur, petebantq; ab ea, ut iecinora, corda, & alia quae sunt intrinsecus uiscera, salua cogerentur. Huic templum dicunt Brutus.

Castor & Pollux inter numina maris ponuntur. Plin. lib. 2. Et ob id Polluci & Castori id numen assignant, eosq; in mari deos inuocat. Catull. iam prece Pollucis, iam Castoris implorata, Tale fuit nobis Mallius auxilium.

Consum appellarunt deum consiliorum, cuius aram sub terra inuentam fuisse dicunt. Eius festa uocabantur Consilia: autor Plutarchus in Romulo.

Deuerram deam uenerabantur, ut scopis domum possent uerrere.

Dice erat dea & praeses iudiciorum, quae lites & contentiones dirimebat. Eius ministri uocabantur Dicaestae, quasi litium dirempiores. Simulachrum Apollonij Tyanei sub Herculis Alexiaci nomine constitutum adorabatur ab Ephesijs. testis Lactantius.

Eanus deus qui euntibus praerat, uel deus anni. Cuius imaginem quum Phoenices uellent exprimere, draconem finxerunt in orbem redactum, caudamq; suam deuorantem, ut appareat mundum in se resolutum.

Empanda uocabatur dea, quae rebus patentibus praerat.

Fellenus deus fuit Aquileiensem tu-

telaris ac præses.

Feronia fuit nemorum dea. Vergil. Et viridi gaudens Feronia luco.

Fidum, sunt qui Iouis filium dicant, à fide. Plaut. Per deum Fidum credis iurato mihi. Fuit apud ueteres Romanos in honore maximo, adeò ut tēpla cum sacrificijs meruerit. Cultus est à ueterib. in Quirinali iugo Nonis Iun. Ouid. in Fast. Quæ rebam nonas sancto Fidio ne referrem.

Flora, dea florū. Ouid. lib. 5. Fast. Hūc meus impleuit generoso flore maritus: Atq; ait: Arbitrium tu dea floris eris.

Pro & Thor nomina sunt deorum in historia Saxonis Grammatici.

Furina significat deam furum. Secundum Ethruscos tamen deam sortium, ad dirimendas lites.

Hebe Iouis filia, Herculis uxor, dicta est dea iuuentutis. Catullus: Hebe nec longa uirginitate foret.

Horchia erat dea Ethruviae urbis, cui dicatum est fanum. Ab ea uicus Horchianus sumpsit nomen.

Hymenæum Veneris filium, & deum nuptiarum fecerunt. Eius laudes Catullus in Epithalamio Iulie & Manlij cum mulatissime scribit.

Hypona dea erat equorum, quam stabularij colebant. Eius simulachrum locabatur in stabulis. Iuue. Saty. 8. Iurat Solam Hipponam & facies olida ad præsepia pictas.

Ianus (quem poetæ bifrontem faciunt, quòd, ut opinor, finem & principium anni uideat, aut quòd præterita sciuerit, & præuiderit futura) templum habuit Roma, apertum belli tempore, clausum uerò dum pax erat.

Isis uxor Olyris, & Anubis, fuerunt

Aegyptiorum numina: quorum hunc carnina specie reuerbantur. Lucanus lib. 8. Nos in templa tuam Romana accepimus Isim, Semideoq; canes, &c.

Lauernam appellarunt deam furum, à qua et Lauerniones dicti sunt fures.

Horat. lib. 1. Epist. Pulchra Lauerna De mihi fallere, da sanctū iustumq; uideri.

Leucothoe dicitur dea maris, Latini Matutam uocant. Ouid. Leucothoe Graijs, Matuta uocabere nostris. Propert. lib. 2. Quæq; tibi excepi tū dea Leucothoe.

Libitina habita est dea sepulchrorum & exequiarum, quam Pomilius instituit coli. De hac Horat. lib. 3. Carm. Non omnis moriar, magnaq; pars mei Vitabit Libitina.

Limentinus deus præerat liminibus.

Mania fuit dea et mater larii, cui pro familiarium sospitate maclabantur pueri. Verum Iunius Brutus consul, hoc sacrificij genus cōmutauit. Nam capitibus alij & papaueris supplicari iussit.

Meditrina dea erat medicamentorū, à medendo. Eius sacra uocantur Meditrinalia.

Mellonia putabatur dea mellis.

Mena credebatur præesse menstruis mulierum.

Murcea dea, que reddebat murcidos homines & desidiosos.

Miagrus erat deus muscarū. Aliter uocabatur Myodes & Achor. Plutar.

Nundina erat dea Romanorū, à nono die nūcupata, q. Lustricus dicitur. Die Lustrico pueri imponebātur nomina, maribus nono. feciminis octauo, inquit Macro.

Oromasdes fuit Persarū deus. Plutar.

Osyris maritus fuit Isidis, et rex Aegypti, quæ à Typhone fratre interfecit Aegyptij

gyptij

gyptij in forma bouis coluerūt, et frequenter immersum aquis, quæ fuerunt cum lustris, uocaueruntq; Apim, quæ dictio eorū lingua significat bouē. Tibul. lib. 1. Te canit, atq; suū pubes miratur Osyrim, Barbara Mēphitē plaudere docta bouē. Priamus aratra manu solerti fecit Osyris, Et teneram ferro sollicitanti humum, &c.

Palici Dij colebantur in Sicilia. Horum autē genealogiā Macrobius hunc in modum scribit: Iuxta Symetū Siciliae fluminū nympha Thalia, compressu Iouis grauida, metu Iunonis optauit, ut terra sibi dehisceret. Quod & factum est. Sed ubi uenit partus maturitas, reclusa terra infantes emerferunt.

Pan fingitur deus pastorum. Vergilius in Buc. Pan curat oues, ouiumq; magistros.

Patulcius dicebatur & Clusius. Xenon apud Macro. testis est, Ianū in Italia primū Dijs sacra fecisse, et ritus sacrorū instituisse. Simulachrum eius fingebatur, manu dextra irecitorū, et sinistra lxxv. numerū continens, ad exprimentā anni dimensionem. Varijs autem nominibus eū appellabant, quæ quoniā in Epithetis nominibus iam posita sunt, non repetimus.

Pecuniam quoq; inter deorum numina reposuerunt.

Pomona dea hortorū, & pomorum. Ouid. lib. 14. Rege sub hoc Pomona fuit, qua nulla Latinas Inter Hamadryades coluit solertius hortos, &c.

Portunus deus, qui portub. præerat. Aliter uocatur Palemon & Melicerta.

Priapus deus & custos hortorum, salcem habuisse fingitur, cuius motu aues et sarūculos terreret. Colu. Inguinibus puero prædoni falce minetur.

Proferta dea fuerunt, ita appellata. Perueti peruerisq; partus potestate, ac nomine.

Pytho credita est dea eloquentiæ: hanc Latini Suadam nominant.

Razenna deus erat Ethruscorum, qui coniugijs præerat.

Robigo dea, et Robigus deus, quos Romani opinabantur à segetibus rubiginem auertere. Eorum sacra uocabantur Robigalia.

Rumiliam ueteres dixerūt deam, quæ lactentibus adhuc infantulis præerat. Nā Ruma dicitur mamma. Vnde agni subrumi.

Salacia dea, dicebatur à concitando salo. Pacuuius: Hinc seuitiam Salaciæ figimus.

Seiam ueteres deam à serendo, & Segestam à segetibus appellabant. Simulachra Romæ habuerunt, ætate Plinij.

Stercutius Fauni filius, ob artem stercoreandi deus habitus est.

Syluanus deus est pecoris & aruorū. Vergil. libro octauo: Syluano fama est ueteres sacrasse Pelasgos, Aruorum pecoraq; deo.

Syluani rusticorum sunt numina, ut etiam Fauni & Panes. Plinius libro 12. Quin & Syluanos, Faunosq; & deorū genera syluis ac sua numina tanquam collo attributa credimus.

Tethym deam esse maris, indicat illud Vergilianum libro primo Georgicorum: Teq; sibi generum Tethys emat omnibus uadis.

Thalassij numen, Romani etiam in nuptijs inuocabant. Catul. Lustris nucibus, lubet iam seruire Thalasso. Vide Liniuum lib. 1. Dec. 1. Plutarchum in Romulo.

Tutanus, et Tutulina dei à tutando dicti sunt. Ennius deos Aeuiteros & Aeuintegros uocauit, quòd integra eorum aetas atq; perfecta sit. Deos quòd dicimus, tam de feminino genere, quàm de masculino intelligere possumus. Verg. de Venere: Descendo, ac ducente deo flammâ inter & hostes Expedior. Vnde et Lunum deum pro Luna, ueteres dixerunt.

Vacuna dea, quæ præerat ociofis & uacantibus: huic sacrificabât agricola, quum post collectas fruges quiescebant.

Vallonia putabatur præesse uallibus.

Vitula dea, quæ iuuenili præerat læticia. Nam ueteres Vitulari dicebant, pro Gaudere.

Volupta dea uoluptatis credita est.

Zamolsis Pythagoræ discipulus, cum præceptore ad Aegyptios penetravit, quorû ritus et ceremonias quòd ad Getas adduxisset, ibidem haberi cœpit numinis loco. Inter deos etiã numerantur Aesculapius deus medicinae, Genius naturæ, Harpocrates silentij, Momus reprehensionis, Cloacina cloacarum.

Vitunus deus credebatur uitam largiri, Sentinus sensum.

DE MULTITUDE Deorum.

Hesiodus memoriæ prodidit, triginta deorû millia in orbe terrarum habitasse. Tertullianus ait, trecentos Ioues, uel si mauius, Iupitros à M. Varrone enumeratos. Reperiuntur alij quàm plurimi dei, ut Fabulanus, Vagitanus, Pilumnus, Picumnus, Cunina, Leuana, Edulica, Potina, Statilinus, Statanus, qui pueris præfunt, quum iam possunt stare, Fabulanum

& Vagitanum dixerunt, quum fundi & uagiondi principium esset. Picumnus & Pilumnus posuerunt pro dijs coniugalibus. Cuninam deam infantulorum existentium in cunis. Leuanam, cuius ope de terra leuantur. Edulicam, & Potinam, deas eduliorum & potus. Libentiam deam libidinum & præsidem. Posuerunt etiam Adoneam, Albeonam, Volunam, Volunum, Fessoniam, ad hominum usum: Pelloniam ad pellendos hostes. Agenoream, Strenuam, Stimulam, quòd ad aliquid agendum excitarent.

Numeriam ad numeros. Habuit Febris ædem in palatio. Ad morbos posuerunt Angeronam, Profam, Postuertam, Orbonam. Sentiam, quæ dicendis sententijs præerat. Carmentam ad fata, Camœnas ad cantus. In coniugijs, menstruis, partu, funeribus deos confinzerunt Deuerram, Intercidonem, Domicidum, Domicium, Manturiam, Virginesem, Subigum, Premam, Partundam, Populoniam, Menam, Tellumonem, Rusonam, Neniã. Ad frumenta & segetes Tutulinam, Nodinum, Volutinam, Patalenam, Hostulinam, Floram, Laelucinam, Maturam, Aucerruncum, Runciam, Spinensem propter spinas, Eructesam propter fructus. Rurinam ruri tribuerunt, Collinam collibus, Iugatinum montium iugis, Forulum foribus, Terminum terminis, Palem pastoribus, Empandam paganis, Arculum arculis, Fornacem fornacibus: unde facta Fornacalia. Adiecerunt Tanagreã, Allocutium, Anteuortam, Larundam, Monetam, Februum, Larentiam, Mutinum, Alburnum, Matistam, Venilliam, Bonum euentum, Vertumnum, ædum

deum Hetruriae.

Permissum non fuit in urbe Roma, deos alios assamere, quàm quos senatusconsultu iussisset. Vnde in libris pontificu ita scriptu erat: Separatim nemo sit, habens deos nouos, siue aduenas: nisi publicè ascitos priuatim colunto. Diuos (qui coelestes semper habiti) colunt. Constructa à patribus delubra habento.

Veteres Pudicitiam, Concordiam, Mentem, Spem, Honorem, Clementiam, Fidem numero deorum adscripserunt. Sed & templum Honori dicatum est: autore Plinio.

Sed & quædam animalia, atq; etiam res aliæ, apud antiquos numinum loco habitæ sunt. Troglodyte adorant Testudines, autem numero deorum adscripserunt. Sed & templum Honori dicatum est: autore Plinio. Sed & quædam animalia, atq; etiam res aliæ, apud antiquos numinum loco habitæ sunt. Troglodyte adorant Testudines, autem numero deorum adscripserunt. Sed & templum Honori dicatum est: autore Plinio. Sed & quædam animalia, atq; etiam res aliæ, apud antiquos numinum loco habitæ sunt. Troglodyte adorant Testudines, autem numero deorum adscripserunt. Sed & templum Honori dicatum est: autore Plinio.

Paupertati quoq; & fortunæ sacra constituerunt.

Fluuij quoq; diuinis quondam honoribus culti sunt, habueruntq; simulachra: quædam humana facie, quædam bubula. Apud Latinos cedemonios, Plutarcho teste, templa Timori, Risui & Morti dicata sunt. Aegyptij Saltem & Lunam deos fecerunt. Apud eosdem Felis, Ibis, Aquila, Hircus pro deis habentur. Columbus colebatur à Syrijs, An

seres à Romanis, propter seruatu Capitolium anseris clangore. Apud Thessalos capitale erat, Ciconiam occidisse. Qui Syenæ incolunt, Pharos pisces uenerantur. Qui Mæotim habitant, Oxyringos pisces habent in honore.

In Ambracia Leenam colebant, ut uis dicem libertatis: quòd tyrannum interfecisset.

Delphici Lupum, quòd sacru aurum in templo expilatum & defossam refodisset. Samij Ouem, quòd aurum itidem surreptum è templo indicasset. Argiui Serpentem. Tenedij prænantem Vaccam, cui foetæ mini steria ueluti puerperæ exhibent. Draco apud Albanos in luco iuxta templam Iunonis Argiua colebatur à uirginibus, quem certis diebus adibant, eumq; suis manibus pascebant. Apsides Aegyptij habebant in honore ac delicijs, quas unã cum pueris educabant. Mustella colebatur à Thebanis.

Medioxumos deos antiqui minores uocauerunt. Plaut. in Cistell. ita me dii deæq; superi atque inferi & Medioxumi. Idem deos uocat Patellarios, qui patellis et uasis sacrificio accommodis pacabantur. Ouid. Fert missos Veste pura patella cibos. Plautus ipse: Dijs me omnes magis minutiq; & patellarij.

Semones eos uocant, qui habent, quicquid à mediâ regione aeris ad terram patet: Semidei à nobis appellantur. Fulgentius Semones appellat deos, qui cælo digni non censentur, ob meriti paupertatem: cuiusmodi sunt Priapus, Hippius, Vertumnus. Fuerunt in Italia dii municipales, ut Crustumiorum Delucentium, Naruenisium Viridianus, Aesculanorum Ancharis, Volturnensium Nortia.

NYMPHAE DIVERSAE.

Aegeria uxor Numæ, quæ colebatur in Aricino lacu. Ouid. Aegeria est quæ præbet aquas de gratia Camœnis, illa Numæ coniunx, consiliumq; fuit.

Aegle filia Solis & Neeræ. Verg. Timidæq; superuenit Aegle, Aegle Nnyadum pulcherrima.

Agæa nympha, à nimio splendore. Cloutho, & Galatea. Verg. lib. 9 Aen. Quales Nereida Cloutho Et Galatea secant spumantem pectore pontum.

Cymodocea, una fuit earum Nympha rû, in quas mutatae sunt naues Aeneæ. Verg. lib. 10 Aeneid. Quarum quæ sandi doctissima Cymodocea, Pone sequens dextra puppim tenet.

Cerceis Nympha, à texendo.

Deiopia. Verg. lib. 7 Aeneid. Sunt mihi bis septem præstanti corpore nymphae, Quarum quæ forma pulcherrima, Deiopeiam Connubio iungâ stabili, propriamque dicabo.

Dynamene etiam nomen est nymphae.

Dione Oceani & Theryos filia, Venere mater.

Elestra Oceani filia, & uxor Atlantis, quæ filium habuit eiusdem nominis, matrem Dardani.

Erate Oceani filia. Eudora itidem.

Eurybia quæ stellas & luciferum genuit.

Eurymone mater Leucothoes.

Halia nympha maris, ut Helicopsis, & Iambha, Oceani filia.

Item Iambha, Iara. Lara, quæ Iouis furta cum Iurina patefecit Iunoni.

Legæ à sua uita cantus.

Menebe, Merica. Latini mater, quæ templum habuit in Aburum uisum litore.

Horat. Et inuuantem Maricæ litoribus tenuisse Lyrim.

Mutha Plutonis pellex, quam Proserpina mutauit in mentham.

Panope, Sagarytis, cum qua se miscuit Atys Phrygius.

Syrinx nympha Arcadiæ, quæ nymphae precibus mutata est palustres in calamos, qui acius eam insequeretur Pan rusticorum deus. Mar. lib. 9. Sæpe sub hac latuit rustica fronde Dryas: Dumq; fugit solos nocturnum Pana per agros, &c.

Telesto, Thyella, Thyca, Torrebia, ex qua Iupiter suscepit Carium, Lydiæ modulationis inuentorem.

Xantha, Xantho, Vergiliana, Zeuzo, Amathya, Amphinome, Amphitoe, Amphyro Callianassa, Galianira, Crescis, Plexaura.

De nymphis filiabus Doridis Propert. lib. 1. At uos æquoreæ formosa Doride nate, Candida felici soluite uela choro.

Nisæe, & Cymothoe, nomina sunt nymphae apud eundem lib. 12. ubi ait: Et tibi ob inuidiam Nereides increpitarunt Candida Nisæe, cæcula Cymothoe.

Verg. lib. 4 Georg. enumerat quasdam his uerbis: Drymoq; Xanthoq; Ligeaq; Philodoceq; Nisoq; Spioq; Thaliaq; Cymodoceq; Cydippeq; & stans Lycoris, altera uirgo Clioq; & Berœe soror, Oceanides amba, Atq; Ephyre, atq; Opis, atq; Asia Deiopia. Et tandem positus uelox Arebusa sagittis, Inter aquas Clymene cura narrabat inanem Vulcani. Idem lib. 6 Aen. Leua tenent Thetys, & Melyte, Panopeaq; uirgo, Niseq; Spioq; Thaliaq; Cymodoceq;.

Pholoe nomen est Nymphae apud Statium lib. 2 Syllurum.

Font

Pontanus lib. 2 de Stellis, quasdam alias ponti his uerbis: Mox cæcula Tyro,

Flauaq; Laodice, Panopaq; Cymothoq;

Et Thyse, & niueo conspecta Peloris amictu,

Punicooq; sinu Xantho, exertiq; papillis

Nisæe, longaq; coma spectabilis Atte, Atteque, Opisque, Orithiaque, Thespioq;

Et niueis Galatæ genis, Arethusa laertis.

Idem: At blanda Hyale non lumina torquet A' puero.

Reperiuntur et aliarum nomina, ut Eurymone, Persa, Plione, Clymene, Melintho, Idothea, Corufice, Glaucis, Limnoria, Amphitoe, Dofo, Protho, Pherusa, Doxa, Nimeris, Diamassa, Amathia, Leonthadome, Nenopene, Thero, Lycaste, Agaperte.

Porro Nymphae maris uocantur Nereides, & Oceanides: Fluuiorum, Nnyades: Fontium, Napeæ: Nemorum, Dryades: Arborum, Amadryades: Montium, Oreades: Pratorum, Hymnides. Politianus in Rustico: Vda choros agitat Nays, decurrit Oreus Monte suo, Iniquis faciles iuga celsa Napeæ: Nec latitat sub fronde Dryas.

GRATIAE ET CHARITES DEÆ.

Quas uocamus Gratias Latine, Græci Charites uocant. Hesiodus posuit Aeglen, Euphrosynen & Thaliana. Homeerus unam ex his Pasysibeam uocat. De Euphrosyne Bap. Pin. Gestibus Euphrosyne blandus amor oculis. Pinguntur autem facie uirginum, hilari uultu, uestibus lucidis & stantibus; item ut iuuenes, manibusq;

complexis seipsas insipientes. Inducuntur à poetis saltante: uerno tempore. Unde Horatius: Iunctaq; nymphis Gratiae decentes Alterno terram quatiant pede. Angelus Politianus in Rust. In medijs resoluta comas, nudata papillas Ludit, & alterno terram pede Gratia pulsat. De Pasysibea Statius libro 2 Theb. Non hoc Pasysibea blandarum prima sororum, finguntur iouis & Eurynomes fuisse filia, & Venereis pedessequæ.

SIBYLLAE.

Ferunt primis seculis puellæ uaticiniospiritu afflatae, & futurae præfagientes, quas Sibyllas dixerunt. Decem autem scribit fuisse Varro. Cumana proprio nomine uocatur Amalthea, à Vergilio Deiphobe. Tyburtinam ueteres Albuneam appellauerunt. Politian. in Nutricia quasdam enume rat his uerbis:

Quin & ueteres prompsere Sibyllæ, Carmen Amalthea, & fati Marpesia diues,

Herophileq; Idæa genus, prædoctaque Sabbe,

Demoq; Phycq; & ueri gnara Phoenis,

Et Carmenta parens, & Manto, & Pythia, longos

Phœmonoe commenta pedes, & filia Glauci

Deiphobe. Sed hæc fortè nomina sunt aliarum Phœbadum. Herophile ex Ioue, & Lamia, Neptuni filia, genita est. Prædixit excidium Troiæ; & Helene rapuum. Lactantius scribit, Amaltheam eandem esse cum Herophile, seu Damophile. Qui omnium uaticinia uolunt cognoscere, uideant Lactantium.

b z P A R . 2

PARCAE, DEAE FATALES.

PARCAE seu deae fatales, dicuntur à poetis, Clotho, Lachesis, Atropos.

Cesellius Vindex apud Gellium lib. 3. ponit alia eorum nomina, ut Nonam, Decimam, Mortam: citatq; uersum hunc Luuij poetae antiquissimi, Quando dies aduenit, quam profana Morta est.

Finguntur autem Demogorgonis filiae: secundum Cicronem, Herebi & Noctis.

Alio nomine uocantur Fata. Seneca: Nulli ad fatum uenere suum, dum fata timent.

Dicuntur insuper metiri uitam hominum suis & staminibus, quae ex sua colent, & deducunt. Vnde & Lanificae uocantur à poetis. Martial. lib. 1. Lanificas nulli tres exorare puellas Contigit, obseruant quem statuere diem.

Feruntur esse inexorabiles, nullisq; precibus moueri, ut quam imposuerunt rebus seriem, commutent, aut uitae exitum prorogent, quae nascentibus nobis constituerunt. Vnde Seneca: Nulli iusso cessare licet, Nulli scriptum proferre diem.

Earum autem officia poetae distinguunt: ut uelint unam esse, quae uitam hominis ordiatur, aliam quae contexit, tertiam quae finem rumpat, ac finiat. Prima est Clotho, quam Statius Ferream uocat, Grandaeuam Seneca, Improbam & Sedulam Pontanus. Secunda est Lachesis: Dura Ouidio, Inuidia Marciali, Ferrea Claudiano dicta. Tertia Atropos, de qua Statius libro 4. Theb. Hos ferrea neuerat annos Atropos. Sunt qui in numero Parcarum ponant Iliathyam.

SACERDOTES VETERIS legis.

Sacerdotes legis fuerunt Salomon, Hie-

roboam, Nabal, Behasa, Held, Zambrì, Achab, Ocazias, Ioram, Heliſeus, Hieu, Ionas, Zacharias, Sellum, Manahem, Phaceas, Ozee, Aaron, Elcazarus, Phinees, Abiud, Acchito, Samuel, Hely, Abiathar, Sadoch, Achmas, Azarias, Vrias, Gonnias, Eleachim, Chelcias, Soreas, Iesus huius filius, Ioachim, Melchisedech, Simeon, Iad, Onias.

SACERDOTES DEORVM gentium.

A Pollinis sacerdotes fuerunt, Panthus Oibrij filius. Vergilius lib. 2. Aeneidos, Panthus Othriades arcis Phœbiq; sacerdos.

Anius rex. Vergilius libro 3. Aeneid. Rex Anius, rex idem hominum Phœbiq; sacerdos.

Lychas. Vergil. lib. 10. Inde Lycham ferit exertum iam matre perempta, Et tibi Phœbe sacrum.

Hemonides. Idem lib. 10. Nec procul Hemonides Phœbi Triuiq; sacerdos, Infula cui sacra redimibat tempora uitta.

Phœbades dicuntur Phœbi sacerdotes.

Cotys rex Thraciae, sacra quaedam instituit Baccho, quae Cotytia dicuntur.

Fœminae Bacchi sacerdotes dicuntur Thyades, Menades, Bacche, Eleides, Mimallonides, Aedonides, Euphyades, Bassarides, Triaterides.

Thyades. Valerius Flaccus libro 6. Arg. Mox rapuere deum iamiam quod cunq; parata Thyades, insusis per sua colla comis.

Menades. Martialis libro 11. Ad matrem fugiet Pentheus, ad Menades Orpheus.

Bacche. Ouid. lib. 6. Fast. Disimulata deam

deam Latius Saturnia Bacchas instimulat. Eleides. Idem in Epist. Nunc feror, ut Bacchi stirij Eleides actæ.

Mimallonides, Idem libro 1. de Arte: Ecce Mimallonides sparsis in terra capillis.

Aedonides. Lucanus lib. 1. Aedonis Ogygio decurrit plena Lyco.

Euphyades. Horat. libro 1. Carm. Non secus in iugis ex somnis stupet Euphyas.

Bassarides. Sidonius: Rotat Enthea thyrsum Bassaris. Idem: Ire in Bassaridas, uel insulatos Aram ad thuricremam rota, re mystas.

Triaterides. Statius lib. 4. Theb. Et atra sacrum recolit Truideris Ophelthen.

Cereris Polybetes. Verg. lib. 6. Aeneid. Treis Antenoridas, Cereriq; sacrum Polybetem. Fuit & Sosratus Cereris sacerdos: autore Cornelio Tacito.

Alphitus. Ouid. lib. 5. Met. Cererisq; sacerdos Alphitus, albeni uelatus tempora uitta.

Cybeles Choreus. Vergil. libro 11. Fortè sacer Cybela Choreus, olimq; sacerdos, Insignis longè Phrygijs fulgebat in armis.

Melissa fuit sacerdos Cybeles, à cuius nomine ceteræ eius deæ sacerdotes Melissa se postea dictæ sunt.

Fuit & Barthabaces Cybeles seu Opis sacerdos. Plutarch. Mario: Per ea tempora adueniens Barthabaces, magnæ matris sacerdos, nunciavit, deam in templo ad se locutam, uictoriam predixisse.

Galli quoq; sacerdotes erant Cybeles. Dianæ Tauricæ sacerdos fuit Iphigenia, Agamemnonis & Clytemnestra filia.

Megabyzus sacerdos erat Dianæ Ephe-

siæ eunuchus, à cuius nomine ceteri dicti sunt Megabyzi. Plinius li. 15. Pinxit et Megabyzi sacerdotis Dianæ Ephesiæ pompam. Idem: Ephesi uerò est Megabyzi sacerdotis Ephesiæ Dianæ sepulchrum.

Fuit & Myxos Dianæ sacerdos, immodicus sui nominis proco et ostentator. Hinc Myxos appellamus huiusmodi homines uentosos, qui plus æquo sibi tribuunt.

Herculis Pontitius. Vergil. lib. 8. Iamq; sacerdotes primusq; Pontitius ibant.

Teron. Syllius lib. 2. Iam noua molitus stimulo milite Teron, Alcide templi custos aræq; sacerdos.

Fuit & Pinarius custos sacrorum Herculis, autore Macrobio.

Iunonis Calybe. Vergil. lib. 7. Aeneid. Fit Calybe Iunonis anus templique sacerdos.

Alcynoe. Ouid. lib. 11. Ante tamen cunctos Iunonis templa colebat, Proq; uiro (qui nullus erat) ueniebat ad aras.

Martis sacerdotes erant Salij, quos in portandis ancilib. saltare mos erat. Hi per urbem cum tripudijs canebant quedam carmina admodum obscura, quæ nec ipsi intelligebant: ut innuunt uerba Fabij.

Hypeccaustria sacerdos erat Mimeruæ apud Solos.

Plinius lib. 34. ait, Lyfsmachen fuisse Mimeruæ sacerdotem annis LXXIII.

Neptuni Laocoon Troianus. Verg. libro 2. Aeneid. Laocoon ductus Neptuno sorte sacerdos, Solennes taurum ingentem mastrabat ad aras.

Veneris sacerdos fuit Mera. Statius lib. 8. Theb. Aegeæ Veneris quos Mera sacerdos Ediderat prohibente dea.

Sethon rex fuit apud Aegyptios post Amytium, quem Hierogotus in Eurpe

Vulcani sacerdotem fuisse memorat.

Hierophantes erant Atheniensium sacerdotes, qui cicutæ sorbitione seipso castrabant, quò castius in suo sacerdotio durarent ac persisterent.

Cor. Cethegus & Qu. Sulpitius flamines fuerunt apud Romanos, qui suo sacerdotio priuati sunt: hic, quò inter sacrificandum apicem (quem flamines ferebant) de capite cadere permisisset, ille, quò extra uictimæ non ritè adiuisset.

L. Bebius flamen fuit Quirinalis, ut Plautius Hypseus.

Coris sacerdos fuit funerarius.

Cinarades & Basilides, nomina sunt sacerdotum apud Cor. Tacitum.

VESTALES QVAEDAM uirgines.

Oppia una fuit ex Vestalibus, quæ compta stupri, uina defossa est. Stroz. filius: Vestalis uirgo lesi damnata pudoris, Contegor hoc uiuens Oppia sub tumulo. Liuius 22. Dux quoque fuerunt Claudie, Vestæ ceremonijs addicte. Fuit & Fonteia Vestalis, soror M. Fonteij: qui quum Gallicæ exercitui præesset, accusatus est pro uincie malè administratæ. Marcia item incesti damnata. Minutia propter elegantem corporis cultum uenit in suspensionem libidinis: unde & uina defossa est. Floronia conuicta stupri, sibi mortem intulit, metu grauioris supplicij. Posthumiam Vestalem nimius corporis cultus stupri quoque suspectam fecit. Pontificum tamen absolutæ est sententia. Liuius libro 4. & 2.

& 22.

Stupri damnata est Sextilia, ut etiam Tutia. Liuius. Thraci Caiæ, siue Suffiæ statua posita est. Plin. Plutarchus in Gracchis ait, Licentiam fuisse unam è Vestalibus.

Vbidia Vestalis fuit, quum Messalina misisset ad peccandum Claudium maritum suum, quem tratum sibi intellexerat.

PROPHETAE.

Prophetarum nomina apud Ecclesiasticos sunt, Esdras scriba Hebraeus, Neemias Ariaxerxis pincerna. Agabus. Item Amos, Aggeus, Achias, Baruch, Deborah, Ezechiel, Esaias, Helias, Enoch, Symeon, Moyses, David, & alij pleriq.

Moses seu Moyses, Hebræorum dux, ut titino spiritu omnium maxime claruit. Ei dominus in monte Synai gloriam suam patefecit. Seruanti eius apparuit in rubo ardenti, qui tamen non comburebatur. Deum uidit: quod mortaliu nemini contigit unquam. Decalogi præcepta accepit in tabulis æneis, quæ dedit filijs Israel. De Mose Iuuenalis: Tradidit arcana quodcumque uolumine Moses.

Diuidem Ecclesiastici omnes factorum uatum principem fuisse sciuntur. Idem Politianus: An memorè Salymor præclustri nomina uates, Psallentemq. Deo regè, qui turbine fundæ Ictæ Philistæo secuit per ora giganti.

Claruit Daniel spiritu prophetico. Scripsit librum partitum in decem uisiones. Susannam falso accusatam liberauit à morte. Floruit atate Nabuchodonosor Chaldaeorum regis, à quo captiuus ductus & enutritus est. Datus est leonibus in prædâ, à quibus tamè euasit illæsus. Sabellicus: Fandico iuuent, mirabile dictu, Sapius obiecto seui parere leones.

DIVINATIO.

Colophonius Xenophones diuinationem negant: contra uerò Democritus comprobauit.

Chrysippus duos libros scripsit de Diuinatione,

uisione, unum de oraculis, unum de somnijs. Diogenes Babylonius unum, duos Antipater, quinq. Posidonius.

Discipulus Antipatri Panætius, dubitauit, an esset uis ulla diuinandi. Cic ait, Diuinationem esse earum rerum (quæ fortuito putantur) prædictionem atq. præsentationem.

Duo sunt diuinandi genera: alterum artem, ut in extis pecudum, & in sortibus: alterum naturæ, ut somniorum & uaticinationum. Diuinitio coniectura nititur, ultra quam progredi non potest.

Porro diuinationem Græci Mantice appellat, id est, scientiam rerum futurarum. Hanc scientiam primi excogitauerunt Aegyptij & Chaldaei ex obseruatione siderum.

Calicum & Pisdarum gens, & his finitima Pamphilia, uolatibus auium, cantibusq. declarari res futuras crediderunt.

Apud Persas magi congregabantur in fano commentandi causa, ut augurarent, ac diuinarent.

Arte carent diuinatores, qui non ratione aut coniectura, sed concitacione quadam animi futura præsentunt.

Sagire, est acutè sentire: hinc Sagaces, qui multa scire uolunt. Qui sagit, priusquam res oblata est, præfagire dicitur. Hinc præfagatio diuinitio, quæ si exarsit acris, furor appellatur, quum abstractus à corpore animus diuino instinctu concitatur.

Apud Lyguæos Thraciæ populos, Antistites oracula reddituri, multo prius uino se ingurgitabant. Contra uerò apud Claros, futura prædicturi aquam prius largè hauriebant. Diuinitio quæ per aquam fiebat, Hydromantia dicitur. Axinomantia erat diuinitio per seculum, in qua aqua mouebatur à demone, & uox tenuis index futuri reddebatur.

Geomantia erat illa, quam de punctis terre fixis constabant. Pyromantia erat, quam de uarijs figuris ex flamma glomeratis colligebant. Capnomantia erat diuinitio per fumum. Capromantia, quæ de speculis ex dissultantibus imaginibus trahebatur. Aeromantia, quæ fiebat ex ære. Coschinomantia ex cr. bro. Cleromantia ex sortibus. Phytognomia ex membrorum natura. Chiromantia ex manibus. Batanomantia ex herbis. Gastromantia ex amphora uentrosa, quæ à puero solebat introspici. Augurium ex auibus. Extispicium ab extis.

Ceterum fidem non esse diuinationibus adhibendam, Phauorinus apud Gellium arguit, hoc modo: Aut enim (inquit) aduersa euenta dicunt, aut prospera. Si prospera, & fallunt, miser fias frustra expectando: si felicia promittunt, eaq. uentura sunt, expectatio te spei suspensum fatigabit, & futurum gaudij fructum spes tibi iam deflorauerit. Si aduersa dicant, & mentiantur, miser fias frustra timendo: si aduersa, et non mentiantur, iam inde ex animo miser fias, antequam è fato fias.

VATES.

Vaticinia quæ explicantur coniectura, aut euentis notata sunt, artificiosa dicuntur, non naturalia.

Abaris filius cuiusdam Seuthæ inter Scythas, scripsit oracula quæ nuncupata sunt Scythica. Vide Cæl. cap. 22. lib. 9.

Albigerius Carthaginiensis, fuit adeò diuinandi peritus, ut demonibus assstantibus responderet quicquid egeret quisq. aut omnino cogitasset. Quod testatur Augustinus, qui de ipsius uaticinijs se plerumq. scribit introspicere.

Agallonijs è Thyris uaticin. Græc.

cie, verum futurarum præfagijs fertur clariſſiſſe. Præuidit enim, Cilicem quendam laſciuum hominem intra diem tertium occiſum iri: & contigit. Aiebat, ſe cuncta face- re deo conſultore, & duce demone: ſci- req; omnium linguas, & hominum cogita- tiones introſpicere. futura præuidere, & iam præterita diuinitus cognoscere. So- mnia interpretabatur, & declarabat por- tentæ: damnabat animalia ſacrificia. Eius uitam compendioſe ſatis deſcribit Vol- terranus.

Aruns uates fuit Thuſcus, cuius peri- tiam in diuinando deſcribit Luca: Hæc pro- pter placuit Thuſcos de more ueluto Ac- ciri uates, quorū qui maximus uo Aruns incoluit deſertæ mœnia Luna, Fulminis edoſtus motus, uenasq; calentes Fibrarū, & motus errantis aere pennæ.

Aſylus Centaurus, Ixionis filius, quū diuinandi peritia claret, fratres ſuos mo- nuit, ne bellum contra Lapythas moliren- tur. Idem prædixit Neſſo uulnus, quod Her- culis ſagitta erat accepturus. Ouidius: A- ſylus ille etiam metuenti uulnera Neſſo, Ne ſuge ad Herculeos, inquit, ſeruaberis, arcus.

Aſyphilus Poſidoniates, uir fuit uatici- nij peritus, qui Cimoni Athenienſi (quo- cum in ſumma familiaritate uiuebat) mor- tem prædixit ex præcedentibus prodigijs. autor Plutarchus in Cimone.

Branchum ferunt Apollinis fuiſſe fi- lium, cui pater diuinandi artem conceſ- ſit. Statius: Primūq; æqualis honori Bran- chus. Strabo ait, eum ſacerdotem fuiſſe de- lubri Apollinis Didymæi. Mirandula in bymanis: Hinc quoq; Branchiaco uatem ſti- mulant ab axe Delius, innumeris ſubigens ambagibus orbem.

Carmentis Euandri mater, erat præſa- ga, & monitrix rerum futurarum. Prius uocabatur Nicoſtrata: uerū ubi carmini- bus dare incepit reſponſa, Carmentis uo- cata eſt. Vergil. lib. 8. Matrisq; egeret tres- menda Carmentis nympha mouita, & deus autor Apollo. Martianus Capella: Alij quoq; huius generis homines, in diui- nandi uſum et præſcientiam procreati, ut Carmentis in Arcadia, ab effuſo per uatici- nia carmine, dicta.

Cassandra Priami filia, quum Apolli- ni copiam ſui corporis promiſſiſſet, ab eo- dem uates facta eſt: quum autem non ſta- ret promiſſis, iratus deus fecit, ut eius uati- cinijs non ualiberetur fides. Hæc prædixit futura ex Helena rapti infortunia. Pro- percius li. 3. Certa loquar, ſed nulla fides: neq; enim illa quondam Verax Pergameis Phœbas habenda malis. Sola Parim Phry- giæ ſatum componere, ſola Fallacem pa- triæ ſerpere dixit equum. Ille furor patriæ fuit utilis, ille parenti, Experita eſt ueros ir- rita lingua deos. Idem lib. 4. & Verg. lib. 2. Aeneidos.

Choreus ſacerdos fuit Cybeles, diuinan- di peritus. Vergil. lib. 11. Aureus ex hume- ris ſonat arcus, & aurea uati Caſſida.

Chryſeis uates fuit Iunonis, cuius filiam Chryſeidem quum Græci rapuiſſent, de- iniuriam ulciſcente, poſtulentia in ſuis ca- ſtris laborarunt.

Demophoon fuit uates, qui periculum Alexandro inuenire prædixit. autor Cur- tius: cuius uerba cito ſſem, niſi timerem ca- lumnias eorum, qui tantam teſtimoniorum multitudinem ut nauſeabandam, reſigunt.

Euryelos uates fuit, qui de ſe fuiſſe in- commodis aliquid ſemper dixit ab eo. Hic per aſſiſtendam demonum uerū uaticina- batur.

batur. Propterea Euryelita dicuntur om- nes diuina culi.

Eurypilus uates fuit Græcus, quem Si- non Virgilianus ait Apollinē conſuluiſſe ſuper ſimulato Græcorum reditu in pa- triam, ubi ait: Suſpenſi Erypilū ſcitati ora- cula Phœbi Mittimus: uſq; aditis hæc tri- ſtia dona reportat. Eſt & Eurypilus ua- tes medicina apud Plin. lib. 11. Nat. hiſt.

Helenuſ Priami filius, uaticinio cla- ruit, autore Virgilio: apud quem Aeneas ſic eum alloquitur lib. 3. Aen. His Vatem aggredior dictis, ac talia quæro, Troiu- gena interpres diuūm, qui numina Phœ- bi, &c. Ouid. lib. 13. Met. Quam ſum Dar- dano (quem cepi) uate potius. Cic. lib. 1. de Diu. Quid eſt hæc rex Priamus, nonne & Helenum filium, & Caſſandram filia diuinaſ habebat?

Helus uates fuit, Polycrati Samiorū tyranno familiaris, autor Herodotus.

Hyrtia filia fuit Seſoſtris regis Aegy- pti, diuinationis perita, quæ futuram pa- tri monarchiam prædixit.

Idmon Apollinis & Aſteræ filius, et ex Argonautis unus, claruit etiam uatici- nio. Hunc à ſerpente occiſum ferunt. Sen- in Medea: Idmonē, quauis bene fata noſ- ſet, Conſcidit ſerpens Libycis arenis.

Labyſſa mulier fuit fatidica in Bohe- mia, quæ filiam habuit Craco nomine, re- rum quoque futurarum peritam. Volat. in Geo.

Lampon fuit ſacrificus, & uates ora- culorum, ſolitus iurare per anſerem, ue- lut auem auguralem.

Lamus Apollinis fuit filius, qui fatidi- co ſpiritu magnum apud ueteres nomen adeptus eſt.

Laocoon uates fuit Troianus, qui præ-

dixit Græcos in fatali Simoni machina deliteſcere, Troianosq; obiurgauit, quod eam in urbem admiſſiſſent. Vergilius lib. 2. Aen. autor.

Manto filia Tyreſiæ (à cuius nomine dicta eſt Mantua) fuit etiam fatidica, et re- rum futurarum præſaga. Verg. lib. 10. Ille etiā patrijs agmen ciet Ocnus ab oris Fatidicæ Mātus, et Thuſci filius amnis, Qui muros matrisq; dedit tibi Mantua nomē. Ouid. lib. 6. Met. & Stat. lib. 10.

Mariha nomen eſt mulieris fatidicæ, quam in leſtica ſtanti honorificè circum- duxit Marius, & ſacrificia, ea iubente, ce- lebrauit. Hæc ſenatus, quod futura obſer- uaret, & prædiceret, libertate donauit. autor idem Plutarchus in Mario.

Meliba nomen eſt uatis, quo in expli- candis prodigijs Dion uſus eſt. Plutarch. in Cimone.

Plinius lib. 7. ait, maximam fuiſſe di- uinitatē Melampodi apud Græcos, apud Romanos Martio.

Mopſus fuit omnium uatu peritiſſimus, unus eorū, qui Argonautis ſuura prædi- xerunt. Cū hoc in certamē deſcendit Cal- chas, uictusq; dolore animi in fata conceſ- ſit, ut iam diximus. Adagiū fluxit in uul- gus, Mopſo certior: de eo, qui citra mēda- cium futura præuidet, et enunciat. Fuit Mo- pſus Ampyci filius. Ouid. li. 10. Seneca in Medea. Val. Flac. lib. 1. Arg. Fugerunt & alij eiſdem nominis, ut Mopſus Tyreſiæ filius: alius etiam, à cuius nomine Attica regio Mopſopia uocata eſt.

Nautes nomen eſt uatis Troiani apud Virg. lib. 5. Aen. qui dum in cenſa ab Iride in Sicilia comburentur Aeneæ naues, docuit hoc ipſum fieri iunonis odio, ut

Latio Troianos auerteret: monuitq; Ae-

ne ipsam, ut non succumberet calamitatibus, sed inuicta persisteret animo.

Olenus Calenus nomine est uatis apud Plin. lib. 28. ubi ait: Quum in Tarpeio fundentes delubro fundamēta, caput humānū inuenissent, missis ob id à senatu legatis, Etruria celeberrimus uates Olenus Calenus præclarum id fortunatumq; cernens, interrogatione in suā gentē transferre tentauit.

Ophioneus fuit Messeniorū uates, qui semper à natali die luminibus captus, priuatim et publice uaticinia peregit.

Peripolitas, uates fuit ex Thebalia, qui Ophellen regem suosq; in Bœotia populos deducens, familiam nullis deinde temporibus nobilissimam ex se reliquit.

Phemonoe uirgo prima Delphici Apollinis uates fuisse dicitur, carmenq; Heroicum inuenisse. Plin. lib. 10. Phemonoe Apollinis dicta filia, dentes ei fuisse prodidit. Luc. lib. 5. Phemonoe errore uulgam, curisq; uacantem corripuit, cogitque fores irrumperet templi, et c. et Statius libro 2 Syl.

Phitechorus Atheniensis fuit uates Eratoſthenis tēporis, qui extimatus est inſidijs Antigoni Mæcedoniæ regis, quod uemisset in suspicionem cōtracte cum Ptolemaeo rege amicitia. Hic scripsit Athidias lib. x v 11. qui continent res gestas Atheniensium, et reges et magistratus usq; ad Antiochum deum. Scripsit etiam libros quatuor de uaticinio.

Polybius Corinthus, filio Troiam proficiscenti, et multis alijs mortē prædixit. autor Cicero.

Polyxo nomine est Phœbadis apud Val. Flac. lib. 1 Argon. Tunc etiam uates, Phœbo dilectā Polyxo.

Protheum filium Oceani et Tethyos, poetæ uatem faciunt. Ver. li. 4. Geor. Est in Carpathio Neptuni gurgate uates Cæruleus Protheus.

Prylis Mercurij fuit filius, diuina à primæ peritus. Hinc adagium, Lesbius Prylis in hominem sagaci coniectura.

Scirus uates fuit Eleusinius, à cuius nomine Minerva Sciras dicta est.

Sospitæra mulier genere Lyda, uxor Aedesij sophista, spiritui satidico, et futuorum presago fuisse prædicatur, atq; etiā à quibusdā nūminibus educata feruit.

Sostratus uates fuit, qui per furorē multa prædixit Græcis, ut Xerxis aduentum in Græciam.

Spurina uates Cæsarem monuit, ut idus Martias caueret, Trāquillo teste: eo que die inuictus est Imperator, quem cauendum esse prædixerat uates.

Amalthea, Marpesia, Heriphile, nomina Sibyllarum, aut aliarū Phœbadum apud Tibullū lib. 2. Quicquid Amalthea, quicquid Marpesia dixit, Heriphile Phœbo gratāq; quod monuit.

Politianus quasdam Phœbades atq; uenā uiros diuina peritos his uerbis enūmerat:

Quim et ueteres prompsere Sibyllæ Carmen, Amalthea, et fati Marpesiæ diues,

Herophileq; Idea genus, prædoctaq; Sabe,

Demoq; , Phygoq; , et uerignara Phœbia longos

Phemonor cōmentā pedes, et filia Glauci

Deiphobe nimia uinax, et Martia fratru Nomina, lymphatūq; Bacis, subterq; Triones

Natus

Natus hyperboreos Ollen, inq; Atti de terra

Clarus honore Lichas, Dodoniadesq; columba.

Symachiam Mart. Capel. ait unā fuisse ex Sibyllis: has duas numero solum ponit, dicens: Quas nō decē (ut asserūt) sed duas fuisse non nescis, id est, Herophilam Troianā, Marmensi filiam, et Symachiā Hippotensis filiam, quæ Erythraea progenita, etiam Cumis uaticinata est.

Theano et Euxippe filia cuiusdam Scedasi, Spartanis caueda oracula præcinerunt. Postea tamen ab adolescentibus eiusdem loci constuprate, et in puteū coniectæ sunt. Quod ubi rescituit pater, animi dolore seipsam interfecit.

Thrasibulus fuit inter Elæos quispia, multis presagijs nobilitatus, quo etiā titulo simulæhrum meruit in Olympia.

Trophonius uates fuit quispia, speiuncam habitans, in quam qui descendebant, perpetuū erant agelasti et irrisibiles. Hinc adagium natū: In Trophonij antro uaticinatus est de nomine maxime tristi, et prænimis seucro. Mirandula in hymnis: Phœbæiq; antrum fundens consultata Trophonii.

Thyodamas filius fuit Mælampodis, diuinandi quoq; peritus. Statius lib. 8. Inſignem fama, sanctoq; Mælampode cretum Thyodamanta uoluit, quo cū ipse arcana deorum Partiri, et uisas uni sociare solebat Amphiarus aues, tantaq; haud inuidus arti Gaudebat dici similem, iuxtaq; secundum.

Cælius scribit, fuisse in patria sua Mierculam nomine Iacobam, ex cuius uentre immūdi spiritus acclamati futura prædicerent, ac unum ex his Cincinatum

fuisse nūcupatum, qui et præterita et futura percontantibus, responsa dabat mirifica. Interrogatus tamen de futuris, mentie batur se penumero.

AVGVRES.

Actius Nauis augur fuit, qui nouacua cotem præscidit, spectante Tarquinio. Quo factū est, ut Tarquinius ipse in rebus dubijs ea augure semper uteretur, et populus de suis rebus ad eum deferret.

Amphiarus Ciclii filius, augur fuit et uates Græcus, quem quū Adrastus rex in bellū cōtra Thebas uellet ducere, recusauit: ac ne cogeretur, sese occuluit, q; præuideret ibidem se periturū. Fraue tamen uxoris Eryphiles (quam monili corruerat Adrastus) proditus est, et inuitus in bellum tractus, ubi terræ hiatus absumptus est. Stat. lib. 1. et 3. et 7. Theb.

Amphilochus rex fuit et augur inter Argiuos. Mirandula in hymnis: Amphilochi aut monitus adiit male sana nefastos.

Aristander et Cleomates nomina sunt diuinaulorū apud Plutarchum in Alex. ubi ait: Quod prodigium cōspicatus Alexander, accitis ariolis Aristandro et Cleomanti Spartano aperit.

Asilas nomen etiā est auguris, qui suppetias tulit Aeneæ cōtra Turnū. Ver. li. 10. Tertius ille hominum diuinūq; interpres Asilas, Cui pecudū fibræ, cœli cui sidera parēt, Et lingua uolucrū, et præsaigi fulminis ignes, Mille rapit densos acie, atq; horrentibus hastis.

Calchas augur fuit, Testoris fil. qui tēpore belli Troiani Græcis oracula reddidit. Vergil. lib. 2. Aeneid. Hic Ithacus uatem magno Calchanta tumultu Protrahit in medios. Idem prædixerat, Græcos omnes Troia diruta in patriam sospites redit.

redituros. Quod secus accidit: nam multi apud Caphareum Euboeae naufragium fecerunt. Quo liquet, ueterum uatū praesagia nō semper uera extitisse. De Calchate Ouid. lib. 12. At ueri pronidus augur, etc. Idem lib. 2. de Arte. Statius lib. 3. Et Cicero lib. 1. de Diuinatione. Ferūt, hunc Calchantē cum Amphilocho Amphiarai filio ab expeditione Troiana redeunte, ad Apollinis Clarij lucum diuerisse, reperitq; ibidem Mopso, quaedā proposuisse. Quae quum ille soluisset, aiunt Calchan, tem animi aegritudine periisse. Quaeſtio ab Hesiodo talis memoratur:

Mirabor sanē, poteris si dicere ficus, etc. Pherecydes apud Caelium scribit, Calchantē suae oblatae interrogasse, quot porculos gestaret? Mopsum uerō respondisse, Tres: atque ex his unam foemnam. Quam ubi uera locutum patuit, illum aegritudine intabuisset.

Callias uates Elaeus, qui Amyclis uaticinia reddidit.

Cleander quoq; nomen est uatis Aradici, apud eundem Herodotum.

Euenius uates fuit apud Apolloniates, initio pastor: quo dormiente, quum lupi LX gregem inuasissent, ouesq; ad unam trucidasset, re cognita, uocatus est in ius, et iudicum sententia excacatus, mox tamen insitam obtinuit diuinationem: habuitq; filium Deiphonum, qui ductus a Corinthijs exercitui uaticinabatur. auctor Herodotus in Calliope.

Iapys Iasij filius, nomē auguris apud eundem Virgil. lib. 12. iamq; aderat Phoebo ante alios dilectus Iapys Iasides, acri quondam cui captus amore, Ipse suas artes, sua munera latus Apollo Augurium aitharamq; dabat, celeresq; sagittas, etc.

Meon nomen est uatis, et auguris apud Statium lib. 2. Theb. dicentem: ille haec praeciderat omnia doctus Aëris, et nulla deceptus ab alite Meon.

Messurua et Minus, nomina sunt augurum Romanorum, apud Plinium lib. 10. cap. 7.

Fuit et Megistias patria Acarnanius oriundus a Melampode, clarus uaticinio. Nā prospicitis exis futura praedicebat. Floruit aetate Leonide Spartani. Her. 1. 7.

Melampus filius Amythaonis, medicus fuit, et augur peritissimus. Propert. lib. 2. Melampodis fama diuinationis artibus nota est.

Perialla antistes fuit mulierū apud Delphos uaticinantium, et Cleomenis.

Rhamnetes augur fuit, charissimus Turno. Virg. lib. 9. Rex idem et regi Turno gratissimus augur: Sed non augurio potuit depellere pestem.

Romulus urbem auspiciato ipso optimus augur condidit. et inde Auguribus reges usi sunt: nec sine auspicijs olim regerebantur.

Theocritus nomen est auguris apud Plutarchum in Pelopida.

Tollunius nomē est auguris, qui pro Turno bellauit in Aeneam. Virgil. lib. 12. Expediuntq; manus, primusq; Tollunius augur.

Tyburnū Plin. li. 16. ait fuisse Amphiarai filium, peritum augurij, a quo Tyburtes populi originem traxerunt multo ante Romam conditam.

Tyresias rex Thebarū, et augur fuit, qui cōsultus a Ioue, uiri mator esset in Venere libido, uirōne an foeminae: quum foeminae dixisset, ire Iuanis excacatus est.

Quā eius caecitate impuer uaticinia petiuit.

fauit. Alij excacatum ferunt, quod Mineruam in fonte nudam conspexisset. Ouidius libro 3. Metamorph. At pater omnipotens (neque enim licet irrita cuiquam Faeta dei fecisse Deo) pro lumine adempto Scire futura dedit, poenamq; leuauit honore. Statius lib. 2. Thebaid. Longeui uatis opacos Tyresius uultus, uocemq; uellera nota Induitur.

Terentius Varro in libris Antiquitatum scribit, Vectium in augurandi disciplina nobilem fuisse, cumq; affirmasse, futurum Romani imperij terminum post MCC. annos.

Vmbritius apud Suetonium in Galba, nomen est auguris: Nam illo die, inquit, simul cum diluculo et Galba praesentibus amicis sacrificabat in palatio augur Vmbritius. Cor. Tacitus: Sacrificanti pro aede Apollinis Galbae, aruspex Vmbritius tristia exta, et instantes insidias ac domestici cum hostem praedicit.

Lituus clarissimum erat infigne auguratus, quo Romulus regiones direxit, quum urbem condidit. Erat autem Lituus bacillum leuiter a summo inflexum. Tiberius Graec. augurum et aruspicum disciplinam comprobauit.

ARVSPICES.

Tages primus omnium aruspicij disciplinam dedit Eibruscis. Ouid. lib. ult. Metam. Indigena dixere Tagem, qui primus Eibruscam Edocuit gentem casus aperire futuros.

Apud Graecos aruspex fuit Tisamenus: Antiochi filius, qui apud Delphos reddebat oracula.

Habuerunt etiam Graeci alium aruspicem Leucadium, Hippomachus nomine.

Tarchon fuit dux et aruspex in Eithruria, cuius meminit Verg.

Galeota uates fuerunt in Sicilia et Attica, a Galeote Apollinis filio. Hos solebat consulere Dionysius.

Cicero libro primo de Diuinatione scribit, Deiotarum regem fuisse peritum aruspicij, ac nihil unquam gessisse nisi auspicio.

Saxo Grammaticus ait, Vgerum uatem fuisse aetatis incognitae, et supra humanum terminum prolixae.

Paulus Diaconus ait, Baudolinum quendam uitae sanctitate conspicuum prophetae, co spiritu claruisse, regnante apud Longobardos Luitprando.

Fuit et eo tempore alter Theolapius nomine, qui praesago spiritu multa praedixit futura.

In Telmeſo, Cariae urbe, claruit aruspicum disciplina.

In Syria Chaldaei cognitione astrorum et ingeniorum solertia antecelluerunt.

Eithruria facile interpretabatur, quid quaeq; portenta sibi uellent. Propterea autē qui Romanae urbis principes filios Eithruriae populis dabant in disciplinam.

Phryges, Pisidae, et Cilices Arabiae uiuum significationibus obtemperabant: quod et fecerunt Vmbri.

Fortuna, Casus, Euentus, nihil aliud, quam quā aliquid sic cecidit et euenit, ut uel non cadere ac euenire, aut aliter cadere atq; euenire potuerit.

Constat, falsi quandoq; aruspiciū fuisse uaticinia et consilia. Nam Caesar quum a summo aruspice moneretur, ne in Africam ante brumā transmitteret, transmisit tamē. Quod nisi fecisset, unum in locum omnes aduersariorum copiae conuissent.

DEORVM FESTA QVI-
BUS VOCENTVR
nominibus.

Festa seu sacrificia Bacchi uocatur Bacchanalia, Orgia, Trieterica, Nyctileia, Liberalia, Dionysia, & Cotytia, à Cotyde rege Thracum, qui sacra Baccho instituit.

Bonæ deæ, Gynæcia: nam Græci eam uocant Gynæciam. autor Plutarchus in Cæfare.

Carne deæ cardinum, Carnia: quæ fiebant Spartæ.

Sacra Cereris uocatur Cerealia, et Thesmophoria, ut Ceres ipsa Thesmophoros, id est, legisera. Plinius libro 24. Quoniam matronæ in Thesmophorijs Atheniensium castitatem custodientes ipsæ solijs cubitus sibi sternunt. Plutarchus ait, Adonia fuisse sacra Cereris.

Fauni Lupercalia, quæ Februario mense fiebant.

Florea deæ, Floralia.

Herculis Nemea, ab Argiuis instituta, ob leonem ab ipso interfectum in Nemea sylua.

Iouis Diiipolia, seu Diastia, teste Cælio.

Iunonis Herea, quod Iuno ipsa Hera dicebatur. Ennius apud Ciceronem libro 1. de Officijs. Vosne uelit an me regnare heræ. Vbi per heram nonnulli Fortunam intelligunt.

Laurentiæ Laurentalia.

Mercurij Mercurialia, & Hermæa.

Mimeruæ Panathenæa. Erant autem agones Gymnici, quos Theseus in honorem deæ primus Athenis instituit: autore Plutarcho. Erant etiam Mimeruæ Quinquatria, quæ fiebant quinque diebus post arum diem, Alter autem dies erat post Idus. Oui-

dius: Vna dies mediâ est, post fiunt sacra Mimeruæ, Nomina quæ à iunctis quinque diebus habent.

Musarum Musæa.

Opis (quæ Cæli et Vestæ filia, & Saturni uxor dicitur) Opalia.

Palis deæ pastorum, Palilia, pastorum festa. Apud Tibull. li. 2. At madidus Baccho sua festa Palilia pastor Concinet.

Priapi Phallogogia. Nam phallum anti-qui uirile membrum appellabant. autor Theoderitus Cyrenensis.

Proserpineæ Cocytia, à Cocyto infernali fluuio.

Romuli uel Martis Quirinalia.

Saturni Saturnalia, et Chronia: nam Saturnus ipse Chronos dicitur à Græcis.

Solis Mitriaca, quoniam Persæ Solem appellant mitram. Apud eos autem fiebant hæc sacrificia in antro, educto cornibus boue, quem deo immolabant.

Vertumni seu Prothei, Vertumnalia.

DE VARIIS CELE-

BRITATIBVS AC

festis diebus.

Agonia & Agonalia ludi erant, qui fiebant in honore dei Agonijs, uel in monte, quem illi Agonè uocabant. Agonias etiã ueteres dixerunt hostias, ab agendo. Ouid. li. 1. Fast. Alexand. lib. 6. cap. 3.

Aletides sacrificia Atheniensium erant, quæ pro icaro & Erigone agebantur. De his Hyginus.

Amburbium, seu Ambaruale, supplicationes erant, quæ fiebant in ambidii uribus, agrisq; lustrandis. De hoc intellexit Lucanus libro 1. dicens: Mox iubet & totam pauidis à ciuib. urbem Ambir, et festo purgantes moenia lustrò Longa per extremos pomœria cingere fines.

Talia

Talia erant apud Romanos Vinalia, qualia apud Thebanos Dionysia.

Anacalypteria apud Græcos dies festus fuit Agricultarũ, quæ subiectis ex agris frugibus in honorem Cereris & Bacchi celebrabatur, ut Phyllochorus memoria prodidit.

Anaria solennitas apud Græcos in honorem Castoris & Pollucis festa est. Nã Anaces ipsi dicti sunt: de qua Gyraldus in Nauigh. & in Dioscuris.

Angeronalia Angeronæ deæ erant sacra, quæ ideo fiebant, ut in rebus gerendis felicitus omnia succederent. Augustin.

Anthephoria festiuitas in Proserpine honore apud Græcos fiebat, quæ à legendis floribus dicta est. Ouid. Claud.

Anthisteria Græcorũ celebritas in Anthisterione mense agebatur, in qua, ut à Latinis in Saturnalibus, serui conuiuijs liberalibus excipiebantur.

Apaturia festiuitas fuit apud Athenienses, quæ quadriduo celebrabatur mense Aprili. Eius meminit Xenophon in primo Hellericon. Eras. in prouerb. Profectus ad Apaturia redijt Thergelione.

Armilustrũ sacrificiũ erat apud Romanos, in quo armati re diuinam faciebant: tubisq; canebant sacrificantes. Tertullianus in Apologetico.

Ascolia festa fuerunt apud Atticos, quibus inter utres saltantes buccabatur, unde et ab utribus nomina sumpsērunt. Horũ meminit Ver. in Geor. et Gyraldus in quarto de Poetarum historia.

Boedromia celebritas apud Athenienses erat, quæ excursioni cuidam similis erat, quæ et Mensi Boedromiom nomen dedit. Gyraldus in libello de Annis & mensibus.

Caprotinæ ferie Nonis Quintil. celebrabatur, eo die in Latio Iunoni Caprotinæ mulieres sacrificabāt, et sub caprifico faciebāt, ipsius arboris lac offerentes. De his Alex. ab Alexand. li. 4. ca. 20. Macrobius. Plutarch. in Romulo & Camillo, item in Parallelis.

Carmœtalia annis singulis in Carmœtæ honorem à matribus familiãs xviii. Calend. Feb. fiebat, in quib. aliquid scortũ aut sua morte peremptũ attulisse, piaculum erat. Alex. ab Alexand. lib. 6. cap. 8. Ouid. lib. 2. Fast.

Cerealia erāt festa in laudẽ et honore Cereris (quæ frugũ erat dea) instituta.

Charistia festa erant, in quib. cognati & consanguinei conuenire solebant, & inuicem mutua dona dare. Ouid. in Fastis. Hæc autem fiebant x i Kalend. Mart. Vide Val. Max. lib. 2.

Chytri festũ fuit apud Athenienses per celebre, in quo omne seminũ genus in olla coquere solebant, Dionysio et Mercurio operantes, ut Theopompus scribit.

Compitalia, ut Festus ait, erant festa, quæ in compitis agebantur. Varro Laribus compitalia diem attributum ait, ubi uia competunt.

Consualia sacrificia fiebant in honorem Consi, qui habebatur deus consiliorum, xv i. Kalend. Septemb.

Cotytia festa barbarica fuerunt, quorũ meminit Horatius & Verg. quæ à Cotyt dea denominata sunt. Vide Gyraldum de Cotytto dea.

Dapsa genus erat sacrificij, quod fiebat hycme seu iente.

Diabatiria sacrificia erāt, quæ apud Græcos in trãstiu aliquo fiebant: de quibus Plutarchus in Lucullo.

Diam stigosis maxima fuit solēnitas apud Lacedemonios, cuius cum alij, tum Tertullianus in Apologetico & in libro ad Martyres meminere. In eo autē sacro ante aram nobiles adolescentes quoq; flagellis affligebantur, astantibus propinquis. Plura ieges apud Philostratum in uisus Tianeī Apollonij.

Diasia Milichij Iouis festa apud Athenienses fuisse, ut Suidas et Lucianus in Charidemo docēt: meminit & Aristophanes. agebantur autem, ut Hesichius scribit, cum peculiari quadam tristitia.

Elaphebolia festa apud Græcos fiebant mense Februario, in quibus cerui Dianæ Elaphebolie sacrificabātur. unde & mensis ipse Elaphebolion dictus est.

Emploria celebritas fuit apud Athenienses, in qua mulieres plexis capillis procedere solebant. Hesichius.

Encania festū erat dedicationis apud Græcos: de quo Gyraldus lib. 17. Histor. deorum.

Ephestria Thebis festa fuerunt ob Tiresiam instituta, in quibus ipsius simulachrum uirilibus uestimētis exuebatur, & muliebribus induebatur, moxq; illis ademptis iterum uirilia imponebant: alludentes ad ipsius Tiresiæ fabulam, de qua poeta Græci & Latini permulta.

Equiria equitum erant festa, in quibus equorū cursu certabatur, de quibus Varro & Ouidius, qui ait, bis in anno celebrari, 23 Idus Martij, & 18 Aprilis.

Exitiria festa apud Græcos erant, in quibus primitiæ deis offerebantur, ut Grammatici tradunt.

Farreatio in nuptijs fiebat farreo libo. Aliter uocabatur Confarreatio. At quum dissoluebantur nuptiæ, Diffarreatio.

Faunalia feriæ Nonis Decemb. in Fauni honorem celebrabantur, quarum meminit Horatius in Odis, & Alex. ab Alexand. lib. 3. cap. 18.

Feralia festa erant, in quibus epulas ad sepulchra defunctorum ferebant. de quibus Varro.

Fontanalis sacra erant fontium, quæ fiebant coronatis pueris et fontibus. Varro & Festus.

Fornacalia xii Kalend. Martij celebrabantur, quæ dicta sunt à Fornace dea, in cuius honorem hæc festa instituta erant.

Foticidia, ut inquit Varro, à fardisibus dicta sunt: alij uero à fordibus cadendis appellari putant. Celebrabantur autem hæc festa ad xvii Kalend. Maias. Festus, Ouidius.

Furinaria seu Furnalina, deæ Furinæ festa erant.

Gamelia solennitas nuptialis erat apud Græcos, in mense Gamelione, in quo Iuno Gamelia culta est.

Hecatombe sacrificium erat centum uictimarum, uel quia centum Peloponnesi urbes id faciebant. Iuuenalis Satyra 12. Existunt qui promittant Hecatomben. Capitolinus.

Helenophoria festa erant apud Athenienses, in quibus mysteria agebantur, quæ appellata sunt ab Helenis, id est cistis, quæ uimine contextæ erant. De his Iulius Pollux lib. ult.

Hiacynthia festa in Laconia celebrantur in Apollinis honorem, ob Hiacynthum puerum ab eo adamatum, cuius fabulam Ouid. in Metamorph. copiose exequitur.

Hilaria lætitiæ erat celebritas, quæ agitur

49 tur viii. Calend. April. de quibus Macrobius & Vopiscus in Aureliano.

Hiacynthina erant quedam sacra nocturna.

Hypocaustria, ut scribit Plutarchus in Quest. apud solos Mineruæ sacrificantes uocabant, quod ibi multa sacra & mysteria fierent ad uertenda mala.

Hysteria Græcorū sacra erant, quæ de sue fiebant.

Inferia sacra sunt etiam mortuorum. Sueto. in Caligula: inferiasq; his annua religione publice instituit.

Græci Dionysium colebant, cognomento Lamptera, id est faculam: eiusq; festa uocabant Lampteria. Ferebant enim noctu facces ad templum uini pateris tota urbe confluuntis.

Lampadum festus dies apud Græcos erat triplex, in honorem Mineruæ, Vulcani & Promethei institutus: de quo festo Suidas.

Laurentalia 10. Cal. Ian. celebrabantur in honorem Laurentiæ: de quibus Cicero ad Brutum. Festus & Varro.

Lemuria sacra erant secundis Lemuriibus Remi mense Maio celebrata: ut Ouid. & Porphyrius tradunt. Alij autem uocant Remuria. Vide Alexandrum ab Alexandro lib. 4. cap. 20.

Liberalia festa erant in honorem Liberipati instituta, quæ & Bacchanalia & Dionysia appellabantur. Item Orgia: quæ tamen non eo tempore fiebant. Festus, & Macrobius.

Lucaria festa Romani celebrabant in Iulio, in quo fugati à Gallis sese occuluerant. Festus, Plutarchus, Tacitus.

Lupercalia erant sacra instituta ab Eneandro rege Aradum in honorem Panos,

propter Romulum & Remum nutritos à lupa in Auentino monte, ubi fiebat. Luperci dicebantur ministri horum sacrorum. Statius lib. 5. Syl. Et tua mulum Verbera succin... Et formidauere Luperci.

Matralia Matris Matutæ Iunio mense peragebantur. In his liba rusticana sumebantur: nec ad ea sacra ancillis accedere licebat. Agebantur autē Calen. Marti. de his Horatius, Ouid. & Acron Gram.

Meditrinalia sacra erant, quæ fiebant in honorem Meditrinæ, deæ medicamentorum. Varro & Festus.

Megalesia Magnæ matri Non. Aprilis agebantur, quod ipsa accersita ex libris Sibyllis ab Attalo rege Pergami prope murum Megelesion, in templum eius Deæ. Unde aduecta Romam. Ouid. Varro.

Metagetnia festiuitas in honorem Apollinis Metagetnij apud Græcos celebrabatur, secundo Græcorum mense. de qua Gyraldus lib. 17. Historiæ deor.

Minuscula festa, quæ et Munuscula dicta sunt à muneribus. Idus Iul. celebrabantur.

Monophagorū celebritas fuit apud Aegiienses, quæ copiose describit Plutarch. in questionibus Græcis, & Athenæus.

Munychia erant festa Palladis, à Munychio Athenarum portu, uel à Munychio rege quodam, eorum autore.

Nephalia Græcorum erant sacrificia, quæ sine uino celebrabantur, ut testis est Iulius Pollux & Suidas.

Nonendium seu Nouendiale, sacrificiū erat exequiale, quod fiebat nono die post mortem alicuius. Horatius: Nouendiales dissipate pulueres.

Nudipedalia erant quedam sacra, quæ sacerdotes nudis pedibus faciebant Hierosolymis.

Nyctileia Bacchi sacrificia, quæ nocturno fiebant tempore.

Oenisteria Atheniensium fuit celebritas, quam pubescentes Ephœbi peragebāt, antequam lanuginem contamine attonderent. Herculi uerò uniuersam mensuram inferebant & libabant. Huius meminit Pollux & Hesychius.

Omophagia Græcorum erant festa, Bacchanalibus haud absimilia, de quibus Aenobius lib. 5.

Opalia deæ Opi mense Decembri fiebant, de quibus Varr. & Macrob.

Ornea sacra erant Priapi, quem Corinthij Orneum uocabant. Celebrabant autem hæc festa Nymphæ ad Alebedum prope Colophonem.

Oscophoria Atheniensium fuit celebritas, in qua pueri ingenui pubescentes eligebantur qui ferrēt, id est ramos ac palmites cum suis racemis in templum Mineræ Sciriados. Hesychius & Nicandri interpretes.

Palilia uel Parilia, Palis deæ erat solennitas, dies urbis Romæ natalis. celebrabantur autem xii. Cal. Maij. de his Fuluius Sapius lib. 1. sap. 2. de Antiquitatibus Urbis Romæ.

Palatual sacrificium erat, quod Romæ fiebat in palatio.

Pammilia celebritas fuit apud Græcos, de qua copiose Lilius Gyraldus in historia deor. in Ofiri.

Panathenæ Athenarum & Mineræ in primis festa erant, quæ singulis quinque annis celebrabantur, quæ et Magna Sacra appellabantur. De his Suidam leges et Aristophanis commentatorem.

Panhellenia sacra totius Græciæ, Panionia totius Ionie erant, de quibus Strabo,

Suidas, Arpocraton, & alij.

Parentalia: sacra erant funesta, quæ fiebant ab antiquis in honorem mortuorum. Cuiusmodi sunt Anniversaria nostra.

Parentare est hoc sacrificium facere. Cicero in Philip. Vi parentalia cum supplicationibus miserentur. In Parentatione absumebantur fide, quod in eis mortuorum animas esse dixerint. Blondus lib. 2.

Plynteria festa erant Cereris apud Græcos, qui dies inter nefastos repositi fuerunt. Poll. lib. 8. In his à Solone permissum fuit tria iurare numina, Icestion, Catharstion, et Hecæstion, quæ sunt Iouis cognomina. Xenophon lib. 1. Hellenicon.

Popularia sacra, quæ ab omnibus ciuibus fiebant, nec erant priuatarum familiarum, sed omnium communia, ut à dijs impetrarentur, quæ spectabant ad communem populi salutem.

Populifugia Mense Iunio à Romanis celebrabantur, ut docet Macro. & Var. Sunt autem ideo dicta, quod eo die repente multa fugerit populus in bello Gallorum cum Romanis.

Proteruia fuit sacrificij genus, in quo quicquid ex epulis supererat, incendio dabatur. Ausonius: Capripedes agitat quæ læta proteruia Panas. Albidius adolescens quæ uniuersum patrimoniū decorsisset, & ædes unas (quæ supererant) rerum desperatione dedisset incendio, ferunt Catonē hoc in ritu cauillo usum fuisse. Hic proteruiam facit. Facere aut proteruiam, adagium est in prodigijs, qui omnia absumunt usque ad assem.

Pyanepesia celebritas apud Athenienses erat, quæ à pyanis fabis nuncupata est, dicta Apollini. hæc uerò Panopsia à cæteris Græcis dicebantur, et in Octobri mense agebantur. Suidas.

Quinquaginta

Quinquatrid, quæ est Quinquatrus, Mineræ dies x. v. Cal. April.

Quirinalia ferie erant in Quirini, i. Romuli honorem instituta, quæ agebantur xii. Cal. Maij. de his Ouid. & Var.

Regifugium vi. Cal. April. sacrum uerò vi. Cal. Iul. celebrabantur in cōmémorationem regum exactorum. Ouid.

Rubigalia dies erant festi, instituti ab antiquis ad amolendam frugum rubiginem. Quales sunt nostro tempore Supplicationes Amburbis, & Ambaruales, quæ fiunt ut fructus terræ agriculturalium uoto respondeant. Plin. li. 18. Rubigalia Numa cōstituit, quæ nunc aguntur ad septimum Cal. Maij. quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat.

Scenophagia erant tabernaculorum festa, in quibus iudei faciebant tabernacula ad similitudinē eorū, in quibus habitauerant, quum peruagarentur Aegyptum.

Scira celebritas fuit peculiaris Atheniensium, in qua umbracula et scenæ fiebant, de qua Gyraldus copiose in libello de Annis & mensibus.

Septimotium festum Romanorū fuit institutum, cū septimus collis urbi esset additus, in cuius celebritate in locis septem sacrum factum fuisse, testis est Var. Palatio, Suburra, Velia, Fagutali, Coelio, Oppio et Cespicio, quo die per urbem uehiculis uehi placulum fuit. Vide Plut. in causis Roma.

Terminalia die 21. Feb. celebrabantur, in honorem Termini, qui solus ioco cedere noluit, cum cæteri dij loco dimouerentur. Liuius.

Thargelia festus dies apud Athenienses fuit, Apollini et Dianæ sacer, à quo mensis April. denominatus est. Vide Gyraldum in libello de Annis & Mensibus.

Theoxenia apud Athenienses in Bacchi

honorem faciebant, ut notat Hesych.

Theoxenia celebritas fuit, quæ Delphis agebatur, cuius Herod. li. 1. meminit.

Theoxenia celebritas & sacrificium apud Græcos erat, quod omnibus simul Deis exhibebatur, ut testes sunt Pollux & Hesychius.

Thyia festum erat Bacchi apud Eleos, in quo uacue hydræ, templo obserato, uino implebantur noctu.

Trieterica festa Bacchi erant, quæ Latine Triennialia dici possunt.

Tubilustria, quæ et Lustria dicta sunt, celebritas fuit apud Rom. qua tubæ sacrorum in atrio Saturio explebantur die 23. Martij, quod sacrum agnæ fiebat. Var. & Fest.

Vinalia festa, duplicia fuerunt, ut Varro, Plinius & Festus ostendunt. Altera uinis degustandis 1. x. Calend. Martij, cum uina pura esse putabantur. Altera quæ Rustica uinalia dicta sunt, quæ xii. Cal. Septemb. uel xiiii. teste Festo, quo die Veneri ædes dicata fuit.

Vortumnalia à Vortumno dicta sunt, cuius ferie (ut ait Varro) mense Octobri celebrabantur: de quibus Alexander ab Alexandro lib. 8.

Vulcanalia in honorem Vulcani celebrabantur mensis Sextilis die xxviii.

DE SACRIFICIIS HVMA-
no cruore factis.

Porrò Orgia Orpheus inuenit in Thracia.

Matris deorū sacra Phrygij quotannis crudelissimis certaminibus faciebant.

Rhoenij hominem Saturno sacrificabant. In Salamine insula homo Diomedei immolabatur. Diana Taurica humanis placabatur uictimis.

Dionysio apud Chios homo crudeliter dissectus sacrificabatur.

Lacedæmonij hominem Marti immolabant.

Phœnices in bello et pestilentia amicissimos
d 2 homi-

homines immolabant Saturno. Eisdem in Creta sacrificabantur pueri.

In Laodicea Syria uirgo immolabatur Palladi.

Arabes singulis annis puerum immolantes sub ara sepeliebant.

Græci priusquam proirent in bellum, humanas uictimas dijs offerebant.

Aristomenes Messenius c. c. homines Ioui sacrificauit.

Athenienses bello petiti, & uicti à Minore rege Cretæ, propter interfectum Androgeum eius filium, cogebantur quotannis septem mares, ac totidem feminas in Cretam mittere sacrificandos.

Scythæ quoscunq; aduenas repererint Dianæ immolant.

In Pella Theſſaliæ ciuitate singulis annis homo immolabatur Peleo, & Chironi.

Galli Esum, & Teutatem humano cruore placabant.

Lactanti tempore Latialis Iupiter sanguine colebatur humano.

Carthaginenses ab Agathocle uicti, quibus iratum sibi Saturnum crederent, ducentos ei nobilissimos iuuenes immolauerunt. auctor Lactantius.

DE SACRIFICIIS QUIBVS DAM ALIJS.

Apud Lyndum oppidum Rhodiorum, fiebat sacrificium in honore Herculis, quod probris & conuicijs peragebatur. Hinc adlogium natum, Herculi Lyndio sacrificare, id est sacris deuotionibus uti.

Ritum sacrificij, quod fiebat in honore Cybeles, Ouid. in Fast. sic exprimit:

Ardua inductum resonat tinnitibus Ida,
Tutus ut infanti uagiat ore puer.

Pars clypeos sudibus, galeas pars tundit
bucinas.

Hoc Curetes habet, hoc Corybætes opus.
Res latuit, priscaque manent imitantia facti.

Aera decem comites, rursusq; terga mouent.
Cymbala pro galeis, pro scutis tympana
pulsant,

Tibia dat Phrygios (ut dedit ante) modos.

Salijs sacerdotes Martis, eidem sacra
ciebant salientes.

Victimarum superstitio emanauit ab Hyperbio Martis filio: ut placet nonnullis, quod animal primus occiderit, ut Prometheus occidit bouem.

Apud Delphos nullum reddebatur oraculum, nisi tota uictima ab imo cotremisset, membris omnibus agutatis.

Phæsetæ populi falsos pisciculos dijs immolabant.

Cares uero canem. Hinc Caricæ uictimæ dicitur immolare, qui uilissima largiuntur.

Libabatur etiam uinum, sed merum.

Prope Asopum fluminis habitatores singulis annis diem unum sacrum faciunt Eumenidibus, quibus prægnantes oves immolant.

Amastris Xerxis regis uxor, pro salute propria decem defodit uiuas homines.

Berosus prodit, fuisse apud Babylonios festum Saceas nomine, solitum agi quinque diebus, quibus serui imperabant dominis.

Coi Iunoni sacrificantes seruos à conuiuio reiciebant. Apud Romanos sacrorum auctor fuit Numa, qui instituit colere deos fruge, et mola salsa supplicare.

DE VOCABVLIS QUIBVS DAM AD RELIGIONEM SPECTANTIBUS.

Vocabula ad religionem spectantia sunt. Ceremonie, Sacrificium, Consecratio, Superstitio, Dedicatio, Piaculum, iusiurandum, Hostie. Mola erat far costum, sale aspersum. Sacrificare est petere, ut datur uenia.

Litæ

Litæ est propitiare, uel sacrificium ritè facere.

Holocæustum seu Holocæustoma, sacrificium erat, in quo exta uictimarum aris superposita comburebantur, de quo Vergilius: Et solida imponit taurorum uiscera flammis, Pinguis superq; oleum fundens ardentibus extis. Iosephus: Quando (inquit) tota uictima que immolatur, incenditur, in sacrificium nomen holocæustomatis habet.

Hostia erat uictima, que immolabatur cæsis hostibus. Sacrificabatur autem Laribus, quorum ope uicti credebantur hostes. Ouid. Hostibus à domitis hostia nomen habet.

Ianua erat genus libi, quod soli Iano immolabatur.

Iusta sacrificia erant, que mortuis impendebantur: que tamen præcipue fiebant his, qui uiuentes bene de republica, aut priuatis etiam hominibus, meriti fuerant. Horum meminit Liuius libro 1. Dec. 1. ubi de Pontificis Max. officio loquitur, & Feneſtella cap. 8. Pomponius Lætus capite 10. de Romanorum sacerdotibus. Sic iusta Catilina facta esse legimus apud Ciceronem in oratione pro Lu. Flacco, qui in libro de legibus Platonem iusta suorum reieciſſe ait ad religionum interpretes.

Pastillum, autore Festo, fuit genus libi rotundi, quod dijs offerebatur.

Stata erant certa ac stabilita, statutisq; diebus fieri solita. Cato: Sacra stata solennia sancta seruasti.

DE ORVM VICTIMAE.

A Esculapio Prisci medico, Phæbi filio Gallum sacrificabant: autore Cælio. Baccho Caper et Asinus immolabantur: Caper, quod eius uites rosisset. Vergilius

libro 2. Georg. Non aliam ob causam Baccho caper omnibus aris cæditur. Ouid. libro 2. de Ponto: Nec dabit in torso iugulum caper hostia Baccho. Martial. libro 3. Vite nocēs roseas stabat moriturus ad aras Hircus, Bacche tuis uictima grata focis. De Asino Plinius libro 2. Ferula asinis gratissima sunt in pabulo: cæteris uero iumentis præsentaneo ueneno. Qua de causa id animal Libero patri assignatur, cui ex ferula. Herodotus ait, Porcum etiam fuisse inmolatum Baccho.

Cereri mactabatur Porca, quod hoc animal eiusdem fruges uiolasset. Ouidius libro 1. Fastor. Prima Ceres grauidæ gausa est sanguine porcæ, ultra suas merita cæde nocentis opes. Nam sata uere nouo teneris lactentia succis Eruta setigeræ comperit ore suis.

Dianæ Cerua immolabatur. Ouid. lib. 1. Fast. Quæ semel est triplici pro uirgine cæsa Diana, Nunc quoque pro nulla uirgine cerua datur.

Sabei & Theſſali Canes Diana etiam immolabant. Idem Ouid. Extæ canum Trinia, uidi mactare Sabæos, Et quicunq; tuas accollit Hæme niues.

Fauno Capra. Ouid. lib. 2. Fast. Cornipedi Fauno cæsa de more capella, Venit ad exiguas turba uocata dapes.

Herculi Mæneius Actoris filius Taurum primus sacrificauit, propter summum taurum ab ipso Hercule interfectum: de quo Seneca in Herc. Oet. Vna est Geryon sparsus manu, Taurumq; populus horridus centum pauor.

Iſidi Inachi filie Anser. Ouidius libro 1. Fastorum: Nec defensa iuuant Capitula, quo minus anser Det iacur in lance Inachi lauta tuas.

d 3 Mæne

Maie Sus pragnans mactabatur, auto-
re Macrobio lib. 1. Satur. De uictimis deo-
rum uide Ouid. lib. 15. Met.

Mimeræ Capra, quod caprarum mor-
sus exitialis sit oliuæ, quam illa amat. Plin.
lib. 8. Oliuam lambendo quoque sterilem
faciunt: eaque ex causa Mimeræ immo-
latur.

Neptuno Taurus. Statius libro 5. A
chil. Ceruleum regem tauro ueneratur
auumq; Nerea. Vergil. Taurum Neptuno,
taurum tibi pulcher Apollo.

Nocti Gallus gallinæus immolabatur.
Ouidius: Noctæ deæ noctis cristatus cædi-
tur ales, Quod tepidum uigili prouocat o-
re diem.

Priapo etiam immolabant Asinum,
quod quæ hic deus Lotidem nympham dor-
mientem furtim stuprare uellet, intempe-
stiuo asini clamore coitu fuisset impeditus,
eumque excitata uirgo manibus reiecit
magno omnium (qui aderant) risu. Ouidius
lib. 1. Pastorum: Cæditur et rigido custodi
ruris asellus: Causa pudenda quidem, sed ta-
men apta Deo.

Carthaginenses usque ad excidium ur-
bis suæ Ingenuos pueros Saturno semper
immolarunt, auctore Curtio libro quar-
to de gestis Alexandrinis. Quod genus sa-
crificij Tauricæ Dianæ factum legimus in
Scythia.

Soli Persæ immolant Equum. Ouidius
libro 1. Pastorum: Placet equo Persis radijs
Hyperiona cinclum, Ne detur celeri uicti /
ma tarda Deo.

DE ORVM INSIGNIA.

Fulmen Iouis, Tridens Neptuni, fra-
mea Martis, Herculis claua, Bacchi Thy-
rus.

LOCA DEIS QVIBVS- dam sacra.

Aesculapium Apollinis filium colebat
Epidaurus urbs Peloponnesi. Plinius
libro quarto: In eo Epidaurum oppidum
Aesculapij delubro celebre. Ab Epidau-
ro dictus est Epidaurius. Ouidius libro
15. Aequore piacato patris Epidaurius a-
ras Linquit.

Cos ciuitas seu insula eidem sacra facie
bat. Colebatur etiam Pergami. Martia-
lis libro nono: Pergameo posuit dona sa-
crata Deo.

Trica urbs Thesaliæ templum habu-
it Aesculapio sacrum, Dolopibus et Pm-
do uicinum.

Aristeum mellis Deum colebat Arca-
dia. Vergilius libro quarto Georgicorum:
Tempus et Arcadij memoranda inuenta
magistri.

Amori loca sacra fuerunt, Colcho-
rum regio, et Idalium nemus. Catullus:
Sancte pater curis hominum qui gaudia mi-
sces, Quisq; regis Colchos, quiq; Idalium
frondosum.

Thespienses et Pariani populi in
Helleponto Amorem summa ueneratione
prosequuntur, eiusq; sacra uocant Ero-
tidia.

Apud Aegyptum urbem Achorum,
Amor colebatur cum Fortuna, sub eodem
tecto.

Apollini sequentia in primis loca
sacra fuerunt. Parnasus mons Phocidis
biuertex, ubi est spelunca reddebatur ora-
cula, teste Lucano. Vergilius in Bucoli-
cis: Nec tantum Phæbo gaudet Parnasia
rupes.

Gryneum nemus seu oppidum in Io-
niæ.

nia, sacrum Apollini habuit sanum. Ver-
gilius in Bucolicis: His tibi Gryneine /
moris dicatur origo, Nec quis sit lucus,
quo se plus iactet Apollo. Ab hoc nemo-
re Apollo ipse dicitur Gryneus. Vergilius
libro quarto: Italiam Lyciæ iussere capeffe
re sortes.

Phaselis mons est in Lycia, ubi Apol-
lo oracula reddebat. Auctor Aetnæ: Dex-
ter mihi carminis auctor Apollo, Seu tibi
Dolose potior, te cumq; Phaselis, Seute
Cynthos habet.

Cynthus mons est immixens Delo, ubi
Apollo celebre templum habuit, qui pro-
pterea Cynthus dicitur. Horatius: Inton-
sum pueri dicite Cynthium.

Delos insula maris Aegæi, Cycladum
una, in qua natus est Apollo. Prius Orty-
gia dicebatur. Vnde Apollo Delius et Or-
tygius. Ouidius libro secundo de Arte: Et
Paros, et Clario Delos amata Deo. Idem
libro 13. Metam. Tibullus libro 2. Delos ubi
nunc Phoebe tua est?

Claros fuit etiam una Cycladum, in
qua Apollo colebatur, qui in le Clarius di-
ctus est. Valerius Flaccus: Nec Clarij
nunc antra Dei quercusq; tonantis Ar-
guerem.

Delphi oppidum fuit Phocidis, ubi et-
iam Apollo colebatur, qui propterea Del-
phicus uocatur. Seneca: Ambage nexa Del-
phico mos est Deo Arcana tegere.

In Patara Lyciæ ciuitate sex anni men-
sibus dabantur Apollinis responsa.

Tenedos Aegæi maris insula, sacra fuit
etiam Apollini.

Chrysa Phrygiæ ciuitas, itidem et Cil-
la urbs, sacra fuerunt Apollini. Ouid. libro
13. Me Tenedon, Chrysemq; et Cillam A-

pollinis urbes, Et Syron cepisse.

Chrissa urbs Phocidis, sacrum etiam ha-
buit Apollini templum.

Colebatur etiam in Cyrrha oppido Pho-
cidis. Statius lib. 3. Syl. Aut Cyrrhae pater
aspernetur opacæ.

Colebatur etiam apud Therapnas ur-
bem Laconiae. Statius libro 3. Theba-
rum: Tanareumq; cacumen Apollineasq;
Therapnas.

Soracte mons est in Phaliscis, quon-
dam Apollini sacer. Vergilius libro unde-
cimo: Summe Deum sancti custos Soractis
Apollo.

Apollo apud Rhodios in tanto honore
habitus est, ut ibidem Colossus habuerit
inter septem orbis miracula numeratum.
Politianus: Conferat aut uasti molens Rho-
dos aurea Phoebi.

Hyperborei, septentrionales populi,
frugum primitias Delon mittebant Apol-
lini, quem præcipue colebant. auctor Pli-
nius.

Acrephnia urbs fuit Phocidis, ubi Apol-
lo Acrephnius colebatur.

Malloes locus fuit in Lesbos, ubi templum
erat Apollinis.

In Enresi Phocidis urbe, Apollo etiam
reddebat oracula.

Tegyra urbs Bœotiae sacra fuit Apolli-
ni, a qua Tegyreus dictus est.

In Mileto Ioniæ Asiaticæ urbe, fuit ora-
culum Apollinis, qui propterea dictus est
Milesius. Apuleius: Dei Milesij uetustissi-
mum percontatur oraculum.

Bacchus Thebis colebatur, qui propte-
rea et Diræus appellatur. Horatius libro
1. Carm. Vel Baccho Thebas, uel Apolline
Delphos insignes.

Naxos una Cycladum, coluit Bacchū. Claudianus: Hercules & Bromij sustentat gloria Thebas. Plin. libro 4. Nec cedentes Athenis claritate, quæ cognominatur Bœotie Theba, duorum num. num. Liberi, atq; Hercules (ut uolunt) patria.

Apud Nysam urbem Arabiæ ferunt Bacchū à Nymphis educatum fuisse. Hinc Bacchus dicitur Nysæus. Statius lib. 4. Theb. Omnipotens Nysæe pater.

Callychoros fluius est apud Heracleā Paphlagoniæ, Baccho sacer, quod ab India reuertens chorum ibidem constituerit. Valerius Flac. lib. 5. Argon. Præterit & festa uulgatū nocte Lyæi Callychoron, nec uana fides, his Bacchus in undis Abluit Eo rorantes sanguine thyrsos.

Tamaritæ populi Hircanis proximi, Bacchum ab India uictorem redeuntem hospitio susceperunt, eiq; sacra solennia constituerūt, actis circum torcularia choreis, quamdiu spumarent musto.

Cerere uenerabatur Eleusis urbs Atticæ, quod ibidem frugum usum & agriculturæ dea docuisset. Vnde & Eleusina uocata est. Virg. lib. 1. Georgicorum: Tardaq; Eleusinae matris uoluentia plaustra.

Colebatur etiam in Aetna monte, Enna & Catana urbibus Siciliæ, à quibus locis uocatur Aetna, Enna, Catanensis. Claudianus: Aetnæ Cereri proles optata mirebat Vnica. Syllius libro 1. Nec Cerere Ennæ, Phario nec uicta colono. Lactantius: De Cerere Catanensi uel Ennensi: quarum alterius tanta fuit religio, ut adire templi eius secreta penetratis uiris nefas esset.

Cybelen deorum matrem colebant sequentia loca. Ida & Dindymus Phrygiæ montes. Virgil. lib. 10. Anna parens Ida

deum, cui Dindyma cordi. Hinc Cybela Dindymene. Martiali: Non per mystica sacra Dindymenes.

In Phrygia Galli Cybeles ministri in honorem deæ inter se concertabant, & di gladiabatur ad effusionem sanguinis. Deum cruore uberim manante, concurrebant ad aliquem fluium deæ sacrum, ibidem cultros & pl. gas loturi. Romani hoc faciebant ad Almonem fluium, proximum Romæ, undecimo Calend. April. Valerius Flaccus libro 8. Argon. Sic ubi Mygdonios planctus sacer abluit Almo, Letaq; iam Cybele.

Reate Umbriæ ciuitas. Syllius lib. 8. Magnæq; Reate dicatum Cœlicolum matri.

Berecynthus mons Phrygiæ, à cuius nomine Berecynthia dicta est Cybele. Vergil. libro sexto Aeneid. Qualis Berecynthia mater Inuehiur curru Phrygiæ turrata per urbes.

Pesinuntium oppidum Phrygiæ, à cuius nomine dicta est Pesinuntica. Apul. lib. 11. inde primigenij Phryges Pesinunticam nominant deum matrem.

Diane sequentia loca sacra fuerūt. Parthenius Paphlagoniæ fluitus. Valerius Flac. lib. 5. Argon. Epais tibi Tiphys negatum Parthenium, ante aëos Trinia qui creditur amnis.

Cynthus mons imminens Delo, in quo nata est cum Apolline. Hinc uterque Cynthus appellatur. Stat. lib. 1. Theb. Illa suas Cyntho comites agat.

Ephesus urbs Ioniæ, seu Lydiæ, in qua templum habuit magnificum, inter septem orbis miracula numeratum.

Bauron urbs Atticæ, ubi etiam colebatur.

Colebatur & in Auentino & Algidio

gi. lo montibus Italiæ. Horatius: Quæq; Auentinum tenet, Algidumq; Quindecim Diana preces uirorum Curet.

Colebatur etiam in Delo. Vergil. Notior ut iam sit canibus non Delia nostris.

Item in Tauro Scythiæ monte. Lucan. lib. 1. Et Taranis Scythiæ non mittit ara Diane.

Colebatur Faunus in Arcadia. Ouid. li. 2. Fast. Faunus in Arcadia templa Lycæus habet. Idem libro 4. Stabat Menalio sacra relicta Deo.

Fortunam Antium maritima urbs Latiorū habuit in honore maximo, cui etiam sacra fecit, templumq; erexit magnificum. Vnde Horatius lib. 1. Car. O diua, gratum quæ regis Antium.

Rhamnus seu Rhamnis, oppidum fuit in Attica, in quo Nemesis & Fortuna colebantur. Hinc utraq; Rhamnusia appellatur. Vergilius in Cyri: Haud fallor, quod te potius Rhamnusia fallat.

In Præneste urbe Italiæ colebantur Sorites & Fortuna, quæ propterea Prænestinae uocantur. Propert. lib. 2. Nam quid Præneste dubias ô Cynthia sortes, Quid petis Aëi moenia Thelegoni? Syll. Sacrusq; dicatum Fortunæ Præneste iugis.

In Orchomeno Bœotie urbe, templum fuit dicatum Gratij; seu Charitibus.

Herculi sacrum fuit Tybur oppidum uicinum Romæ: quod inde uocatur Herculeum. Martial. lib. 1. Tybur in Herculeum migravit nigra Lycoris.

Bœotie Thebæ etiam Herculem coluerūt, qui propterea Thebanus dicitur. Propertius libro 3. Cymbala Thebano concrepuere deo.

Gadibus quoque (ubi columnas posuit) templum habuit Hercules: in quo quidem

templo Iulius Cæsar animaduersa Alexandri Magni imagine, ingemuit, et quasi per tacitus ignauiam suam, quod nihil dum à se memorabile actum esset in ætate, qua ianus Alexander orbem terrarum subegisset. De Gadibus Linius: Annibal Gades profectus, Herculi nota exoluit. Hinc Gades Herculeæ dicuntur.

Tyrintha ciuitas Argis uicina, Hercule nutriuit, & ut deum uenerata est. Vnde & Tyrinthus appellatur. Ver. li. 7. Aen. Postquam Laurentia uictor Geryone extincto Tyrinthus attingit arua.

Isim Inachi filiam, & deam Aegyptiorum, sequentia loca habebant in honore. Paretonium urbs Aegypti, Pharos, Memphis, & Mareotis pars Aegypti.

Aegyptum sacram fuisse Isidi, Prop. docet lib. 2, dicens: An tibi non satis est fuscis Aegyptus alumnis? Copton quoq; in insula est in Aegypto, sacra Isidi.

Iouem Creta insula, centum urbibus memorabilis, aluit, atq; sacra fecit: unde & Cretæus dicitur. Vergilius libro 3. Aen. Creta Iouis magni medio iacet insula ponto, Mons Idæus ubi, & gentis cunabula nostræ.

Pyreus portus Atticæ, sacer erat Ioui, ut etiam Homole mons Thessaliæ, seu Bœotie, à cuius nomine Iupiter Homolius dicitur.

Colebatur etiam in Ida, in Latio, in Libya, ubi erat eius oraculum, in Elide. Vnde Vergilius eum uocat idæum, Lucanus Latialem, Latinum Ouidius & Libycum, Ep. laum Propertius, quoniam in Elide quinto quoq; anno celebrabantur Iudi Olympici in eius honorem.

Iunonem sequentia loca coluerunt.

Carthago urbs Africa. Vergil. libro 1

Aen. Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam Posthabita coluisse Samo: hic illius arma, hic currus fuit.

Colebatur etiam in Prosimna ciuitate, Stat. lib. 1 Theb. Hinc celsæ Iunonia tēpla Prosimnae.

In Samo insula maris Icarij, habebatur in honore præcipuo: nam et ibidem fuerat nutrita. Ouid. lib. 8, Etiam Iunonia Leua Parte Samos fuerat.

Argos & Mycenæ urbes Achaia, Iuno nem quoq; uenerabantur. Horatius libro 1 Carm.

Phalisci populi Iunonem coluerunt. Ouid. lib. 6 Fast. Adde senem Tatium Iunonem: quæ Phaliscos.

Ladona colebatur in Delo, quod Apollinem et Dianam ibidem peperisset. Verg. lib. 3 Georg. Cui non dictus Hylas puer, et Latonia Delos.

Loca Marti sacra sunt, Thermodon fluius Scythia, & Rhodope mons, quoniam fertur natus in Thracia. Claud. Flumina laerunt puerum Rhodopeia Martem.

Colebatur et in tota Thracia, & apud Getas. Vnde Odrysum eum uocat Statius, & Geticum. Sythonium Pontanus & Threicium.

Ithyus fuit domicilium Mineræ in arce Atheniensis. Catull. Vnigenâq; simul cultricem montis Ithimi Pallada.

Pyreus mons Atticæ, sacer fuit etiam Mineræ.

Colebatur et in Aracyntho Aetoliae monte, à quo Aracynthia dicta est. Stat. de Diana & Pallade lib. 2 Theb. illa suas Cyntho comites agat, hæc Aracyntho.

Nea Cycladum una, sacra fuit etiam Mineræ, autore Plin. lib. 4 Hist. cap. 12.

Præcipuus eius dignatio fuit Athenis,

ubi et artes inuenisse fertur, atq; etiam urbem ipsam condidisse. Hinc Athenæ, Attica, Cecropia & Mopsopia dicitur. Horatius lib. 1 Car. Sunt quibus unum opus est, imitæ Palladis urbem Carmine perpetuo celebrare.

Alcomeneum fuit oppidum Bœotia, cuius conditor iuste ibidem coli Mimeruam.

Libethris fons Magnesiæ sacer fuit Musis, ut etiam Hippocrene, à quorum nomine dicuntur Libethrides & Hippocrenides. Vergilius: Nymphæ noster amor Libethrides. Eam ob causam Festus Auienus Camœnalem uocat Hippocrenem, ubi sit: Lympha camœnalem fugit procul Hippocrenem.

Sunt et alia loca sacra Musis, ut Sicilia, unde Staelides dicuntur à Vergilio. Aonia seu Bœotia: Helieon, mons Bœotia.

Pimpla, locus uicinus Parnaso: Aganypse, fons Bœotia: Sebethus, fons apud Neapolim: Thespia, oppidum Bœotia: à quibus omnibus locis Epitheta meruerunt. Vide in Capite de Musis.

Nemesis, dea ultionis & indignationis (quæ superbos punit & uaniloquos) templum habuit in Rhamnunte Asiae oppido, à quo Rhamnusia dicta est, ut Fortuna. Ouidius lib. 3 Met.

Dixerat: assensit precibus Rhamnusia iustis.

Neptunus templum habuit in Tenaro Laconie promontorio, à quo Tenarius dicitur. Prop. lib. 1, Tenarius facili presbit amore deus.

Onchestus urbs Bœotia, habuit etiam templum Neptuno sacrum.

Osyris deus colebatur apud Aegyptios. Tibullus libro 1, Te canit, atq; sumum pubes

miratur

miratur Osyrim Barbara Mephitem plaudere docta bouem.

Plutoni apud Eleos delubrum sacrum fuit, semper clausum, obseratum, præterquam quod semel tantum quotannis aperiebatur. Plutonem autem ideo colebant Elei, quod eius præsidium sensissent contra uim Heriulis.

Priapum Lampfacus urbs Helesponti coluit. Ouid. lib. 6 Fast. Lampfacos hunc soli solita est maciare Priapo.

Proserpina Cereris filia colebatur in Sicilia, teste Plutarcho: unde et Sicilia uocatur à poetis. Seneca: Vidisti Sicula regna Proserpina, ubi primæ huius ditionis Proserpina, corripit, quod est inuēturarū.

Colebatur etiam in Enna urbe Sicilia: unde Ennea quoq; dicitur. Lucanus lib. 6. Eloquar, immenso terræ sub pondere, quæ te Contineant Ennea dapes.

Solem Scythæ unicum deum putant, cui equum immolant.

Veneri sequentia loca sacra sunt: Amathus insula maris Aegæi, à qua uocatur Amathusia & Amathusis. Verg. lib. 10. Est Amathus, est celsa mihi Paphos, atq; Cythera, Idaliæq; domus.

Colebatur etiam in Cypro insula, & Papho eiusdem insule urbe. De Cypro & Memphi Aegypti urbe (ubi etiam sanum habuit) Horat. lib. 3. Car. O quæ beatam diuina tenes Cyprum, & Memphim carentem Sibonia niue. A Cypro, dicitur Cypris, Cypris, et Cyprigena. Mantua. in Fast. Cyprigena cæpos, et regna per ardua Phœbi.

De Papho & Gnydo Horat. lib. 3. Car. Quæ Gnydon, Fulgēsque tenet Cycladas & Paphum. Stat. lib. 1. Syl. Non secus alma Venus, quam si Paphon a quore ab alto, Idaliæq; domos, Erycinaq; tēpla subiret.

A Papho Paphia, & Gnydo Gnydia dicitur. Plin. lib. 7. Praxiteles marmore nobilitatus est, Gnydiaq; Venere præcipue. Præcedentia exempla docent, Idaliū nemus et Cyclades & Cythera sacra fuisse Veneri.

Ab Eryce mōte Sicilia, sibi sacro, dicta est Erycina. Horat. lib. 1. Carm. Sine tu meis Erycina ridens.

Hypæpa urbs proxima Tmolō sacra fuit, etiam Veneri. De hac urbe Ouidius de Arachne: Orta domo parua, parua habitabat Hypæpis.

Vulcano Imbros insula Thraciæ sacra est, quæ inde Imbrantium uocant. Val. Flacc. Præterq; accesserat Imbros.

Inter Liparam & Therasiam insula est Therasia Vulcano sacra. autor Plin. lib. 6.

Præcipuus Vulcani cultus fuit in Lemno insula, à qua Lemnius dicitur, ut Lenos ipsa Vulcania. Ouid. lib. 13. Nec Peantiadē quod habet Vulcania Lemnos. Verg. lib. 8. Aen. Hec pater Aëolijs properat dum Lemnius oris.

De alijs locis, in quibus dii habitati sunt in honore, Ouid. lib. 3. Fast.

Pallada Cecropidæ, Minioia Creta Dianam, Vulcanum tellus Hypsipylæa colit. Iunonem Sparta, Peloponnesosq; Mycenæ, Pinigerum Fauni Mænalis ora caput.

Mars Latio uenerandus erat, quia præsidet agris. Lactant. lib. 1. de falsa Religione: Summa ueneratione coluerunt Aegyptij Isidem, Mauri Iubā. Macedones Gabyrim, Pœni Vranum, Latini Farnū, Romani Quirinū, Athenæ Mineruam, Samos Iunonem, Paphos Venerem, Lemnos Vulcanum, Naxos Liberum, Apollinē Delphi.

CVRVS DEOR. QVIBVS animalibus trahantur.

CVRVS Bacchi, Lyncib. & Tygribus. Propertius de Ariadna raptā à Bac-

e 2 cho:

cho: Lyncibus in cœlum ueſta Ariadna tu-
is. Ouidius in Epist. Phædræ: Inq; capistrata
tygris alia ſedet. Idem lib. 3. Metam.
Quem circum tygris ſimulachraq; mania
lyncum. Idem lib. 4. Metam. & lib. 1. de Ar-
te. Verg. libro 3. Georg. Quid lynces Bac-
chi uaria?

Cybeles leonibus. Verg. lib. 3. Et iuncti
currum domina ſubire leones. Ouid. libro
10. Dente premunt domito Cybeleia fræna
leones. Catullus: Vbi iuncta iuga reſoluens
Cybele leonibus.

Dianæ ceruis. Claud. Dixit, & extem-
plò frondosa fertur ab Alpe Trans pela-
gus, cerui collum ſubire iugales.

Iunonis pauonibus.

Leucothoes deæ marinæ, Delphinis.
Vergil. in Cyri: Illa etiam magnum iunctis
quæ piſcibus æquor, Et glauco bipedũ cur-
ru motitur equorum Leucothoe.

Lunæ bobus. Martis equis.

Neptuni equis. Verg. lib. 3. Iungit equos
curru genitor. ſpumantiq; addit Fræna ſe-
ris, manibusq; omnes effundit habenas. Syl-
lius lib. 3. Extremamq; petit Phœbæa cubi-
lia Thetyn Frænatis Neptunus equis.

Oceani Balanæ. Currum Tritonis
piſces. De his omnibus Polit. in Ambra:
Biſtonijs Mars inſtat equis. Tu iungis odores
Phœbe Therapnæos. Getica Mars fulgurat haſta.
Contendis tu Phœbe fides, arcusq; retendis
Lyncas agit Bromius, pauos Saturnia piſtos,
Tardos Luna boues, annofas Delia ceruas,
Gryphes Hyperb oreos Nemeſis, Cytherea colubas
Fert pedib. pinnas puer Arcas, crine galerũ. (bas)

Item Ioan. Frænificus Mirandula:

Paphios non iungit odores
Cypria, terribilem non concinit ægida Pallas,
Non uolucres ſequitur ceruos pharetrata Diana,
Nectere odoriferos ioris aſſueta Laconas,
Non iunctis fertur luno ſuper æthera pauis,
Dum Samon aut teſta inuiſit Carthaginis altæ,
Cynthia nec bobus charum Endymiona fatigat.

Saturni draconibus ſiue ſerpentibus,
Solis equis.

Thetidis Delphinis: quemadmodum &
Leucothoes. Tibul. Veſta eſt frænato ceru-
la piſce Thetys.

Veneris lyncis. Ouid. 10. Iunctisq; per
æra cynnis Carpit iter. Syl. lib. 7. Tum ma-
tris currus niueos agitabat olores. Statius
libro 1. Syl. Thalamiq; ingreſſa ſuperbum
Limen Amycelos ad fræna citauit olores.
Statius lib. 3. Dum petit, & molles agit
Venus aurea cynnos. Horat. libro 4. Car-
min. ad Venerem: Tempeſtiuus in domo
Pauli purpureis ales oloribus Comeſſ. be-
re maximi.

DEORVM AMASIE.

G Anymedem in primis fabulantur poe-
tæ Iouis eſſe amaſiũ, quem ob formam
Aquila pedib. in ida corripuerit, et in cœ-
lum euexerit. Vergil. Quem præpes ab Ida
Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger
uncis. Ouid. lib. 10. Rex ſuperũ quondam
Phrygiĩ Ganymedis amore Arſit.

Endymionem formoſum paſtorem Lu-
na fertur adamaſe, adeo ut cœlo relicto in
montem Lathmium eius oſculandi gratis
plerunq; deſcenderit. Pontan. de Stellis. O/
uid. lib. 3. de Arte. Prop. lib. 2. Nudus & En-
dymion Phœbi cepiſſe ſororem Dicitur, et
nude concubiſſe deæ.

Hylam Thiodamantis filium adamauit
Hercules, ſecumq; duxit cum Argonautis.
Vbi quum aquas hauriens puer urnæ pon-
dere fuiſſet demerſus, multis clamorib. ab
ipſo Hercule conuocatus eſt. Hinc natum
adagium, Hylã nocare. Val. Flac. lib. 3. Arg-
Rurſus Hylam et rurſus Hylam per longa
reclamat Auid, reſponſant ſyluæ, & uaga
certat imago. Prop. lib. 2.

Adamauit etiã Hercules Abderum pue-
rulum, non minori, quàm Hylam, affectu.
Hyacinthus

Hyacinthus Apollinis fuit amaſius. O-
uidius lib. 10. Te quoq; Amyclide poſuiſſet
in æthere Phœbus, Triftia ponedi tempus
ſi fata deſiſſent. Plin. 2. Hyacinthum comi-
tatur fabula duplex, luſtum præferens eius,
quem Apollo dilexerat.

Adamauit etiam Apollo Branchum pue-
rum Theſſalum, quem mortuum ſuis tem-
plis ſacrum haberi uoluit. Item Daphnem
puellam, Penei fluminis filiam, quã fugien-
tem in Laurũ conuertit. Mantuanus: Quot
ſtuluit uerbis Daphnem ſacundus Apollo
Electere.

Ampelos puer ſpecioſus, Baccho adama-
tus eſt. Ouid. lib. 3. Faſt. Ampelon intonſum
Satyro Nymphæq; creatum Fertur in Iſma-
rijs Bacchus amaſſe iugis.

Adonis Cinaræ ex Myrrha filius, Vene-
ri fuit chariſſimus. Ouid. lib. 1. de Arte: Ne
te prætereat Veneri ploratus Adonis. Pro-
pert. lib. 2. & Pont. lib. 1. de Stellis.

Cephalus & Tithonus chariſſimi fue-
runt Auroræ. De Cephalo Ouid. libro 3. de
Arte: Lathmius Endymion non eſt tibi Lu-
na pudori, Nec Cephalus roſæ præda pu-
denda deæ. Propert. lib. 2.

Atys puer Phrygius, Cybeles fuit ama-
ſius. Catullus: Tenerum uidit Atyn prope
marmor Pelagi, Facit impetum: ille demens
fugit in marmora fera, ibi ſemper omne ui-
tæ ſpacium ſamula fuit. Ouid. lib. 10. Hirſu-
to uertice pinus Grata deũm matri, ſiqui-
dem Cybeleius Atys Exiit hac hominem,
truncq; induruit illo.

Amavit Hippolitum Diana, quum ob
formam, tum raram in forma caſtitem.

Pudari poete, eiusq; carminum amato-
rem fuiſſe Pana, fabulantur. aut or Plutar-
chus in Numa Pompilio.

Syrinx quoq; Arcadica fuit nympħa, quã

à Pane deo mirè adamatam ſcribit Ouid.

FILII DEORVM,

& Heroum.

Filij Acherontis: Aſcalaphus, Alecto,
Teſiphone, Megæra, Victoria, Styx.

Aeoli: Machareus, Miſenus, Criteus,
Salmoneus, Iphiclus, Sifyphus, Cephalus,
Athamas, Canace, Alcynoe.

Aetheris: Iupiter primus, Cælius.

Agenoris terrij: Polydorus, Phœnix,
Cadmus, Labdacus, Taygeta, Europa.

Amphionis: Archemorus, Antegorus,
Tantalus, Phadimos, Sipolos, Xemarachus,
Epinitos, Aſtleratia, Pelopeia, Cheloris,
Cleodoxe, Ogune, Phytia, Nerea.

Apollinis ſecundi: Mopſus, Linus, Philo-
ſenes, Garamas, Branchus, Philemon, Or-
pheus, Ariſteus, Nomius, Aſtous, Argeus,
Aeſculapius, Arabs, Lapyta, Eurynome,
Pſice.

Atlantis: Hyas, Eudora, Ambroſia, Py-
rilide, Croni, Phito, Polixo, Thyenes, Ele-
ara, Mata, Steropes, Celeno, Taygeta, A-
cyone, Meropes, Calypſo.

Bacchi: Hymeneus, Thyoneus, Thoas,
Beli priſci: Danaus, Argyſſus, Age-
nor.

Cadmi: 3 emele, Agave, Antenoe, Ino.

Cælij: Vulcanus primus, Mercurius 3.
Toxius Titanus, Iupiter ſecundus, Ocea-
nus, Ops, Thetys magna, Venus magna.

Demogorgonis: Litigium, Pan, Clotho,
Lachæſis, Atropos, Polus, Python, Terra,
Herebus.

Faun: Acys, Eurymedon, Lat inus.

Herculis: Oxias, Creontide s, Tyrio-
machus, Dyichoontes, Ithoneus, Cromis,
Agilis, Ius, Sardus, Cirrus, Dio dorus, Tri-
ptolemus, Theſſalus, Auentinus, Telephus,
Lydas, Lamirus.

Herebi: Amor, Labor, Metus, Dolus, Morbus, Pallor, Somnus, Charon, Dies, Aether, Gratia, Inuidia, Fraus, Pertinacia, Egestas, Miseria, Fames, Querela, Seneectus, Tenebra, Mors.

Hesperii: Aegle, Hecetusa, Hesperetusa.

Iouis primi: Apis, Sol, Mercurius, Triopatreus, Epuleus, Dionysius, Hercules, Liber pater, Epaphus, Scythia, Minerva, Diana, Proserpina.

Iouis secundi: Apollo, Tityrus, Bacchus, Amphion, Zetus, Calais, Lacedaemon, Tantalus, Hercules, Arcas, Diana, Pasithea, Egiale, Euphrosyne, Minerva.

Iouis tertij: Acheus, Amor, Castor, Pollux, Pallistus, Iarbas, Myrmidon, Xanthus, Lucifer, Orion, Minos, Sarpedon, Rhadamanthus, Archifius, Tantalus, Dionysius, Perseus, Aon, Aeacus, Pylumnus, Mercurius, Vulcanus, Hercules, Aeolus, Venus, Proserpina, Helena, Clytemnestra, Mena, nouem Muse.

Laomedontis: Lampus, Clitio, Ioetao, Titon, Priapus, Antigona, Hestona.

Latona: Apollo, Diana.

Martis: Cupido, Enomaus, Tereus, Ascalaphus, Iasmenus, Parthaon, Zefius, Phlegyas, Euannes, Hiperius, Etholus, Remus, Romulus, Britona.

Mercurij: Eudorus, Myrtilius, Lares, Euander, Pan.

Mercurij secundi: Cupido, Auclolius.

Minois: Androeus, Glaucus, Deucalion, Ariadna, Phedra.

Neptuni: Dorus, Amycis, Phorcus, Albion, Borgion, Thara, Polyphemus, Tilenus, Brontes, Steropes, Pyragmon, Naficheus, Melion, Asterion, Aon, Mesap-

pus, Busyris, Pelasgus, Nauplius, Sicanus, Situlus, Celeno, Aello, Ocyete.

Oedipi: Ethocles, Polynices, Antigona, Ismena.

Paridis: Daphnis, Idicus.

Pelopis: Atreus, Thyestes, Phystenes, Lysidice.

Priami: Paris, Hector, Helenus, Caor, Troilus, Deiphobus, Polydorus, Lycaon, Esacus, Anthysus, Isus, Teucer, Dimocoon, Echemon, Cremenon, Gorgiton, Cebrion, Phorbos, Doricon, Pammon, Elibon, Agaton, Hippobolus, Aganon, Lacoones, Mistor, Iphates, Testorius, Tyroetes, Polytes, Creusa, Cassandra, Iliona, Laodice, Lycaste, Mediscastis, Polyxena.

Promethei: Pandora, Isis, Deucalion.

Saturni: Pluto, Chiron, Ficus, Neptunus, Iupiter tertius, Cronis, Vesta, Ceres, Glauca.

Solis: Phaethon, Miletus, Phetusa, Salmepetij, Dirce, Pasiphae, Oeta, Cyrce, Aegina.

Terra: Tartarus, Taygetes, Antheus, Nox, Fama.

Titani: Hyperion, Briareus, Ceu, Typhon, sea Tiphoeus, Enceladus, Aegeon, Iapetus, Astreus, Aleus, Palenes, Rumchus, Purpursus, Lycaon, Aurora.

Vlyssis: Telemachus, Telechonus, Aulonij.

Tantali: Niobe, Pelops.

Vulcani: Eriktionius, Cacus, Ceculus, Tullius, Seruilius.

PRODIGIA ET PORTENTA diuersa.

☉ Oculū sanguinea specie apparuit, quū rex Philippus Graciam inuasit.

Stellae circa Solis orbem uisae sunt, Augusto

gusto Cesare in prima iuuenta urbem intrante, post mortem patris.

Circa Solē arcus apparuit, L. Opimio, & Q. Fabio consulibus.

Triui Soles apparuerunt, Sp. Posthumio, & Q. Minucio consulibus.

Luna trine uisae sunt, Cn. Domitio, & L. Anno consulibus.

Clypeus ardens ab occasu ad ortū scimitillans, L. Valerio, & Cn. Mario consulibus.

Rekatum est, caelum lacte pluisse & sanguine, M. Aelio, & C. Portio consulibus. Item carne. L. Volumino, & Seruio Sulpitio consulibus. Item ferro in Lucanis, paulo ante quā L. Crassus à Parthis occideretur.

L. Paulo, & C. Marcello consulibus, laena pluit, & lateribus coctis. Armorum crepitus & sonitus tubarum auditi sunt à caelo Cimbricis bellis.

Tertio consulatu Marij, uisae sunt ab Amerinis & Tudertibus arma caelestia ab ortu & occasu inter se concurrentia, pulsas ad extremum, quae ab occasu erant.

L. Martio & Sex. Iulio consulibus, in agro Mutinensi duo montes inter se concurrerunt, crepitu maximo assultantes, & recedentes, & inter eos flamma fumoq; exunte. Quo cōcursu uillae omnes elisae sunt. Animalia permulta (quae intra fuerant) exanimata sunt.

Tiberio principante, maximus post hominum memoriam terrae motus factus est, quo xx i. urbes Asiae una nocte prostratae sunt.

Quum Dionysius iunior suo principatu pulsus est, accidit prodigium, ut uno die in portu dulcesceret mare.

Inter initia Marsici belli Alcippe mulier

peperit elephantum: & quaedam ancilla serpentem.

Natus est Hippocentaurus in Thessalia, & eodem die mortuus est.

Quo anno Saguntus deleta est ab Annibale, puer in eadem urbe reuersus est in uterum matris.

Annotatum est antiquis prodigijs, caenam locutum fuisse, & serpentem latrasse, quum pulsus est regno Tarquintius.

Bouem quoq; locutum fuisse, proditur ueterum monumentis.

C. Lepidus apud Plinium testis est, arbores locutas. Oliua in totum ambusta reuixit.

In Boeotia derosa à locustis ficus germi nauere.

Laodiceae aduentu Xerxis platanus in oleam mutata est.

Paulo ante mortem Caesaris, equorum greges comperti sunt pabulo abstinerere, uerbimq; flere. Pridie uero quā interficeretur, auem regaliolum cum laureo ramulo Pompeianae curiae se inferentem, uolucres uarij generis discerpserunt.

Ante mortem Caligulae simulachrum Iouis Olympiae tantum cachinnum repente exiit, ut machinis labefactis opifices diffugerint.

Ante mortem Sergij Galbae, quum opidatum uictima cederentur, taurus securis ictu consternatus, rupto uinculo effedū eius inuasit, & totum cruore perfudit.

Neronis principatu arbores sedem mutauerunt.

M. Lepido & Q. Catulo cōsulibus, in uilla Galerij locutus est gallus gallinaceus. Cecinere galli nocte tota, qua Marthianus uicecomes primum suscepit filium, unde Galaeae inditum nomen.

Nepolis sub Nicolao quinto Pontifice Maximo tremuit, eoque motu multa hominum milia periere.

Servio Tullio adhuc puerulo dormienti flamma emicuit circa caput.

Tempore belli, quod Romani gerebant in Veientes, Albanus lacus solitum stagni molumentum excessit.

Dum L. Sylla consul sociali bello in agro Nolano immolaret, subito ab una parte aræ prolapsus est anguis: quo uiso, Posthumus aruspex suasisit, ut exercitum in expeditionem educeret.

C. Volumnio & Servio Sulpitio consulibus, bos mugitum humanum sermonem conuerso, locutus est. De his consule Valerium Maximum.

Puer infans semestris in foro Boario triumphum proclamauit. Alius cum elephantino capite natus est.

Traditur etiam in antiquis prodigijs, lapides in agro Piceno pluuisse. In Gallia lupum uigili e uagina gladium abstulisse. In Sicilia scuta duo sanguinem sudasse: metentibus cruentas spicas in corbem decidisse: aquas sanguine mixtas fluxisse. Secundo etiam bello Punico bouem dixisse, Caue tibi Roma.

C. Hostilio Mancino, in Hispaniam ituro, talis uox sine autore ullo peruenit ad aures: Mancine mane.

Quum T. Gracchus consul in Lucanis sacrificasset, angues duo ex occulto prolapsi, hostie, quam immolauerat, iecur ademerunt: demum in easdem latebras se retulerunt. Idem quoque secundum sacrificanti accidit.

M. Crasso in Parthos ituro datum est pulchrum paludamentum, quum executibus in prælium album aut purpureum dari solet.

Quum Pompeium Dyrrachio egressus in Casarem proficisceretur, eius signa apud examinibus obscurata sunt: quo portento Iupiter eum a bello reuocabat. Sonus tympanorum Pergami abditis delubris editus est. Palma uiridis Tralibus in aede Victorie sub Casaris statua enata est.

In exercitu Xerxis aduersus Græciam contractio equæ partu lepus editus est. Eisdem priusquam Athenas deleuet, de inuadendis Lacedæmonijs cogitanti, hoc accidit: Infusum namque pater eius uinum ter in sanguinem conuersum est.

Mida pueru dormienti, formicæ in os granatritici congeserunt: ut Platoni mel & fauos apes intulerunt.

Anno quo Hierosolymas deleuit Vespasianus, sidus in caelo apparuit gladii figura, urbi imminens. Apparuerunt et currus nauis cœli regionibus uagantes: uisæ sunt armatæ acies concertare in nubibus.

Sedente in Pontificatu Ioanne undecimo, Genue fons sanguinis prodigiosè fluxit. Paulo post urbs ipsa a Sarracenis capta est.

Pridie quam Veneti Ligustico bello uinicerentur, corui diuersis inter se agminibus confligere, ita ut sanguis supernè cadens naues ipsas cruentaret.

Imminente Romanis primo ciuili bello, ignis ex hastis subito emicuit, qui uix potuit extingui. Tres corui pullos suos in uia productos laniantur: quod ex laniatu susperuit, retulerunt in nidum. Mures aurum in templo roserunt. Capta ex his foemina quincus musculos in muscipula enixa est, & tres ex illis deuorauit. Tubarum clangor in aere concrepuit.

Triumuiralibus copijs ad Bononiam contra Gels, sedit aquila super Octauij taberna,

bernaculum; duosque hinc & inde coruos incessantes uehementer affluxit. Quod uniuerso exercitui futuram Triumuirorum discordiam portendebat.

Moses (cuius uirga se in draconem conuerterat, ac demum priorem acceperat formam) rubum uidit incombustum.

Daniel quum Susis esset in Mesopotamia, cœcidissetque in facie terræ motu, iussus postea cœlesti uoce surgere, ipsumque cœlū intueri, arietem uidit in aere multicornem.

Eo die quo uirgo Christum peperit, oleum Romæ in translyberina regione erupit, et die totum perpetuo manauit fluxu. Quo die Christus affixus est cruci, sol à sexta hora diei ad nonam obtenebratus est.

Mauricio Imp. (qui Gregorio pontifici ei erat infestissimus) apparuit homo ignotus monastico habitu cum gladio, quem imperatoris statuæ circumferens, prædixit Mauriciū gladio periturum: ut accidit.

Dario Babylonè obsidenti uox e muris reddita est, urbem ipsam tunc a Persis captū iri, quum mula pæreret. Quo præfatio oēs capiendæ urbis desperatio iam ceperat, donec Zopyri Persæ mula enixa est.

Anno quo Nero excidit principatu, olea et prata in contrarias sedes transiere.

Ante paulo quam August. Imper. factus esset, bos in suburbano Romæ, ad arantem locutus est, frustra se urgeri: non enim frustra menta, sed homines breui defuturos.

Sedente in pontificatu Leone VII. Sol per aliquot dies ueluti sanguinolentus apparuit. Quod prodigium calamitosa pestis secuta est.

Anno M. CLVII. Christianæ salutis, figura crucis in luna publicè uisa est. Imperante Henrico 7. et sedente in pontificatu Clemente 5. tres Lunæ simul apparuerunt.

Anno salutis M. CCC XLVII. Imperante Carolo quarto, ceciderunt e caelo quedam bestiolæ, quarum corruptio et factor pestem attulerunt.

Anno salutis M. CCC CLVI. sedente Calixto tertio, natus est in Sabinis uitelus biceps. Romæ apud Veneris portam cecidit e caelo sanguis, Carnes in Liguria.

Imperante Henrico Quarto, monstrum supernè bicorporatum est in agro Britannico.

Imperante Henrico Quinto, in agro Hemiltano & Flaminio sanguis pluit Idibus Iunij.

Regnante apud Gallos Ludouico duodecimo, & sedente in pontificatu Iulio secundo, monstrum natum est Rauennæ, habens cornu in capite, utrinque alas, brachia nulla, pedem unum, oculum in genu, utrumque sexum, in medio pectore ypsilon, & crucis effigiem.

Quum Roscius esset in cunabulis noctu lumine apposto, experrecta nutritrix animaduertit puerum dormientem circumplicatum serpentis amplexu.

Lacedæmone in Herculis fano arma sonuerunt, eiusdemque dei Thebis ualæ clauis sua sponte se aperuerunt, scuta sublime prius fixa humi reperta sunt.

CONTEMPTORES DEOR.

Glaucus quum supra Veneris contemneret, illa irata eius equibus furorem immisit, quibus utebatur ad currum, eumque morfu dilacerauerunt.

Ajax Oilei filius, Casandram in templo Minervæ stuprauit: dea facinus ulciscente, fulminatus est in mari, dum euerso Ilio redire uellet in patriam.

Penibeu Echionis & Agaues filius, dum sacra Bacchi despiceretur, à matre,

f ceterisque

ceterisq; Manadibus interfectus est. Pro-
pertius: Pentheos in triplices funera gra-
ta greges.

Lycæon rex Arcadiæ, quum Ioui para-
ret infidias, ab eodem mutatus est in lu-
pum, ut fabulantur Poetæ. Vnde Iupiter
apud Ouidiū lib. 1. Meta. sic loquitur: An-
fatis, o superi, tutos fore creditis illos, etc.

Alcithoe fuit etiam contemptrix Bac-
chi. Ouid. lib. 4. Met. At non Alcithoe
Mineias orgia censet, etc.

Erisichon Theſſalus, Cereris (quam
aspernabatur) lucum abscidit: ulciscen-
te dea ad tantam redactus est famē, ut sua ip-
se membra corroserit. Ouid. lib. 8. Meta.
Pater huius erat, q; numina diuum Sperne-
ret, et nullos artis adoleret honores, etc.

Proetides filia Proeti Argiuorum regis,
Iunonise præferentes, ab eadem mutata
feruntur in uaccas. Alij fabulantur hoc fa-
ctum, quod Venerem spreuissent.

Atalanta & Hippomenes Venero
concupitiu templum Cycales profanarunt.
Vterq; demum leones facti sunt, ulciscen-
te numine. autor Ouid. lib. 10. Meta.

Diomedes Titei filius, Venerem in bel-
lo Troiano læſiſſe fertur. Ouid. lib. 1. Ele-
gia. Pessimus Tithides scelorum monumen-
ta reliquit, Ille deam primus percussit.

Theopolemus & Hiero fratres, Apolli-
nis sancti expilarunt. Quo facto, poenam
iudicij reformidantes domo profugerunt.
autor Cicero in quinta Verrina.

Cyanippus Syracusanus soli Baccho sa-
era facere neglexit. iratus deus, tantam ei
ebrietatem immisit, ut repertam in tene-
bris filiam nefando coitu stuprauerit.

Contemptor eius numinis Armitus e-
brius factus est, & Medulinæ filia ulci-
ſcente deo se commiſcuit.

Capaneum ſcalariū repertorem (quem
poetæ fulminatum fuiſſe dicunt) deorum
contemptorem uocat Statius lib. 1. Theba.
ubi ait: Sed enim ipse manu prægreſſus
auorum Facta, diu tuto ſuperum contem-
ptor, & æqui Impatiens.

Phlegyas rex Lapytharum, & Ixionis
pater, templū Delphici Apollinis in cen-
dit. Hinc ad inferos detrufus, ibidem gra-
uiſſimè punitur. Verg. lib. 6. Aen. Phle-
gyasq; miſerrimus omnes Admonet, &
magna teſtatur uoce per umbras: Diſcite
iuſticiam moniti, & non temnere diuos.

Salmoneus Aeoli filius, Iouis ſumma
in aere ſimulabat, ut Deus in Elide crede-
retur. Verg. lib. 6. Aen. Videt & erudeles
dantem Salmonea poenas, Dum flammas
Iouis, & ſomitus imitatur Olympi.

Cebnis unus fuit ex Idæis Daſtylis, qui
matrem deorum Rheā uiolauit ſupro.

Diagoras Melius Athenienſium ſacro-
rum myſteria & ceremonias adeò negle-
xit, ut permultos auerterit à religione.

Idem arcana myſteria (quæ non licebat
profanis inuulgare) omnib; derexit. Pro-
pterea Athenienſes eum in exilium pe-
pulerunt talento propoſito, ſi quis ho-
minem compertum occidiſſet.

Demonax philoſophus Adriani tem-
pore, adduci nunquā potuit, ut ad Eleuſi-
na ſacra ac myſteria accederet. Propte-
rea accuſatus à populo, ut religionis con-
tēptor, ſaſtum excuſauit: teſtatus ea ſacra
merito eſſe ſibi ſuſpecta, quæ in occulto
ſerent. Nā ſi bona eſſent, dicebat ea ma-
niſeſtari oportere: ſi mala, debere refu-
gi.

Anaxagorā Clazomeniū Athenienſes in
uincula coniecerunt, q; ſolē ignitū dixiſ-
ſet eſſe lapidem, non Deum: quem tamē illi
pro deo habebant.

Inter

Inter contemptores Diuum numeratur
Mezentius à Vergilio lib. 7. ubi ait: Pri-
mus init bellum Tyrrhenis aſper ab oris
Contemptor diuum Mezentius. Fuit enim
impius in homines ſine deorum reſpectu,
inquit Macrobius.

Cambyſes rex Perſarum, templa &
leges ludibrio habuiſſe fertur. Vbi enim
potitus eſt Aegypto, Vulcani templum
ingreſſus, riſu & conuiſijs inſectari ce-
pit. Alia etiam ſimulachra per ſummam
iocorū licentiā cauillatus excuſit. Apertis
item conditorijs mortuorum, cadauera
introſpicere maximè duxit uoluptati.

Lycurgus rex Thracum, contemptor
fuit Bacchi: propterea ulciscen-
te numine cruribus ſuis aſciam illiſit, dum uellet
amputare uites. Propertius lib. 5. Veſa-
numq; noua nequicia in uite Lycurgum.
Propterea à poetis Bipenniſer et Securi-
ger appellatur, quod ſecuri ſeipſum offen-
derit. Ouid. libro 4. Meta. Penthea tu ue-
nerande, ſecurigerumq; Lycurgum.

Herodotus ſcribit, Cleopem Aegypti
regem templa omnia obſerariſſe, ne popu-
lus ſacrificaret dijs.

Amariſis quotieſcunq; accuſabatur fur-
ti (erat enim maximus prædo) cauſam de-
fererat ad deos, uelut iniuſtè accuſatus
hominū querimonia. Conuiſtus à Dijs, ne-
que eorum tēpla curæ habuit, nec illis ſacri-
ficauit, tāq; malè de eo mereretur, q; ſaſſa
(ut dicebat) oracula redderent. Hero. li. 3.

Teuthis fuit quiſpiā princeps, qui ad
expeditionē Troianam cum Græcis nauig-
are uolens, dū in Aulidis rupes impogif-
ſet, indignatus Palladem uulnerauit haſta.
Vnde exitiali morbo correptus eſt.

Xerxes rex Perſarum, notatur impieta-
tis, quod Neptuno maris deo compedes, &
ſoli tenebras minaretur. Strozæ pater:

Nec ueluti Xerxes, Neptuno uincula mi-
namur, Claſſibus inſolitum quum pateſce-
cit iter. Idem Templa in Græcia inſolima
uit, q; parietibus includebant deos, qui-
bus omnia deberent eſſe patentia ac libe-
ra, quorum hic mūdus: omnis templū eſſet
ac domus. autor Cicero lib. 2. de Legibus:

Milites Alexandri, qui Mileſiæ Cere-
ris templum ad prædam irruerant, ſtam-
ma obiecta, priuati ſunt oculis.

Non erubuit Pyrrhus, Achillis filius,
Priamum ſenio conſectū ad aram Iouis Er-
cæi interficere. Verg. lib. 2. Aen. Hoc di-
cens, altaria ad ipſa trementi Traxit, &
in multo lapſentem ſanguine nati Impli-
cuitq; comā læua, dextraq; coruſcū Extu-
lit, & lateri capulo tenuis abdidit enſem.

Pyrrhus quoq; è Sicilia rediens, theſau-
ros Locrenſis Proſerpinae, intactos ad eā
diem, ſpoliauit, & impoſuit claſſi, quæ
poſtera die uicinis deæ littoribus illiſa
naufragium fecit.

Herodotus templum Epheſiæ Dianæ
toto orbe nominatiſſimum, et inter ſeptem
orbis miracula nominatū, incendio dedit,
ut immortalitatē nominis ſibi cōpararet.

Euarix rex Goiborum, templorum adi-
tus ſpina obſerabat & ſepiebat, ut intro-
eundi raritas obliuionem religionis indu-
ceret. Clericos carceribus includebat.
Nullum omittebat tormēti genus, in quo
feritatem ſuam non exerceret.

Brennus dux Gallorum, Senonum tem-
plum Apollinis Delphici cauſa præde in-
greſſus, ira numinis ſe interfecit. autor
Valerius, & Juſtinus lib. 2. & 4.

Pub. Clodius Pompeiam, Q. Pompeij
filiam, & Syllæ neptem, inter publicas
Bonæ deæ ceremonias adulterauit.

Fuluius Flaccus in cenſura tegulas mar-
ſoli tenebras minaretur. Strozæ pater:

moreas ex lunonis Laciniæ templo detrahit, & in eadem Fortuna equestris, quam Roma faciebat, transtulit. Post quod factum negatur mente constituisse. Quam etiam per summam animi ægritudinem expirauit, quum ex duobus filiis in Illyrico militantibus alterum decessisse, alterum grauius uulneratum audisset.

Pleminius Scipionis legatus, thesaurum Proserpinæ apud Locros spoliavit: nec de fuit ultio. Nam postea in carcere teterrimo genere morbi consumptus est.

Leo Armenius imperator, pars de Bulgariis uictoria, diuorum imagines deleri pernitus iussit: paulo post à Michaele Traulone per insidias iugulatus.

Theophilus quoque imperator post Michaelem Traulum, quum sanctorum imagines itidem odio haberet, multos earum cultores ad mortem cædi iussit.

Leo imperator apud Constantinopolim sanctorum imagines depositas incendit: iussitque Romano pontifici, ut idem faceret, si imperialem gratiam sibi promereri uellet.

Tertius post Neronem seuiit in Christianos et religionem catholicam Traianus imperator, sub quo Clemens III. Pontifex, Simeon Hierosolymitanus episcopus, Ignatius Antiochenus episcopus passi sunt.

Imp. quoque Decius multa Christianorum millia dedit morti. Quod etiam fecerunt Valerianus et Galenus filius. Vnde pater à principe Turcarum Deo uolente captiuus abductus, in misera seruitute consensit.

Diocletianus per annos quatuor eadem rabie debacchatus est in orthodoxæ fidei cultores.

Theron rex citerioris Hispaniæ, furore correptus templum Herculis apud Gades expugnare uoluit, et incendio dare. Iratus

Deus fecit, ut eius naues impræciso igne corripentur, aut Macrobius.

Genfericus princeps Vandalorum, quum Carthaginem cepisset, omnesque opes interfectis ciuibus in ius suum uerisset, animum ad ecclesiarum spoliationem adiecit, quas sacris uasis exinanitas, & sacerdotum administratione priuatas, equorum suorum fecit stabula.

Athanaricus Gothorum rex, multos itidem Christianos uarijs tormentorum generibus enecauit. Alios detrucauit gladio: quosdam in exiliu pepulit, & ibidem fame et siti languere ad mortem coegit. Hinc iusta numinis ira miserum exhalauit spiritum, sanguinis fluxu toto corpore erumpentis.

Imperante Constantino, Manuelis filio, quum Turcæ Constantinopolim cepissent, nulla scelerum facies desierunt: nulla dignitatis, sexus aut ætatis habita est ratio: supra cædibus, cædes stupris additæ. Tempia sanctorum diruta sunt. Offa mariorum canibus & subus obiecta. Redemptor ipse iterum cruci affixus, luto limoque deformatus est. Nullum omisissum est ludibrium quod prius exercuissent iudei. Princeps tantæ feritatis Othomanus, ubi satis in sanctorum reliquias & simulachra seuitum est, feritatem conuertit in utriusque sexus homines: quos omnes more porcorum gregatim occidit, præter nonnullas liberali forma foeminas, quas ad maiorem libidinis ignominiam reseruauit. Hoc aut factum est in annum salutis M. CCCCLIII.

HAERETICI NONNULLI.

Acephali duas in Christo negabant naturas, nullo eius opinionis autore. Vnde & traxerunt nomen.

Adamiani, exemplo Adam nudi, ac sine uelis uestibus, degebant, eoque modo cum foeminis uersa-

uersabantur: offeretes, illud in uita melius putandum esse, quod ad naturam magis accederet. Crinitus cap. 6. lib. 16.

Aetius Sophista Antiochenus, primum Christianus, Arrianorum sectæ postmodum adhaesit. Vnde Antiochia pulsus est, & Atheos uocatus.

Almericus hæreticus dicebat, Idem in mente diuina creare, & creari. Hunc Innocentius III. cremari iussit Lutetiæ. Volaterranus.

Alogij hæretici uerbum negabant esse Deum, sprete Ioannis Apocalypsi.

Apelles hæreticus dicebat, in Christo fuisse corpus phantasticum: prophetias non recipiebat, quod sese rescinderent, & implicarent contradictionem.

Apollinaris iunior dicebat, animam à Deo uerbo factam non assumptam: aut si assumpta esset, non habere mentem. Huic propterea Christianorum commercio interdicitum est.

Ammonius Alexandrinus, præceptor Origenis, fuit à puero Christianus. Pro uectior uero factus, ad philosophiam se conuertit, deserta fide orthodoxa.

Aquarij fuerunt hæretici quidam, qui solam aquam afferbant in calice sacramenti.

Arrius Alexandrinus, Armodij filius, filium Deum ab æterna patris substantia separabat. Ad quam hæresim refellendam iussu Constantini imperatoris celebrata est synodus Nicæna, cui interfuerunt Alexander & Pannutius præfules. Item Athanasius diaconus cum CCCVIII. alijs præsulibus, qui explosa Arrii sententia, filium patri consubstantialem fecerunt. Arrius in exilium pulsus, magnam nihilominus turbam hominum in suam traxit senten-

tiam: sed non impune. Nam dum in latrina corporis excrementa egereret, animam cum intestinis emisit. Ex Rufini historia.

Barbara Sigismundi Imperatoris coniunx, stultas uocabat uirgines pro Christi nomine passas, quod uoluptatis gaudia non gustassent. Dicebat, animas cum corporibus interire, nec futuram aliam uitam post hanc quam uiuimus.

Basilides scripsit in Euangel. XXXIII. commentarios, confinxitque prophetas quosdam, ut Barabam et Barcob, aliosque barbaris nominibus nuncupatos. Hic instar Pythagoræ sectatores suos quinquennio silere iussit.

Berillus Bostrenæ urbis Arabiæ præsul, dicebat Christum redemptorem ante humanitatem non extitisse, nec propriam diuinitatis habere substantiam, sed tantum patris in eo habitasse. Quem eius errorem ita repressit Origenes, ut tandem eum ad meliorem mentem reuocauerit, autem Eusebius.

Carpocrates hæreticus Simonis magi superstitiones imitatus est, quas palam tradebat.

Cerdo hæreticus assererat, duo fuisse contraria principia. Eius asseclæ dicti sunt Cerdoniani.

Cherinthus dicebat, regnum Christi post resurrectionem Hierosolymis futurum, ubi mille annis homines libidini & uoluptatibus induissent.

Donatus natione Afer, dicebat filium esse minorem patre, et spiritum sanctum filio.

Ebion putauit Christum purum esse hominem, sine ulla deitate: perfectum tamen, & omni uirtute cumulatifimum. Eius sectatores uocantur Ebionitæ.

Eluidius Auxentij discipulus, fatebatur uirginem peperisse, uerum postea congressam uiro, dicebat alios suscepisse liberos fratres domini. Insanam eius opinionem confutat Hieronymus.

Eudoxus præsul Constantinopolitanus, fuit imitator Arrianæ sectæ, Valentis principis ætate.

Eunomius præsul Cyzicenus, diuinitatem negabat in Christo. Plurima scripsit contra fidem, et differendi leges suis sectatoribus reliquit. Hunc Gregorius Nazianzenus et Gregorius Nisæus præsules suis argumentis confutarunt.

Eutyches Constantinopolitanus discernebat Christum a uerbo Dei. Negabat prætere Christi carnem similem esse nostræ, duasque in eo naturas inficiabatur. Aiebat, ipsum Christi corpus è cælo descendisse, et in uirginis uterum tanquam Solis radios penetrasse. In hunc celebrata est quarta Synodus. Volaterranus.

Eusebius Nicomedienfis præsul, secutus est Arrium, cui et multos peperit assecclas.

Faustus Afer secta fuit Manichæus. Scripsit libros in orthodoxam fidem, quibus abundè respondit Augustinus.

Helchēsaitæ quædam de Scripturis refutabant, et quædam rursum admittebant nouæ ac ueteris legis testimonia. Paulum apostolum penitus respuebant. Librum quendam circumserebant, quem dicebant de celo lapsum: cuius uerba si quis audisset, delictorum ueniam consequeretur.

Himerobaptistæ apud Iudeos uocati sunt hæretici, qui seipfos et sua uestimenta quotidie abluabant. auctor Crim.

Iouinianus nuptias uirginitati præferrebat, secutus e pinionem Stoicorum de uirtu-

tum et uirtutum æqualitate. Eius scriptis respondi. Hieron.

Manes hæreticus, imperante Aureliano Romam uenit è Perisæ. Hic ponebat duo principia inuicem contraria. Dicebat se natum ex uirgine, et in monibus educatum. Ponebat unicam in Christo naturam diuinam. Eius uerò humanitatem dicebat esse phantasticam: causatus, non esse uerisimile, Deum pati uoluisse. Contra uerò Paulus præsul Antiochenus affirmavit, Christum simplicem fuisse hominem, maximè aliqui prophetam. Vide Euseb. de hoc Manete. Sectatores eius dicti sunt Manichæi.

Marcion hæreticus bina principia, binosque deos ponebat: bonum scilicet, et malum.

Meletius præsul in Aegypto Arrianis adhaesit, habuitque multos assecclas, eos maxime qui Petro præsuli Alexandrino aduersabantur.

Menæder magus, genere Samaritanus, seruatorem se uocabat ex Olympo ad hominum salutem demissum. Docebat, nullo pacto angelos ab hominibus uicem posse, quam magicæ artis disciplina. Varias passim hæreses diffudit, quarum loito multorum oculos uitiauit.

Messaliani cuiusdam demonis effectum expectabant, quem sanctum Spiritum arbitrabantur. Reiciebant opus manuum, tanquam malignum. Somnio et ocio indulgebant. Eius sectæ principes fuerunt Datoisus, Phylax, Dalphidius. Theodorus in histor. Trip.

Montanus Phryx natione, uocabat se paraclitum. Multos in suam traxit hæresim, et in his Priscam et Maxillam: quas eò redegit insanis, ut relictiis uiris, eum sequerentur, eiusque inspiratione spiritum propheti-

pheticum habere se crederent. Sectatores habuit qui Cataphrygæ dicuntur. Hi Spiritum sanctum sibi, non a Petro infusum prædicabant.

Monothelita duas in Deo uoluntates negabant, diuinam scilicet et humanam: quum tamen res aliter se habeat. Nam Christus multa ut homo uoluit, et fecit. Multa item, ut Deus. Contra hos celebrata est sexta Synodus, Anno sal. D. LXXXV. Sectæ princeps fuit Sergius præsul Constantinopolitanus, auctor Paulus Diac. de gestis Longobar.

Novatus presbyter Rom. sectam instituit Nouatianorum, qui se mundos et pueros appellabant. Hic in tantam lapsus est dementiam, ut eos (quibus Eucharistiam præbebat) prius iurare cogeret, se nunquam Cornelium Pontificem secuturos.

Episcopus fuit in parte Aegypti, Nepos nomine, qui dicebat, Sanctos in terris cum Christo mille annis regnuros in libidine et uoluptate.

Nestorius Germanicus præsul Constantinopolitanus, cælum suis sectatoribus promittebat. Christum hominem tantum esse prædicabat, duas negando naturas. In hunc celebrata est tertia Synodus sub Theodosio iuniore.

Nicolaus (a quo Nicolaitarum secta orta est) legem matrimonij refellebat: uolebatque promiscuos esse concubitus. Eusebius.

Nylages uniuersam noctem somno et quieti concedebant: dicentes, naturæ genium uiolari, atque corrumpi, si ipso noctis tempore uigilaretur.

Paulus Samosatenus homo multæ arrogantiæ, et nullius propè sapientiæ, psalmos soltos cantari ueluit. Hæcque alios

suffecit, quos in suam ipse laudem conscripserat. Negabat filium Dei de cælo descendisse, sed in utero uirginis initium habuisse.

Praxeas Asiaticus plures negabat personas in trinitate: sed eundem patrem et creasse omnia, et in cruce pependisse, quod (ui dicebat) communicata pluribus monarchia auctoritatem principatus minuat. Huius argumentis respondit Tertull.

Photinus præsul Smyrnenus, humanam solum naturam in Christo posuit, in star Eubionitarum.

Pollio Macedonius dicebat, Spiritum sanctum nihil habere commune cum patre et filio. Fatebatur tamen filium patri similem.

Sabinus præsul Heracleæ, secta fuit Arrianus. Is Christianos omnes (qui in Synodo Nicena ab Arrio desecerant) idiotas uocabat, et ignauos: eosque infirmitate ingenij lapsos dicebat.

Sabellius hæreticus, negabat Christum Dei filium, primogenitumque omnis creaturæ: atque etiam Spiritus sancti auferebat intellectum. Ponebat unicam in trinitate personam. Hinc uariæ factiones, et malorum germina pullularunt. Eius sectatores Sabelliani dicuntur. Sunt qui Sabinum et Sabellium eundem faciunt.

Simon magus natione Samaritanus, multos artibus magicis, et ope demonum elusit Romæ, imperate Claudio principe, ita ut numinis loco habitus sit, et honore simulachri decoratus, cum hac inscriptione, SIMONI DEO SANCTO. Eum Samaritani omnes et Deum fatentur. Sunt qui dicant, eum, quum per aera deuolaret, Petri precibus cecidisse, eaque ruita miseram exhalasse uitam.

Symmachus unus ex interpretibus Babiliorum, putauit Christum ex concubitu Ioseph et Mariæ natum. Quam insaniam probare uoluit ex Euangelio Matthæi.

Templarij heretici emerferunt anno post imperium Augusti M. XXX. Hierosolymis in tantam sanctitatis opinionem uenerunt, ut breui tempore multas diuitias, ac templa sibi comparauerint: à quibus Templarij dicti sunt, quod frequētes et assidui uersarentur in templis. Idem Christi sacris impudentissimè abdicatis, in quedam flagitia diuerterunt. Conflauerunt enim simulachrū quoddam miro artificio, cui hominis cutē superinduxerunt, collocatis in fronte bimis carbunculis, oculorū uice promicantibus. Hoc autē loco numinis reuerentibus. Mortuorum cadauera resoluta in cineres ceteris dabāt in potū, ut in ea secula firmiores essent. Natum ex Templarij uirginisq; coniuugio torrebant igne, simul ex humore deliquato suum perungebant simulachrū. Nequanda masculorum libidine conflagrabāt. Dammati sunt autē in Viennensi concilio, et deuoti flammis sententia Clementis Pont. Max. qui Benedicto successit.

Theodorus Coriarius humanam tantum naturam tribuebat Christo. Fatebatur tamen, uerbum Dei in eo habitasse ob excellentē uirtutē: Mariamq; nō Dei, sed hominis tantū matrē esse. In hūc celebrata est quinta Synodus, Iustiniani principis et Vigiliij pontificis tēpore, anno salutis D. XL. ubi sancitū est, ut Maria Theotocos, id est, Dei mater, uocaretur. Eus. lib. 5.

Tertullianus patria Carthagensis, quum in fide aliquandiu perstitisset, tandem clericorum Romanorum contumētijs ad Montani dogma delapsus est.

DE MVNDO,

Titulus II.

ELEMENTA QVATVOR.

Ignis, Aer, Aqua, Terra. Summum est Ignis, unde stellarum collucentiū apparent oculi. Proximum Aer, seu spiritus, qui uitalis est, et per cuncta rerum mirabilis, et unicuiq; rei consertus. Eius uis suspensa cum quarto elemento Terra libratur in medio spaciij. Ouidius libro 1. Fastorum, de Chao loquens: Lucidus hic aer, et quæ tria corpora restant, Ignis, aqua, et tellus unus aceruus erant. Idem libro 15. Metam. Quatuor æternus genitalia corpora mundus continet, ex illis duo sunt onerosa, suoq; pondere in inferius tellus atque unda feruntur. Et totidem grauitate carent, nulloq; premente Alta petunt, aer, atque aere purior ignis. Verbis multo pluribus eorum potestatem describit et naturam: uide locum.

VENTI DIVERSI.

Veteres iuxta positionem cardinum tantum quatuor uentos principales à finibus cœli partibus flare credebant, autore uero vegetio. Sed posterior ætas experimento duodecim comprehendit. Ab Orientali cardine oritur Apeliotes, id est, Subsolanus, cui à dextera iungitur Circius, siue Chorus: à sinistra Eurus, siue Vulturinus. Meridianum cardinem possidet Notus, id est, Auster: habetq; à dextera Leuconotum, à sinistra Libanotum. Occidentalem cardinem tenet Zephyrus. Huic à dextera iungitur Lips, siue Africus: à sinistra Iapix, siue Fauonius. Septentrionalem cardinem sortitus est Aparetias, siue Septentrio: cui à dextera hæret Trasias, siue Gracias: à sinistra Bo-

reas,

reas, i. Aquilo. Hi sepe flant singuli, interdum duo: et magnis quandoq; tempestatibus tres simul flare consueuerunt. Horum impetu maria, quæ sua sponte tranquilla sunt, undis aestuantibus seuiunt. Horum etiam flatu pro natura temporum uel locorum serenitas redditur, et rursus in procelas serena mutatur. Hæc præcedētia docēt, tres esse uentos uniuscuiusq; cardinis. Nunc priuatim de quibusdam loquendum est.

Boreas dicitur à boatu, Latine uocatur Aquilo. Flatus est uolenti et sonori. Nubes discutit, et serenum reddit ærem: unde et Sudificus uocatur, et Nubifugus. Columell. Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe Purpureo radiat uultu. Homerus apud Gellium: Sudificusq; simul Boreas mala plurima uolens. Hieronymus uentum hunc appellat Scopam uiarum, seu Scoparium, quod disflando perpurget, quicquid in uia obiacet.

Vulturinum, quod inter Eurum et Notum sit, nonnulli Euronotum uocant.

Caurum Græci Argestum uocant. Fauonius Græcè uocatur Zephyrus, à poetis patrum florum appellatur, et genitabilis.

Austrum aliter Noton uocant, quod nebulosus sit, et humectus. Exitialis est hic uentus, et morbosus, potensq; ad excitanda fulmina: unde Lucr. lib. 5, Altitonans Vulturinus, et Auster fulmine pollens.

Vergilius uidetur innuere, uentum Iapiga occidentalem esse, quum dicat, Cleopatram è nauali prælio fugientem in Aegyptum uento Iapige ferri. Est et uentus nomine Cæcias, nubes attrahens.

Atabulus nomen est etiam uenti apud Horat. lib. 1 Serm. scribentem: Incipit ex illo montes Apulia uotos Ostentare mihi, quos torret Atabulus.

Sunt et alij, qui uocantur Etesia, et Prodromi, quæ in ortu Caniculae statim anni temporibus spirare solent. Lucr. Puluerulente Ceres, et Etesia flabra Aquilonum.

De regionibus quatuor uentorum, quæ præcipui dicuntur, sic scribit Manil. lib. 4. Astron. Totidem uenti de partibus istis Erumpunt, secumq; gerunt permania bellum. Auster ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu, Auster amat mediū solem, Zephyrusq; profundum. Cuiuslibet Trist. Nam modo purpureo uires capit Eurus ab ortu: Nunc Zephyrus sero uespere missus adest: Nunc gelidus sicca Boreas bacchantur ab arcto; Nunc notus aduersa prælia fronte gerit.

FONTIVM QVORVNDAM NOMINA.

Acidalus fons est in Orcomeno oppido Boeotie, Veneri sacer, quæ propterea uocatur Acidalia.

Aganippe fons est in eadem Boeotia, sacer Musis: quæ inde uocantur Aganippides. Ouidius lib. 5 Met. Fonte Meduseo et Hyantea Aganippe.

Albunea fons iuxta Tibur. Vergil. Lucosq; sub alta Consulit Albunea, nemorum quæ maxima sacro Fonte sonat.

Arethusa fons est aqua dulcis, prope Syracusas, ut Cyane.

Berberus et Gargaphius, nomina sunt fontium apud Herodotum.

Cabura fons est Mesopotamiae, cuius aqua iucundè olet, ut iam diximus.

Callirhoe fons Athenis propinquus. Statius lib. 12. Et quos Callirhoe nonies errantibus undis implicat. Castalus fons est in radicibus Parnasi, sacer Musis: qui alio nomine Caballinus dicitur, à caballo, id est, ea quo, cuius ungula excussus est.

Chryforrhœis fons fuit apud Troezenios.

Ciffufa fons est, in quo obstetrices Bacchum infantem lauerunt. autor Plutarchus in Lysandro.

Eodem teste Palma & Oliua duo sunt fontes prope Delon.

Clitorius fons est Arcadiæ, qui potus uini tædium afferre dicitur.

Crunos fons est in Attica, ut etiam Larine.

Cymothoe fons est Achaïæ: autore Plinio.

Dirce fons est Thebanus, in quem Dirce Lyci uxor conuersa est. Lucan. lib. 3. Fætidica Cephifus aqua, Cadmeaq; Dirce.

Dircenna & Nemeta, nomina sunt fontium apud Martialis. lib. 1. scribentem: Auidam rigēs Dircenna placabit sitim: Et Nemeta, quæ uincit niues.

Hippocrene fons est Bœotia, quem poetæ fabulantur equi ungula natum. Ouidius lib. 5. Met. Fama noui fontis nostras peruenit ad aures, Dura Medusæi quem præpetis ungula rupit.

Lymira, Sceletirbe, & Stomacace nomina sunt fontium apud Plin.

Magia fons Siciliae in agro Syracusano.

Margæa nomen est fontis apud Plin.

Nigris fons est apud Hesperios Aethiopia: autore Plin.

Salmach fons est in Caria.

Sebetos fons prope Neapolim. Statius libro 1. Syl. Et pulchra tumeat Sebetos alumna.

Telpiffa nomen est fontis frigidissimi, cuius aqua Tyresiam extinxisse dicitur.

Zame fons est in Africa, ex quo canoras efficit uoces prædidit Varro.

LACVS, PALVDES

& stagna.

Aeticus Apollonia: Acherusia palus est Campaniæ. Acronius lacus est Alpinus. Albanus, Albani montis.

Amfanctus Lucaniæ.

Afconius Bithyniæ.

Auernus lacus est Campaniæ, Diti sacra: Bœbeis Thessaliæ: Candebœca Syriæ:

Caulas Indiæ.

Cocanicus Siciliae.

Cymius Ethruriæ.

Dastylitis & Loncanidis nomina sunt paludum apud Plutarch.

Eptabolus nomen est lacus apud Vitruuium.

Fucinus Italiæ. Mart. Fucinus & pigritaceantur stagna Neronis. Genesareth apud Cor. Tacitum.

Gygeus Lyliæ.

Lemannus lacus prope Gebennas. Lucan. lib. 1. Deseruere cauo tentoria fixa Lemanno. Lerna palus Graciæ inter Argos.

Mæotis Scythiæ.

Licomedes Aethiopiæ.

Lucrinus Campaniæ.

Mareotis Aegypti: Myris palus fuit Aegypti. Pergusa Siciliae. Salaspia palus Apuliæ. Sannaus Asiæ, qui circumnascente ab synthio instituitur. autor Plin. Serbonis palus prope montem Casium: Sipus palus ad Sipuntem Diomedis ædificium. Spartha Atropatiæ. salicis ferax. Stymphalus Arcadiæ.

Tresprotiæ Ambraciæ. Thrasimenus lacus agri Perusini. Syll. Thrasimenus in altos Ascendat citius colles.

Thesbitis lacus, per quem transit Tygris fluu. Velinus agri Vesulani. Zoroan palus lacus est, quem efficit Tygris fluuius.

FLV.

FLVVI PRAECI-

pui nominis.

A. Cis fluuius est Siciliae, ex Aetna scaturiens, de quo Ouid. li. 4. Fast. Præterit & ripas herbifer Acitinas.

Achelous fluu. Graciæ, è Pindo Thessaliæ monte scaturiens, Aetoliam ab Armeniâ diuidit.

Albis fluu. Germaniæ. Lucan. Fundat ab extrema flauos Aquilone Sueuos Albis & indomitum Rheni caput.

Albula fluuius est, quem nunc Tyberim dicimus. Vergil. lib. 8. Amisit uerum uetus Albula nomen.

Almo fluu. Italiæ, in quo simulachrum Cybeles abluetur. Lucan. Et lotam paruo reuocant Almone Cybelem.

Amasenus Volscorum fluu. Verg. lib. 12. Ecce fugæ medio summis Amasenus abundans Spumabat ripis.

Amphrysus fluu. Thessaliæ, apud quem Apollo diuinitate priuatus pauit armenta Admeti regis. Lucanus: Irrigat Amphrysus famulantis pascua Phœbi.

Anauros fluuius Thessaliæ, ex Pelio monte defluens, & nullas spirans auras: ut docet ratio nominis. Lucanus: Quique nec humentes nebulas, nec rore madentem Aera, nec uentos tenues expirat Anauros.

Anio seu Anienus fluuius Italiæ, nomen sumpsit ab Anio rege ibidem submerso: cedit in Tyberim. Silius lib. 22. Ad genitorem Anio labens sine murmure Tyberim.

Apidanus fluuius Thessaliæ uelocissimus. Lucan. Et gurgite rapto Apidanus.

Arar fluuius Galliae Narbonensis, defluens in Rhodanum, adeo lentus, ut difficile sit iudicare, utram in partem defluat.

Silius lib. 15. Quorum serpit Arar per rora pigerrimus undæ. Dicimus etiã Araris in recto casu. Claudian. Quos Araris uelox, Rhodanus quos tardior ambit. Nostro tempore uocatur Sagona.

Arnus fluuius Thusciae in mare Tyrrhenū influens. Marullus: Exul Ethrufci streperem sonanda Vallibus Arni.

Araxes fluuius Armeniæ, ortum habet à quodam monte, qui Abon, seu Aban dicitur. Lucanus: Armeniumq; bibit Romanus Araxem.

Atax fluuius ortum habet in montibus Pyrenæis, & defluit in mare Tyrrhenum. Lucan. lib. 1. Mitis Atax Latias gaudet non ferre carinas.

Athesis flu. Italiæ celeriter fluens, effunditur in Adriaticum mare. Luca. lib. 1. Siue Padi ripas, Athesim seu propter amœnū.

Aufidus fluu. Apuliæ. Horatius: Dicar, quã uiolens obstrepit Aufidus.

Bactros fluuius est in finibus Scythiæ Asiaticæ, à quo Bactra regio & nomen sumpsit. Lucan. libro 3. Errantes Scythiæ populi, quos gurgite Bactros includit gelido.

Betis fluuius Hispaniæ, dedit nomen regioni Beticæ. Stat. lib. 2. Syl. Graio nobilior Melethe Betis. Lucan. lib. 2. Thetymq; fugacem Qui ferit, Hesperius post omnia flumina Betis.

Bragada fluuius est Africa, apud quem M. Attilius serpentem oxx pedum longitudine balistis & tormentis expugnauit: leniter fluit. Vnde Lucan. libro 4. Quã se Bragada lenius agit.

Borysthenes flu. est Thraciæ, multis fontibus copiosus, & concursu multorum annuum adolescens. Ab eo Thracæ uocantur Borysthenidæ.

Caycus fluuius est *Mysie*, à *Teuranta* *Troiadis* parte defluens. *Lucan.* lib. 3. Et gelido tellus perfusa *Cayco*.

Cayster fluuius *Lyciæ*, *cyenis* abundas. *Propertius*: Si quæ uel origeri uisenda est ora *Caystri*.

Cephisus fluuius *Bœoticiæ*, ortum habet in radicibus *Parnasi*. In eius ripa fuit olim templum *Temedis*, ad quod accesserunt *Deucalion* & *Pyrrha* deam consulturi super humani generis reparatione. Vnde ab oraculo illo fluuius uocatur *fatidicus*. *Lucan.* li. 3. *Bœoti* coiere duces, quos impiger ambit *Fatidica* *Cephisus* aqua.

Chalybs fluuius *Hispaniæ*, cuius accolæ uocantur *Chalybes*, qui ferrum effodiunt, & ibidem temperant. *Lucanus* lib. 4. Non *Chalybem* gentes penitus, &c.

Chalybs fluuius ex radicibus *Tauri* montis scaturiens, *Syros* & *Paphlagonas* interfluit, & in *Euxinum* mare exoluitur.

Cinga fluuius est rapacissimus, ex *Pyrenæis* montibus in *Iberum* fluens. *Lucanus*: Quæ *Cinga* pererrat *Gurgite*.

Cinyphs *Libyæ* abundat hircis, qui propterea uocantur *Cinyphij*. *Claudianus* de laudibus *Stilliconis*: Quos uagus humectat *Cinyphs*.

Clitumnus fluuius est *Umbriæ*, cuius aqua pota candidos boues reddit. *Propert.* lib. 3. Hic *Anio* *Tyburne* fluis, *Clitumnus* ab *Umbro* *Tramite*.

Cremera fluuius *Italiæ*, apud quam *CCCVI* *Fabij* pugnantibus à *Veientibus* interfecti sunt.

Cydnus fluuius *Ciliciæ*, *Tarsum* urbem præterfluit. Nomen sumpsit à candido colore, quem *Syri* *Cydnium* uocant. *Solinus* ait, ortum eius esse ignotum. *Strabo* uerò ait, nasci in *Tauro*. *Tibullus* lib. 1. At te *Cy-*

dne canam, tacitis qui leniter undis *Ceruleus* placidis per uada *serpis* aquis.

Danubius fluuius *Scythiæ*, ortum habet in quodam *Germaniæ* monte. Acceptis *LX* annibus euoluitur in mare. Alio nomine uocatur *Ister*. *Horat.* Non qui profundum *Danubium* bibunt.

Dauuus fluuius *Apuliæ*. *Horat.* Et quæ pauper aquæ *Dauuus* *agrestium* *Regnator* populorum.

Enipeus *Thessaliæ* fluuius, apud quem *Caesar* & *Pompeius* congressi sunt bello, lentus est, sed mixtus *Apidnao* fit uelocissimus. *Lucanus*: Nunquamq; celer, nisi mixtus *Enipeus*.

Eridanus fluuius est, nulli annium claritate inferior, autore *Plinio*. Nascitur in imis radicibus *Vesuli* montis. Mox paruis fontibus adolescens, ita demum augetur alijs annibus, ut se per septem ostia effundat. *Velocissimus* est. Alio nomine uocatur *Pardus*. *Verg.* lib. 3. *Georg.* Et gemina auratus *Taurino* cornua uultu *Eridanus*.

Euenuus fluuius descendens à *Thracia*, nomen sumpsit ab *Eueno* homine ibidem submerso. *Calydoniæ* præterfluit. De hoc *Ouidius* lib. 9. *Met.* Venerat *Eueni* *rapidas* *Ioue* natus ad undas.

Euphrates fluuius *Mesopotamiæ*, ortum habet in paradiso terrestri. Secundum *Strabonem*, in *Niphate* monte *Armeniæ*. *Celeri* cursu *Armenios* & *Cappadoces* disterminat. Nomen interim mutat, pro uarietate locorum. Sunt qui opinentur, eum suo alueo nonnunquam egredi, & instar *Nili* *Mesopotamiæ* irrigare. Vnde sumpsit nomen à fertilitate, quæ accolarum lingua uocatur *Euphrata*.

Eurotas fluuius *Laconiæ*, *Spartam* alit. *Ouid.* lib. 2. *Metam.*

Gallus

Gallus fluuius *Lycæoniæ*, aqua sua potos in furorem uertit. *Ouid.* lib. 4. *Fast.* Inter ait uiridem *Cybelen*, altasq; *Celenas* *Amnis* in insana nomine *Gallus* aqua.

Galesus fluuius *Calabriæ*, quinque millibus passuum distans à *Tarento*. *Stat.* lib. 2. *Syl.* *Blanda* *Therapnæi* placeant uineta *Galesti*.

Ganges fluuius est *Indiæ*, cuius origo dubia est. Tendit in Orientem, augetur *XXX* fluuijs nauigabilibus: demum septem ostijs erumpit in mare. Tanta magnitudinis est, ut ubi minus occupat latitudinis, octo millia passuum contineat: ubi plurimum, centum. *Altitudinis* nusquam minus uiginti passibus reperitur. *Hunc* *Cyrus* rex *Persarum* in *CCCLX* alueos diuisit, ob amissum ibidem equum præcipua bonitate. *Lucanus* lib. 8. *Qua* *rapidus* *Ganges*, & *qua* *Mysæus* *Idaspes*.

Garumna fluuius à *Pyrenæis* montibus defluens, *Celtas* ab *Aquitanis* dirimit. *Ausonius*: *Aequoream* liqui te propter amice *Garumnæ*.

Hebrus fluuius *Thraciæ*, ortum habet ab *Oeagro* flumine, à quo uocatur *Oeagrius*. *Verg.* libro 4. *Georg.* *Gurgite* quum medio portans *Oeagrius* *Hebrus*.

Hypanis fluuius *Scythiæ*, ex magna palude profluens. *Propertius*: Quantum *Hypanis* *Veneto* disidet *Eridano*. *Hic* fluuius fert folliculos quosdam acinis maiores, qui bus quadrupes erumpunt, quæ in pomeritanum tempus usque uiuunt, & uolant: mox declinante sole marcescunt, & *Languent*: occidente uerò emoriuntur, uita non ultra unum diem peracta.

Iberus fluuius ulterioris *Hispaniæ*, nomen imposuit regioni. *Cantabros* alluit, & *Balearicum* ingreditur mare.

Idaspes fluuius *Indorū* celebratissimus, aurum & gemmas habere dicitur. *Status* lib. 8. *Theb.* *Ceu* modò *gemmiferum* *Ihyrso* populatus *Idaspen*. *Parthiam* alluit, multas facit insulas. *Nomen* sumpsit ab *Idaspe*, antiquissimo *Indorum* rege.

Indus maximus est fluuius in iugo *Caucasi* montis, quod uocatur *Paropansus*, aduersus solis ortum effusus. *Sandus* ab incolis appellatur, autore *Plinio*. *Vndeuiginti* recipit amnes, sed clarissimos, *Idaspen* quatuor alios afferentem, & *Cantabram* tres. *Per* se uerò nauigabiles, *Acesinum* & *Hypasin*. nusquam latior est quinquaginta stadijs, aut altior *XXV* passibus. In occasum uersus *Oceano* infunditur.

Iordanis fluuius in *Iudæa* est, eximia suauitatis. *Oritur* ad radices *Libani* ex duobus fontibus, *Ior* & *Dan* nomine, qui si muliuncti, & fluuium & fluuij nomen perficiunt.

Imera fluuius *Siciliæ*, in duos alueos diuiditur, quorum alter aquas uoluit suaves, & optimi saporis, tenditq; in mare *Tyrrenum*: alter amarus decurrit in *Libycum* mare.

Inachus fluuius *Arginorum*, nomen sumpsit ab *Inacho* rege. De hoc *Lucanus* lib. 6. *Ne* fortior undis *Labitur* *auelæ* præter *Isidis*.

Isara fluuius *Rhodano* se commiscet. *Ister*, ut iam diximus, alio nomine uocatur *Danubius*. Propterea à poetis uocatur *Binominis*, à duobus nominibus. *Ouid.* li. 2. de *Ponto*: *Stat* uetus urbs ripæ uicina *binominis* *Istri*.

Ladon fluuius est *Arcadiæ*, *Apollini* sacer. de quo *Claudianus*: *Plurima* *Parrhasius* tunc inter corpora *Ladon* *Hæsit*.

Liger seu *Ligeris*, fluuius est, *Aquitanos*

tanos à Celtis dirimens, ut aliqui uolunt. Sunt enim qui Galliam Celticam ad Garumnam usque protendant. Hic fluuius nigrabilis est, multumq; absorbit terræ. solito non contentus alueo. Maior est eius latitudo quàm Sequanæ, sed minor multò profunditas.

Lincestus fluuius aquas habet tantæ uirtutis, ut inebriant instar uini.

Linternus & Lyris, fluuij sunt Campaniæ. Vergil. Et umbrosæ Lyris per regna Maricæ. Labitur Lyris ex Apenninis montibus: Fregellis alluit, demum labitur in lucum sacrum, quem Minturnenses religiosissimè colunt.

Lycormas flu. est Aetoliæ. Seneca: Nec præcipitem uolueret amnem Flauus rapido fonte Lycormas.

Marsya fluuius, nomen sumpsit ab illo tibicine, qui in Apollinè certare ausus est. Commisit se Mæandro, quo cum Icareo infunditur mari.

Matrona fluuius, Celtas à Belgis dirimit: leniter satis effluit: Sequanam ingreditur prope Lutetiam, & unâ occidentalem intrat Oceanum. Octauo à Parthisijs militari Septentrionem uersus contingit, & alluit celebre multiq; nominis cœnobium, Gorneium nomine. Vulgares aiunt hunc fluuium eo esse fato seu periculo, ut quotidie prædam aliquam sibi corripit: quod accidit ex uorticosis foueis et uoraginibus, quibus ubiq; scatet.

Mæander flu. est Phrygiæ, seu Mæoniæ, adeò flexuosus & reciprocus, ut in fontem reuertit uideatur. Lydiam disternit à Caria. De hoc Ouid. lib. 9. Non secus ac liquidi Phrygius Mæander in undis.

Melas Bœoticiæ fluuius, Mineruæ sacer, abundat oliuetis. Potos greges, si albi fuerint, nigros reddit. in hoc contrarius & dissimilis Cephiso.

Moles fluuius est Asiaticus, Smyrnam alluens.

Metaurus fluuius Umbriæ, descendens in Adriaticum sinum.

Mintius Venetiarum fluuius, ex Benaco scaturiens, delabitur Mæuam. Polit. O sacris Minti celebrate Musis.

Mosella fluuius Galliciæ Belgicæ. Nar Sabinorum, seu Vmbrosi fluuius, aquas habet uelut sulphureas.

Nilus Aegypti fluuius, plurimum trahit limi, quo arua fecundat. incerta est eius origo. Vnde Claudianus: Et arcana Nilideprende fontes. Ecclesiastici dicunt, eum à paradiso terrestri scaturire. Varijs in locis mutat nomina. Septem ostijs infunditur Oceano. Ouid. lib. 1. Met. Sic ubi deseruit madidos septemflus agros Nilus. Arundines profert, quarum membra nule si miles sunt papyro. Vnde Ouid. li. 15. Perq; papyriseri septemflua flumina Nili. Crocodilos habet, & Hippotamos. Alueum egreditur, & totam Aegyptum stagnantibus undis alluit.

Numycius fluuius est Italiæ, in quo Aeneam submersum ferunt nonnulli.

Nymphates Medorum seu Armeniorum fluuius, cadit ab eiusdem nominis monte. Sidonius: Aut ut Tigriferi pharetrata per arua Niphatis.

Oaxes fluuius Cretæ, de quo Vergilius. Pars Scythiam & rapidum Creta uenimus Oaxem.

Orontes fluuius Syriæ, de quo Ouid. li. 2. Met. Arsit & Euphrates, Babylonius arsit Orontes.

Pactolus Lydiæ, aureas uoluens arenas.

Padus Italiæ, qui alio nomine uocatur Erydanus. Poetæ fabulantur in hunc cecidisse Phætonem excussam polo, unde & Phætonceus dicitur. Martial. libro 10. Et Phætoncei qui petis arua Padis.

Peneus fluuius Thessaliæ, Macedoniam dirimit à Magnesiâ. In eius ripa poetæ fabulantur Daphnen in laurum fuisse cœuersam: quæ propterea uocatur Peneia.

Permessus fluuius Bœoticiæ, sacer Musis, à cuius nomine uocantur Permessides.

Phasis celebratissimus est Colchorum fluuius. Lucan. Coli horum qui rura facit ditissima Phasis.

Rhenus Belgas diuidit à Germanis. Mirabile est, quod de huius natura scriptum legitur. Aiunt enim fluuium hunc Celtarum infantes intra suum sinum cœlestos, si polluta matris pudicitia essent suscepti, tanquam impuri lecti uindictam rapidis uorticibus suffocare consuesse. Quos autem sensisset legitimo & impolluto natos matris monio, in portum placidis aquis extulisse. Hoc legitur in quadam Politiani epistola ad Iacobum Cardinalem Papiensem.

Rhodanus fluuius uelocissimus, ortum capit in Alpibus: tardum Ararim proximè Lugdunum secum arripit: auctus demum Isara & Druentia, duobus ostijs in Tyrrenum mare diffunditur.

Rubicon fluuius Italiæ, de quo Lucan. Fonte cadit modico paruisq; impellitur undis Punicus Rubicon.

Sarnus & Sebethus fluuij sunt Campaniæ.

Sequana fluuius Galliciæ, Celtas dirimit à Belgis, Parthisiorum Lutetiam alluit, multisq; afficit commoditatibus. Eo enim comportantur ligna, uina, & cætera quæ urbi conducunt.

Sicoris fluuius Hispaniæ, iuxta Ilerdâ. Lucanus libro 4. Placidis prælabitur undis Hesperios inter Sicoris non ultimus amnes.

Simois fluuius Troadis, apud quem Venus ex concubitu Anchise genuit Aeneam. Vergilius: Tunc ille Aeneas, quem Dardanio Anchise Alma Venus Phrygiæ genuit Simoentis ad undam?

Sperchius fluuius Thessaliæ, de quo Ouid. lib. 1. Met. Populifer Sperchius, et irrequietus Enipheus.

Strymon fluuius Thraciæ, à cuius nomine Thracæ uocantur Strymonij.

Tagus fluuius Hispaniæ aurifer. Tanais fluuius Scythiæ, ex Riphæis montibus defluens.

Thermodon fluuius est eiusdem regionis, ad cuius ripas Amazones feruntur habitasse. Ouidius libro quarto de Ponto: Et tu foemineæ Thermodon cognita turbæ.

Timaus Venetorum: de quo Lucanus lib. 7. Atq; Antenorei dispergitur unda Timau.

Trebia fluuius Italiæ, ex Apennino in Rhodanum influens, nobilitatus secundæ Annibalis uictoria, & clade L. Sempronij consulis.

Tybris, quum prius Albula diceretur, nomen sumpsit à Tyberino rege ibidem submerso.

Tygris fluuius Armeniæ maioris. Vrsus fluuius Italiæ, ex Alpibus decedit in Padum.

Xanthus fluuius Troadis. Vergil. Non Simois tibi, nec Xanthus, nec Dorica castra Desuerunt. Hæc sunt nomina fluuioꝝ præcipui nominis. Infinitam aliorum turbam omisimus de industria.

PLVVII AVRIFERI

& gemmiferi.

T Agus Hispaniæ. Iuuenalis: Quod Te-
gus & rutila Pactolus uoluit arena.

Hermus Lydiæ. Strozæ filius: Quòd ue-
metalliferis egerit Hermus aquis.

Idaspes Indiæ. Claudianus: Auriferum
ueniam poturus Idaspem. Statius libro 8.
Ceu modò gemmiferum Thyrsò popula-
tua Idaspem.

Pactolus Asiæ. Lucanus libro 3. Pas-
scit ab auriferis tellus exire metallis. Pa-
ctolon. Vergilius libro 10. Pactolusq; irri-
gat auro.

Arimaspus Scythiæ fluius, aureas quon-
dam habuit arenas.

Item Padus Italiæ, Ganges Indiæ, Auri-
geus Carmonie, Theodorus Hyberniæ, Ti-
cinus Gallie, Rhenus Germaniæ.

De fluij quibusdam auriferis Claudia-
nus: Non Tartesiæ illam satiaret arenis
Tempestas preciosa Tagi, nõ stagna ruben-
tis Aurea Pactoli, totumq; exhausit Her-
mum, Ardebat maiore siti.

FLVVII INFER-
nales.

S Tyx, Lethæ, Cocytus, Phlegeton, Ache-
ron. De his Syllius libro 13. Latè exun-
dantibus urit Ripas seuus aquis Phlegé-
ton, & turbine anhelò Flammarum reso-
nans saxosa incendia torquet. Parte alia
torrens Cocytus sanguinis atrii Vorticibus
furit, & spumanti gurgite fertur. At ma-
gnè semper diuis, regi q; deorum Iurari di-
gnata palus, picis horrida riuo, Fumifè-
rum uoluit Styx inter sulphura limè. Tri-
stior his Acheron sanie, crassò que ueneno
Aestuat, & gelidam eructans cum murmu-
re arenam, Descendit nigra lentus per sta-
gna palude.

AQVARVM MIRA-

bilis natura.

A Que Siuessanæ in Campaniæ regio-
ne sterilitatem faxinarum, & uiror-
um insaniam abolere produntur.

In Aenaria insula calculosis mederi.
Iuxta Romanæ Albulæ aquæ uulnibus
medentur, gurgite Plinio.

Lacus Amphion uutiligines tollit.
Cydneus Ciliciæ amnis podagricis me-
detur.

Leucogri fontes inter Puteolos & Nea-
polim oculis & uulnibus medentur.

Reatinis paludibus ungulæ iumetorum
indurantur.

Cerone fons est, ex quo bibentes oues
nigræ fiunt: ex Mele uero alio fonte, albæ.
Si ex utroque biberint, fiunt uariæ. Testis
Eudicus apud Plinium.

Crathis fluius candorem facit bobus,
ac pecoribus: Sybaris nigritiam. Sybarim
quoq; si bibant homines, nigriores fiunt, et
crisso capillo: si ex Crathide, fiunt candidi,
& porrecta coma.

In Lusis Arcadiæ fonte mures uiuunt,
& conuersantur.

Eurythris Aleos amnis pilos gignit in
corporibus.

Qui ex Clitorio Arcadiæ fonte bibunt,
uini tædio efficiuntur.

Marsie fons in Phrygia ad Celenarum
oppidum saxa egerit. Ex Cyzice fonte po-
tantes, amorem deponunt.

Grånone fons est calidus, qui in uinum
additus, triduo calorem potioris custodit
in uasis.

Moguntiaci fontes sunt calidi in Germa-
nia, quorum haustus triduo feruet.

In Silla Indorum stagno nihil innatat,
sed omnia merguntur, Aetnus lacus su-
per

peruolantes aues enecat, & arboribus so-
lia decutit.

In Africæ lacu Apusidamo, omnia flui-
tant, & nihil immergitur, ut in Phintia Si-
ciliæ fonte.

Olachas fluius est in Bithynia, cuius
gurgite periuri notantur pati uelut flam-
mam urentem.

In Cantabria Tamarici fontes habentur
in augurio.

Lycus fluius in Leontinis, tertio die
neecat, si quisquam biberit.

Coaspis & Euleij fluiorum suauis a-
deo sunt aquæ, ut reges Parthorum ex his
bibant.

Cabura fons est Mesopotamiæ, cuius
aqua iucundè olet.

Apud Bactros amnis Ochus, et Ixartes
deferunt salis ramenta. Præcedentia hæc
sumpta sunt ex Plinio.

Clitumnus fluius est Meuaniæ, cuius
aqua pota candidos boues reddit. Propertius
libro 2. Qua formosa suo Clitumnus
flumina luco Integit, et niueos abluit unda
boues.

In Carysto Euboicæ aquæ feruntur esse
calide, que uocantur Alopia. Tib. lib. 4.
Cretæis ardens aut unda Carystia campis.

Anygri aqua in Peloponneso admodum
foetet.

Afrodisius flu. steriles reddit mulieres.

Axus fluius est Macedonum, cuius a-
quam si biberint greges armentorum, ni-
gros pariunt foetus.

Belus Phœnicicæ fluius, arenas habet
accommodas uitro.

Croconus seu Crocaculus, fluius est
Brutiorum, in quem si quid conijciatur, La-
pideo durefcit cortice.

In Mæandro fluu. nascitur uestigio quis

lapis, qui pectori alligatus, insaniam parit.
Melas flu. Bœoticiæ, potos greges, si albè
sint, nigros facit: Cephisus uero, ex nigris
albos reddit. Cassinitius flu. Thraciæ, equos
aqua sua potos efficit.

Virgulta in Salarum fluium Samniticæ
demissa, lapidescunt. Sillius lib. 8. Nunc Si-
laris quos nutrit aquis, quo gurgite tra-
dunt Duritiem lapidum mersis molescere
ramis.

Pontus flu. Thraciæ, ardentis habet lapi-
des, qui contrariâ carbonib. retinet naturâ.

AVCTARIVM.

Fluuij reciproci sunt Mæander & Eu-
rippus. de Mæandro Propert. libro 2.
Atq; etiam ut Phrygiæ fallax Mæandria
cæpo Errat, ex ipsa suas recipit undas.
De Eurippo sent: Eurippus undas flectit
instabilis uagas. Septemq; cursus flectit,
ac totidem refert, Dum Iossa Titan mergat
Oceano iuga.

Fluij subantes terras, et rursum emer-
gentes, sunt: Lycus in Asia, Erasimus in Ar-
golica, Tygris in Mesopotamiâ.

Flui. paradisi terrestres sunt quatuor:
Ganges, Nilus, Tygris, Euphrates.

Ostia Nili sunt Canopicum, Bolbiticū,
Sebenniticum, Pelusiacum, Teniticū, Pha-
niticum, Menæficum.

Ostia Danubij sunt, Peuse insula, Nava-
customa, Calostoma, Pseudo-stomon, Steno-
stoma, Boreostoma. Ammian. Marcell.

Fluij amari: Efficus, Ipanic. Lenti: A-
sar, Arfama, Cephisus, Clauus, Mintius.

Veloces & rapidi: Araxes Armeniæ,
Athesis Gallie, Cinga Hispaniæ, Padus
Gallie, Rhodanus Gallie, Erasimus Ner-
mæ, Euphrates Paradisi, Oxus Scythiæ,
Pitermus Marforū, Tigris Hebræcorū,
Vulturinus Campaniæ, Tigris Armeniæ,
Rhenus

Rhenus & Danubius Germaniæ. Limos: Bixa, Nilus, Oaxis, Orcatia. Reciproci: Meander, Euripus, Elifos, Himæus. Infames: Aniger, Glanes, Litra. Dulces: Coaspis, Euleus, Mintius.

MONTES PRAECIPIUI NOMINIS.

A Bila, mōs est Mauritanie, oppositus Calpe Hispanie: Acætius, Magnesiæ: Acaton, Aetoliæ: Aëtius, Epyri, ubi Antonius et Cleopatra superati sunt ab Augusto: Acontius, Magnesiæ: Acrocerauni, mōtes sunt inter Armeniam & Hiberiam. Horat. Infames scopulos Acroceraunia. Acrocorinthus, Peloponnesi: Aga, maioris Armeniæ: Agolonius, Arcadiæ: Agragas, Sicilia: Alburnus, Lusitanie: Ancoranus, Mauritanie: Apœninus dicitur totus Alpium globus. Aracynthus mons Aetoliæ, Mineræ sacer. Verg. Amphion Dyrceus in Aëto Aracyntho. Argeus, Cappadociæ: Arpendus, Pamphiliæ: Artemisius, Arcadiæ: Ascreus, Bœotie: Atlas, Mauritanie: Athos, Macedonia: Aruissium, Campanie: Andriceis, Cilicie: Aetna, Sicilia: Auvon, Calabria.

Balbus Africae, Bebius Campanie, Berecynthus Phrygiæ, Brileus Atticæ.

Caphareus Euboie, Calpe Hispanie, Capitolinus urbis Romæ, Carina Crete, Carmelus Phœnicie, Casinus Campanie, Cassyrus Perfidis, Casius Syriæ, Caucasus Scythie, Caulon Calabria, Chimera Lyceie, Cillene Arcadiæ, Cynthus Deli, Cynthis Phœcidis, Citheron Bœotie, Citorius Paphlagonie, Clarius Colophonie, Cophæus Bactrianorum, Corax Aetoliæ, Coricus Cilicie, Caphareus Euboie.

Dardanus Apulie, Dyndimus Phrygiæ, Dodona Chaonie, Dyrthachium Epyri,

Ebron Palestiniæ, Ephrosim Iudææ, Eleome Macedonia, Erymæus Arcadiæ, Erix Sicilia.

Falernus Campanie, Ferraria Hispanie, Gagus minoris Asiæ, Gargaus Phrygiæ, Garganus Apulie, Gaurus Campanie, Gebenna Auernorum.

Hæmus Thessalie, Hymettus Atticæ, Helycon Bœotie.

Ida Phrygiæ, Idalius Cypri, Inarime Prochitæ insulæ, Ismarus Thracie.

Lacinium Italiæ, Lathmus Carie, Libanus Phœnicie, Lycabesos Atticæ, Libethrus Aetoliæ, Musis sacer. Lyceus Arcadiæ, Lelybeus Sicilia.

Malea Laconie, Marathon Atticæ, Mænalus Arcadiæ, Misenus Campanie.

Neptunus Sicilia, Niphates Armenie, Nyssa Indiæ.

Oeta Thessalie, Olympus Macedonia, Ossa & Othrys Thessalie.

Pachinus Sicilia, Palatinus urbis Romæ, Pægeus Thracie, Parnasus Phœcidis, Parthenius Arcadiæ, Pelion Thessalie, Pireneus mons Hispaniam dirimes à Gallia, Pholoe Thessalie, Pelorus Sicilia, Pindus Thessalie.

Quirinus urbis Romæ.

Rheticus Germanie, Riphæi Scythie, Rhodope Thracie.

Scillaceum Italiæ, Sigæum Asia, Sipyllus mons inter Lydiam & Phrygiam, Sihon Thracie, Silanius Hyberniæ, Somorus Syriæ.

Tabor Galilee, Taburnus mons in Samnio, Taygetus Laconie, Tarpeius urbis Romæ, Taurus Scythie, Tetricus Sabienorum, Tmolus Cilicie, Tempe Thessalie.

Vesuvius Campanie.

Montes

MONTES FLAMMIFERI.

Aetna, Sicilia. Stat. libro. 3. Theb. Vbi ignifera fessus suspirat ab Aetna Muler. Lucan. lib. 1. Et ardenti seruilia bella sub Aetna.

Lypara, quæ est una ex Aëolijs insulis. Sillius lib. 14. Nam Lypare vastis subter depasta caminis, Sulphureum uomit excofo de uertice fumum: At Aetnae cructat trementis factis cauribus ignes.

Aenocauma mons est æternis ardens ignibus: autore Pimio.

Chimera mons Lycius. Pontanus: Oræq; flammiuoma rulentent affluta Chimæra. Horat. Me nec Chimæra spiritus igneæ Diuillet unquam.

Vesuvius seu Vesæus. Val. Flac. libro. 3. Arg. Vt magis Inarime, magis us mugitor anhelat Vesuvius. Item Bebius, Chymæra, Pachinus, Peon, Teutonia, Cophantus, Pireneus, Vesæus.

MONTES FRIGIDISSIMI.

Argeus, Sythion, Riphæi, Peta, Crinon, Alpes.

MONTES VINI FERACES.

Cecinus, Caulon, Masticus, Parmes, Gauranus, Arnisius, Cecubus, Surrencinus.

MONTES DEORVM.

Apollinis montes sunt Cynthis & Casinus. Bacchi Cytheron & Parnassus. Cybeles Cybelus, Dyndimus, Berecincibus, Gargarus, Az. m. Iouis Merops, Capitolinus, Palatinus. Veneris Erix & Idalius. Mineræ Aracynthus. Mercurij Cylenus. Musarum Aganippe, Aon, Castalius, Helycon, Libethris. Iunonis Acrea, Lacinium. Dianæ Parnassus, Cinthus.

SEPTEM MONTES, IN quibus Roma sita est.

Capitolinus seu Tarpeius, Auentinus, Palatinus, Cælius maior, & minor, Exquilinus, Viminalis, et Quirinalis. De his Tibullus libro 2. Carpite nunc tauri de septem montibus herbas, Dum licet, his magnæ iam locus urbis erit. Propertius: Septem urbs alia iugis, toto quæ præsidet orbi. Vergil. Septemq; una sibi muro circumdabit arces.

COLVMNAE HERCVLIS.

Abyla & Calpe mōtes, sunt in extremis Iberiæ sinibus, non procul Gadibus, & Carteis, quos Hercules columnas uocauit. Plin. lib. 3. Proxima autē sinibus, utrimq; impositi montes coercent claustra, Abyla Africa, Europe Calpe, laborum Hercules metæ. Quam ob causam indigenæ columnas eius Dei uocant, creduntq; perfoffas exclusa antea admisisse maria, & rerum naturæ mutasse faciē. Syl. At laudibus olim Terminus Herculeis Calpe.

ARBORES DIVERSAE.

Abies arborum pulcherrima est & reconditissima, quæ in trāsuersum postea renititur ponderi, nec prius rumpitur, quam carie deficiat. Pars eius inferior est enodis, & uocatur sapinus. Superior nodosa & durior. Situs eius in montibus. Expeditur nauigijs & trabibus, & plurimis uitæ operibus. De hac Ouid. lib. 10. Refina huic arbori uitium. Gignit pilulam, quæ in medicina uim habet urendi. Folia nō amittit, quæ habet pectinum modo. Terna edit gemina, inter squamas corticem spargit. Semen reddit post uergiliarum occasum. Ramos habet in cælum tendentes, non in altera pronos. Cacumimbus ramorum decisis moritur, totis uerò detruncatis durat.

Et s

Et si infra ramos præscindatur, quod superest uiuit. Si uero cacumen tantum auferratur, emoritur tota. Laudatissima est in Alpibus, Apennino, Vogeso monte, Corsica, Bithynia, Põto, Mæcædonia. Deterior Arcadica: quoniam ibi facillè putrescit. Abietis umbra satis perniciosa est. Ab abiete fabri lignarij uocantur Abietarij. Et opus abiegnum, abiete factum. Hinc equus Troianus à Prop. & Polit uocatur Abiegnus. Stat. lib 6. Thebaidis abietem uocat audacem, quod naues marinis se exponant periculis. Sic autem ait: Hinc audax abies, & odora in uulnere pinus.

Acaron arbor est breuis & fruticosa.

Acer ferè est amplitudinis tilia, arbor operum elegantia & subtilitate nobilis. Multa eius genera. Album candoris præcipui. Alterum crispum macularum discursu in latria et Rhetica præcipuum. Vilius Crasfuenium uocatur. Vide alia discrimina. Aceris radix contusa, iecinoris doloribus utilissimè imponitur. Germinat paulo ante æquinoctium uernum. Semen reddit mesibus. Acernæ trabes dicuntur, quæ sunt ex eius ligno.

Adrachne arbor est syluestris, similis unedoni, folio tantum minore, & nunquã decedente, cortice non scabro, sed qui circumgelatus uideri possit, tam tristis est aspectu. Fertur semper frondere.

Æsculus arbor est glandifera, cuius fructu uesciebantur homines ætatis aureæ, sub Saturno. Sacra est Ioui. Huius ramis fiebat corona ciuica. Semen reddit autumno. Tantum radice descendit in terram, quantum corpore eminet in acre.

Alburnacû arbor est colore nigricante.

Alnus arbor nullum fert fructum, aut semem. Prouenit in locis aquosis. Vide Sil-

lius lib. 3. Fulminea sonipes religatus dicitur alno. Pinguis est ei umbra, folia crassissima. Villis est nauigijs. Lucanus lib 3. Syluaquæ dodones & fluctibus aptior alnus. Stat. libro 6 Theb. Alnus amica fretis, nec inhospita uitibus ulmus.

Amygdalus arbor est fructifera, cuius fructus duro & carnosio integitur cortice. Prima omnium arborum floret mense Ianuario. Ante maturitatem facillè fructum amittit. Serenda est ab occasu arcturi ad brumã. In hanc arborem poëtæ fabulantur mutatam fuisse Phyllidem.

Amyris arbor est infructifera, quam sterilitatem pensat odore fragrantissimo.

Apiastrum arbor est uenenata in Sardinia.

Apina arbor est media inter pinum & piceam, piceæ tamen similior: unde etiam Pinus picea uocatur.

Aquifolia arbor est ex ilicis genere, quã Græci Similacem uocant. Baccas habet sine succo. Folia ei non decidunt, quæ habet aculeata. Germinat uerno tempore. Sat. in domo aut uilla, ueneficia ardet. Flore eius aquam glaciari tradit Pythagoras apud Plinium. Hanc arborem Theophrastus Crateogonon uocat.

Balsamum arbuscula est aromatica, uniludæ concessa, uiti similior quàm nitro. Ea seritur malleolis. Frequens est in montibus. Sustinet se absque ullis a inimiculis. Exerescit in bina cubita. Trima fructifera est. Eius succus uocatur Opobalsamum, omnibus odoribus anteferendum. Lignum Xylobalsamû. inciditur nitro, lapide, uel osseis cultellis. Capitur & Balsamum pro arboris succo.

Bedellium arbor est nigra, magnitudine oleæ, folio & robore similis caprifici. Na-

ferunt

scitur apud Bactrianos, habet naturã gummi. autor Plin. lib. 12. cap. 9.

Betula arbor est eximij candoris, qua fiunt circuli uasis uinarijs idonei. Gaudet frigidis locis. Bitumen ex ea quondam excoquebant Gallie. Utilis est conficiendis ciuis, & sportellis, flexibili crate.

Buxus arbor est tonsilis, & semper uires uiscum producens & semen, quod Carategon dicitur. Ea sunt multi foratiles tibiæ. Unde & pro musico instrumento nonnumquam accipitur. Seneca: Tibi multifora tibiæ buxo solenne canit. Fiunt & laudatissimi pectines, & unguentariæ pixides. Plurima reperitur in Pyreneis et Citorio montibus. Commendabilis est duricia & pallore. Plin. tria ponit eius genera, Gallicum amplitudine procera. Oleastrum grauis odoris, in omni usu damnatum. Tertium syluestre, semper tonsile. Montes amat. Folia eius sunt cœca, quæ nã decidunt. Spississima est arborum. Non fluuit in aquis, nec eariam sentit, nec uetustatem.

Camerepes arbor est folio lato & molli, peculiaris Cretæ & Siciliæ.

Caprificus appellatur ficus syluestris, erumpens in saxis ruptis. Fructus eius nunquam maturefcit.

Carpinus arbor est nota, quæ alio nomine Acer dicitur. Motes amat. Ex eo quondam fiebant faces nuptiales.

Castanea fructu significat & arborem. Fructus integuntur spumoso cortice. Verg. Stant & iuniperi, & castaneæ hirsute.

Cedrus arbor procera est, nec tamen onerosa. Folia habet cupressum is ferè similia, lignum iucundi odoris, & tinea imperitum et infestum. Propterea opus dignum Cedro dicimus, quod laudabile est, et ab iniuria blattarum et tinearum maximè conser-

uandum. Horat. Speramus carmina fingi posse linenda Cedro, & leui seruanda Cupresso? Vel quod eius oleû illitû res omnes conseruet à tineis & carie. Duo sunt minoris Cedri genera: Lyria, et Phœnicia. Differrunt folio: nam quæ durum, acutum & spinosum habet, uocatur Oxycedros, ramosa, ac nodis infesta: altera odore præstat. Duo item genera Cedri maioris. Florifera fructum non fert. Fructifera non floret. Et in ea antecedentem fructum statim nouus occupat. Semen eius simile. Materie æterinitas, ideoq; simulacra deorum ex ea factitauerunt. Resinam fundit ad faciendas pices. Montes amat. Folia non amittit, quæ habet capillata. Laudatissima est in Creta, Africa & Syria. Rimam fissuramq; non capit sponte.

Cerasus nomē sumpsit à Cerasuntî Ponti ciuitate. Fructus uocatur Cerasum, et interim pro arbore capitur. Cerasi Romæ non fuerunt ante uictoriam Mithridaticam Luculli. Is anno D. CLXXX. Urbis conditæ aduexit à Ponto. In Aegypto nulla cura potuere gigni. Cerasorum, teste Plin. Aproniana maximè rubent, nigerrima sunt Actia, Cæcilianæ rotunda. Iulianis gratus sapor, adeo teneris, ut gestatum nõ dolerent. Principatus Duracius in Belgica, Lusitanis, & in ripis Rheni. Cerasis succus est sanguineus. Constant cute et succo. Gaudent aquosis montibus. Inseruntur post brumam, dempto cortice. Præcooces fiunt & maturefcunt calce radicibus admoda. Cerasus capitur etiam pro fructu. Properi. Hic dulces cerasos, hic autumnalia poma.

Citrus arbor est peculiaris Mauritanie. in Atlante monte. Romanis olim gratissima, & maximè expetita ad mensurarum

h 3 & le

et lectorū usum. De his intellexit Lucan. lib. 10. Dentibus hinc niueis sectos Atlanti de sylua Imposuere orbis, quales ad Casaris ora Non capto uenere iuba. Huiusmodi Citrea mense fulciebantur eboreis pedibus his uerbis liquet. Citrus Maurusia foliū habet arbusci aut lauri. Arborem hanc Graeci Medicam uocant.

Cornus arbor ramos habet duricie et rigiditate similes cornibus. Propterea usus eius bellicus hastis et iaculis dicitur est. Unde et plerumque accipi solet pro telo. Syll. lib. 10. Vix prima momordit Tegmina Caltaici cornus tremebunda metalli. Verg. lib. 10. Volat Itala cornus. Exitialis est apibus haec arbor: nam flore eius degustato, alio cōcita moriuntur. Succus est ei sanguineus. Montes amat, et primo Fauonio germinat. Nullam habet medullam.

Corylus arbor gaudet planis locis. Ea olim fiebant faces nuptiales, ut carpino. Graciles sunt eius trunci, lata folia, delicti fructus, et secundis mensis expetiti. Colurna dicitur opera, quae fiunt eius ligno.

Costus arbuscula est aromatica, cuius radix fragrat odore praestantissimo. Stroz: filius: Accumulansque rosas et odore germinat costis. Antiqui supplicabant ikture et costo.

Colinum Plinius ait, arbusculam esse in Apenino, colore insignem.

Cupressus seu Cyparissus, arbor ferax, succisa non regerminat. Propterea in exequiis adhibita est, ut funebre signum. Vergil. Et ferales ante cupressos Constitunt. Staius lib. 3. Sylu. Hilarisque hederas plorata cupressus Excludit ramus. Planta batur in funestis nobilium domibus, eiusque ramis rogorū intexebantur latera. Lucan. lib. 3. Et non plebetos in claus testata cupressus

Hec arbor morosa est natu, fructu superuacua, bacis torus, folio amara, odore uiolenta, et ne umbra quidem gratiosa. Diuina sacra. Nascitur in Creta. In Enaria tantum succisa regerminat. Picem sendit acerrimam sapore. Aquas odii. Folia habet carnosa, quae non amittit. Trifera est: nam bacca eius colliguntur mense Ianuario, Maio et Septembri. Cariem non sentit aut uetustatem. Semper nitorem seruat. Eius semen gratissimum formicis. Tritum seruat a uermiculis, ut folia.

Cynacanthae arbuscula acinos instar uuae producit. Latini Caninam sentem, et Vuam spineam nominant.

Cinnamū seu Cynnatomum arbuscula est aromatica, praestans odore, dulci, et cinerei coloris, cuius succus ad multa remedia utilis est. Nascitur in Aethiopia, India, et Sabaeis.

Cyperum habet Aegyptus, semine Coriandri, candido et odorato, quod in oleo coquitur. Haec arbor est ocysima. Protinus enim floret, et semen profert.

Elatem Plinius ait arborem esse ad uingenta utilem. Laudatur Hammoniacam maxime, mox Aegyptia, deinde Syriaca dumtaxat in sitientibus locis odorata, pingui lacryma.

Fagus arbor est glandifera, cuius glans triangula cute includitur. Foliū eius autem tenue et leuissimum est, celerimque uescens, gignens superne paruulam baccam, uiridem, cacumine aculeatam. Fagi glans muribus gratissima est, qui propter ream unam proueniunt. Grata est etiam glanibus et turdis. Fertilitas eius alternat, ut omnium ferax arborum. Glans fagina omnium dulcissima est, ut qua obfessi homines durauerunt in oppido Chio. Huius arboris

boris cortex in magno usu est agrestum. Ligni honos praecipuus fuit in usibus. Manius Curius iurauit, se ex praeda nihil attigisse, praeter guttum saginum, quo sacrificaret. Vergil. Pocula ponam Fagina, calatum diuini opus Alcedontis. Utilis est etiam capsis et sermijis fagus, propter lentorem plicabilem.

Ferulam Plinius ascribit arborum generi. Ea nascitur in calidis locis. Nulli fruticum leuitas maior: propter quod facilius baculorum usum senectuti praebet. Eius radix candida. Ea incisa, lac emanat. In ferula optime seruat ignis. Procedit in Aegypto.

Ficus arbor breuitate radicum cito senescit. Laudatur iudaea rubens oliuae magnitudine, crassitudine cubitali, ramosa materia ualida, uiridi cortice, folio tiliæ, sed molli. Hircana dulcior nostris, et fortior, ut quae modios cccxxx ferat. Calcidica, Lydia, Mammillana, a similitudine mamarum, Callistrutia sapore praestans. Item Africa, Rhodia, et Tyburtina. Ficus omnibus mollis est tactus. Maturis frumenta intus, maturefcentibus succus lactis, percoctis mellis. Senescunt in arbore. Praestantissima sunt in Ebuso insula. Dulci sunt succo, et lacte in capite, in corpore non. Item nullus ijs odor. Folia sunt latissima. Fructum ante maturitatem facile perdunt. Non florent: pomum habent supra folia, quae ferius nascuntur. Fertiliores sunt inferiore parte, quam cacuminibus. Vitiles sunt facilius endis scutis. Nascuntur in his uermes, qui uocantur Cerastes. His maxime perniciofisa est uermiculatio, quam sentiunt. Laborant et radicibus madidis. Serotinae fiunt, si prima grossa quam magnitudinem fabae excessere detrahantur.

Fraxinus dicitur a fragosis locis, in quibus nascitur. Proceras est, et teres, et pennata folio, Achillis hasta multum nobilitata. Materia eius ad multa est utilis. Quae nascitur in Ida Troadis monte, adeo similis est Citro, ut ementes fallat sublato cortice. Eius duo sunt genera. Longa enodis, altera breuis, durior fuscioreque laureis folijs. Amplissimam habet Macedonia, quam Bumeiam uocant. Diuiditur in situ. Campestris crispa est. Montana spissa. Folia fraxini ius metis mortifera sunt, ceteris ruminantium innocua. Succo expresso ad potum contra serpentes, et imposita ulceribus opifera est. Tantaque est uis, ut nec matutinas, nec occidentes umbras serpens arboris eius attingat, adeo ut ipsam procul fugiat. Si ea fronde gyro claudatur ignis et serpens, in ignes potius fugiet, quam in fraxinam. Floret fraxinus priusquam prodierint serpentes, nec ante coditas folia dimittit. Gaudet aquosis montibus. Messibus reddit semen. Obedientissima est quocumque in opere, faciendis hastis melior Corylo, Cornu lenior, Sorbo lentior. Ouid. lib. 10. Et coryli fragiles, et fraxinus utilis hastis.

Hebenus arbor est Indiae, teste Vergil. quam Herodotus Aethiopiae maluit tribuere. Non fluit in aquis, neque sentit cariem, neque uetustatem. Meridiano Aethiopiae cardine syluæ hyberno maxime uiridet. Scobem eius oculis unice mederi dicunt, lignoque ad cotem trito, cum passo caliginem discutit. Ex aqua uero et radice albugines oculorum. Cetera haec arbor durefcit in lapidem. Dicimus hoc Hebenum, et haec Hebenus, teste Seruio. Verg. lib. 2. Georg. Diuisa arboribus patriae, sola India nigrum Fert Hebenum. Lucan. Hebenus Marceica uastos Non operit postes.

Hedera semper uiret: stare non potest sine adimiculo. Muros amplectitur quada[m] lasciuia, adeo ut erodat. Viuacissima est omnium arboru[m]. Eius racemus uocatur *Corymbus*. Vergil. Diffusos hedera uestit pallente corymbos. Hec arbor inimica est satis omnib[us]. Flos eius similis est rosae syluestri, nisi quod caret odore. Triplicem facit Plin. Candidam, Nigram, & tertiam quae uocatur *Helix*. Huius arboris folijs olim coronabantur poetae. Ei folia non decidunt. Sacra est Baccho, Scipiam propagat. Duplex in folijs color, uiridis & flauus. Propterea Sidonius eam bicolorum uocat, ubi ait: Quoties per frondea lora Flectis penniferos hederis bicoloribus armos.

Hypocristes arbor est hederacei generis.

Ilex est glandifera. In carpentarijs fabricis circa *Elim* et *Lacedaemonem*, ubi non nascitur, pro ea utitur *Subere*. Duplex in hoc arborum genere sexus reperiri fertur. Glans ilicis breuis & gracilis. Masculas ilices negant ferre. Huic arbori folia sunt aculeata, quae non decidunt. Nullo flore exhibentur. Nouus in ea fructus cum autumno pendet. Ciuica corona primo fuit illicina, postea magis placuit ex aesculo. Deformatur interim nodis. Lucan. lib. 3. Procum, bant orni, nodosa impellitur *ilex*.

Iuglans odio disidet cum *quercu*. *Iuglandes* nucis gemino protegantur operimento. Optime sunt Persicae. Barum cortice tinguntur lanae, & ruffatur capillus primum prodeuntibus nucleis. Pinguescunt uelustate. Aquam odit *iuglans*. Inferiore parte feritior est. Non facile sentit cariem. Eius umbra grauis est, & noxia capiti humano, omnibusque satis.

Iuniperus arbor frequens est in locis a-

renosis. Viret coma perpetua. Cariem non sentit, aut uelustate. Non floret. Eadem est *iunipero* uirtus, quae et *cedro*. Medulla eius usque solidior est, quam *Cedrus*. Lignum apprimere durum. Vnde *Mantuan*. in *Quercu Iulia*: *Addam & Iuniperos, carie impetrabile robur*. Vasta est haec arbor in *Hispania*, maximisque baculis. Montes amat: spinas habet pro folijs. Flexuosa est, & intricata. Combusta odorem reddit, & pollutum purgat aerem.

Larix arbor usque radicibus non repulsa latet. Montes amat. Incorrupta ei uis, humori contumax. Nec ardet, nec carbonem facit, nec alio modo ignis ut consumitur. Quam lapides. Ei folia sunt pungentia, quae non decidunt. Florem nescit. Tetra edit germina. Corticem spargit inter squamas. *Larix* & acies arborum sunt altissimae, quibus succis humor diu fluit. *Larix* nescit cariem, uelut pondus sustinet.

Laurum arborem Graeci *Daphnem* uocant, ab eiusdem nominis puella, quam *Amphipolus* adamauit. Spectatissima est in *Parnaso*. Coiecta in ignem, maximos crepitus edit. Vnde & in maleficijs amatorijs interdum consuevit, tanquam amantium querimonias representans. Vergilius in *Bucol*. *Daphnis me malus urit, ego hanc in Daphni de laurum*. Credita est in super aduersus uenena remedium habere. Hinc laureum baculum gestare dicebantur, qui periculum feliciter effugissent. Arborum sola non percutitur fulmine. Olim dum incendebatur, si crepusset abunde, felicitatem portendi opinabatur. *Tibullus*: *Laurus ubi bona signa dedit, grauedete coloni*. Contra uerum si tacita deflagrasset, inauspicatissimum arbutabatur omen. *Propertius*: *Et tacet extincto laurus adusta foeto*. Magorum superstitio

perstitio promittit *Lauri* folia (si noctu pulullo subijciantur) ueritatem somniorum conciliare. Efficacis est auxilij in numinum afflatu, & futurarum rerum praesagij. *Claudianus de Raptu Proser*. lib. 2. *Ilex plena fauis, uenturi praescia laurus*. Ea olim coronabantur sacerdotes & diuinaculi. *Lauri* fructus *Daphnidas* uocant. Dicebatur olim triumphis. *Quintus*. lib. 2. *Elegite triumphales circum mea tempora Lauri*. *Plinius* scribit, nullum genus *Lauri* fuisse quondam in *Corsica*. Perpetuo uiret. Sacra est *Apollini*. Portata inter armatos hostes, erat indicium pacis & quietis, ut *Oliua*. *Stat*. lib. 12. *Pacificera Lauro crinem uitioque decorus*. *Tiberius* princeps, tonante caelo ea se coronabat contra fulminum motus. Adhibebatur olim purificationibus urbis. Pinguis est eius succus. Amat loca montosa. Folia non amittit. Primo *Fanonio* germinat. Inimicum est ei frigus. Ignem cum hedera excutit. Folia rubigini sunt obnoxia, si arbor fuerit inter segetes ea peste laborantes. *Lauri* folio annuum fastidium purgant palumbes, graeculae, merulae & perdices.

Lentiscus arbor trifera est. *Mastichen* resinam sudat instar gummi. *Baccifera* est. *Plinius* citat uerba haec *Ciceronis* de *Lentisco*: *Iam uero semper uiridis semperque grauiata Lentiscus triplici solita est grande scere foetu, Ter fruges fundens, tria tempora monstrat arandi*. Eius ligno fiebant olim dentifricia, & dentiscalpia. *Martialis*: *Lentisco melius, sed si tibi frondea cuspis defuerit, dentes penna leuare potest*. *Lentiscum* mandere, *Proverbio* dicebatur, qui nimio comendi corporis studio superfluebat. Nam dentium cura olim ut delicatis probro dabatur.

Ligustrum arbor est, cuius ligno aptis-

simae sunt tesserae. Succus eius neruis, articulis, algoribus: folia ueteri ulcere cum *sarsinica*, & oris exulcerationi profunt.

Loton habet *Africa*. Praecipua *Syrtes* & *Masamones*. Magnitudo est huic arbori, quae pyro. Ligno color niger. Expeditur ad tiliarum cantus, unde & pro tibia plerumque solet accipi. *Politianus* in *Mantua*: *Dant & multiforam modulanda ad carmina Loton*. Eius radice fiebant olim cullelli & capuli. *Baccas* profert. Cariem non sentit. Florem amittit, cuius suauitate homines rerum omnium obliuisci dicuntur. *Lothophagi* populi nomine inde sumpserunt, quod frequens apud illos reperitur. *Aguas* amat. *Mart*. li. 4. *Veteres eam Apollini sacram fecerunt, quod ante solis ortum folia implicet, pro surgente uento expulset paulatim*. Est & eiusdem nominis herba.

Malachra arbor est magnitudine oleae, folio roboris, fructu caprifici. Eius fructum *Bedellium* dicunt, quod est genus gummi.

Malobathras arbor est *Syriae*, folio conuoluto, arido colore, ex quo exprimitur oleum ad unguenta. Sapor eius similis est *nardo*. Hoc unguentum urinam cit. *Oculorum* epiphoris uino expressum medetur.

Melia arbor fructum parit suauissimum. *Mespili* arboris fructus uocatur *Mespilum*. *Pallad*. *Mespilaeque* exarmata pugnacibus horrida membris. Eius folia priusquam decidant, rubescunt. Multas habet radices altas & inextirpabiles. Non fuit haec arbor in *Italia* *Catonis* aeo. Insestatu uermiculis ruffis & pilosis.

Morus arborum ultima floret exaetio iam frigore. Vnde prudentissima uocatur a *Portis*. *Politianus* in *Russico*: *Mox ubi iam sapiens coepit frondescere morus, Ante quidem sapiens, nunc ambitiosus, nec ullis*

Que pariat pomū, sed serica pensa mini-
strat. Fructus eius uocantur Moya: quæ cū
prius albæ esēt, cruore Thybsis & Pyra-
mi rubra facta sunt. Pontan. Atq; in sangui-
neam morus post uersa figuram. Fructibus
succus in carne umosus, trini coloris, can-
didus primò, mox rubens, maturis niger.
Tingunt manus succo, maturi ruunt, acer-
bi minime. Serenda est hæc arbor ab idibus
Februarij in æquinoctiū. Montes amat. Tar-
dissime senescit, fructib. minime laborans.

Myrrham arbusculam aromaticam ha-
bet Arabia, altitudine quinum cubitorum,
cortice duro & intorto, guttis eiusdem no-
minis sponte stillantibus. Eius uirtus est, ut
corpora uindictet à putredine.

Myrtus baccas parit optimi saporis. A-
mat littora. Verg. lib. 4. Geor. Pallentesq;
hederas, & amantes littora myrtos. Sacra
est Veneri. Odoratissima est in Aegypto.
Eius oleo inest quidam uini sapor. Nobili-
tata est ouali corona. Crescit quandoq; in
locis planis. Angusta sunt eius folia, quæ
non decidunt. Vita est breuissima.

Olee, siue Oluæ arbori folia non deci-
dunt. Sacra est Mimeruæ. Ne fas erat olim,
eā in profanis usibus polluere, ut nec pro-
picinandis quidem numinibus ex ea altaria
accenderentur. Ea coronabantur equitum
turmæ, idibus Iulij, & minoribus trism-
phus ouantes. Fructus consistat nucleo, oleo,
carne, amurca. Arbor ipsa tardè crescit.
Morsu capræ fertur sterilefcere. Immunis
est à carie & uelut iste. Conuenit inter au-
tores, arborē hanc durare annis ducentis.
Inimicissima est ei plauia circa Vergilias.
Gaudet cimere & calcari fornicibus. Fuit
olim arborum maxima in Betica, autore
Plin. Vermiculationem patitur, & fungū.
Rami eius portati olim præstabant indi-

cium pacis. Verg. 8. Paciferæq; manu ramis
pretendit oliuæ.

Ornus arbor montes amat. Nascitur in
saxosis montib. Procera est, et tamen infra
gigera. Rugosus & asper est eius cortex.

Pala arbor est maior pomo, & suauita-
te præcellentior, cuius fructu (qui Ariena
dicitur) sapientiores Indorū uiuunt. Folium
alas auis imitatur, longitudo line triū cubito-
rum, latitudine duūm. Arbor ipsa fructibus
è cortice mittit admirabilem succi dulcedi-
ne, ut uno quaternos satiet.

Paliurus arbor est fructuosa, cui Cyre-
naica regio suam postponit Loton Eius nu-
cleus non simul manditur, iucundus per se
& uino suauior. Germinat concepto uere.

Palmis abundat Iudæa. Reperiuntur es-
tiam in Europa, sed steriles. In maritimis
Hispania fructum ferunt, sed immitem: dul-
cem in Africa, sed statim euanescentem. Ori-
entales ex his uina conficiunt, et nonnul-
le gentes panem. Terra feruida & sabulo-
sa habet frugiferam palmam. Gaudet & ri-
guis. Coma eius est in cacumine, & pomum
non inter folia, sed inter suos ramos. Folia
cultrato sunt mucrone lateribus in se bif-
datis. Huic arbori est in se uterq; sexus, ut
omnibus alijs. Mas in palmitè floret, scemi-
na citra florem germinat tantum, spinæ mo-
do. Pomū palmæ est oblongū, non ut oliuæ
orbiculatum. Arbor portat in trinatu. Ge-
nera eius 49 nonnulli posuerunt. Fru-
ctus dulcis est succus, nullū lignū. Arbori folia
nō decidunt. Longū esset. in cōpendiū quoq;
redigere, quod de ea multis admodū uerbis
scripsit Pli. propterea satis nobis erit unū
adijcere, quod ex Aristot. et Plin. testi-
monio scribit Gall. lib. 3. ca. 6. Si super pal-
mæ arbori lignum (inquū) magna pon-
dera imponas, ac tam grauiter urgeas, oner-

resq;

resq; ut magnitudo oneris sustineri neque-
at, nō deorsum palma cedit, nec intrā flexi-
tur, sed aduersus pondus resurgit, et sursum
nititur, recuruatq; Propterea in certami-
nibus palmam signū esse placuit Victoriae,
quonia ingentium eiusmodi ligni est, ut ur-
gentibus prementibusq; non cedat.

Persicus nomen sumpsit à Perside, un-
de primum aduecta est. Hæc arbor in Rho-
do floret, nec fructum parit.

Picea arbor est feralis, & funebri indi-
cio ad fores poni solita. Vnde Vergilius de
tumulo Miseni loquens ait: Procumbūt pi-
ces, sonat ista securibus ilex. Tonsilis est,
& resinosa: montes amat. Non floret. Eius
umbra satis perniciofa est. Cortex eius u-
sui est agrestibus ad uasa & corbes. Folia
sunt instar pectinum.

Pinus arbor non floret. Folia habet ca-
pillata, quæ non decidunt. Firmissima est
aduersus cariem & tineas. Umbra eius ne-
cat germina. Sterilefcit si quis cacumen au-
ferat, nec tamen emoritur. Eius eruce uo-
cantur Pytocampæ. Excisa nullam remit-
tit sobolem, sed prorsus emoritur. Propte-
rea Croesus (ut est apud Herodotum in Era-
to) minabatur se extirpaturum Lampsa-
cos pini in morem.

Pinafter uocatur syluestris Pinus, mu-
ri altitudine, & à medio ramosa, sicut Pi-
nus in uertice. Copiosam parit resinam. Fo-
lia non amittit. Ea sunt præteuua, & mu-
crone aculeata.

Platanus arbor latè spargit ramos. Ste-
rilis est. Nec ad alium usum olim adamaba-
tur, quam umbrarum quibus adeò placuit,
ut mero infuso enutritur. Hinc genialis
uocatur à poetis. Stroz filius: Nec Vene-
ris myrto, aut platanis genialibus ullam In-
dulget ueniam. Sub ea celebrabantur con-

uiuia. Nam Plinius scribit, Licinium Mus-
titanum consulē sub una si sse epulatum
cum duodecimo comite, & Caium princi-
pem sub alia cum duodecim conuiuis. Poe-
tæ fabulantur, Iouem cum Europa sub pla-
tano concubuisse. Non est alia maior eius
commendatio, quam solem æstate arcere,
hyeme admittere. Idem Plinius scribit, An-
tandri Platanum circumdolatis iam late
ribus reuuisse, & uita sse redditam.
Hæc arbor citò germinat. Lata habet folia.
Iucunda est eius umbra. Erat in usu apud
Romanos, in uilla aut hortis urbanis ad
umbras inambulationum, quæ ad octium le-
terarum primum inuentæ sunt. Iuuenalis
Sata, Frontonis Platani conuulsaq; mar-
mora clamant. Martialis miduam uocat
Platanum, uelut sterilem, lib. 3. ubi ait: Non
ociosis ordinata myrtetis, Viduaq; plata
no, tonsiliq; buxeto.

Pomus & Pomum uocabula sunt gene-
ralia. Nam Poma dicimus omnium arborū
fructus, siue molles siue duros, esu idoneos.
Nuces uero ea tantum uocamus poma, quæ
duro teguntur operimento.

Populi tria sunt genera, teste Plin. Alba,
Nigra, & quæ uocatur Libyca, folio mi-
nima ac nigerrima. Alba folio bicolor, su-
perne candicans, inferiore parte uiridi. Ni-
græ folia sunt circinnatæ rotunditatis in iu-
ueta, uetustiora sunt angulosa. Populorū
folijs grauissima est lanugo. Fluuios amant.
Verg. Populus in fluuijs, abies in montibus
altis. Sacra est Herculi. Pediculus ei tremu-
lus, umbra nulla. Folia inter se trepidantia.
Citò germinat, nullū semē aut fructum pa-
rit. Placet uitibus, utilis est scutus faciendis.

Prunus arbor Pruna pariens, quorum
diuersa genera ponit Plinius: sed omnium
laudatissima sunt Damascena. Columel

la, Armenijsq; & cereolis, prunisq; Damasci stipantur calathi. Pruna syluestria ubiq; nascitur. Aquoso sunt succo. Arbor raro crescit in montibus.

Pyrus arbor dicta est, quod ex lato in aculeis feratur, instar pyramidis. Crustumina pyra cunctis gratissima sunt, proxima Falerna à potu, propter copiosum succum. Turbinata sunt figura, quibus eadem proprietatis uini, quæ et pomis. Vinoso sunt succo. Folia arboris circumata. Ipsi arbori uia est admodum breuis. Fructus facile perdit. Nascitur quandoq; in montosis locis. Pyri syluestres tardè germinant.

Rhamnus arbuscula est spinosa, gaudens saxosis locis, & petricosis. Architreuius, Nec simulat sparsa cristatam cuspidem Rhamnum.

Rhododaphnes arboris folia ueneno sunt quadrupedibus, homini uerò contra serpentes præsidio, ruta addita, & è uino pota. Pecus etiam & capræ, si aquam biberint, in qua ea folia maduerint, mori dicuntur. Arborem hanc sunt qui Nerium uocant, sempiternum fronde, rosæ similitudine, & caulibus fruticosum.

Ricinus arbor est altitudine oleæ, caule ferulaceo, folio uitium, semine uuarum gracilium & pallidarum. Frequens est in Aegypto.

Ridica arbor est, pedamentis apta:

Robur arbor est glâdisfera, quæ præter fructum plurima alia gignit, ut quedam ueluti mora, quibus fructus inest nucleis oliuæ similis. Item pilulas nucibus non ab similes, intus habentes flocculos molles, lucernarum luminibus aptos. Nam sine oleo flagrant. Gignunt & culices, & quedam alia. Montes amat. Folia habet sinuosa. Terna edit germina, & inter squamas cor-

ticem spargit. Carnosas habet radices, quas in profundum agit. Teredines patitur. Durissima est arborum. Non facile uictustatem sentit, aut cariem.

Salix arbor est uimiosa, & multis periculis se surrigens, infructuosa est, & infrugifera, amaro cortice. Verg. Flor è è cythium, & salices carpetis amaras. Plicatilis est, lenta, colore glauco, uentis egibilis, amat littora, & humilia loca. Ouid. Amnicoleq; simul salices, & aquatica lotos. Columella aptissimo epitheto eam uocat Perticalem, dicens: Perticalis ferè salix eundem agrum quem uiminalis desiderat, melior tamen riguo provenit, atq; ea taleis cõferitur. Quum germinauit, ad unam perticam summittitur. Pampimatur instar uinæ, ut in longitudinè potius quàm ramorũ latitudinem euocetur. Sic culta quarto ceditur anno, & uinculis præparatur. Abscissa citò repullulat. Mutationem loci facile patitur in iuuenta. Semen ocysimè perdit, & ante maturitatè, ob id dicta ab Homero frugiperda. Citò germinat. Lõga sunt eius folia, & non multum lata. Quum fluescunt, ruunt sua sponte. Eius semen mulieris sterilitatis medicamentum est. Lenissima est, & propterea faciendis scutis aptissima. autore Plinio, breuis ei uita. Fructus ante maturitatem abii in araneam. Sed si prius colligatur, sanguinè reijcientibus prodest. Varia sunt ex ea medicamenta. Cinis corticis è ramis prius clauum & callum aqua mixta sanat. Vitia cutis in facie emendat magis admixto succo suo, qui triplex est. Eolia cocta cū cera trita imponitur podagricis. Cortice & folijs, in uino decoctis, sanantur nerui. Flos tritum cum folijs surfulres purgat in facie. Folia contrita & pota intemperantiam libidinis coercent, & in-

totum auferunt usum, sepius sumpta. Alio nomine uocatur Siler. Vergil. Sponte sua ueniunt, camposq; & flumina late Curua tenent, ut molle siler, ient eq; genista.

Salficortex arbor est glandis amara, quæ nullum animal cõtingit, præter sues.

Sambuco plurima est medulla. Ocysime floret. Eius interiora mirè firma esse traduntur, ita ut uenabula ex ea præferantur omnibus. Constat ex cute et ossibus. Ceditur tempestiue quum decorticatur. Cortice est inextricabili, & carie subnascante ei materiaq; nigrescete. Numeratur à Plinio inter eas quæ faciendis scutis apte sunt.

Similax arbor hederæ similis, spinosa et densis cauliculata genibus. Fructuosa ramis. Folio hederaceo, paruo, non anguloso: flore candido, & liliū olente. Fert racemos instar labruscæ, colore rubro. Lugebris est, ob eundem nominis uirginem, quæ amore iuuenis Croci in hęc fruticem mutata est. Ea sunt codicilli. Admota auri bus leuem sonum reddit.

Sorbo folia uniuersa decidunt, infestatur uermiculis ruffis et pilosis, & uia emoritur. Gaudet aquis montibus.

Spinus arbor est prunifera. Vergilius: Et spinos iam prunæ ferentes.

*Arquuo-
tolon* Sycomorus dicitur ficus fatua, nomine Marisca. Habet multitudinem lactis. Fructus non egreditur ex summitatibus ramorũ, sed ex ramis ipsis. Grana eius sunt minoræ granis ficuum. Nec murescunt, nisi radantur instrumento ferreo. Frequens est apud Rhodum locis frumentarijs.

Suber minima est arbor, cuius lignum nõ solũ non mergitur aquis, sed alijs quoque rebus alligatum, facit ne mergantur. Hinc adagium, Subere leutor. Vfus eius anchoralibus nauium, piscantium tragantibus,

& eadorum obturamentis, & in hyberno foeminarum calceatu. Apud nos utuntur etiam uiri. Ei folia non decidunt. Non facile sentit uetustatem aut cariem. Inuatur detractio cortice, quod tamen omnibus ferè arboribus exitiale est. Lignū foraminosum est, & leue. Politianus: Multiforumq; replent operosa examina suber.

Taxus similis est abieti. Baccas profert uenenatas, præcipuè in Hispania. Hinc plerique Toxicum dictum arbitrantur, ut taxicũ, mutata litera. Claudianus: Qualis pestiferas animare ad crimina taxos, Ferralis est. Ouidius libro 4. Est uia decliuis funesta nubila taxo. Eius fumo necantur mures. Est in Arcadia adeo uenenata hæc arbor, ut si quis sub ea dormiat, aut capiat cibum, protinus emoriatur. Plinius ait esse innoxiam, si in ipsam clauus aeris infigatur. Ea pastæ apes mel conficiunt amarissimum. Frequens est in Corsica. Vergil. Sic tua Cyrcæa fugiant examina taxos.

Tæda arbor liquorem, seu picem stillat, & abundat liquido succo. Ea optime sunt facies, quæ propterea Tædæ uocantur, ut Ceres tædisera, quod in perquirenda Proserpina tædas inflammauerit. Ouidius libro 3. Fast. Quos cum tædisera nunc habet ille dea. Grata erat flumini, & lumeni iacrorum. Hanc mares durtaxat ferabant. Montes amat.

Terebinthus arbor soliditatem habet in speciem buxi. Resinam emittit odoratã, quæ inde uocatur Terebinthina. Mascula est sine fructu. Foeminarum duo sunt genera. Alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pallet. Frequens est & magna in Syria. Fructuosa in Macedonia. Lenta eius materies, & fidelis ad uetustatem. Li-

gnum nigri splendoris. Flos racemosus oliua modo. Densa folia, quae non decidunt. Fert folliculos emittentes quaedam animalcula ceu culices, & lentorem resinofum, qui cortice erumpit. Mesebus reddit semē.

In Tilia mas & foemina differunt. Materies maris dura est, nodoso ruffier, & odorator. Cortex crassior, & detractus inflexibilis. Nec semen fert aut florē, ut foemina, quae crassior arbore materia candida praecellensq; est. Succus foliorum & corticis dulcis est. Fructus eius nullum animalium attingit. Inter corticem & lignum tenues habet tunicas multiplici membrana, e quibus uinacula fiunt, quae uocantur tiliis, quorum tenuissimum uocatur Phyllira. Horatius: Difficent nexae Phyllira coronae. Materies terentidem non sentit. Proceritas ei permouica, uerum utilis. Montes amat. Erat quondam apta scutis. Germat paulo ante aequinoctium. Mollissima est et calidissima, quia citissime aescias retundit. De hac Vergil. Nec Tiliae leues, aut toro fragile buxum.

Vnedo arbor fructum emittit eiusdem nominis, similem fragis, sed inhonorum, qui unus tantum mandi potest. Vnde inditum arbori nomen. Ei folia non decidunt. Fructus ipse anno maturescit. Iuba apud Plin. testis est, esse in Arabia unedones quinquaginta cubitorum altitudine.

Vlmus amica est uitis. Pontanus: Tecum inter salices, sub amicta uitis ulmo. Graeci duo eius faciunt genera, Montosam, quae sit amplior: Campestem, quae fruticosa. Gummi profert. Semen eius uocatur Samara. Folia eius sunt ramulosa. Cito germinat. Rigorem fortissime seruat, ob id cardinibus assamentisq; portarum utilissima.

ARBORVM GENERA diuersa.

DE uarijs arboribus meminit Vergilius lib. 1. Georg. Fulminibus salices, crassiq; paludibus alni, nascuntur steriles saxosis montibus orni. Litor: myricetis letissima: deniq; apertos Bacchus amat colles, Aquilonem et frigora taxi. Item Ouid. lib. 10. Et Statius lib. 6. Theb. Et Claudian. lib. 2. de Raptu.

Porro arborum succi uarij sunt: Vinosus Pomo, Pyro, Myrto: Pinguis, Oliuae, Lauri, Nucis, iugladi, Amygdalis: Dulcis, Vitis, Ficus, Palmis: Aquosus Prunus. Differunt & colore succi: Sanguineus Moris, Cerasis, Cornis, Vitis nigris: albus candidus, laetens in capite Ficus, in corpore non item. Spumens Malus, nullus Persicis.

Ferales sunt Picea, Taxus, Cupressus.

Veteres eas arbores uocabant infelices, quae sunt in tutela inferum deorum: ut quae baccam nigram, nigrosq; fructus ferunt. Cato Infelices uocat arbores infrugiferas. Plinius Damnatas religione, quae neq; feruntur unquam, nec fructum ferunt.

Felices uero putantur Quercus, Aesculus, Ilex, Sapius, Fagus, Corylus, Sorbus, Ficus alba, Pyrus, Malus, Vitis, Prunus, Cornus, Lotos.

Arbores montanae sunt, Cedrus, Larix, Teda, Abies, Robur, Castanea, Tilia, Ilex, Iuniperus, Terebinthus, Populus, Ornus, Cornus, Carpinus.

Montes et ualles amant, Abies, Robur, Castanea, Tilia, Ilex, Cornus.

Aquosis montibus gaudent, Acer, Fraxinus, Sorbus, Fagus, Carpinus.

Folia non decidunt Olea, Lauro, Palmae, Myrto, Cupressu, Pinis, Hedera, Rhododaphne, Abieti, Larici, Pinastro, Iuniperu,

pero,

pero, Cedro, Terebintho, Rubo, Ilici, Aquifolio, Saberi, Taxo.

Aquas odere Cupressi, iuglandes, Castanea, Laburnum.

Cariam & uetus stem non sentiunt Cupressus, Cedrus, Hebenus, Lotos, Buxus, Taxus, Iuniperus, Oleaster, & Olea.

Arboretum, Quercetum, Vepreum, Dumetum, Oliuetum, Paeium, Senticetum, Carectum, Aesculetum, Buxetum, Populetum, Salictum, Vepretum, Lauretum, Myrtetum, Aespiletum, Orneum, Rhamnetum, uocantur loca, in quibus crescunt eiusmodi nominis arbores.

ARBORES DEORVM & dearum.

Apollinis Laurus & Lotos. Vergil. in Battarum: Laurus item Phoebi decus. Apollo apud Ouid. lib. 1. Meta. Daphnem alloquens: At quoniam coniunx mea non potes esse, Arbor eris certe, dixit, mea: semper habebunt Te coma, te citharae, te nostrae Laure pharetrae. Veteres quoq; Lotos Apollini sacram fecerunt, quod ante solis emergsum sua folia implicet, profurgente autem sensim ac paulatim explicet.

Bacchi arbor Vitis & etiam Hedera. De uite, autor opusculi de Nuce, Saepo tuas igitur Liber miratus es uinas, Mirata est oleas saepe Mimerua suas. De hedera, Ouidius libro tertio Fastor. Cur hedera haec cincta est? hedera est gratissima Baccho. Ferula etiam assignatur Libero patri: teste Plinio.

Cybeles arbor Pinus. Cybele apud Vergil. libro 9. Pineae sylua mihi multos dilecta per annos. Ouid. lib. 10. Hirsutaq; uertice pinus Grata deum matri.

Herculis Populus. Vergilius in Bucol. Populus Alcidae gratissima, uitis Iaccho,

Formosae myrtus Veneri, sua laurea Phoebo. Plin. lib. 12. Arborum genera numini. bus suis dicata perpetuo seruantur, ut Iouis aesculus, Apollini laurus, Mimeruae olea, Veneri myrtus, Herculi populus.

Iouis Aesculus & Quercus. De Aesculo Vergilius libro 2. Georgicorum: Nemo rumq; Ioui quae maxima frondet Aesculus. De quercu Ouidius libro 1. Metam. Et quae deciderant patula Iouis arbore glandes. Item lib. 7. Sacra Ioui quercus de semine Dodonaeo.

Mimeruae Oliua. Vergilius libro secundo Georgicorum: Palladia gaudent sylua uiuacis oliuae. Ouidius libro 6. Metamorphoseos: Illic incumbens cum Palladis arbore palmae.

Panos Pinus. Propertius lib. 2. Fagus & Arcadio pinus amata Deo.

Plutonis Cupressus. Plinius lib. 16. de ea loquens: Diti sacra, & ideo funebri signo ad domos posita.

Veneris arbor est Myrtus. Vergilius libro 5. de Aenea: Sic fatus, uelat materna tempora myrto. Venus apud Statium libro 1. Syl. Maluit & nostra laurum subterxere myrto.

SYLVAE.

Albunea uetus fuit Etruscorum sylua, ad quam populus Romanus confugiebat oraculorum gratia.

Prope Ariciam, oppidum Italiae, fuit nemus Aricium, Dianae sacrum. Lucanus libro 6. Parua Mycenae quantum sacrata Dianae distat ab excelsa nemoralis Aricia Roma.

Arduenna sylua Galliae incipiens a Rheino per fines Treuerorum, Eburonum, & Menaprorum, x. millibus passuum longitudine per mediam Belgicam in Oceanum tendit.

Arsum Plutarchus ait esse lucum, prope quem Aruns Tarquinij filius & Brutus una concurrerint bello.

Bacenis sylua est Germanie amplissima, Cheruscis à Sueuis dirimens.

Calidonia sylua est Britannia, à cuius nomine Britanni ipsi uocantur Calidonij. Lucanus libro 6. Cylidonios fallit turbata Britannos.

Carmon lucus est in Messenia.

Lucus lib. 8. ab Vrbe condita de Cimbrina, Eithuria sylua, hunc in modum scribit: Sylua erat Cimbrina, magis tum inuita atq; horrida, quam nuper fuisse Germanici salus: nulli ad eam diem ne mercatorum quidem adita. eam intrare haud serè quisquam audebat.

Clarium nemus Colophonie olim sacrum fuit Apollini.

Coricum erat propinquum Thebis.

Daunia Apuliae sylua, nomen accepit à Dauno patre Turni.

Poëtarum carminibus laudatissima syluarum est Dodona Chaonia, quum propter usum glandis ibi repertum, tum ob simulachrum Iouis Dodonæi, & columbas, quæ quercubus insidentes reddebant oracula.

Gryneum nemus est in Ionia Apollini sacrum, in quo Mopsus & Calchas de diuinandi peritia uenerunt in certamen.

Hercynia sylua est Germanie, cuius quondam latitudo habuit iter nouem dierum. Plinius ait, in septentrionali plaga esse Hercyniam syluam roborum uastitate intacta, in qua colles occurfantium inter feradicum percussu atolluntur.

Hyrcania sylua mira uastitatis, & multiplici belluarum genere referta, nomē dedit regioni eiusdem nominis.

Ida sylua est Crete, & Phrygia, in qua Paris sententiā tulit de pulchritudine deorum. De Crete Martial lib. 4. Conscia Diætaem qua tulit Ida Iouem.

Idaliu nemus est Cyprî, Veneri sacrum, quæ Idalia propterea dicitur.

Marathonia sylua fuit in Attica, in qua Theseus taurum toti regioni formidolosum occidit.

Micana sylua Gallie.

Nemea sylua est Græcie, inter Cleonas & Phliuentem oppida, in qua Græci Nemea sacra insinuerunt in honorem Herculis, ob leonem ibidem interfectum. Ibidem etiam fiebant agones in memoriam Archemori filij Lycurgi regis, qui negligentia nutritis Hypsipites fuerat occisus à serpente. De hac Martial lib. 1. Prostratum Nemees, & uasta in ualle leonem, Nobile & Herculeum fama canebat opus.

Pholoen mons est, & sylua Thessaliae. Parthenium nemus est Arcadiae, in quo uirgines solebant exerceri uenationibus.

Pelion mons & nemus Thessaliae, ortu Chironis illustratum. Tegea sylua Arcadiae Panæ Deum rusticorum numen uenerabatur.

LEGVMINA DIVERSA & frumenta.

Erui, Vicia, Cicer, Cicercula, Faba, Lentacula, Lens, Phaseolus, Pisum, Lupinum, Faba, Milium, Panicum.

Frumenta sunt & fruges, Far, Siligo, Triticum, Ador.

Frugum pestes Lolium, Tribulus, Carduus, Lappa, Rubus, Auena, Paliurus. Virgilius: Pro molli uiola, pro purpureo Narcisso Carduus & spinis surgit paliurus.

FRV.

FRVTICES DIVERSI.

Cythisus, Myrica, Capparis, Chamaemyrsine, Erica, Gnaphos, Gossipion, Helenitum, Laserpicium, Myrsinites, Ophioleptophyes, Oxymyrsine, Rhododendrus, Scammonia, Tamarix, Tithymalus, Vlex, Amomū, Chamaelea, Claritoblepharon, Cynistratō, Elleborine, Epipactis, Erix, Genista, Ophioleptophyle, Phycos, Pyrosachne, Pytusa, Plocamō, Quisquilium, Rubus, Saripha, Scorpio, Spartū, Thymelea, Tragon, Lentiscus, Nardus, Cinnamum, Scioton, Sisarum, Tragacantha.

HORTI CELEBRES

ET MEMORABILES.

Phœacum regio (cuius rex fuit Alcimus) hortos habuit tanta pomorum uarietate nobiles, ut præ maturis primis, noua statim renascerentur, ut diximus in nostro Cornucopiae. Iuuenalis: illa iubebit Poma dari, quorum solo pascaris odore, Quælia perpetuis Phœacum Autumnus habebat.

In hortis Hesperidum Poetæ fabulatur fuisse arbores auriferas, quarū custos esset in somnis Draco.

Epicurus primus omnium hortos Athenis instituit, quum antea ruri tantū haberentur, nō in urbibus. Hinc Epicurus hortorū magister appellatur. Laertius refert, Epicuri scholam fuisse in horto. Iuuen. Suspicat exigui lætæ plātibus horti. Laudantur etiam horti Adonidis, & pensiles qui fuerūt in Assyria, siue illos fecerit rex Cyrus, siue Semiramis.

Lucanus hortos habuit cultissimos, in quibus sepultus est.

Mæcenas quoq; hortos habuit Romæ pulcherrimos in Esquilij, ad quos pro-

pter amœnitatem loci plerumq; diuertebat Octavius.

FLORES, ET VIOLAE, ET

ALII FRVTICES

odorati.

Rosa, Lilium, Caltā, Bacchar, Cōbreum, Lotos, Crocus, Hyacinthus, Arabrotanum, Amarachus, Saliunca, Polion, Amethystus, Cyanō, Holochrysos, Chrysitis, Origanum, Thymus, Coniza, Cyemis, Narcissus, Amaranthus, Epithymō, Oenanthe, Phrygma, Rosmarinus, Aneithum, Acanthus, Anemona, Cherinthā, Ligustrum, Vacinium, Conuoluulus, Cyanus, Cyclaminus, Sisybrium, Tymbra, Satureia, Casta, Melilotos, Lyrium, Lichnis.

HERBARVM DIVERSARUM

nomina.

Asinibium, Aconium, Aegolebron, Alcibiadion, Alga, Aloe, Altercū, Amygdalite, Anagyris, Anchusa, Andrachne, Aneithum, Anthemis, Aptium, Apiastrū, Asclepiō, Asterisk, Atracyllis, Atriplex, Aruncus, Arabrotanum, Acanthus, Achanon, Achemenis, Acinos, Acopon, Acros, Acoros, Agrios, Acta, Action, Adiantū, Adipfos, Aegilops, Aegicore, Aethiopsis, Aparicum, Aglaophotis, Aizōō, Albucū, Alcāna, Alektorolophos, Alypō, Alisma, Alysson, Alopecuros, Alfine, Altercangennum, Alibea, Alum, Amomum, Ampelodisime, Amuletū, Anabasis, Anagallis, Anacapsoretis, Anarrhimos, Andrialā, Androsimum, Anemona, Anodyton, Anthaliū, Anthericus, Anthyllū, Anthriscum, Anticellium, Antirrhinos, Aparime, Apate, Aphrodes, Aphrū, Apiofischas, Apronia, Aproxis, Arachiona, Arochos, Archezostis, Arctios, Argemone, Aros, Arsenogonon, Artemisia, Asarō, Ascalonia, Asyla, Asphodelus,

Aphodelus, Asplenium, Asarum, Aster, Ateramnium.

Balis, Balotis, Batrachian, Bechi on, Beta, Betonica, Blachnō, Blataria, Bo- trys, Brabilla, Bryenia, Bryon, Bromos, Brotis, Bubenion, Bucera, Bucolico, Buph thalmos, Bupleuron, Bufelinum, Baccar, Barbula, Blattaria.

Cacalia, Cactos, Cacubalum, Calla, Calli gonon, Callio, Callitrichia, Callitrix, Chamæcissos, Chamæleuce, Canaria, Can tabrica, Capnos, Capparis, Carduus, Ca- rryte, Casta, Catānache, Caulis, Cemos, Cen taurion, Centunculū, Ceratia, Cherimtha, Cestros, Chalceos, Chamæacta, Chamæ- cyssus, Chamedaphne, Chamælea, Chamæ- milon, Chamæmyrsine, Chamæpeuce, Cha- mæpitys, Chamæscice, Chamæcyparissos, Chamædris, Chamalon, Chamæpithyos, Chamærops, Chamæpelos, Chenamychō, Chenapodis, Chironia, Chondrylon, Chon- dris, Chryssippeia, Chrysocome, Chryso- chanon, Chysotheles, Cyclaminus, Cicori on, Cicuta, Cinare, Cynocophalia, Cyno- glossos, Cynoides, Cynomys, Cynomio- rion, Cynops, Cynosorchis, Cyparissias, Cyperus, Circea, Circion, Cynisca, Chamaeleonion, Clinenas, Cincion, Cuidos, Co- chla, Colocasia, Com. reuā, Comiza, Consi- gilla, Consiigo, Corcorus, Cordylis, Cori- ceon, Corymbia, Corymbite, Corion, Coris, Coyleion, Cotonca, Crateogenon, Crate- gis, Cranon, Crept, Crethmos, Crocus, Cuda, Crefolū, Canabis, Carduus, Ca- rex, Carminothum, Carpophyllis, Centau- rea, Chbis, Consolida, Corambia.

Dactylos, Demasomos, Dendroides, Digittellum, Dimenium, Dipteris, Dipho- nō, Dispron, Dodebateū, Dolychos, Do- ly et on, Doris, Dracunculus, Disiamus.

Echite, Elaphoboscum, Eutomon, Ephe- dra, Ephemeron, Ephydros, Epidymum, Epimedian, Epipactis, Epipetron, Equise- lis, Era, Erica, Erigeron, Erincon, Eringe, Eriphia, Eris, Erisimone, Erisibale, Eri- theles, Eruca, Erullia, Euphorbia, Exe- dum, Emphrasinum.

Festigium, Filix, Foenum, Fragum, Gentiana, Glustum, Gnaphalium, Ga- leopodolon, Gallion, Gelotophyllis, Ge- ranium, Glucien, Glycistis.

Hali, Haliāmō, Haliacabū, Heleniū, He- liocallis, Heliotropium, Heliscopiū, Hella- borus, Hemianos, Heptaleuros, Hera- clion, Herina, Hermerocalles, Heroion, Hibiscū, Hysosyamus, Hioscyris, Hyperic- on, Hypocheiris, Hypocilhis, Hypogesi- sos, Hipoglossa, Hypopheton, Hippola- pthos, Hippojelimum, Hoicus, Holochoy- sos, Holotheon, Hippuris, Hysge.

Iberis, Iris, Ischemon, Isoetes, Isopyron, Ixiæ, Ixiō, Intybus, Lactuca, Lada, La- go, Lesione, Latace, Lathyris, Lauer, Le- moniū, Leopphyllon, Lecanthe, Leucaca- ta, Leucatimum, Leucographis, Libadion, Libanotis, Lingulaca, Lotos, Lapsana, Le- cipes, Leonima, Leontopetalon, Leopo- diū, Liliū, Limosylois, Limostrophon, Li- thoron, Lolium, Magyderis, Malua, Ma- ratryū, Massaris, Mastos, Mecon, Melani- podiō, Melaniō, Melilotos, Melicena, Men- ta, Mentastrum, Mesoleucon, Mygros, Myocanon, Myophonon, Myosotō, Myr- finite, Myrtis, Moly, Molybdena, Mellō, Marrubiū, Medica, Mellealotos, Mandra- gora, Muratis, Muscus, Myrtopetalum.

Nasturcium, Nautea, Neptris, Nepten- thes, Nepete, Nyctegretion.

Ocimum, Oenanthera, Oethū, Ononis, Onopyxos, Onoporoā, Onosma, Orchis,

Orto,

Orto, Oreoselinū, Ohyris, Oxalis, Opli- cis, Origanum, Oserites, Olus.

Paliurus, Panaces, Papaner, Parietaria, Parthenus, Pentaphyllō, Perdicium, Perso- nata, Peruinca, Petroselinum, Phleos, Py- costallasion, Piperites, Plantago, Polyga- lon, Poligonaton, Polypodion, Polytri- chon, Porulaca, Pseudocasia, Palegiū, Py- rethrum, Paderos, Peonia, Panax, Panca- tion, Pappus, Paralitus, Pentapetes, Pepli- on, Periclymenos, Petuliū, Pbernion, Phy- lantes, Phlox, Phonos, Picris, Pistana, Po- lemonia, Polyhantos, Polygenon, Po- lium, Polypotion, Polytrichon, Potamo- geton, Poterios, Pseudanchusa, Psyllion, Pteris.

Radicula, Raphanus, Regia scopā, Rhe- dia, Rhodora, Rhus, Rhopalos, Rubia, Ruscus, Ruta.

Saliunca, Salua, Sapsucus, Sandix, San- guinaria, Sardoā, Saturea, Satyrion, Scan- dalaca, Scandis, Scorpiuros, Sedum, Ser- pillum, Syderion, Sideritis, Sili, Silicia, Si- napis, Siser, Spartion, Sygmon, Symphe- rium, Sabina, Saccopenum, Sagapenum, Sagitta, Samolum, Sandix, Sarapias, Saxi- fragum, Scylla, Scyibice, Seraphium, Sesa- ma, Sicilion, Syce, Silybum, Silphion, Sy- rum, Sifarum, Spartania, Splenion, Sta- chys, Staphylinos, Stomatice, Strychnon, Strumca.

Thapsia, Thelictionon, Teucris, Teuhri- on, Thelygonos, Thelypteris, Therissaga, Thesion, Thlaspe, Thymus, Thymbra, Thysselum, Tithymalus, Triorchis, Tra- gopogon, Trichomanes, Trifolium, Trien- talis, Tragonia.

Veratrum, Verbena, Verrucaria, Vitreo- lum, Vnicaulis, Vrtica, Vlua.

Xiphion.

Zopphthalmos, Zopyrocheron,

ANIMALIA DIVERSA.

Alees similes sunt capris figura et pes- libus, sed aliquāto maiores. Crura ha- bent sine nodis et articulis. Propterea in- somno arboribus adherent stantes. Quae ut capiant uenatores, arbores ipsas pene- totas amputant, ita ut facili impulsu uale- ant prosterni. Itaque decidentibus illis, ca- dunt et alces, supinaeque nequeunt exurge- re. Granalia habet superiora labra. Retro- gradiuntur in postendo, ne in priora ten- dentes inuoluantur.

Aper porcus syluester dentatus est, et excellit feritate. In morbo medetur sibi he- dera. Solidum aprum primus Romanorum in epulis apposuit P. Seruilius Rullus. A- pris maribus non nisi anniculis apris cu- bitales sunt dentium flexus gemini ex ro- stro. Totidem a fronte eeu uituli cornua exeunt. In Creta et Africa nulli reperiu- tur aprī. Multi sunt in Macedonia. Aprī cerebrum cum sanguine laudatur contra serpentes: iecur item inueteratum, et po- tum cum ruta et uino. Item adeps cum mel- le et resina. Apro iam grauis est sua uri- na, ut nisi egesta sit, fugae non sufficiat, et uelut deuinctus opprimatur.

Astinorum duo sunt genera: Feri, quos Onagros uocant: mansueti, ut nostrates. Viuunt a fini exiguo pabulo, ut folijs, spi- nis, carduis, stramine. Tolerantissimi sunt plagarum, et penuria. Propterea tardius deficiunt, quam ullū aliud armentum. Negli- gentiā custodis forsistimē sustinet. Laborē ut famē patiuntur. Barō efficiuntur morbis: apti sunt ferendis sarcinis, et onerib. Pro- pterea Columella merito ait, eos ruri neces- sarios esse. Impatientes sunt frigoris. Hinc Pōrus et Scythia, regiones frigidissimae, asi- nia carent. Tertio mēse coire incipiunt, ubi

h 2 partus

partus est ocyssimus, sed à trimatu legitimus. Asine singulos pariunt, nonnunquam etiam gemellos. Parituræ lucē fugiunt, & tenebras quærunt, ne ab homine cōspiciantur. Vivunt annis xxx, & amplius. Fœmina uiuacior est mare. Per ignes ad fœtus tendunt, quâ tamen interpositum riuû contingere horreant. Propterea sicco tramine eunt ad potum, nec pontes transeunt, quorum trabes discuneatæ aquâ deorsum ostentant. Ferulas amant, quæ cæteris iumentis præsentaneo sunt ueneno. Pediculis carent: ex mortuorum tamen cadaueribus gignuntur scarabei. Fœminæ si non pepererint, priusquã dentes amittât, quod solet accidere mense xxx, sterilitas certâ. Laborant morbo, quem Malidam uocant. Quod uitium in capite oritur. Asini Indici armâtur cornibus. Asini iecur inasfatum comitalibus prodest, si ieiuni comederint. Cimis quoq; unguarum asininarû binis coclearibus potus, comitiales ipsos adiuuat, & eisdem strumas discutit. Asini lactis potus addito melle, prodest dysentericis. Prouocat & nitorē cutis. Propterea ferunt Poppeam Neronis uxorem colacte faciem sibi perunxisse.

Aspalacum habet Bœotia, unde si transferatur, statim perit.

Bos in re pecuaria primâ habet autoritatem. Est enim socius hominum in rustico opere, & Cereris minister. Propterea olim cautum fuit lege, ne quis occideret. Ex eius cadauere nascitur apes mellis matres. Aetatis quatuor sunt gradus in genere bubulo. Prima est uitulorum, Secunda iuencorum, Tertia bouum nouellorum, Quarta uetulorum. Vacca sterilis uocatur Taura, prægnans Horda. In hoc armæ præcipui sunt, qui sunt mæbris pilosis,

nigrantibus cornibus, latis frontibus, oculis magnis & nigris, auribus cōpressis, spina leniter remissa, apertis naribus, labris subnigris, ceruicibus crassis, & lōgis à collo, corpore amplo & bene costato, latis humeris, bonis clunibus, ad inferiorē caudæ partem frequentibus pilis, subcrispis, cruribus potius minoribus, rectis genulis emiculis, distantibus inter se, pedibus non latis, neque ingredientibus qui distodantur, nec quorum ungulæ diuaricent. Comodè pascuntur boues in nemoribus, ubi uirgulta & frons multa. Macra uacca facilius cōcipit. Propterea ante admissuram non debet impleri cibo, aut potione, mens sem unum. Contra uerò tauri ante admissionē herba, palea & fœno implēdi sunt, & à fœminis fecernendi. Quū taurus uaccam inijt, ex eius descensu cognoscitur anmas conceptus sit, an foemina. Si quidem si mas est, abit in dexteriolem partem: si foemina, in sinisteriolem. Non oportet intrare foeminas ante bimatum, ut trimæ pariant. Et melior erit foetus si quadrimæ. Idoneū tempus ad concipiendum est à Delphini exortu usque ad dies quadraginta. Vaccæ mensibus decem sunt prægnantes, quas pasci oportet in locis uiridibus & aquosis. Aestiuo tēpore infestantur tabanis, et quibusdam bestiolis. His frondē substerni oportet, quo mollius quiescant. Aestate duccenda bis ad potum, hyeme semel. Locus frigidus facit eas macrescere. Vaccæ probantur, quæ sunt maximis lateribus, frontibus latissimis, oculis nigris & patentissimis, cornibus uenustis, & nigrantibus, pilosis auribus, compressis malis, caudis amplissimis, ungulis modicis & cruribus.

Cāpania boues albos et exiles gignit, Umbria uastos & albos, Etruria & Latium

com-

compactos, & ad opera fortes, Apœnius et Gallia uegetos, et labori aptissimos.

Aelianus ait, taurum cornupetam alligato dextro testiculo cohiberi. Morbi bouum sunt podagra & struma. Concipiunt uno initu, quod si aberrauerint, uigesimo post die foemina repetit marem. Tauri non saepius quàm bis die ineunt. Boues soli animalium retrò ambulantes pascuntur. Fœminæ uiuunt ad annos xv. Mares ad xx. Robur eis in quimatu, pinguescunt lauatione calidæ aquæ. Domitura bouum fieri debet in trimatu: antè, præmatura est, postea serâ. Fuit hoc animal tantæ curæ apud Romanos, ut in exilium pulsus sit, qui bouem occiderat ad comedendum omasum. Boues lapillum habent in capite, quem expuunt, si necem timeant. Ludos bouum causa celebratos Bubecios uocabant. Seruius ouium & bouum effigie æs signauit. Fons est in Narbonensi prouincia, Orge nomine, in quo herba nascuntur ad eobobus expetite, ut mersis capitibus. eas inquirant. Boues se olfactantes, seq; lambentes cōtra pilum, tempestatem præfagiunt. Eorum finum utile est aluearijs. Scabie si inficiantur, ea sanatur Corcoro herba. Buprestis herba est uenenum bobus. Nam ea gustata, distiliunt. India boues habet unicornes & tricorones. Habet & atrocissimos tauros syluestres, maiores agrestibus, colore fuluos, oculis ceruleis, præstantes cursu, cornibus mobilibus, quorum tergora silices æquantururiam, & omne respuunt uulnus. Bouem primus occidit Prometheus.

Bifontes prolixas habent iuba, figuram cerui, medium in fronte inter aures cornu. Reperiuntur in Germania. Mart. lib. i. Illi cecidit atrox Bubalus atq; Bison.

Bonasi iuba sunt equina, cætera simi-

les tauro, cornibus ita reflexis, ut pugnae sint inuicilia.

Bubali boues sunt agrestes, quos nonnulli Bisontes esse putat. Martialis dissimiles facit, ut præcedens carmen indicat.

Camelus bina in dorso habet tubera: unum in pectore, cui incubat, quum genua reclinantur. Papillas quatuor, caudam a sinistro similem, genitali retrò, genua singula in singulis cruribus, pedes bisulcos, ut bos detatus. Sitim quatrduo tolerat. Equos oportet. Bibiturus aquâ pedibus obturbat. Peruenit ad annos quinquaginta: quidam ad centenos. Castratis feritas tollitur, & augetur robur. Coituri latebras quærunt. Crura posteriora gerunt conuersa. Pascuntur apud Orientales inter armenta, ubi iumentorum loco seruiunt. Fortiores sunt coitu negato. Cameli cerebrum arefactum, potumq; ex aceto, comitalibus morbis prodest. Felcum melle potum anginae, Cauda arefacta soluit aluum, Fimi cinere cum oleo crispantur capilli. Fœminæ uterum ferunt duodecim mensibus à trimatu, pariunt uere: iterumq; post annum implentur à partu. Dulcissimum est lac camelinum.

Camelopardalis (quam Aethiopes Nabim uocant) collo est equino, pedibus bouinis, camelino capite, maculis rutilum colorem distinguuntibus. Romæ uisa est Circensibus ludis dictatoris Caesaris.

Canes fidelissimi sunt homini, ut multis exemplis docet Plin. Propterea Athenienses Canem publicè alendum mandauerunt, quod in Aesculapij templo custos adhibitus compilantem sacra indicasset. Ptoemphana canem habent pro rege, motu eius imperia augurantes. Templum fuit apud Aetnam, quod soli custodiebat canes, castè aduentibus innocui, pollutis uerò in-

h. s. festi p.

ferissimi. Bestiam & furem prædicant suo latratu. Dominos amant, comitantur, custodiant, excubant pro foribus. Nomina sua & uocem domesticâ agnoscunt. Itinerum quamuis longa meminere, inigno memorie argumento. Lacedæmonij hoc animal templis omnibus arcebant, quod impurum sit, et palam coeat. Romani placandis canicula ardoribus ipsum immolabant. Generosi sunt in primis Laconici, Arcadici, Locrenses, Iberici, Cretici, Molossici. Hyrcani, Indici, Elymaei. Melytaei parui sunt, et dominis suis inter delicias. Inhumantur apud Molossos. Anni sunt eis partus, et ad pariendum annua ætas. Gerunt in utero sexagenis diebus. Gignunt cæcos, qui quod largiore aluntur lacte, eò tardius usum recipiunt. Non tamen ultra uicesimum primum diem, nec ante septimum. Optimus est in foetu, qui nouissimus cernere incipit. Mares quarto anno gignere incipiunt, femina tertio usque in nanum. Postquam pepererunt, coeunt non ante sextum mensem. Sunt quæ LXXII. diebus uterum ferant, quarum catelli XII. diebus cæcutiunt. Tenentur libidine diebus ad summum XIII. Lactearum crassum est, et crassius quam ceterorum animalium, præterquam serose, et leporis. Fæminæ confidentes meliant, mares crurè potius elato. Parit canis quinque aut sex, interdum duodecim. Nec mari nec fæminæ permittenda uenus ante annum, quia si teneris concederetur, uires carperet. Quos uolumus esse generosos, eos oportet non educari alienæ nutricis uberibus, quia lac maternum magis prodest ad incrementa corporis. In canibus ætatis indicium dentes arguunt. Nam in uenibus albi sunt et acuti, senibus nigri et obtusi. Viuunt annis XIII. Mutant dentes quos

caninos dicimus. Canum alij sunt uenatici, ad feram: alij uillatici, ad armentorum et uillarum custodiam. Boni canes debent esse formosi, magnitudine ampla, oculis nigra tibus et raris, naribus congruentibus, labris subnigris, acutis dentibus, et labro tectis, capitibus et auriculis magnis, et flaccis, crassis ceruicibus et collo, internodijs articularum longis, cruribus rectis, pedibus magnis, digitis discretis, unguibus duris et curuis, talo fermentato, et molli corpore à summis foeminiibus suppresso, spina neque eminula neque curua, cauda crassa, latratu graui, biatu magno, colore albo. Fæminæ debent esse mammosæ, æqualibus papillis. Villatici debent esse neque misissimi, neque nimis crudeles, quod hi domesticos etiam uiuant, illi faciliè coguntur fures. Degeneres sunt, qui caudam sub alium reflectunt. Infestantur tribus morbis, angina, podagra, et rabie. Rabiosi quicquid morderint, in rabiem uertunt. Rabies in eis cognoscitur, quum potum et escam auersantur, largam spumantemque pituitam naribus et ore proijciunt, toruè et solito tristibus intuentur, in omnes passim sine latratu irruunt: et quæ feras, hominesque tam ignotos, quam familiares mordent: aquæ metu afficiuntur, ut ea uisa pili plerumque horrescant, et nonnunquam ex ea formidine emortuantur. Quo etiam metu afficiuntur ab ijs demorsis. Eorum autem rabies pestifera est in primis homini, Syrio ardentis. Radix syluestris resse (quam Cynorrhodam appellant) remedio est aduersus eorum morsum. Laborant et scabie canes, siuntque pulicosis, et his secatent uermibus, quos Pinius Ricinos appellat.

Capræ dicuntur à carpèndo, teste Varro, quod uirgula carpant, et agrestibus

bus pascantur fruticibus. Malefica sunt frondibus et arboribus, oliuæ maxime, quæ si lambendo contigerint depauperintque, sterilescere faciunt, et enecant. Amant dumeta potius quæ situm campum pestrem, asperisque locis et syluestribus optime pascuntur. Nam nec auersantur rufos, nec offenduntur uerpibus. Cysium maxime amant, Ocimum uero aspernatur, quod insania faciat. Alsio se sunt, et obnoxia frigori. Propterea melius ad hybernos exortus stabulantur. Iubet Columella, ut diligens pastor earum stabula quotidie conuertat, neque permittat sterco, aut humore consistere, nisi uel fieri, quod cuncta hæc capris sint inimica. Varro ait, stabulum caprile lapi te aut testa substerni oportere, quo minus sit uliginosum, et lutulentum. Substituenda item uirgula, ne oblinantur. Capris glans non est permittenda, nisi offatim dari possit. Nam citra satietatē data facit ut abortum pariat. Laudantur mammosæ, et abundantissima lactis. Debent esse firmæ, magnæ, corpore leni, et crebris pilis tecto. Meliore sunt semine, quæ bis pariunt. Desistente autem exigunt à grege in campo hircos in caprilia. Conciuntur Nouembri mense. Martio pariunt turgētibus uirgulis. Reddunt foetum quarto post conceptionem mense. Pariunt frequenter duos, interdum quaternos, sed raro. Implentur tercio et quaterno coitu. Viuunt annos octo. Coeunt quandiu uiuunt. Crebro loca permutant, summi que depastorū fruticum solum contingunt. Sterilescent nimia pinguedine. Oculis non lippunt. Cornibus inter se quandoque pugnant, quibus sunt cornua, nam non omnibus. Auribus spirant, non naribus. Nocturne cernunt non minus, quam interdiu. Propterea caprum iecur uespertina acie his rellitunt, quos Nyctilopas uocant. Semper febrioso se sunt. Sole in occasum declina uersæ

iacent, et sese non contuentur. Villus quæ habet pensilem in mero, uocatur Aruncus, quo si quis unam earum traxerit, alunt reliquas stupefieri. Gustato pulegio ad balatū concitantur. Differunt à capreis, quæ hæc syluestres sint: illæ domesticæ. In Africa nascuntur agrestes, equi altitudine. Sunt et in regione Cassia eadē magnitudine, sine cornibus, colore albo, uillis longis, et tonsilibus, qui lanis Milesijs certant. Apud Mendosios populos capræ coluntur, et caprarij ipsi maximo afficiuntur honore. Sunt et in parte Africæ tonsiles, ex quorum uillis nante rudetes conficiunt. Habitatores Sardinie pellibus caprarum utuntur pro uestimentis. Pestilentia quandoque uexantur. Quæ quæ agnoscuntur correptæ, ijs omnibus sanguis detrahendus est. Ebulliente earum sanguine, molliur Adamas. Fel uase in terra conclusum congregat ranas, iecur comestum prodest contra uisus obscuritatē. Ungularum cinere perunctæ ex aceto sanantur alopecie. Earum cornibus, uel pilis accensis fugatur serpentes. Cinis potus uel illitus prodest contra ictus serpentum. Cascus cum origano ad morsus aliarum bestiarum. Lac contra cantharidas remedio est. Sanguis decoctus cum medulla, sumitur contra toxica. Lacte etiam caprimo tolluntur lendes. Urina calefacta et insillata prodest auribus. Fel cum uino sumitur contra cicatrices, albugines, et caliginas. Cascus siccus ex aceto et melle purgat ulcera. Capræ uero sanguis cum palma marina pilos detrahunt. Lacte caprimo perunctæ gingiua faciles dentitiones faciunt. Fel sacrificatæ capræ oculis illitum, uel sub pituita possum somnos allicit.

Catoblectus similis est tauro, terribilis aspectu, supercilij altis et extantibus, oculis sanguineis, et minoribus paulo, quæ

sunt bouini, semper in terram aspicientib. iuba equina, quam ad certam erigit. Fren dens ore aperto haurit aera.

Cephus pedes posteriores pedibus hu manis & cruribus, priores manibus simi les.

Cerui urgentibus canibus ultrò confu gunt ad hominem, uiaq; humanis tritas uestigijs minus cauent, quam secretis, & feris opportunas. Concipiunt post arcturi fidus. Vterum ferunt octonis mensibus. Pa riunt interdum geminos. A conceptu se parant se. Relicti mares libidine pruriunt. Fodiunt serobes: tunc eorum rostra nigre sciunt, donec imbribus abluat. Ecemine an te partu purgant se herba que dicitur Si felis, ad faciliorem partum. Pastre redeunt ad foetus, quos exercent cursu, et suga me diari docent. Ducunt etiam ad prærupta, & saltum demonstrant. Mares desiderio libidinis soluti auidè petunt pabula, pin gues facti redeunt in latebras. Fugiunt au dito canum latratu, mulcentur cantu & fistulis. Erectis auribus acutè audiunt: iss dem depressis, surdescunt. Timidissimi sunt, & admodu stupidi, adeo ut equo aut buc cula propius accedente iuxta uenantè non cernant: aut si cernunt, arcum & sagittas mirentur. Maria tranant gregatim nantes ordine porrecto, et capita imponentes præ cedentium clunibus, alternatimq; ad terga redeunt. Natant in odore terrarum, quas non uident. Cornua habent mares, que a mittunt omnibus annis statuto ueris tem pore. Cornibus amissis delitescunt ut imer mes. His accensis odore fugantur serpen tes, & comitiales morbi deprehenduntur. Aetatis indicia arguuntur, in illis singulis annis ramos adscientibus usq; ad sexen nes. Sunt qui dicant, feminis quoq; nas: i

cornua. Euripides: Ceruam (inquit) cornia geram manibus Achæorum tradam, quam pro tua mastrabunt filia. Et poetæ Ceruans ab Hercule expugnata, aiunt cornigerans fuisse. In ceruis etiam senecta dentibus de claratur. Tunc enim aut paucos habent aut nullos, nec in cornibus imis ramos, qui prominent ante frontem iunioribus. Cas tratis neq; decidunt cornua, neq; nascuntur. Quamdiu carent cornibus, noctu pro cedunt ad pabula: nam interdum non au dent, imbellie sue & infirmitatis conscij. Vbi creuerunt, ea ad arborè experiuntur. Si firma uiderint, in apertum prodeunt. Se curiores solito. Pugnans cum serpentibus. Cauernas inuestigat, nariumq; spiritu ex trahunt renitentes. Propterea adusto cor nu ceruino odor serpentes ipsos abigit. Fe brem nõ sentiunt, quim potius huic morbo medentur. Centenos excedunt annos. Cor nua in locis inaccessis projiciunt, ne imbel les inueniantur. Felle carent, uermes ha bent in capite. Eoru caro mane comandu cata uitam hominis augere dicitur. Nulli sunt in Africa cerui. Vulnerati iaculis sa nant se distamo herba, qua primi monstra uere. Extractos cauernis serpentes man dunt. In Helleponto nõ commeat in alie nos fines, & circa Arginussam, elatum nõ excedit motem, in quo fissis sunt auribus. Vicissim ad alias transeunt foeminas, et ad priores redeunt. Partituræ ceruæ pascutur Sifeli. Quñ sentiunt se grauidas, lapillum de uorat, qui in excrementis reperitus, aut in uul us, parti custodiè adalligatus. Vulus pilo ceatutur Nebris, quoniã nebris est de genere ceruorum. Ceruorum sanguis tenuis est & aquosus. Baar. Seruos fugitinos nãcupauit Ceruos, ab huius animalis celeritate. A cu ius

ius timiditate uiri ceruini dicuntur homi nes minus meticulosi.

Chameleontè habet Africa, sed frequen tiorem India. Crura eius recta sunt. Latera uentri iunguntur ut piscibus, & spina si mili modo. Rostrum habet siculo non mul tum dissimile. Caudam prælongam, que in tenuitatem desinit, uiperinis orbibus se im plicans. Ungues aduncos. Motus ei tardus, ut testudini. Corpus asperum, ut Crocodi lo. Oculi in recessu cauo, tenui discrimine prægrandes & concolores corpori, qui nunquam operiuntur: nec pupillæ motu, sed totius oculi uersatione circumaspiciunt. Celsus est & hians semper ore. Solus ani malium nullo alio quam aeris alimento nu tritur. Colorem mutat oculis, cauda & to to corpore, redduq; semper quæcunq; pro xime attingit, præter rubrum et candidum. Hinc adogium, Chameleonte mutabilior: in uersipelles et uarios homines. Cæterum defuncto pallor est, sanguis in corde et cir ca oculos tatum. Viscera eius sunt sine sple ne, latet hybernis mensibus.

Crocutam uoces hominum & pecorum imitantem, cui acies perpetua in utraq; o ris parte, nullis gingiuis, dente continuo, qui ne contrario occurso hebetetur, capsu rum modo includitur. Crocutas Plinius ait, omnia dentibus frangere, protinusq; deuorata uentre conficere. Hyenæ pluri ma gignuntur in Africa. Mares singulis foeminarum gregibus imperitant, grauidas custodiunt, timent enim libidinis emu los: morsu natos mares castrant. Graui de latebras petunt, & furtim uolunt pãre re, gaudentq; copia libidinis. De hyena Mant. Est in eis pietas crocodili, astutia hyenæ.

Cuniculi ex leporum genere sunt, sed

aliquanto breuiores. Quorum tanta olim frequentia extitit apud Baleares insulas, ut famem populatis messibus attulerint. Terram excauat, in quam si, urgeat canes, se impenetrant: nec illinc extrudi, aut ex trahi possunt, nisi coiectis intro Viueris, animalibus eorum generi infestis. Nulli sunt in Ebuso.

Damæ timidissimi sunt è genere caprea rum. Gregatim incedent, et quandoq; desti liunt in fuga. De his Martial. Dente timea tur aper, defendunt cornua ceruum: imbel les damæ, quid nisi præda sumus?

Dasypodem Plinius distinguit à lepore aliquot in locis, ut libro 8. capite 59. ubi ait: Lepus omnium prædæ nascens, solus præter Dasypodem superfœtat. Idè lib. 10. Dasypodes omnimense pariunt & super fœtant, sicut lepores, à partu statim im plentur. Quam re Plinium carpit Buda us dicens, idem esse Dasypodem & Lepo rem, quod & uerbis Aristotelis, & multis alijs confirmat argumentis. Plinio patro cinatur Cælius, facitq; Dasypodem diuer sum à lepore.

Dorcas aliter uocatur Caprea. Martial. Tam dispar aquilæ columba non est, Nec dorcas rigido fugax leoni. Non lippit hoc animal. Noctu cernit ut interdum in Lycia dorcades non transeunt montes Syris uis uinos.

Eale fera est, magnitudine equi fluuialis, cauda elephantis, colore nigro uel ful uo, maxillis apri, cornibus cubito matori bus, issdemq; mobilibus, que alterna in pugna sistit, uariatq; infesta aut obliqua.

Elephas animalium maximum est, & humanis sensibus proximum. Parru enim sermonem intelligit. Remiscitur officio rum, que didicit. Ductur gloriæ uolupta

te. Solem, Lunam, & sidera ueneratur, Regem adorant elephātes, genua submitunt, coronas porrigunt. Indicis minores sunt Arabici. Viti sunt qui per funes mceserunt. Plin. scribit unū tardioris ingenij in accipiendis (quæ tradebantur) sapius castrigatum uerberibus, eadem illa meditantē noctu repertum fuisse. Apud eundem Mutian. testis est, fuisse quendam, qui ductus Græcarum literarum didicerit, atque hæc scripserit, IPSE HAEC EGO SCRIPSI, ET SPOLIA CELTICA DICAVI. Dentium candore iuuenta in his intelligitur. Homine in desertis obuius & oberrāte, clemētes sunt, atq; etiam demonstrant uiam. Animaduerso hominis uestigio intremiscunt insidiarum metu. Susstunt ab olfactu. Circumspectant, iras proflant, gregatim ingrediuntur. Agmen ducit maximus natu. Cogit ætate proximus. Amorem transiuri minimos præmittunt, ne maioribus alueum atterentibus, crescat gurgitis altitudo. Sutrū, & Ajax, nomina sunt duorum elephantum apud Plin. Gaudent phaleris argenteis. Visti uocem uictoris fugiunt. Pudore nūquam coeunt, nisi in abdito. Mas quinquennis, Fœmina decennis. Fœmina initur biennio, quinis cuiusque anni diebus. Adulteria non nouere. Nulla propter fœminas inter se mouet prælia. Memoria clarent: nam aiunt fuisse quendam, qui in senecta nouerit restorem suæ iuuentutis. Tanta sunt clemētia in animalia minus ualida, ut in grege pecudum occurrentia manu dimoueant, ne quid obterant imprudentes: nec nisi lecessiti noceant. Infirmos, fessos, aut uulneratos in medium agmen recipiunt, & per uices subeunt. In Africa foueis capiuntur oberrantes. Troglodytæ qui uenatu elephantum

uiuunt, arbores eorum itineri propinquas inscendunt, inde nouissimum agnitis speculati extremas in clunes desiliunt, ne uosq; feriunt securi. Fœminæ pauidiores sunt masculis. Domantur fame & uerberibus. Domiti militat, & turres armatarum in hostes ferunt, & in Oriente magna ex parte bella conficiunt. Prosternunt acies, et proterunt armatos. Terrentur minime suis stridore, territiq; retrocedunt, non minore partium suarū pernicie. Decē annis (ut nonnullis placet) uterum ferunt. Hinc adagiū: Citius parient elephanti. Secundum Aristotelē biennio tantum ferūt, nec amplius quā singulos gignunt. Multi uiuunt annis ducentis. Iuuenta eorum 60. anno incipit. Gaudent omnib. circa quos uagantur. Frigoris sunt impatientes, in stationem & profluum alui sentiunt. Terram edisse ijs tabificū est, nisi sapius mandunt. Deuorant etiam lapides. Truncos habent in cibatu gratissimo. Palmas prosternunt, & iacentium assumunt fructum, mandunt ore, spirant, bibunt & odorantur. Murem odere, adeo ut si pabulum in præsepio positum ab eo attingi uiderint, fastidiunt. In potu quādoq; hircines bauriunt, a quibus maxime eruciantur. Ventres habent molles, durissimū in dorso tergus, muscarum tædio afficiuntur. Dentem in tantam magnitudinem excrescunt nonnullis, ut postquam uicem in domicilijs præbeant, ijsq; fiant sepes, & pali in stabulis pecorum. Elephantem habent Africa, Mauritania, Aethyopes, & Troglodytæ: maximos India. Certant cum draconibus.

Equi bimi in utroq; sexu cōcipiunt, sed pullos generant debiliores, q̄ qui trimi. Et qua fert uterū menses 11. & 12. parit Colu. placet, ut & maribus et fœminis conceda

tur admissura circa æquinoctium uernum: partim ut reuoluto anno eodē tempore pariat, partim etiam quod hoc armentum libidinis furijs maceratur, si prohibeatur coitu. Fœminæ tanto coeundi ardore plerunq; mouentur, ut masculorum penuria Venerem sibi figurent, uersæq; ad meridiē hausto concipiant uento. Quod aiunt fieri in ulteriore Hispania. Vnde Verg. libro 3. Georg. Scilicet ante omnes furor est insignis equarum, illas ducit amor trans Gargara, transq; sonantem Ascanium, superant montes & flumina tranant, Continuoq; audis ubi subacta flamma medullis, Vere magis, quia uere color redit omnibus, illæ Ore omnes uersæ in Zephyrum stant rupibus altis, Exceptantq; lœues auaras, ac sæpe sine ullis Coniugijs utero grauidæ (mirabile dictu) Saxa per & scopulos et depressa conualles Diffugiunt. Plin. ait, hanc rabiem mitigari coma tonsa, Apuleius testiculorum amputatione. Pariunt equæ singulos, quandoque gemellos. Parturæ se erigunt, stantesq; enituntur: quum tamen cæteræ quadrupedes iacentes pariant. Aristoteles equis uitam annorum uiginti quinque ascribit. Plinius tamen ait, mares ad annos 33. generare, fœminas gignere ad annos 40. Aristoteles sentit, mares minus uiuere quā fœminas, quoniam debilitantur coitu. Contrā uero Plinius breuiorum facit equarum uitam. Qui domi aluntur, minus uiuunt, quā qui in grege. Fœminæ finem crescēti faciunt post annos quinque, mares anno addito. Mares citius perficuntur in utero, quā fœminæ. Partu edito, non statim generosa impletur equa, sed intermisso tempore. Dum peperit, carunculam quandam ex fronte pulli (quā Hippomanes uocant) deuorat, eoq; deuorato

rato pullum melius amat. Nam si alia equa præriperet, partum ad ubera non admitteret mater. Equæ plerunq; macrescunt desiderio pulloꝝ absentium. Propterea dimittendi sunt in eadem pascua quibus mater. Tanta est in hoc genere caritas, ut amissa parente reliquæ foetæ educent orbem. Fœminæ grauidæ hyberno tempore, tecto continendæ sunt non augusto, ne aliæ conceptum elidant. Pullus postquam genitus est, terram ante triduum ore non attingit. Equus dentes habet quadraginta. Dum bimus est, & sex mensium, medijs dentes & superiores & inferiores cadunt. Dum quartum annum attingit, deiectis dentibus caninis alij nascuntur. Intra Sextum annum molares cadunt. Omnes septimo complentur. Senectute plus solito candescunt, quum cæteris animalibus nigrescant. Plures sunt dentes maribus quā fœminis. Vitæ sunt breuioris quibus pauciores: uiuatiore quibus plures. Equi suas matres & filias superueniunt. Sunt tamen exempla, quæ cognatam libidinem eis odiosam esse doceat. Equi ducuntur gloriæ cupiditate: nam uictores exultant, & uicti dolent. Camelum refoꝝmidant, adeo ut nec eius aspectum sustinere, nec odorem ferre ualeant. Aquam amant turbulentam in potu, ut uidere est: nam priusquam bibant, limpidam pedibus inturbant. Quatriduanā sitim possunt tolerare, sed postea audissimè bibunt. Fruge & herba uescuntur, & potu pingue scunt. Exanimato eorum corpore nascuntur uespe & crabrones. Fœminæ caput affixum palo in hortis fugat erucas. Aethiopia pennatos equos generat & cornibus armatos. Fluuiatiles uocantur Hippotami. Quod ad eorum bonitatem spe

stat & generosam indolem. Varro probat equū breui capite, nigris oculis, membris non confusis, naribus non angustis, auribus applicatis, nō angusta iuba, crebra, fusca, subcrispa, subtenuibus setis implicata in dexteriorem partem cervicis, lato pectore & pleno, humeris latis, uentre modico, lumbis deorsum uersum pressis, scapulis latis, spina duplici, cauda ampla, cruribus rectis æqualibus introuersis, genibus rotundis, unguibus duris, toto corpore uenoso. Columella: Cum uerò natus est pullus, inquit, confestim licet in dolem existimare, si hilaris, intrepidus, si neq; conspectu nouæq; rei auditu, terretur, si ante gregem procurrit, si lasciuia & alacritate interdum & cursu certaminis æquales exuperat, si forsam sine cōtractione transfiliat, pontem flumenq; transcendit. Corporis uerò forma constabit exiguo capite, nigris oculis, naribus apertis, breuib; auriculis, ceruice molli, lato pectore, grandibus armis & rectis, lateribus inflexis, uentre substricto, testibus paribus & exiguis, cauda longa & setisq; tereti genu paruoq; neq; introrsus spectante, rotundis clunibus, foemimibus torosis, duris unguibus, concauis & rotundis, quibus coronæ mediocres superpositæ sint. Sic uniuersum corpus compositum, ut sit grande, sublime, erectū, ab aspectu quoque agile, & ex longo (quantū figura permittit) rotundum. Varij poetarum uersus naturam & indolem generosi equi expri mentes, citantur à me in Ephetis. Qui uideri uolet, habeat sibi.

Erinacei cibos hyemi preparant, arbores conscendunt, à quibus excutiūt poma, quæ demum uolutati suis infigunt spinis, portantq; ad cauas arbores. Mutationem

Aquilonis in Austrum, condentes se in cubile, præfagiunt. Vbi sensere uenantem, cōuoluuntur in formam pile, ne quid comprehendere possit, præter aculeos. In desperatione uerò, urinam ex se reddunt tabificā, tergori suo spinisq; noxiam, propter quod se appeti sentiūt. Urina exmanita præcipua est dos tergoris. Si uerò tergus ipsum ea fuerit aspersum, spinæ fiunt putres & deciduæ. Propterea nunquam nisi in extrema spe maleficio illo se perfundit. Calidæ aquæ aspersu resoluitur pile, in quam se cōuoluerunt. Apprehensi altero è posterioribus pede, suspēdio & fame necantur. Si inter fierentur aliter, tergori noceretur. Eorum cute expoliūtur uestes. Nulli reperitur in Creta.

Feles antiquitatis non erant mansuetæ. Viuebāt in agris, inde urbes & domos repleuēre. In genere felium mas salacissimus est, foemina amantissima foetuum. Tetro odore offenduntur: ideo excrementa sua terra operiunt, ne ab homine premanetur, aut ne prodantur odore. Noctū uident non minus quàm interdiu. Insidiantur muribus. Vocantur à nobis Cati et Catæ. Mant. in Buc. Sicq; repugnabant uotis contraria. Non secus ac muri catus: ille inuadere pernam Nititur, hic rimas oculis obseruat acutus. Idem in Nicolao Tolentino felines uocat tectiuagos, ubi ait: Putes ululare lupos, grunire sagaces. Vulpeculas, grunire sues, certare canendo Tectiuagos feles. Viuunt sex annos.

Fibri Pontici testes sibi amputant, propter quos intelligunt se è uenatoribus uergeri. Hoc animalis genus aliter appellatur Castor, horrendi adeo morsus, ut arbores iuxta flumina perinde ac ferro cadat. Hominis parte comprehensa, non prius mor-

167

su resoluit, quàm fracta cōcreperint ossa. Glires genitores senio confectos alunt in signi pietate. Seniu finitur hyberna quiete. Conditi enim hi cubant, rursus æstate iuuenescunt, hyemem integram dormiunt. Mart. li. 5. Somniculos ille porrigit glires. Apud eundem hoc animal sic inducitur loquens: Tota mihi dormitur hyems, & pinguior illo Tempore sum, quo me nil nisi somnus alit.

Hippolaphus animal est forma cerui et equi compositum, cerui magnitudine, nullo & barba hircinis.

Hirci obliquis sunt oculis, & ad naves respicientibus. Sex menses hybernos supra sinistrum latus dicuntur iacere, quum dormiunt. Ab æquinoctio hyberno totidē menses supra dextrum. Hircorum rabies mitigatur, si mulceatur barba. Olibi sunt maxime: unde & Hircosos uocamus homines graueolentes. Polit. Non olibi coniunx hirci. Hirci pro foemina pugnare uent. Ut tamen placet nonnullis, facile permittunt foemellas sui generis iniri, etiā si uiderint.

Hyena sexum alternatim mutat, & naturam, nunc mas nunc foemina. Vim habet soporiferam, qua actos in prædam canes enecat. Quinetiam simulato hominis uultu, eosdem illectos interficit. Collum eius & iuba continuitate spina porrigitur, flectiq; nisi circumactū totius corporis nequit. Sermonem humanum inter pastorum stabula mentitur, nomenq; alicuius ediscit, quem euocatum foras lacerat. Sepulchra eruit inquisitione corporum. Oculis mille sunt uarietates, oculorumq; mutationes. Umbræ eius contactu canes obmutescunt. Et in uestigio hæret, quodcumq; animal iter lustrauerit. Ex Hyenæ coitu uena parit.

Hystrices aculeatas habent pinnas, quas iaculi modo intorquet. Hinc adagium, Spi nosior hystrice: in homines agrestes et in amœnos. Calphurnius: Venit & hirsuta spinosior hystrice barba. Sūt ex Erinaceorum genere, maioribus tamen aculeis, quibus ora urgentium canū figunt. Hybernis mensibus se condunt. Partus conceptos hystricum cinis potus continet.

Leo superbum est animal, cuius præcipua generositas arguitur, quum colla et armos uestiunt tubæ. Quod contingit conceptis ex leone: nam geniti ex pardis carent hoc insigni, ut foemina. Leo ubi pardi coitum sentit in adultera leena, suppliciu sumit, & tota ut cōsurgit in pœnam. Propterea leena culpam et odore flumine abluat, aut conscia sceleris, & masculi metu fugientem adulterū comitatur. Foemina primo partu parit quinque catulos, & per annos singulos uno minus ab uno sterile scit. Parit adeo paruos, ut uix post secundum mensem ingredi ualeant, quod accidit uerno tempore. Nascuntur apertis oculis. Urinam mares crure sublato reddunt ut canes, coeuntq; auersi. Rari sunt in potu, alternis diebus uescuntur. Triduo quandoque inediam ferunt. Quum quid deuorauerit uertri molestum aut perniciosum, iactis in fauces unguibus euellunt, ne nimia corporis sarcina fugam impediatur, si fugiendum sit. Leo non pascitur cum leena, sed separatim errat. Camelorum carnes appetunt. Vrbes fame coacti interdum adeunt, & in homines seuiunt: præcipue senio confecti. Tunc enim per corporis imbecillitatem, et dentium defectione uenari nequeunt. Propterea Africani sibi timentes, captos leones pro portis urbium crucifigunt, ut ceteros pœnæ similis absterreant metu. Pa-

170

si & satiri faciles sunt et exarmati. Leona pro catulis dimicans, oculos in terram defigit, ne uenabula expauescat. Leo caninos tantum dentes mutat 6 ætatis mense. Obliquo post partū ingrediuntur itinere, ne cubile deprehendatur. Solida habent ossa, & minime uacua. Dolis carent & suspicione, nec limis intuentur oculis, nec eo modo conspici uolunt. Leo si in uenatu uideatur, erubescēs dare terga, sese paulatim recipit, si multitudine opprimatur. Remotus ab aspectu uenātū, fugā properē molitur, turpitudine abscofione purgari existimās. Salto caret in fuga, quo uiuit, dū quid in seclatur. Vulneratus percussorem obseruat acutissimē, & qui quantalibet appetit multitudine. Fugit interdum demissa in crura cauda, ut canū degeneres. Infirmus est parte illum contra ictus, reliquo corpore multas patitur plagas, umq; summam gerit in pectore. Oculos habet glaucos, splendescēs, & cōcauos, non ualde rotundos, nec ad modū proiectos. Qui qd momorderit, aut unguibus lacerauerit, ater inde sanguis & quædā sanies profluit. Diu uiuūt. Nam pleriq; reperiuntur dentib. defecī præ senio. Hostem aggressuri caudæ uerbere excitāt sibi furorē. Modicē dormiunt. Quiescentū oculi subluccēt. Dormientib. cauda non mouetur, qua uigilantium quoq; arguitur animus. Immotā enim index est clementiæ & tranquillitatis: erecta uerō, & quasi spinecēs iracūdiam arguit. Tria sunt quib. terrentur maximē: Rotarū orbes circumacti, curruq; inanes: Gallinaceorum cristæ & cantus: Omnū maximē ignes reformidāt. Videntur ex natura solis substantiā deducere. Nam impetu et calore cætera præstant animalia, uti Sol sidera. Præterea oculis semper igneis et patentib. cernuntur, ut Sol

patenti igneoq; oculo terrā conspiciat. Hanno Carthaginēs. primus omnū leonē mansuescit: propterea relegatus, q; hoc ipsum affectate tyrānidis speciē præ se ferret, aut q; uideretur exoraturus qui qd petiuisset, qui ignaras societatis humanæ beluas demulceret. Qui in caueis leonū curā gerūt, uocātur Leontocomi. Nigri sunt leones in Syria. Eorū adeps cū rosaceo cutē in facie conseruat à uitijs, et quotidianis febrib. medetur. Eo adipe peruncti faciliōrē apud reges et populos gratiā dicuntur mereri.

Leontophonus animal est odiosum leoni, à quo cum rapitur & exanimatur, uirinam spargit ipsi leoni exitiale. Reperitur iisdem in locis quibus leones.

Lepores dormiūt oculis apertis. Quiescunt interdū, noctu uagātur. Locū natalē amant. Capestres paruī sunt, et ualde pernicēs. Mōtani magnitudine excēdūt. Omnes cursu accliuī sunt uelociōres, propter priores pedes posterioribus breuiōres. Excitāt se ad fugā auribus in tergū declinatis. Flexuoso cursu canes plerunq; decipiunt. Fœmina enixa suos fœtus multis locis disperdit & abscondit. Accipitres reformidat. In uulpē si incidit, euadere cursu cōtendit. Vulpes uerō dolū opponit celeritati. Nam in medio cursu fingit se desistere, & quiescit. Paulo post leporē nihil sibi timentem insectatur acrius, & cubile inuadit. Præterea ferūt, leporē ultrō citroq; cōmeare, ut cōfusis uestigijs cubile deprehēdi nequeat. Archelaws apud Pli. testis est, leporē tot esse annos ætatis, quot sunt corporis cauerne ad excrementa. Benigna est natura & innocua, et omnium prædæ nascens. Solus præter dasypodē superfoetat. Illati in Ithacā lepores moriūtur. Pariūt omni mēse. Circa Britēū et Tharmen et in Cherrone-

so ad

so ad Propontidem bina habent iecinora. Veteri superstitione creditum est, eos olim septē dieb. formosos fore, q; leporē esita sēt. Vnde Mart. Cum leporē mittis, semper mihi Gellia mādās. Septē formosus Marce diebus eris. Si uerū dicis, si uerū Gellia mādās, Edisti nunquam Gellia tu leporē. Lepus ab aurium magnitudine uocatur Lagos.

Leucrocruza fera est perniciosissima, a fini magnitudine, erurib. cerumis, collo, cauda & pectore leoninis, capite melium, bisulca unguis, ore ad nares usq; rescisso, osse perperuo uice dēuū. Imitantur humanas uoces. Ea est, aut ei similis, quā Crocutā diximus.

Luporū rapax est natura & ignobilis. Nā ubi caulas intrauerūt, nō solum interficiūt quod satis est ad uerē, sed et totū gregem passim iugulant. Dicūtur uocē ad præfens tempus adimere ei, quē priores cōspexerint. Virg. Lupi Mærim uidere priores.

Seniores sunt qui frigida nascūtur plaga, quā in Africa, aut Aegypto. Habent in cauda amatorū uirus exiguo in uillo, qui tamen non idem pollet nisi uiuenti fuerit directus. Coeunt toto anno non amplius quā dies 12. In summa fame uescuntur terra. Grassantur noctu. Animalia cornuta in uadunt à tergo. Flumina tranant seriatim, omnes præcedentium caudis mordicis apprehensis. Sacri sunt Apollini et Latonæ, quod ei parienti astiterint. In Mareotide Aegypti parte piscatoribus assunt more domesticorū canū, & partē prædæ ab eisdem accipiūt, alioqui retia & oēm apparatus cōciperēt. Pereūt gustata herba, quæ ex argumento uocatur Lycostonia. Lupis oculi noctu splendēt, et lucē iaculantur. Ferunt, lupi rostrū inueteratū ueneficis resistere. Ob id uillarum portis olim præfigebatur. Vestigia lupi calcata equis afferunt

torporē. Excrementa suffusionib. profunt, adeps contra lippitudines. Luporum iecur simile est equinae ungulae. In Olympo Macedoniae monte, & in Creta insula nō sunt lupi. Nullos etiā fouet Britannia. In eodem genere sunt Lupi ceruarij, quibus in fame mandentibus si respexerint, obliuionē cibi surripere aiunt, digressosq; querere aliud.

Congrediuntur cū leonib. Homine à cæteris animalibus oppressum ulciscuntur. Lupus à Græcis dicitur Lycos. Lycathropia uocatur melancholica affectio, qua qui afficiuntur, uocantur Lycanthropi, quoniam lupos imitari uideantur. Exiliunt quippe noctu, & inter sepulchra diuersantur ad diem usq; Ferunt lupos in magna armenta certaturos, uentrem explere terra, ut illa sarcina factus onerosior, nō tam facile excutitur, sed resistat fortius.

Lynx esse dicitur de genere luporū ceruariorū. Est aut uario collo et maculoso tergo. Ver. li. 1. Aen. Succinctam phætra et maculose tegmine lyncis. Eius urina uertitur in Lyncurū gemmā duritie calculi. Ouid. E' quib. ut memorant, quicquid uesica remisit, Vertitur in lapides, et cōgelat aere tecta. Gemma illa in quā glaciatur humor lyncum, similis est calculis et igneo colore fulgēs. Lynces acutissimo sunt uisu. Mammæ habet in pectore. Sacra sunt Baccho.

Mantiachorā habet India magnitudine leonis, pelle uillosa & purpurea, uultu & aurib. propè humanis, triplici utrinq; dentium serie, qui acuti sunt & caninis paulo maiores. Oculis item uillosis, & ferè noctu uinis, unguibus leoninis, cauda bifida, a puleis utrinq; cuspidata, quos pro telis iaculatur. Vescitur humano cadauere. Excellet cursu: propterea Indi catulos eius uenantur, priusquam aculeati sint.

Meles sufflata cute distenta, ictus hominum & morsus canum arcet.

Monoceros caput habet cerui, pedes elephantanti, caudam apri, mugitum grauem, uno cornu nigro media fronte duorum cubitorum eminente. Hæc fera nunquam capitur uiua.

Monops reperitur in Mæonia, magnitudine tauri. Fugiens igneum nescio quid, & acutum, excreat: in quod si inciderint uenatores, tabem incurrunt, qua facili perirent.

Mulus gignitur ex asino & equa. Exitius est ferendis oneribus. Mula gignitur ex equo & asina, animal tarditatis immita. Conceptum ex equo si sequatur asini coitus, abortu perimit, sed non equus conceptum ex asino. Fœmina à partu vix die impleri possunt. Fatigati mares melius implent. Equo & asina genitos mares anti qui uocabant Himulos, seu Himuleos. Horat. Vitas himuleo me similis Chloe. Mula non pariunt, nisi prodigiosè: quoniam ex duobus diuersis generibus genitæ sunt. Theophrastus apud Plinium testis est, mulas in Cappadocia parere. Mula calcitratum imhibet crebrior uini potus. Generantur etiã mule ex equa & onagris mansuefactis, ue loces cursu, eximia duritia pedum, rugoso corpore, indomito animo, sed tamen generoso. Nascuntur apud Indos muli ex asino & equa agrestibus. Athenienses mulum emeritum (cuius labore in extruendo templo usi fuerant) publicè aluerunt, data lege, ne quis hordeum appetenti auerteret. Atunt puluerem, in quo mula se uolutauerit, corpori inspersum mitigare ardores amoris. Varro lib. 2 de Re rust. ait, mulas non ubiq; steriles esse, quãuis sint in Italia. Nam Mago & Dionysius apud eundem testes

sunt, mulam & equam cum conceperunt, duodecimo mense parere.

Mus araneus est muris magnitudine, mustellina specie, ore oblongo, cauda gracili, ordine dentium quadruplici, sine quibus in Britannia. Græci Mygalem uocant.

Pontici mures gustu sunt sagacissimo. Conduntur hyeme, ut alpini, quibus magnitudo media est. Pabulum in specu conuehant. Fascem herbe mas & fœmina supini cauda mordicis apprehensa detrahunt ad specum. Ideoq; illo tempore detricto sunt dorso. Resident in clunes, bimis pedibus gradiuntur, prioribus ut manibus utuntur.

Muribus magna est dulcedo furandi. Varia sunt eorum genera in Cyrenaica regione. Alij lata fronte, alij acuta, alij pungentibus pilis ex Erinaceorum genere. Ex Gyaro insula incolas aliquando fugauerunt, ferrumq; postea roserunt. Conduntur hyeme. Murium cinis cum melle instillatus, aut cum rosaceo decoctus, aurium dolores sedat.

Musimones animalia caprarum in ystar ullos ferunt. Reperiuntur in Germania.

Mustellarum tria sunt genera. Gales, Ictis, Meles. Testiculi mustelle mulieri alligati, partus continent. Hoc animal insectum est serpenti, cui congregitur commanducata ruta, quam scit esse ipsi serpenti insensam & exitialem. Colitur à Thebanis. Timidissima est mustella. Gaudet latebris. Melim (de quo iam sumus locuti) foenam uel foinum dicimus. Calentius: Et laqueo uulpes, & decipe casse foinas.

Neades animalia sunt in Samo insula, grandi magnitudine, quorum uoce abrupitur tellus.

Onagri

Onagri sunt asini syluestres, cursu pernicies in Mauritania, sed citò desistentes, et anhelii à uenatoribus capiuntur. Reperiuntur in India agrestes, equi magnitudine, capite penè rubenti, oculis ceruleis, uno in fronte cornu, magnitudine cubitali, ab radice albo, in cuspide purpureo, parte media nigro discriminata. Talos habent, & felle carent. Onagri præcipui sunt in Phrygia & Lycaonia, Pullis eorum ceu præstantibus sapore Africa gloriatur, quos Laliciones appellant. Onagrorum ossa confracta & decocta profunt contra uenenum leporis marini.

Oricemaurus anticam corporis partem similem habet humanæ, posticam asinæ, albo colore, cursu uelocissimo. Captus amore libertatis mauult media perire, quàm cibum manu raptoris oblatum comesse.

Orygem perpetuò sitientem habet Africa. Quod tamen animal liquorem habet in uescica, magni contra sitim remedij.

Ortus reperitur circa Erithræum mare, colore uario, magnitudine canis, ore usq; ad genas albicante, inde lineis aureis ad ceruicem pertinetibus, dorso plano maculis incurvantibus, aureis pedibus prioribus albis, posterioribus nigris, mammis duabus unam mensuram implentibus.

Oues quadrupedum sunt mansuetissime. In admissura si fœminas cupiunt, austrum obseruant: si mares, aquilonem. Oues Arabicæ caudam trium cubitorum per humum uoluunt. In Chio sunt minutissime inopia pabuli, quarum tamen lacte caseus fit laudatissimus. Agni statim à partu matrem agnoscunt, circaq; illam petulca gestiunt lasciuia. Probe oues debent esse corpore amplo, molli & denso uillo, & uenire pilo.

so, cruribus humilibus. Omnes infirmo sunt capite. Viuunt annos decem. Arietes agnas fastidiunt, senectam ouium confectantur. Generant in utroq; sexu à bimatu ad nouenos annos. Coeunt à tertio idus Maias ad XIII Calend. Augusti. Gerunt partus diebus CL. Arietis ferocia cobibetur cornu iuxta aurem terebrato. Dextro teste præligato fœminas generat, leuo matres. Tonitrua solitarijs ouibus abortus inferunt. Propterea congregari debent, ut coetu iuuentur. Oues testæ molliores sunt. Colonicæ in pascuo elegantiores. Plinius laudatissimas oues & lanas facit. Apulas & Italicas. Tertium locum dat Milesijs. Circa Tarentum & Canusium summam quoque nobilitatem habent, & in Asia Ladiceæ. Oues frequentius quidam uillem alad animal instantur scobie. quoniam facit macies, ut maciem exiguitas cibi. Huic morbo nisi occurratur, unica totum pecus coinquinabit. Nam oues contagione uexantur. Agni si laborant morbo, non debent admitti ad matres. Tondendarum ouium tempus est in iulio. Olim militatio non nisi ouium, boumq; impendio dicebatur. Lac ouillum dulcius est bubulo, & magis alit. Veruex dicitur cui inuersi sunt uel adempti testiculi: Aries, qui generat. Ferunt arietinis cornibus defossis asparagum gigni. Lamberius poeta uocabat arietes Reciprocicornes & lanicutes, quod reciproca habeant cornua, & cutem lana opertam. Veruex sectarius dicitur, qui gregem agnorum præcedens ducit.

Pardus bene olet, quo odore cætere agrestes feræ inuitatæ, propius accedunt, quas ille inuolat. In Caria & Libya reperiuntur admodum perlongi, animo imbelles, saltu agiles, pelle adeò dura, ut ferro non cedat.

cedat. In prioribus pedibus quinos habet digitos, posterioribus quaternos. Fœmina frequentior est inuentu. Ex pardorum genere est Bitis, qui si à muliere aspiciatur, eam in morbum adducit.

Pantheris uersicolores sunt maculae, qui color cunctas quadrupes sollicitat, sed oris toruitas deterret. Propterea capite ipso occultato, pantherae reliquas feras dulcedine illectas corripiunt. Feruntur habere in armo similem lunæ maculæ, crescentem in orbem, et pari modo curuantem cornua. Pantherarum mares sunt. Pardi. Scaurus in ædilitate sua cl. misit. Pompeius Magnus ccccx. Augustus ccccx. Tactis aconito carnibus et gustatis, necantur. Unguim mucrones in corporis uaginas recondunt, ne refringantur et hebeantur. Solæ animalium odoratae sunt. Earum oculi in umbris resurgunt, hebetantur in sole, et longius quam ceteri nitent. His tantum terrorem afferunt Hyenæ, ut ne conentur quidem resistere: quimetiam aliquid de corio earum habentem non appetunt. Et si pelles utriusque contrariæ suspendantur, aiunt decidere pilos Pantheræ. Pantherarum carnibus uiuunt Agrophagi populi. Pantheræ non attingunt perunctos iure gallinarum, præcipue si et allium fuerit incoctum.

Phataga animal Indicum simile est terrestri crocodilo, magnitudine Melitei catuli, pelle squamosa et aspera, qua etiam ferum hebetatur.

Phyrna animal est, à quo si quis inspiciatur, dies aliquot maciem contrahet et pallorem.

Poephagus est in India, equi magnitudinem duplo excedens, cauda nigrante et speciosa, mulieribus Indicis ad ornatum capitis exposita. Animal alioqui timidissimum.

Nam obuius quoque refugit præcisa sponte cauda, ob quam se appeti suspicatur.

Rhinoceros unum habet in mare cornu. Centaurus in elephantum, cornu ad saxa limato preparat se pugnae. In dimicatione alium eius maxime petit, ut partem molliorem. Par ei longitudo, crura multo breuiora, color buxeus.

Salamandra habet speciem lacerti. Nusquam prouenit, nisi magnis imbribus à serenitate deficient. Ignem tactu extinguit ueni sui frigiditate. Nihil gignit. Nullus est in hoc animali sexus, teste Plin. Si arbori irrepserit, omnia poma inficit ueneno, et eos qui ederint, necat, frigida uero nihil aconito distans. Salua eius in quacunque corporis parte dispersa, omnem toto corpore decutit pilum. Hoc eius uenenum extinguitur ab ijs, qui uescuntur illa. Ranarum marinarum ex aceto et uino decoctarum succus bitur contra Salamandram.

Scyuri tempestatem præuident, obturatisque (qua spiraturus est uentus) cauernis, ex alia parte fores aperiant. Caudam habent uillosam pro tegumento.

Simijs figura est homini proxima. Imitantur quicquid ab homine fieri uident. Propterea uenatores hac ratione eas plerumque fallunt. Nam in radicibus arborum (in quas illæ repserunt) aqua se perungunt, demum uasculum uisco plenum aquæ loco reponunt. Quo quum oculos et ora perunxerunt simiæ fallere capiuntur. Falluntur et alio modo: quum scilicet relictis dedita opera à uenatoribus calcæis sese impediunt. Tristes sunt luna cana: noua letantur. Fœtus amant maxime. Catulos (quos in domibus peperere) omnibus demonstrant, gaudentque tractari, et quandoque amplectendo necant.

cant. Ex Simiarum genere sunt Cercopyteci maximi magnitudine, cauda quoniam cubitorum, barba propensa, humana coma, absque facie, reliquo corpore migrantes. Confugiunt ad arbores. Versantur in montibus Indiae. Capiuntur eo (quo diximus) modo. Alexandri exercitum quandoque terruerunt. Item Sphinges uillose mammis prominentibus, quæ mansuescunt facile, et feritatis obliuiscuntur. Callitrichus toto ferè aspectu differunt à ceteris. Barbam habent in facie, latam caudam. uiuunt in Aethiopico tantum solo. Satyri facie sunt admodum grati. Cynocephali formam habent. Simiarum, humani generis æmuli, et puerorum amatores, quibus etiam mulgenda prædent ubera. Cynoprosopi capite, dentibus et pelle similes sunt canibus, reliqua hominibus, ueloces cursu, unguibus manuum præcutis. Petiti ad aquas confugiunt. Propterea capti sunt difficiles. Capus faciem habet Satyro similem. cetera inter canem et ursum. Nanticora et Crotuca sunt etiam de genere simiarum, imitanturque hominum gestus et sermones.

Sues bis anno pariunt, uterum ferunt mensibus tribus. Uicenos quandoque entuntur porculos, sed tam uultos et uicere nequeunt. Inire incipiunt octauo mense. Admissura est à Fauonio ad æquinoctium uernum. Implentur uno coitu, mares post trimatum non generant. Fœmine senio cõfessæ cubætes coeunt. Fœtus comedunt nonnunquam. Viuunt a lannos x. v. nonnulli ad uicenos. Aut. suæ ex oculatum citò emori. Obnoxij sunt argina et struma. Cruor in radice setæ dorso euulsa, et caput obliquum in incessu, indicia sunt infirmitatis. Præpingues penuriam lactis sentiunt. Gau-

dent uoluntari in luto. Facilius in dextrum iacent, quàm in laeuum. Vereres existimabant animam eie pro sale datam, quod ad esam tantum uari sit. Castrantur quandoque fœminæ. Pinguescunt eodè, ut Plinius scribat, foricem in corpore uiuilem præpinguis nidificasse. Bis anno pariunt. Porcus olim sacer erat Cereri. Ex in feriendo pacis fœdere quondam mactari solebat. Sues mares sunt salacissimi, et ab annicula etate commodè progenerant, ac etiam senestres implere possunt fœminam. Columella ait, fœminam idoneam esse ad edendo: partus usque ad annos septem, quæ quæ o fœtior est, eo senescit citius. Castrati sues celerius pinguescunt. Melius pascuntur in agris palustribus, quam sitientibus. Gaudent et syluis glandiferis, ac pomiferis. Amant et radicias aquatilis syluæ. Maribus in coitu plurima est asperitas. Tunc inter se dimicant indurantes atrum arborum costas. Fœminæ in partu asperiores. In Arabia suillum genus non uiuit. Sues in coitu spumam ore fundunt. Verres subanis auditis uoce, nisi à admittatur, cibum non capit in maciem. Fœminæ tantum plerique efferantur, ut hominem lacerent, candidam maxima ueste indutum. Quæ rabies mitigatur asperso aceto. Fœminæ prægnantes coeunt. Suibus quandoque serpentes sunt in pabulo. Galenus suilla carnem ceteris laudabiliorem facit. Phoryne dicitur suilla pellis. Porro Verres dicitur porcus non castratus.

Talpa oculis capti, frumentum in area populantur, Græci blaetas uocant. Similes prope sunt muribus. Terram excavant, in qua effodiunt sibi cubilia, dicente Vergilio. Aut oculis capti fodere cubilia talpæ.

Tarandum animal habet Scythia, dorso et magnitudine tauri, pelle uersil-

colore, qua Scythæ scuta conficiunt, ferro impenerabilia. Tarandis cornua sunt rariosa, ungula bifida, nullus magnitudine urforum. Colorem omnium arborum, fruticum & litorum (in quibus latent) reddunt.

Thoes animal est de genere luporum, uenatu uicis, innocuum homini, habitum, non colorem mutans, hyeme hirtum, estate nudum.

Tragelaphus nascitur iuxta Phasim fluvium Colchorum, specie cerui, barba tantum armorum uillo distans.

Tygris in India & Hircania reperitur, miranda uelocitatis animal. Maribus non est cura sobolis: foeminis uero præcipua. Propterea si uenator equo insidens catulos eius abstulerit, illa ubi uacuum cubile respicit, prædonem mira celeritate prosequitur. Raptor uero audito eius fremitu, uinum ex catulis in uiam proijcit. Quem quum illa refert ad nidum, priusquam possit regredi, nauem conscendit prædo. Mox reuersa Tygris, ubi nullum uindictæ locum superesse uidet, seuit in littore. Luc. lib. 5, Ocyor & coeli flammis, & tygride foeta Transcurrit.

Apud Prasios, Indiæ populos, reperiuntur Tygres duplici leonum magnitudine. Tres dentium ordines habere dicuntur. Itæ aculeos in cauda, quos ut sagittas iaciunt. Tygrim in cauea mansu factum primus omnium Romæ ostendit Augustus: Claudius uero quatuor.

Vri minores sunt elephantibus, colore & figura tauri, mira uelocitate, in feras & homines æque sæuiunt. Reperiuntur in Germania.

Vrsi coeunt hyemis initio, ambobus cubantibus complexisq;. Deinde separatim abeunt in latebras, in quibus pariunt trice-

simo die, & plurimum quinos, sine oculis & sine pilo. Ungues tamen prominēt. Hos partus lambendo paulatim figurant. Raro uisa est pariens ursa. Mares x l diebus latent. Foeminae iiii mensibus: Latebram si non habeant, fruticum & ramorum congerie edificant molli fronde constratam, uentisq; & imbris impenetrabilem. Primis xiiii diebus adeo graui somno premuntur, ut ne uulneribus quidem excitari queant, tuncq; ueterno prægnescunt. Ab his diebus priorum pedum suctu uiuunt. Foeta dies xiiii immobilis manet. Sine cibo dies xl. Foetus ridentes pectori admotos fouent, eodem incubitu, quo uolucres oua. Vere procedunt, sed pingues mares ad laxanda intestina concreta Aron herbam deuorant. Eorum oculi hebetantur crebro. Inualidissimi capite sunt uersi. Ideo si urgente ut aliqua præcipitare se uelint, ipsum manibus operiunt, & inflatis in arena colaphis quandoq; examinantur. Suspensitaurorum cornibus eosdem pondere fatigant. Sunt solertes in maleficia. Non gignuntur in Africa. Ursa resupinata serpit ad foetus & latebram, in qua paritura est, ne uestigia uenatoribus speluncam prodant. Satiuritati occurrit uomitione: quum sibi excitat commanducatis formicis. Si uenatores insent, catulos partim dorso, partim ore rapiens fugit in proximam arborem. Foemina seuior est & fortior mare. Ursus erectus duobus aliquando pedibus ingreditur. Carnes depascitur etiam pueres. Ursi sunt in Mysia adeo uenenati, ut solo afflatu canes præmant. Apud Roxolanos inueniuntur pleriq; mansueti. Ursi in longiori itinere sine calceatu fatiscunt. Viuum fruge, fronde, uindemia, pomis, apibus, cancriis & formicis. Aliunt, eorum manus, id est, an-

riores pedes, esse inter esitandum prædulces, & insigni suauitate, quod frequenter partem hanc agitent, quum apprehensione, tum incessu.

Vulpes uafrum est animal, Echinis infestum, quos quum aliter propter aculeos nequit superare, resupinat, & inuersos in uentrem (qui mollis est) lancinat, eoque modo interficit. Vexatus uespærum multitudine impenetrat se in concauum locum, extenta forinsecus cauda, cui quum se implicauerunt uespæ, egreditur, & ad murum siue arborem confugiens, ea ibidem perficando excutit, & atterit, mortuasq; depascitur. Insidiatur et pisciculis ripam oberrans, caudaq; in aquam demersa, cuius uillis quis se obuoluerunt, extrahuntur quasi desossi. Vulpes inimici sunt Miluis. Gallinaceos non attingunt, qui uulpinum iecur comederunt. In Thracia amnes gelatos lacusq; non nisi ad passus iuri rediuriq; irascent. Nulli reperiuntur in Creta. Odorem reddunt graueolentem. Martial. Hic olidam clamus ages in retia uulpem. Urgentibus à tergo canibus, caudas suas lotto persundunt, hisq; insectantium propius canum ora diuerberant: qua molestia affecti canes, insequi desistunt.

ANIMALIA QVORVM MINISTERIO SVSIENTATI homines.

Helias propheta cibum accepit à Coruo in torrente, cui nomen Carith.

Ferunt & Iouem educatum fuisse à Capra, à cuius nomine dictus est Aegiochus. Politianus in Nutricia: Siquidem Cretæ fertur in ida Capra Iouem puerum fidus auisse papillis.

Polyphemus Cyclops nutritus est à Lupæ. Syllius libro 24. Aetnao Polyphemus

erat nutritus in antro, Atque inde antiquæ nomen scirritatis amabat, Vbera præbuerat paruo lupa.

Telephus Hercules filius, ex Auge nymphæ, repertus est inter frutices, quum adhuc esset infans, Cerna passum suppeditante. Ouid. in Ibin: Nec leuius doleat, quàm qui bibit ubera ceruæ.

Peliam Neptuni & Tyrus filium, nutritiuit Equa.

Alexandro Priami filio (cui postea Peridi fuit nomen) alimentum suggestit Ursa. Aegisthum Thyestis & Pelopie filium, educauit Capra, à qua et nomen sumpsit.

Carmillam reginam Volscorum armenalis Equæ mammis et lacte serino nutritiuit pater Metabus, autore Vergilio.

Penelope ab Icaro & Peribœa parentibus in mare proiecta, à Penelopibus auibus nutrimentum suscepit, atq; etiam nomen, quum prius Arnea diceretur.

Plato quum tener adhuc infans dormiret in cunis, Apes non paruam mellis copia dormientis labellis instillare uisa sunt. Qua in re consulti prodigiorum interpretes, futurum prædixerunt, ut aliquando ex eius lingua melle dulcior flueret oratio. testis Plutarchus.

Philonomia Victimæ & Arcadiæ filia, pastoris cuiusdam concubitu prægnans facta, quum gemellos Parasum & Lycastum peperisset, metu patris ambo abiicit in Erymanthum, ubi in concauum quercum delati, Lupam repperunt, quæ abiectis proprijs catulis, eosdem lactauit. autor Plutarchus.

Mida Phrygio (quum puer esset) dormienti Formicæ in os tritici grana con-gesserunt, Quod ex aruspicum respon-

so portendebat eum mortaliū fore diti /
fimum. autor Cicero libro primo de Diu-
natione.

Cyrus (qui postea rex fuit Persarum)
Astyagis aui mandato expositus, nutritus
est à Cane. Sidonius: Non Cyrus Astyagis
loquor nepotem, Nutritum ubere quem se-
runt canino.

Decreto Semiramis mater, speciosa &
dolefcentis coitu prægnaus facta, dum op-
probrium timeret, natam nōdx puellam in
deserta exposuit sylua, uolucroia quidem,
& referta multis auibus, quæ Semirami-
dam ipsam nutriuērunt, dato ex re nomine.
Syrorum enim lingua Semiramis auitium
signat.

In ore Stefichori infantis cecinit Lusci-
nia. autor Plin. lib. 10. cap. 29.

Remum in primis & Romulum ferunt
à Lupa nutritos fuisse, quos Amulius auus
perdendos exposuerat. Propertius libro 2.
Tu criminis autor Nutritus duro Romule
lacte lupæ.

Habidens Hispaniæ regem, Peræ, Ca-
nes, Sues & Cerua, incredibili pauerunt hu-
manitate.

Egidio Atheniensi in deserta solitudine
degenzi, Cerua ministerium præbuit & a-
limentum.

Paulo primo Anachoretæ, solitariam
in latebris ferarum uitam agentis, Coruus
quotidie dimidiatū panem afferebat. Quū
autem eò uenisset Antonius, ut Paulum in-
psum uideret, coruus integrum attulit pa-
nem, & propter nouum hospitem cibum
duplicauit.

Erasmo Campano episcopo (qui Dio-
cletiano imperante floruit) inter uastis ne-
morum solitudines, Coruus pastum attulit.

Laxatus è spelunca Leo famelicus in Da-

rum in ceryon, non solum non elnocuit,
at etiam ab alijs feris eum tutatus est, sub
Imperatore Numeriano.

Apes innocue federunt in ore Ambro-
sij infantis.

Aues Basilio episcopo in heremo pabu-
lum ministrarunt.

Corbiniiani episcopi Romam euntis,
quum Ursus asinum deuorasset, deuorati lo-
co sarcinam uectauit, imperante presule.

ANIMALIA AB HOMINI- BUS MANSUFACTA.

Pythagoras Ursam omnibus formidolos-
sam & conspicuam feritate, apud se de-
mulsam & exarmatam aluit. Quam di-
missurus, uerbis nescio quibus, & quodam
uelut iureiurando adegit, ut nulli cuncta-
rum animalium faceret iniuriam. Abiens il-
lase coniecit in latebras syluarum, summa-
que fide præstitit, in quod aduata recesser-
at. idem boui segetes abrodendi, quū uer-
ba quedam magica in aurem sufflisset,
eumq; monuisset, ut in ferendo agricolis
damno parceret, auiunt obedientissimum bo-
uem à lacerandis frugibus destitisse. Cre-
dat qui uolet. Hoc tamen prodit Cælius ex
ueterum monumentis.

Ferunt, Ataci Locrensi mansuetum Ser-
pentem fuisse, quo cum bibebat & uersa-
batur.

Tyrtheo becoris magistro, Ceruus fuit
mansu factus, & quem Syluia puella pecte
bit ornabatq; uoluit. Vergilius libro septi-
mo Aeneid. Soror omni Syluia cura Mollis
bus intextas ornabat cor nua setis, Pecte-
batq; feram, puroq; in fonte lauabat. Ille
manū patiens, menjaq; assuetus herili Erra-
bat syluis, rursusq; ad lumina nota Ipse do-
mū fera quāuis se nocte ferebat. Ouid. lib. 10.

Idem.

Idē aut de Ceruo Cyparissi, his uerbis: Gra-
tus erat Cyparisse tibi, tu pabula ceruum
Ad noua, &c.

Porus (quem Alexander debellauit) ha-
buit Elephantum, qui rectore iubente pro-
cumbat in genua, & se submittebat. au-
tor Curtius.

Hanno Carthaginensis primus omnium
Leonem mansuefecit.

Stertorius Ceruum habuit, quam in ex-
peditionibus suis habebat semper comitem,
fingens Dianæ esse numen, à quo res geren-
das auspiciaretur.

Agrippina coniunx Clauisij Cesaris,
Turam habuit, imitantem sermones homi-
num, etate Parui.

Habebant & Cæsares iuuenes Sturnum
& Luscinias, Græco Latinoq; sermone do-
ciles.

Tygrin Romæ ostendit in cauea man-
suefactam diuus Augustus.

Paulus Leonensis Draconem mansue-
fecit.

Philippus apostolus Draconi impera-
uit, ut innocuus abiret in latebras. Quod
& fecit Draco, nemini prorsus iniurius.

Seuerus abbas Passerem habuit mani-
bus suis intrepide aduolantem, & porre-
ctum capientem cibum.

Didimus abbas & Anachoreta, Colu-
bros & Serpentes innocuos pedibus con-
culcabat.

Eadmundi Anglorum regis & marty-
ris abscissum caput, Lupus aliqui sensissi-
mus intactum seruauit & illesum.

Syluestres aues relicto nemore, intrepide
aduolabant ad Maxentium abbatem Pi-
ctawensem, eius manu tritici grana, & fru-
stula panis rostro decerpentes.

Sindrigal Lusitanæ princeps post Vi-

toldum, Ursam habuit, quæ omnibus matu-
tinis relicto nemore domum eius accedens,
fores pedibus percutiebat, apertoq; hostio
porrectum capiebat cibum.

Theos Achaicus Draconem domi diu-
fouit. Considerans demum, quā pericu-
losum esset serpentem alere, ipsum in soli-
tudines procul tulit, atque ibidem reliquit.
Quo facto rediens, quum incidissent in La-
trones, & instantis periculi metu accla-
masset, audita hominis uoce, aduolauit Dra-
co, & aduersum uim latronum suppensas
attulit.

ANIMALIA HOMINVM MI- NISTERIUM implorantia.

Mentor Syracusanus Leonem in Sy-
ria reperit quum expauesceret, ita
menti protinus sese opposuit fera, cuiusq;
uestigia cepit lambere, similis adulanti, do-
nec ille ex pede Leonis (in quo tumorem &
uulnus animaduertat) surculum ingentem
extraxerit, ipsumq; Leonē liberauerit crui-
ciatu.

Helpis Samius uiso in Africa Leone, pa-
uidus arborem conscendit. Tum Leo ad ara-
borē procumbens hiatu miserationē quere-
bat. Habebat enim ingentem spinā pedi in-
fixam, quam quum reuellisset Helpis, gra-
tiam retulit, feram uenatus aggerendo.

Androdus à domino Africam provin-
ciam administrante, quotidianis uerberi-
bus ad fugam coactus, secessit in deserta
Libyæ: ubi cum obuius Leoni ad genua sua
prouoluto ingentem stirpem è cruento pe-
de reuellisset, conceptamq; famiem uulnere
intimo expressisset, ferunt bestiam in ho-
stium beneficij Androdo aliquot post
annis comitem adhaesisse, & opinionones
(quas ueneraretur) carnes præparasse. Per-

caesus demum uita illius ferimæ Androdus, quum reliquisset antrum, fatu inauspicato comprehensus est à domini satellitibus, ferisq; adiudicatus. Vbi idem Leo (qui in uenatu captus fuerat) agnitum medicum ab iniuria reliquarum bestiarum tutatus est. Perentibus propterea cunctis (qui aderant) poena solutus est Androdus, eiq; populi suffragio donatus leo. Quem quum tenui loro reuinctum compitatim per urbem traheret, sequentes cum plausu dixisse feruntur: Hic est leo hospes hominis: Hic est homo medicus leonis.

ANIMALIA, QUORVM ministerio usi homines.

Expositus famelicis Leonibus in prædâ Daniel propheta, euasit incolumis. Heraclides philosophus Draconem habuit mansuetum, euntique & quiescenti solitum adesse & assistere uelut comitem.

Merithes rex Aegypti, Cornicem habuit adeo cicurem & mansuetam, ut quod iussisset ille, epistolas deferret: nõ ignorans quod transuolandum esset, aut ubi consistendum.

Calius prodit, Cynocephalos in Aegypto literarum ductus perdidicisse, & saltationum gesticulosos motus.

Plinius scribit, Pantheram patri cuiusdam Philenis, affectatoris sapientiae, blanditam fuisse, ut delapsos in foueam catulos extraheret ille.

Nicie uenatori in foueam lapsa, Canes multis latratibus dolore testati, subsidium ferre uoluerunt, eumq; apprehensa mordi / cus ueste illinc extrahere.

Fuit & Coruus Romæ, qui sermone asuesfactus, omnibus matutinis in rostra & forum deuolans, Tyberium, Germanicum,

& Drusum Caesares nominatim, mox transuentem populum Rom. salutabat.

Cecinna Volaterranus equestris ordinis, comprehensas Hirundines uictoriae nunciis amicis amittebat cum literis, quas earum pedibus ferendas alligabat.

Columbae epistolas pedibus annexas, obfidione Mutinensi in castra consulum pertulere, Decio Bruto mittente.

Habuit Macarius confessor in desertis nemorum locis uicinam cellam suam Leenam, cuius catulis caecis quum restituisset uisum, fera obsequij memor, eidem pelles ouium & pecudum (quas uenabatur) afferebat.

Zozymo abbati paruit agrestis Leo.

Adrianus Imperator geminos Leones inusitata feritate horribiles, & diuturna frendentes inedia, ad conserpendum raptim Eleutherium episcopum laxari imperauit. Qui tamen non solum non nocuerunt sancto, at pedibus eius aduoluti, innocua reclinauerunt capita.

Vrsus laxatus fouea ad inferendam mortem Cerbonio episcopo, relicta feritate eundem cepit amplecti & circumlambere.

Eodem modo laxatus in Donatillam uirginem Vrsus, posita feritate ad eius pedes mansuetus decubuit.

Christina uirgo Viperis & Aspidibus (quarum simulachra excitabat nescio quis magus) deuota, euasit incolumis & illaesa.

Helenus abbas fatigatus sarcina (quam ferebat) Onagrum iussit accedere, & dorsum oneri submittere. Paruit fera, & quam longe sancto placuit, onus ipsum peruenit. Idem à reperto Crocodilo flumen praeteruectus est, quum neq; pons adesset, neq; appareret portitor.

Libe...

Liberalis episcopus (qui sub Adriano passus est) post uaria tormenta, famelico Leoni deuotus, fera ad eius pedes innocua procumbente, illi se permansit.

Diuersa quoq; & horrenda feritatis beluae laxata sunt ad deuorandum Mannetem martyrem, quae tamen ieiunio prioris inmemores, ad eius pedes exarmatae se pro uoluerunt.

Pontianus martyr (qui passus est sub imperatore Antonio) geminos Leones in iuam mortem laxatos exarmavit.

Vrsi laxati ad interficiendum Pontium episcopum, decubuerunt ad eius pedes innocui.

Reperuntur & alij sancti feris & beluis expositi, qui tamen mortem illam effugerunt, ut Andronicus Episcopus, Albanus, Blandina uirgo, Basilides, Benignus presbyter, Thecla, Dorothaeus, Quiriacus, Prisca, Pōnanius, Prebus, Taracus, Flocellus, Germanicus, Venantius, Martinus, Martina uirgo, Mymas, Magnus martyr, Mammes, Theofila.

Eutycius Vrsum habuit sibi obsequiosum, & obedientem.

Mandato Eustorgij Mediolanensis episcopi, Lupus iugo se subiussit, & currum traxit, quo uia Magorum corpora aduehebantur in Italiam. Prius enim comederat duo iumenta, quibus currus ipse uolebatur.

BRUTA ALIAQVE ANIMALIA HONORATA sepulchris aut statuis.

A Vram à talante canem, quum Calidona sui peremisset, bruto ab indigenis sepulchrum erectum est.

Gezyonis canis Gargitios Cerberi fratrem, ab Hercule caesus, in Iberia monumentum habuit.

Herodotus libro 2. scribit, Feles mortuus magno luctu defleri ab Aegyptijs, deum ad sacra templa deferri, ubi saepe luitur in urbe Bubasti. Canes quoq; in suis quisq; urbe tumulant sacratis in loculis. Vrsos qui sacri sunt, et Lupos non multo uulpibus grandiores eo sepeliunt loco, ubi iacentes inueniunt. Crocodilum (ubi mortem obijt) sale conditum sacris in uenis sepeliunt. Viuenti gemmas & inanes apponunt.

Lebargus Hippammonis equus mortuus cum moriuo domino inhumatus est.

Maribes rex Aegypti Cornicem habuit impendio mitem, adeoq; cicurem, ut quocunq; fuisset imperatum literas deferret: sciens quod transuolandum, ubi fidentum, quiescendum uel foret. Propter quod obsequium adeo mitem, nulliusq; stipendij in ligum, rex dignam putauit cui erigeretur tumulus. Quod quoniam apud auditores agrè capit fidem, si cui uideor hoc fuisse, uideat Calium libro 13. cap. 58. qui ex Graecorum monumentis hoc ipsum aduocat.

Apud Persas equi, apud Molossos canes sepulchra & exequias meruerunt. Vnde Stat. lib. 2. Syl. Gemit inter bella peremptum Paribus equum fidoq; canes fleuerunt Molossi: Et uolucres habuerunt rogum, ceruusq; Maronis. Item Stroz filius, Sures de more Molossa uetusto Condit terra canes, cineres nec ledit opertos.

Xanthippus dux Lacedaemoniorum canes familiares ac domesticos curauit humandos. Vnum praecipue in urce, cui ioco Cynotaphium exiit cognomentum, ait Plutarchus.

Agrigenti complurium equorum tumulis superpositae sunt Pyramides. Vnde

in Cimon

Cimon Atheniensis equabus (quibus
in Olympico certamine tertium uulnera
sepulchra erigi prope suum monumentum
iussit. autor Plutarchus.

Ceruus Syluiæ (qui uulnere uiolatus,
causa fuit belli inter Troianos & Lati-
nos (rosis & tumulo ornari meruit.

Alexander equum habuit, Bucephalum
nomine, qui regio instratus ornatu, nul-
lum alium ab Alexandro sessorem admi-
sit, alios passim reijciens. Propterea rex
defuncto duxit exequias, urbemq; muro
circundedit nomine eius.

Roma fuit Coruus qui humano sermo-
ni assuetus, omnibus matutinis euolans
in rostra, Tyberium, Germanicū, & Dru-
sum Cæsares nominatim, mox transeun-
tem populum salutabat. Quem quum po-
stea nescio quis ira percitus occidisset, à
populo factum agrè ferente, saxi obrutus
est, funusq; alii innumeras celebratum
exequijs. Plinius 4. cap. lib. 10.

Cæsar quoq; dictatoris equus nemi-
nem alium dorso recepit. Idem hominis si-
miles pedes habuisse fertur, hac effigie lo-
catus ante Veneris genitricis ædem. autor
Plin. Statuam eius graphicè describit Sta-
tius lib. 1. Syluarum.

Equus Augusti Cæsaris mortuus, tu-
mulo honoratus est.

Saxo lib. 5. Danicayum historiarum scri-
bit, Arluntum Biornonis filium cum sane
& equo fuisse hamatum.

EQVORVM ET EQVA- RVM CELEBRIVM nomina.

Cyllarus equus fuit Castoris. Vergil.
li. 3. Georgic. Talis Amiclei domitus
Pellucis h. bens Cyllarus, et quorū Graij
mem in ère poetæ. Vbi Pellucè pro Castore

equorum dormitore posuit poetica licentia.
ut, Quas illi Philomela dapes: pro Progne.

Lampon, Panchates, Pelorus, Compa-
sus nomina sunt equorum apud Syllum li-
bro 9. De Lampone scribit hoc modo: uo-
lat ante omnes, rapidoq; per aera cursu
Calaicus Lampon fugit, atq; ingentis
tranat Exultans spatia, & uentos post ter-
ga relinquit.

De Panchate, Sed proximus ibat Astur
Panchates, patrium frons alba nitentat in-
signe, & patris spes omnis cōcolor albo.

De Peloro, Cymphio rector radiabat frō
te Peloro Camphasus, ipse asper, nec quib;
ceruicis armaret Applausæ blandos soni-
tus clausumq; cruento spumeus admorsu
gauderet mandere ferrum. At docilis
freni, & melior parere Pelorus Non um-
quam effusum sinuabat deuius axem.

De Tago Silius lib. 1. Iam Tagus auræ
tis agnoscebat in armis.

De Gargano idem Silius lib. 4. Theb.
Nos Gargane uocant superi ad matora, uñ
des ne Quantus erat Chirixus: iam nunc
tibi præmia pono.

Pholoç iris, Thoës, nomina sunt equa-
rum Admeti apud Statium lib. 6. Theb. scri-
bentem: Nomine q; ciet Pholoen, Ad-
metus & Irim, Funalemq; Thoën.

Alia equorū nomina ab Statio ponun-
tur his uerbis: Rapidum Danaetus angur
Ascheton increpitat, meritumq; uocabu-
la cygnum Audit, & Herculeum Sty. iō
Cromis, Euneon audit Igneus Aethion,
tardumq; Cydonæ lucebat Hippodamus,
Phariumq; Thoës rogat ire Podarcem.

Herpe nomen est equæ matris Pelori:
Stattus ubi ait, Eductum genitrix effude-
rat Herpe Nobilis.

Idem de Circo, Percu, us uocellus al-
uñ

tis Spectatū Circo, fertur sublime pauras.

Lamus, Sicoris, Ilerdæ, Theron, etiam
nomina sunt equorū apud eundem lib. 16.
ubi ait: Tum Lamus & Sicoris, proles bel-
lucis Ilerdæ Et Theron potator aquæ sub
nomine Lethes.

Mexentius pater Lausi, equum suum,
Rhebum nomine, his uerbis alloquitur a-
puī Virg. lib. 20. Rhebe diu (res si qua diu
mortalibus ulla est) Viximus, aut hodie ui-
dior spouit illa cruenta, & c.

Aethon fuit equus Pallantis, Euandri
filij, quem Verg. lib. 11. ait in exequijs domi-
ni sui collat: cymasse. Post bellator equus
positis insignibus Aethon il lacrymans,
guttisq; humectat grandibus ora.

Pegasus Nepiuni & Medusæ filius, e-
quus fuit alatus, quo Bellerophon expedi-
tionē sumpsit contra Chimeram. Hic saxo
in Helicone pedis ungula percusso fontem
nomine Hippocrenē aperuisse dicitur. O-
uid. li. 1. Fast. Suspice, Gorgonei colla uide-
bis equi: Creditur hic casæ grauidæ cerni
& ce Medusæ Sanguine respersis profluisse
comis: Huic supra nubes, & subter sidera
lapsa Coelum pro terra, pro pede penna
fuit. Idem lib. 4. Met. & 4. de Pon.

Arion fuit equus, quem Neptunus dedit
Adrasto. Stat. li. 1. Syl. Hunc et Adrastæus
uisum extimisset Arion. Prop. li. 2. Qua-
lis & Adrastæ fuit uocalis Arion, Tristis
ad Archemori sanera uictor equus. Sta. hu-
ius equi uirtutē et alacritatē li. 6. describit
hoc modo: Ducitur ante omnes rutile ma-
nifestus Arion Igne iubæ, & c.

Equū Alexandri Bucephalum à capite
bouis nominalū, & talentis x 11 emptum
testis est Cares apud Gellium: Vbi ornatus
erat, armatusq; ad prælium, nullum alium
sessorem, præter dominū, admisit. Idem in

bello Indico sagittis undiq; perfoctus, regē
è medijs hostibus, licet exaguis, et moribus
dus, uinacissimo cursu reuulit, atq; ubi ex-
tra teli isidū portauit, domini iam superflū-
tis securus ibidē expirauit. Quod benefi-
cium Alexander pēfauit, oppido in hono-
rem equi cōdido, ut docet Plin. li. 6, et 8. ubi
ait, Propter quæ rex defuncto sibi dē duxit
exequias, urbemq; tumulo circū dedit nomi-
ne eius. Curt. ad hūc modum scribit: Exce-
pti sunt quidā, inter quos equus regis, Buce-
phalū uocabant, quē Alexander nō eodem
(quo cæteras pecudes) animo æstimabat.
Nam ille nec in dorso insidere suo patieba-
tur alium, et regem (quū uellet ascendere)
sponte sua genua submittens, excipiebat,
credebaturq; sentire, quem ueheret.

De Harpyia et Pegaso Politian. in Am-
bra: Quos Zephyro peperit geminos Har-
pyia Podarge.

Claudianus in sextū Honorij consula-
tum, equos Rhefi Thracum regis commen-
dat sequentibus uerbis:

Gratiq; retulerat raptos ad castra iugales,
Quorum (si qua fides argentibus omnia mustis)
Impetus excessit Zephyros, candorq; pruinas.

Aethon apud Hom. lib. 8. Iliad. nomen
est unius equorum Hectoris.

Harpynna & Pyslla equæ fuerunt Oe-
nomai, quibus contendebat cursu in pro-
cos filia sua Hippodamiæ. Hos suis uer-
bis dignatus est Lycophron.

Plinius ait, equam Heccatidis Thessali-
quamuis prægnatē uicisse in Olympia.

Plutar. in Artaxerxe scribit, equū Cyro
fuisse immitē, et effrenē, Pasacem nomine.

Cimon Atheniensis equab. suis (quibus
ter Olympia uicerat) monumenta erexit.

Equus Tyberij Cæsaris uidebatur flam-
mas ore euomere, in iudicio magnæ alacritatis.
Cælius cap. 26. lib. 8.

Panthenia & Eripha equæ fuerunt Marmacis, unius ex prociis Hippodamiae, quas Oenomaus puellæ pater iugulauit, et postmodum sepeliri iussit.

Bovisibenes equus fuit Adriani Imperatoris, quos uenando propter alacritatem plerunq; utebatur. Dion Cassius ait, Imperatorem mortuo sepulchrum fecisse, columnamq; erexisse cum epigrammate inciso.

Iulius Cæsar, autore Tranquillo, utebatur equo insigni, pedibus propè humanis, et in modum digitorum unguis scissis: quem maxima cura aluit, honorauitq; statua, quod aruspices eo imperium orbis terræ significari dixissent, tum etiã quod nullum alium sessorem reciperet.

Biorio quidã inter Danos clarissimus, equum habuit præstanti corpore, et tanta uelocitate præpetem, ut quem cæteri nequirent, indefessus ob strepètem uorticem solus superaret.

Artibius Persarum dux, equum habuit, qui primo pugne cõgressu in hostes latitandos morsu assurgebat, calcibusq; et impulsu longè lateq; faciebat stragem. autor Herodotus.

Gellius scribit, equum Cn. Scij de genere equorũ Diomedis progenitũ, et à Cor. Dolabella centum milibus sestertijs emptum, fuisse inusitata magnitudine: sed eo tamen fito, ut quisquis eum haberet, is cum omni domo ac familia miserè periret. Quod experti sunt Marc. Antonius, Cor. Dolabella, C. Cassius, eius possessores.

Equus Nicomedis regis Bithyniæ, tanto fuit in dominum affectu, ut eo mortuo oblatum recusauerit cibum, et inedia se confecerit.

Equus Antiochi, capto uel mortuo do-

mino, Centareium quendam è Galathis, alumni sui uictorem, domitis frænis excussit, et in terram deiectum pedibus ad mortem proculauit. Plinius lib. 3. cap. 42.

Equus à Dionysio Syracusarum tyranno relictus in salebra et luto, ubi se expediuit, domini, licet ingrati, uestigia tamen secutus est.

Nero equas habuit Hermaphroditas ex agro Treuerico, quas carpento suo subiuges ostendebat.

Equus Augusti sepulchrum à domino meruit.

Scythius primus fuit omnium equorum, à Neptuno productus.

Hirpinus nomen est equi apud Martialem libro 3: Epigr. ut Corithæ nomen equæ apud Iuuenalem Saty. 8. De Hirpino Mar. Hirpini ueteres qui bene nouit auos. De utroq; Iuuenalis: Sed uenale pecus Corithæ posteritas, et Hirpini, et si tara uictoria sedet.

Celebratur Maronis carmine equus Troianus, quem Græci diuina Palladis arte edificarunt, acernisq; trabibus contextuerunt, Epeo machinæ autore. De hoc Propertius lib. 3. et Lucretius lib. 1. Durateum, id est ligneum uocat, ubi ait: Nec clam Durateus Troianis Pergama partu inflammasset equus nocturno Graiugenarum.

Equi Parthorum hippice herba pasti, famem suamq; multos dies perferunt: ad quod alludit Propert. lib. 4.

EQVI ACHILLIS.

DE Balio et Xantho Politianus in Ambræ. Balium Xanthumq; iugales, quos Zephyro peperit geminos Harpyia Podarge: Et te captiuo funalem Pergæ se collo igneus extimulat. Claudianus:

Es:

Et flammam Xanthum spreuisset Achilles. Verg. lib. 3. Georg. Martis equi bijuges, et magni currus Achillis.

EQVI MARTIS.

HI duo numerantur à Seruio inter equos Achilles. Poetæ tamè Pauorem et Terrorem Martis equos faciunt: unde Stæ. Fræna ministrat equus Pauor armiger.

EQVI SOLIS.

DE his nominibus Ouid. lib. 2. Metam. scribit: Interea uolucres Pyrois, Eous, et Aethon Solis equi, quartusq; Phlegon bimittib. auras Flammiferis implent, pedibusq; repagula pulsant: Pyrois Pyroentis flectitur, ut Simois. Valerius Flac. lib. 5. Argon. Et formidantem patrios Pyroenta dolores. Sunt qui dicant, Xanthum inter equos Solis numerari, propter dictũ Martialis: Quid cupidũ Titana tenes? iam Xanthus et Aethon Fræna uolunt. Thomas Radinus: Equi quatuor, qui aurei licet forent, colore tamè quisq; proprio nesciebatur: Pyrois rubens, Eous candicans, Aethon coruscans, Phlegon nigricans, bimittibus flammiferis, elæis naribus auras implebant, erraticis cursibus uagabantur incerti. Sabellicus: Hic equidem ambiguerit quã lucidus Aethon.

EQVI PLVTONIS.

DE quatuor primis nominibus Claud. lib. 1. de Rapto sic meminit: Orneus crudelemicans, Ethonisq; sagitta Ocyor, et stygij sublimis gloria Nycteus Armentis, Diuisq; nota signatus Alastor, Stabant ante fores iuncti, fauunq; fremebant, Crastrina uenturæ spectantes gloria prædæ.

CANVM QVORVNDAM NOMINA.

Grus canis fuit Ulyssis, qui reuersum ab expeditione Troiana dominũ post annos uiginti fertur agnouisse.

Atalanta, Arcadica uenatrix, canem habuit Auram nomine, quam quum interfecisset aper Calydonius, sepulchro ab indigenis ornata est.

Chiron canis fuit Codri poetæ pauperis rimi. Iuuenalis: Et recubas sub eodem matre Chiron.

Durides canis fuit Lysimachi, qui accenso domini rogo iniecit se flammæ: aurore Plinio lib. 8.

Gargitium canis fuit, Cerberi Epyrotis ci frater, qui Geryonis tricorporis seruabat armenta. Hunc Hercules unã cum domino interfecit. Incolæ mortuo sepulchrum erexerunt.

Graucis nomen est catellæ, qua Arethusa absentis mariti desiderium solabatur. Propert. lib. 4. Graucidos et catulæ uox est mihi grata querentis, etc.

Fuit Hippocentaurus canis Xenophonis.

Hylax itidem nomen est canis. Vergil. in Buc. Nescio quid certè est, et Hylax in limine latrat.

Issa nomen est catellæ, quam Publius habuit in delicijs. Martialis: Issa est passe-re nequior Catulli: Issa est purior osculo columbæ: Issa est blandior omnibus puellis: Issa est charior Indicis lapillis: Issa est deliciæ catellæ Publi.

Lælaps canis est apud Ouidium lib. 7. Meta. Poscor et ipse mecum consensu Lælapa magne (Muneris hoc nomen) iam uictum uincula pugnat Exuere ipse sibi.

Lampyrus apud Theocritum in Daphnide et Menalca, nomen est canis: apud Herod. Syagrus: apud Aristophanem Acalanthis.

Leibargus Hippammonis, qui etiam cum mortuo domino tumulatus est.

Lycisca nomen est canis apud Vergil. in Bac. dicentem: Excipere insidijs mul- tum latrante Lycisca. Palladius Soranus: Non lepus interpidum timido fugat ore Lyciscam.

Mera canis fuit Icarij patris Erigones, cuius ductu Erigone ipsa cadaver patris ab agrestibus interfecti reperit.

Apud historicos legitur Perseus, fuisse catellus filie Aemilij Pauli.

Pilafter. Pontanus in Lepidina: Quum canere inciperem, atrox hic dente Pilafter Latrat, ibi ipsa fuga sepem, insidiasq; reliqui.

Scymnus etiam nomen est canis, fictum a Baptista Pio scribente: Vertagus, aut Galo nutritus Scymnus in aruo Præcipiti sequitur lustra serena pede.

Vertagus canis est apud Mart. Nō sibi, sed domino uenatur Vertagus acer ille sum leporem qui tibi dente feret.

Vmber. Vergil. lib. 12. Ac uiuidus Vmber Heret hians. Sed forsasse Vmber, uocabulum est appellatiuum, pro cane Umbriae. Val Flac. lib. 6 Argon.

Volantes. Strozæ pater: ille pedum cur- su præstans, animoq; uolantes Occubuit trucibus pestis acerba feris.

Ouid. lib. 3. Metam. Actæonis canes enumerat his uerbis: Dum dubitat, uidere canes primusq; Melampus: Inde ruunt alij rapida uolatus aura, Pampbagus, et Dorceus, &c.

Alia quorundam nomina ponuntur apud Cælium ex Aeschyllo: ut Corax, Harpyia, Charon, Lycitas.

Hylax, Harpalagus, Lycisca, Tygrina, Melampus, Falco, Serpens, Ragonia, Ichthia, Helor, nomina sunt canum apud Manethanum libro 4.

Celebrantur etiam Cateharius & Lucernarius, & canis Attali, qui tanto fuit oris rictu, ut oblatum cibum deglutiret.

Fuit et Aristogiton canis Cymachi.

Alcibiades inuitata magnitudine canem emit lxx minis, quæ amputata cauda spectante populo ducebat uinctum, ut garrulorum et importunæ loquacitatis hominum linguas ea in re occuparet, ne quid deterius in eius nomen obloquerentur. Plus tarchus testis.

Biorno quidam inter Danos spectata uirtutis adolescens, canem habuit horrendæ acerbatis, & formidolose, quæ sola plerumq; bisenos uiros oppressit, & Offiti gigantis inter pascea tuata est armentum.

Canis Pyrrhi Epyrotarum regis, in ro- gum domini se coniecit. De natura canum quoniam prolixè & abundè locuti sumus in Epithetis nostris, plura loqui nunc supercedimus.

Cætera nomina canum, leguntur apud Xenophontem, in lib. de Venat.

VERMES DIVERSI.

Araneus uermis est lanuginosus, et ser- pentis in modum repens, quo dissecto inueniri dicuntur intus uermiculi duo, qui ad alligati mulieribus ceruina pelle ante so- lis ortum, præstant ne concipiant. Flores arborum populatur, & ita quandoq; ab- rodit, ut sterilefcat.

Afilus aculeum habet in ore. Latiuscu- lis quibusdā bestiolis (quæ in fluuijs super- natant) nascitur, frequens propiærea iux- ta aquas. Oestrus aliter seu Oestrus appel- latur. De hoc Vergil. lib. 3 Georg. Est lu- cos Silari circa, illicibusq; uirentem Pluri- mus albarum uolans, cui nomen Afilo, Romanum est, Oestrus Graij uertère uo- cantes:

cantes: Asper, acerbis sonans, quo tota ex- territus syluis Diffugiant armata, fugit mu- gibus ether Concussus. Afilum quidam Tabanum uocant, alij diuersum faciunt. Tabanus autem nascitur ex ligno in quo plurimus est humor.

Afortion uermis est, cuius morsu ge- nua labefaciuntur.

Tenebras amant Blattæ, uitam lucemq; fugiunt, in balneis maxime humido uapo- re prognata. Vergil. lib. 4 Georg. Lucifus / gis congesta cubilia blattis.

Bombyx aranearum instar fila ducit tenuissima, quibus preciose admodum ue- stes fiunt, quæ uocantur Bombycina. Ali- ter uocatur Bombylius & Neodyalus.

Bruca uermiculus est uolutans, sed sine alis, qui herbas erodit.

Buprestis similis est scarabeo. Fallit in- ter herbas bouem, unde meruit nomen, de- uoratusque tacto felle ita inflammat, ut rumpat.

Campe genus est uermis, arboribus & herbis hortensibus infestissimum. Colu- mella libro 11. Nec solum teneras au- lent erodere frontes Implicitus conchæ Li- max, hirsutaq; Campe.

Cantharides uermiculi sunt uirides au- reis sparsi maculis, quorum succus instar est ueneni. Ouidius in Ibiis Cantharidum succos dante parente bibas. Hinc adagium natum, Myria cantharis: de homunculo abiectissimo.

Cantharolethrus brachia habet, & in cauda spiculum.

Centipeda uermis est pilosus, multis pe- dibus arcuatim repens. Est & Chrysalis genus uermis.

Cerastes uermis ubi tantum erofit, quantum ad corporis uolutionem satis

est, generat alium.

Chrysalis uermiculus duro cortice mo- uetur a tactum aranei.

Cicidela uespere lucent per arua. Graeci Lampyrides uocant.

Cnips uermiculus eroso ligno semper locum mutare nititur. Hinc adagium, Cnips in loco stare non potens: in homi- nes inconstantes.

Conuoluolus uermis eruca minor, ro- dit pubescentes uuas.

Costi gignuntur ex ligno. His ueteres in cibo usi sunt.

Crabrones ex putridis equorum carni- bus enascuntur.

Eruca uermis tenaciter hæret, repit in- olerum folia, & abrodit, præsertim br. si- cas Oliuam arborem turpi facie depastans relinquit. Nascitur tempore humido & lento.

Galba uermiculus est exilis, qui nasci- tur in æsculis.

Gurgulio uermis est frumenti uel fabæ. Vergil. lib. 1 Georg. Populantq; ingentem farris aceruum Gurgulio, atque inopi me- tuens formica senectæ.

Ips cornus & uites rodit, ut Cips fru- menta, Trips ligna, Sis uestes, Is uitra, Mi- das fabam.

Lampyris noctu lucet. Latine uocatur Noctiluca seu Nicedula.

Litta uermiculus nascitur in lingua ca- num, qui si catulis eximatur, nec rabidi fi- unt, nec fastidium sentiunt.

Melolantha genus est scarabei, colo- re uiridi nascens.

Millepeda nomen sumpsit a pedum mul- titudine.

Mylockos est de genere blattarum, nas- citur circa molas.

Myrmecion caput habet simile formice, aluum nigrum, guttis albis distinctum. Eodem torquet dolore, quo vespa.

Cyrtus melleipes est, fusci coloris, sub lepidibus unēs, aut sigillatim uasis. Tactus arduat sese, & in formam pile contrahit. Aliter dicitur Tylus. Is est qui aliter Multipeda vocatur.

Papiliones uermes sunt, ex quorū stercore enascuntur Timee. Lucernarū luminibus aduolant. His contrariū est iecur capri num. Ceras depascuntur, et relinquūt excrementa, quibus Terebines gignuntur. Eorū aduentus ueris initium indicat.

Petauri generantur sordibus aridi soli.

Phalangium simile est formice, sed maius tamen, ruffo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercurfantibus respersum guttis. Acerbitas pungit, quām vespa. Viuit circa furnos & molas. Ab eo percussis si alterum eius generis ostendatur, remedium affert.

Pyrausta uermis est de specie araneorum, fauis perniciosus. Volitat ad lucernas tantisper, dum combustis alis pereat. Hinc adagium, Pyrausta gaudere gaudium: de momentanea & breui leticia.

Pytocampæ uenena: o sunt morfu. Nā seuntur in pinu arbore.

Rauce uermes nascuntur in radice querqui.

Rhagio similis est nigro acimo, ore minimo, sub aluum breuissimis pedibus, tanquam imperfectis. Quos momordit, eodem afficit dolore, quo Scorpius.

Ricini uermiculi sunt, quibus infestantur canes.

Ruuli aridam terram foliunt, fauosque in motum spongiæ fistulose medicato melle conficiunt.

Sanguisuga uermis est aquatilis, cruoris appetens. Aliter uocatur Hirudo. Horatius in Arte: Non missura eusem nisi plena cruoris hirudo.

Solifuga genus est formice uenenate, lucem refugens. Vnde inditum nomen. Huic contrarium est cor vesperilionis.

Tarmes uermiculus carnem exedit. Vitruu. lib. 2. de Architectura. Sed es quod habet in se plus caloris, procreat & alit tartumitem, ab eoque uitatur.

Est & inter materialium pestes Terebdo uermis dictus, quod dentibus terat & erodat.

Timea libros & uestes abrodit. Horatius lib. 1. Epist. Aut timeas pasces taciturnus inertes.

Tipula sex habet pedes. Tanta leuitatis esse dicitur, ut super aquam currens non desinat. Plautus: Neque Tipula pondus leuius est, quam fides lenonia.

Triphæ similes sunt culicibus. Sunt & alia pleraque nonna, in Chrysalis, Cymex, Collotus, Gyllu, Hippocenturus.

Voluox uermiculus est proterodens pubescentes uuas. Aliter appellatur Conuoluolus.

Xylophagus albus est & obesus, nigro capite. Nascitur in carie lignorum, quæ corrodit. Hunc in Ponto & Phrygia comedisse, luxuria est.

SERPENTVM QVO- rundam nomina.

A Contiatelli molosependo ruit. Ammodites serpens est concolor arenis, quibus se impenetrat. Lucanus lib. 9. Concolor exustus, atque indiscretus arenis Ammodites.

Geminum caput habet Amphibena, hoc

hoc est, ad caput & ad caudam, tanquam parum esset uno ore fundi uenenum, inquit Plinius. Capite intrinsecus nitibundo, serpit tractibus orbiculatis. Lucanus libro 9. Et grauis in geminum surgens caput Amphibena.

Anger genus est serpentis, qui Cruciator & Spatarius dicitur.

Demorsis ab Aspide nullum est remedium, præterquam si confestim partes contactæ ampuentur. Vnde natum adagium, Morsus aspidis, de malo immedicabili. Nā, ut ait Aelianus, eius morsus immedicabilis est, præcipue si de rana gustarit. Nec ab ullo uincitur, præterquam a muliere, quæ uel aspectu contactuque solo necat. Nicander apud Erasimum: Aspida crudelem cuius super omnia morsus immedicabilis est. Aspis nunquam uagatur sine compare: Quod si contigerit alteram interiri, protinus altera persequitur percussorem, in medijs quoque fori turbis agnitum. Ictus ab hoc serpente, intra quatuor horas emoritur. Color huic niger, quandoque cinereus, interdum fuluus. Bellum gerit internecium cum Ichneumone: cui quonia se imparem uidet Ichneumon, multo se tergorat luto. Itaque ubi ad certam uenitur, aspis nihil potest arripere morsu, præter loriam terream: quo fit, ut obliquo capite hostem speculatus Ichneumon, eius fauces arripiat, monstrumque exanimet. Lucanus lib. 4. Aspidas ut Phariæ cauda

mortiferum somnum redigit: unde somniculosa dicitur. Luca. lib. 9. Aspida somniferam tumida ceruice leuauit. Cinna apud Gellium: Somniculosam ut Pœnus aspidem Psyllus. Perrumpit omnes difficultates, permeat spacia, nec nisi annibus arcetur, aut præceleri fuga. Hebetes habet oculos, non in fronte, sed in temporibus. Gigni quandoque Aspidas quinum cubitorum, in libris est obseruatum.

Basiliscus in solitudinibus Africa habitat. Candida in capite macula, uelut didemate quodam, ornatus est. Acutissimum habet caput, os rude, oculos & colorem ad nigredinem uergentes. Palmam non excedit, solo tamen habitu serpentem quamlibet magnum suffocat, tanta est ueneni acuitate. Eum si quis uel baculo attigerit, paulo post moritur. Hunc Plinius Regium uocat. Sibilo omnes fugat serpentes. Nec flexu multiplici, nec ut reliquæ corpus impellit, sed celsus & erectus in medio incedens. Necat frutices, rumpit saxa: non contactas modo, uerum & afflatus exurit herbas. Talis uis malo est. Huic tamen exitio est mustellarum uirus, eius cauernis natum. Hominem se inspicit, solo intuitu perimit. Lucan. li. 9. Sibilaque effundens cunctas terrentia pestes. Ante uenena nocens, late sibi submouet omne vulgus, et in uacua regnat Basiliscus arena.

Boa serpens, in tantam excrescit magnitudinem, ut in aluo occise repertus sit infans, imperante Claudio. Aliter primo bubuli lactis succo, unde merui nomen. Manuan. Turpi Boa flexilis aluo.

Cecinia parua est & gracilis serpens, nullius prope ueneni.

In Cantharidum genere non reperitur femina. Mas in orbem sinuatus se xviii

dies fuerit, mox factus paulatim excludit. Propterea Aegyptij statuis uirorū fortium hoc animal imprefferunt, quod nulla mulier libri mollitia uirtus effoemina uirū conueniat.

Cecilia serpens est, qui à cæcitate meruit nomen. Colum. lib. 7. Est & magnorū animalium noxium uirus: nam & Vipera & Cecilia sepe, quum in pascuis bos improuide succubuerit, lacepsita onere mortis imprimat.

Cenchris crebras habet maculas in milij similitudinē. Recte serpit. Lucā. li. 9. Et semper recto lapsurus limite cenchris.

Ceraftis in corpore eminere dicuntur quadrigemina cornicula, quorū motu, reliquo corpore occultato, sollicitat ad se aues. Lucan. lib. 6. Aut uiuentis adhuc Libyæ membra Ceraftæ. Stat. lib. 11. Crimalem attollit longo stridore ceraften.

Chelydrus eundo sese conuoluit per terram. Lucā. Tractiq; uia fumante Chelydri. Emittit fumum quā serpit. Mant. Clades fuma mosa Chelydrus. Pamphilus: O' quæ sumi uomos geris Chelydros.

Chersydros serpens tam in aquis, quam in terra moratur. Luca. Natus et ambigua coleret, qui Syrtidos arua Chersydros.

Coluber umbras nemorū incolit. Bibitur uis uenenū prius euomit, ne ipsum cum aqua exhauriat. Nullū hominē reformidat, audacior in uestigiū. Colubri in aqua uiuentis fel habentibus & adipem, Crocodilus nihil potest nocere. Dicimus & colubra in foemineo. Ouid. in Ibin: Pectoraq; unxerunt herbeæ felle colubras.

Crocodilus quadrupes est. Fit ex minimo maximus. Ex ouo enim ad xxxi. cubitos exrescit. Quatuor menses hyemales non comedit. Elinguis est uentre, dorso

& cauda prælongus, squamis prædurus, ostrearum modo obtectus. Audax in fugientes, in persequentes timidus. Sexagenis diebus oua parit sexagena, totidēq; diebus fouet. Dentes habet, & menses uiuit eodem ferē numero. Infidiatur his qui aquatum eunt. Si in potu hircines hauserit, aduersus solem in littore debescens extenditur: mox auis Trochilus, dapis illecebra captus, rostro oris prælongo hircinē extrahit: quinetiam dormientem excitat Crocodilum, si ab Ichneumone hoste parari uideat infidias. Hoc animal uenerantur Aegyptij, eiq; sacros dies statuerūt. Et si contingat liberos ab eo rapi, parētes latantur, tanquam se deo placere exstimantes, cui escam genuerunt. Contra uerò Tentyri populi reijciunt, capiūq; arbore suspendunt, & multis prius afflictum uulneribus, postmodum comedunt. Reperitur in Nilo. unde Plin. Crocodilum, inquit, habet Nilus, quadrupes malum. Oua parit humi. Diem in sicco agit, totā noctē in flumine. Oculos habet suillos, dentes magnos prominentes atq; serratos. Inferiorē maxillam non mouet, sed superiorem inferiori admouet. Visus habet robustos, pellemq; circa tergū impenetrabilem. Inter aquas cæcus, sub diu perspicacissimus.

Dipsas minor est Vipera. quos memordit, inardescunt siti: quam quum multo potu uolunt extinguere, acrius incēdunt, & ea paulo post emoriuntur. Unde et nomen traxit. Dipsa enim Græcè dicitur sitis, & Dipsas sitio. Duas habet in cauda nigras lineas, corpore reliquo albiatē. eius uenis resistunt Lauri folia, cortex & baccæ. De Dipsade Lucan. lib. 9. Stabant in margine siccae Aspides, in medijs stiebant Dipsades; undis,

Draco

Dracobellum & odiū genuinum exeret in Elephantem, eiusq; oculos & iugulū petit, donec humi concidens Elephas, simul & Draconem mole corporis occidit. Oculos habet estimatione gemmarū. Dentes graciliores apro. Cristati sunt mares. Unde Ouid. libro 4. Metam. Lubrica perlucet cristati colla draconis. Ferunt, Indorum reges duos Dracones aluisse, alterum octogenū, alterum uerò nonagenū cubitorum magnitudine. Epyrotæ Draco 7nes in Apollinis templo uenerabantur, ob interfectum Pythonem. Tranquillus scribit, Tiberium imperatorem habuisse Draconem in oblectamentis, quem ex consuetudine manu sua cibaturus, quum consumptum à formicis inuenisset, monitus est, ut uim multitudinis timeret. Plinius libro 22 scribit, Draconem non habere uenena, & primum eius spōtylum, id est, uertebam, mulcere aditus potestatum, eiusq; adipem à uenenatis refugium. Aciem habet clarissimam, unde & seruandis thesauris plerumque adhibitus est: ut pomis Hesperiadū, et aureo uelleri apud Colchos, sicuti uolunt poeta. Antiqui præterea Aesculapio sacrum fecere, ut uigilantissimum, quod febri maxime conuenit. Aciem habet peracutā. Ferunt, Herode apud Iudæos principante, puellam iam nubilem, & conspicuam formā, adamatam à Dracone, ipsumq; Draconem amatoris instar prurientem ad uirginis lectum plerumque accessisse, & imbi decubuisse. Cuius rei tædio simul & horrore percita puella, secessit longius, & integrum mensem absuit, ut tam turpi beluæ amoris obtuionem induceret. Res tamen aliter se habuit. Nec enim desijt quotidie ad amantem reditum, usq; eò loci deuolare. Quum ergo redisset exoptata pridē puellæ

la, decumbentis cruribus se implicuit Draco, eamq; conuerberauit cauda: molliter tamen & amatoricè, ut interim palpo ferunt zelotypi. Si quis in hoc mihi deroget fidem, sciat me ipsum ueritatis loca asserere nolle, sed cum Græcis loqui et scribere, quibus mentiri proprium est & genuinū. Porro oculis Draconis inueteratis, et cum melle tritis, inunctos non pauescere ad nocturnas imagines etiam pauidos cordis, ait Plinius. Apud eundem Xanthus historiarum autor testis est, occisum Draconis capitulum reuocatum ad uitam à parente, herba, quam Balmi nominat. Dracones habet India tantæ magnitudinis, ut elephantas (quibuscum certat) circumflexu facile ambiant, nodiq; nexu perstringant. Indicis pares habet Aethiopia, uicenum cubitorum. Apud Asachæos Aetiopum populos nascuntur maximi, qui cratium modo impliciti erectis capitibus uelificant ad meliora pabula.

Echidna putatur eadem esse, quæ & uipera. Capitur & pro hydra ab Hercule occisa. Ouid. lib. 3. Fast. Sanguine Centauri Lernæ sanguis Echidnæ Mixtus ad auxilium tempora nulla dabat. Capitur & pro quocunq; serpente. Ouidius libro 9. Metam. Pars quoq; Lernæ serpens eris unus Echidnæ.

Enydris serpens est masculus & albus. Viuit in aquis. Gaza Luritem conuertit.

Hæmorrhoids serpens est, morsu sanguinem elicit. Moratur in petrosi recessibus, colore partim sanguineo, partim nigro. Tardo pigreque serpit, nec nisi obliquo itinere. Lucanus libro nono: At non stare suum miseris pasura cruorem, Squamiferos ingens hæmorrhoids explicat orbis.

Hydri in aqua uiuunt, nulli serpentium inferiores ueneno. Horum iecur seruatū, aduersus percussos ab ijs auxilium est. Poëta fingunt, Hydram serpētem fuisse numerosis capitibus, quarū quum unum ab Hercule demetebatur, mox renascebantur gemina. Percussis ab Hydro odor grauis excipitur: afficiuntur insuper obliuione rerū, uidenturq; nebulam præ oculis habere, in horrore ac rabiem agi. Tertia demum die pereunt.

Iaculus arborescens, è quibus ui maxima turbidatus penetrat quodcumq; animal obuiū fecerit fortuna. Luca. Et Natrix uiolator aquæ, iaculiq; uolucres.

Ichneumon nascitur in Aegypto, aspici dem: odit usq; ad bellum, eiusq; oua sectatur, et inuicta perdit, ut à foetu sibi timere desinat. Martia. lib. 7. Delectat Marium si perniciosus Ichneumon.

Lacertarum due sunt genera. Maiores, quæ et uirides dicuntur, Miores, quas Calices uocant. In utroq; genere mas Lacertus dicitur. Verg. Nunc uirides etiam occultant spineta lacertos.

Natrix serpens aquas inficit ueneno. Lucanus lib. 9. Et Natrix uiolator aquæ. Mantuan. in Alphonso: Et Natrix inimicus aquis.

Nepa scorpionū significat. Cic. lib. 5. de Finibus: Serpere anguiculos, natate anaticulas, uolare merulas, cornibus uti uideas boves, nepas aculeis, suam cuiq; esse naturā.

Pharias dum serpit, sulcum in terra facit cauda, et super eam ferè ambulat. Fuluus est colore, oculis uelox, ore lato, morsu non maligno. Propterea ueteres Aesculapio sacrum fecerunt. Pedes habet prope caudam. Lucanus lib. 9. Et contentus iter cauda sulcare Pharias.

Porphyry palmi est magnitudine, capite candidissimo, reliquo corpore purpureo. Innocuus est morsu, quia edentulus. Inuenitur in uadofis Indiae locis. Captum in colore cauda suspendunt, et defluentem ex ore uiuentis liquorem excipiunt uasculis æreis.

Prester quem momordit, extemplo redit immobilem et alienum mente, mox pilis defluentibus cum pruritu ac uentris solutione absunt. Lucanus lib. 9. Oraq; distendens audius spumantia prester. Idem Nasidij à prester percussu mortē hoc modo describit: Nasidium Marfi custodem torridus agri Percussit prester: illi rubor igneus ora Succedit, tenditq; cutē pereunte figura, Miscens cuncta tumor toto iam corpore maior, Humanumq; egressa modum super omnia membra Efflatur sanies late tollente ueneno. Ipse latet penitus congesto corporemersus, Nec lorica tenet distenti corporis astitum. Mant. Et inflatis prester quifaucibus astitum: Exruit.

Python à poetis serpens fuisse dicitur, natus ex putredine terræ post diluuiū Deucalionis. Hunc Apollo interfecit, et ab interfecti nomine dicitur est Pythius. De hoc Ouid. lib. 1. Met. Sed te quoq; maxime Python Tū genuit, populisq; nouis incognite serpens Terror eras, tantum spacij demonte tenebas. Hunc deus arcitenens, nunquam talibus armis Antē, nisi in damis capreisq; fugacibus usus, Mille grauem telis exhausta penè pharetra, Perdidit effuso per uulnera nigra ueneno.

Salamandra figuram habet lacerti, nunquam nisi magnis imbribus prouenit, à serenitate deficiens. Huic tantus rigor, ut ignem tactū extinguat, non alio modo quam glacies. Populos improuidos necat et po-

test.

test. Nam si arbori irrepserit, omnia potest inficere ueneno, et eos qui ederint, necat frigida ui, nihil aconito distans. Quinimò si contacto ab eo ligno uel pede crusta panis incoquatur, idem ueneficium est, uel si in puteum cadat. Eius uenenū ab ijs excipitur, qui uescuntur illa.

Salpinga formam habet tubæ, eiusq; latebra calcata mortifera est. Lucanus libro 9. Quis calcare tuas metuat Salpinga latebras.

Sepa species est lacertæ, quæ in uino pota morsus suos sanat.

Seps modicus est serpens, cuius tamen ictu percussa putrescunt membra: nam quicquid momordit, in putredinem resoluitur. Lucanus lib. 9. Ossaq; dissoluens cum corpore tabificus seps. Colorē quem attingit, reddat. Quatuor dentibus armatus est.

Serpens latet hyberno tempore, a stiuo prodit. Senecentem fertur exuere, quod in angusto foramine (cui per uim se impentrat) ueterem deponat pellem. Tibull. Crudeles diui, serpens nouis exiit annos, Formæ non illa fata dedere moram. Visum longo situ amissum, feniculo recuperat. Ferunt serpenti baculo semel percussum, exanimē reddi: sed si iterū feriatur, reuiuiscere: Plutarchus ait, Serpentes ex hominū cadaveribus, medijs medullis gigni, sicut apes ex bobus gignuntur, ex equis fuci, ex asinis crabrones. Terra, autore Plinio, Serpentē non recipit homine percusso. Serpentū morsus non petit serpens. Ferunt ictus saluæ, maxime humani ieiuni oris, ut feruētis aquæ contactum fugere: quod si in fauces penetrauerit, etiam mori. His inimicissima est mustella. Serpentes Psyllis Marsisq; populis non nocent. Nunquam in trifolio aspiciuntur. Habentes Onichillū et Staphyllinū herbas non fe-

riunt. Lyfimachia herba odorē fugiūt. In cluse circulo Beonica herba, nequeunt exire, quin sese interimūt flagellando. De xtri earū oculi adalligati contra epiphoras profunt, si uiuæ dimittantur. Aegre extra huntur, præterquā leua manu. In India adolefcunt ad tantam magnitudinē, ut solidos hauriāt ceruos taurosq;. Apud Rhindactū amnē in ponto superuolantes, quauis altē perniciterq;, alites haustu raptas absorbet. Earum frequentia nomē fecit Ophiuse insula. Populi sunt Oriētales, Cædei nomine, qui uescuntur serpētibus. His aduersantur cancri. Quū sol est in Cancro, torquetur. Oua pariunt. Coeūt amplexu adeo circūuolutæ sibi, ut una existimari biceps possit. Cornu ceruini odore fugantur, et nidore galbani. Vinum appetunt. Plin. ait, uisus esse pedibus anserinis. Hederā amant, et Eraximum oderunt. De remedijs aduersus earum morsus, uide Plinium.

Scincos similis est Crocodilo, minor Ichneumone: contra uenena præcipuū antidotum. Item ad inflammandam utrorum uenerem. Nascitur in Nilo.

Scytale tāta præfulget tergi uarietate, ut notariū gratia uidentes retardet. Et quoniam reptando pigrior est, quos assequi nequit, miraculo sui captat stupentes. Pellem exiit hyberno tempore. Lucanus. Et Scytale sparsis etiam nunc sola pruinis Exuias positura suas.

Sipedon reptilis est, Hæmorrhoidæ aliquanto uelocior. Iter obliquat. Morsu profundē penetrat, plaga mox putrescente.

Spondylis serpens omnes persequitur radices: autore Plinio.

Stellio serpens est lacertæ similis, circulis quibusdam, et uelut lucentibus guttis, in modum stellarū depictus: Eius mor-

sus hominem stupidum facit, raro tamē interficat. Fel in aqua tritum mustellas cōgre gare dicitur. Rore tamen uiuit. Nullum animal fraudulentius est. Vnde crimen Stellio natus, & Stellatura dicuntur.

Viperæ foetus enecta matre prodeunt, ut inter pisces Acus. Mas in coitu exanimatur, capite in os fœminæ inserto, præq; uoluptate ab ea occiso. Sola serpentium Viperæ terra conditur: ceteræ arborum aut saxorum cauis. Oua parit unius coloris, & mollia, ut pisces. Tertia die intra uterū caeuolos includit: deinde singulos diebus singulis parit, uiginti ferè numero. Ita ceteri tarditatis impatientes, prærupunt latera, & matrem enecant. Mantuanus: Et emoriens in fausto uipera partu. Viperæ ferunt exustam, & in cinerem delapsam, mederi suo morsui. author Lasciant. Apollonius apud Philostratum, uiperæ esse uisam refert, serpentes quos peperisset, lambenti quasiq; expolienti. Legitur in Theophrasti monumentis, uiperarum morsibus tibicinē scitē modulateq; adhibutum mederi. Ab ijs demorsos ferunt nemini uulnus suum uelle præfacere, nisi quos eadem ui morbi quandoq; iactatos compererint, ceu qui nō experiti sunt, naturam morbi nesciāt. In Phœnicia solo Viperarum halitu pernecantur homines. Quod radicem illic succrescentium potentia creditur fieri.

DE PISCIBVS DIuersis.

Scripserūt de Piscium natura Oppianus, Aristoteles, Plinius, & aliquot alij magnæ celebritatis uiri, qui quoniam acutè adeo & diligenter negocium hoc attigerunt, ut nihil posteris reliquisse uideantur, uacatis esset operæ, multa moliri uelle post illos, quorum nec umbrā quidem possit quis

quam pertingere. Propterea satis erit nobis, quædā admodū pauca decerpere, quæ notiora & maiori emolumento futura uidebuntur. Nā nihil indiscussum relinquere uelle, illud esset retexere telam Penelopes. Dicamus ergo de piscibus, quorum nomina apud autores frequentiora sunt. Piscis Græcè Ichthys dicitur, unde Ichthyophagi populi Troglodytis uicini, qui uescuntur piscibus. Ichthyopola, piscium ueditores, qui & Cetarij uocantur: Ichthyopolitū forum piscarium. Capiuntur pisces hamis, nasus, tragulis, excipulis. qui piscantur hamo, uocantur Hamotæ, ut faciebat Augustus animi laxandi gratia. Tranquillus scribit, Neronem aureo rete piscari solium.

Piscium alij teguntur corio & pilis, ut uituli, hippotami: alij corio tantum, ut Delphini: Coriæ, ut testudines: Silicū duritia ut Ostrea, conchæ: Crustris, ut locustæ: Crustris & spinis, ut Echini: Squamis, ut Carpio: Aspera cute, ut squatina, qua lignū & ebora poliuntur: molli, ut muræna: alij nulla, ut Polypus. Quæ pilo uesciuntur, animal pariunt. Spirant pisces. Nam & pulmonē habent, aut aliqua pulmonis loco uiscera. Annotata est enim in quibusdam æstiuo calore anhelatio, et in alijs oscitatio. Interim quoq; dormiunt. Oua pariunt quæ squamis integuntur. Coeunt plerumq; in occursum. paruo cōtactu, mensibus Martio, Aprilis, Maio: Autumno pauci, ut Salpa & Sargus. Piscium alij sunt plani, ut Rhombi & soleæ: alij longi, ut Murenæ, cōger. Placet Aristoteli nullas esse piscibus mammas, nec meatum ullum genitalium perspicuū, sed excrementorum tantum locum. Partes quoq; audiendi, odorandi, sentiendi nullas esse perspicuas, præter oculos. Sūt qui gregatim errant more armentorum: uolant aliqui,

aliqui, ut accipitres, hirūdines, sepia. Sentiant hyemem procellosam, cuius horrore multilimo se prouoluūt, alij sub petris glomeratim cōquiescunt, nonnulli ima petūt, quod sentiāt summa pelagi tempestatibus obnoxias. Redeunte uerò serenitate profiliunt, & libenter litus prospiciunt. Partu differunt inter se. Lupus bis anno parit, Mulus ter: ceteri semel, ac diuersis temporibus. Prægnantes gaudent aquis dulcibus. In Africa tamen ferūtur uiuere nonnulli in feruenti palude. Sunt qui colorem mutant: nam menæ hyeme candidæ fiunt, æstate nigriores. Mutat & Phycis reliquo tempore candida, uere uaria. Amicitias inter se, & inimicitias exercent. Inimici sunt Delphinus, & Balæna, Castres & Lupus, Murenæ & Congrus. Sunt et qui docilitatem nescio quam præ se ferūt. Nam in Lymira fonte Lyciæ ter fistula euocati ueniunt ad augurium, teste Plinio. Hierapoli Syriæ in lacu Veneris, ædituorū uocibus parent uocati, exornati auro ueniunt adulætes. Scalpuntur, ora hiantia manibus inferēdis præbent. In Stabiano Campaniæ ad Herculis petram. Melanuri in mari panē abiectum rapiunt, ijdemq; ad nullum cibum (in quo hamus sit) accedunt.

Acipenser piscis est, qui squamis ad os uersis contra aquā nando meat. Fuit olim in magna mensuram dignatione, & inuenturarus, ut docet Cicero libello de Fato, apud quem dicitur Scipioni Numantio acipenserem esse paucorum hominum. Quod etiam docuit Plautus scribens, Qui mihi in mari Acipenser latuit, cuius latus in lateribus dedam meis denibus.

Acus piscis est gracilis: iustū uteri tempus non expectans, sed abruptens uterū, & matrem interimens. Pariunt enim Acis

confraçtio uentre, multitudine partus exigui pretij. Græcè dicuntur Bellones. De his Mart. lib. 10. Et satius tenues ducere credis Acos.

Aeluri pisces sunt, quorum oculi ad uices Lunæ aut ampliores fiunt, aut minores.

Alec piscis est, qui sola aqua nutritur. Martial. Cui portat gaudens ancilla paropside rubra Alecem, sed quā protinus illa uoret. Diminutiuum est Alecula. Colu. lib. 9. Datur Cammarius, & riuialis Alecula, uel si quæ sunt incrementi parui fluuiorum animalia. Capitur etiam Alec pro salso liquamine. Mart. lib. 3. Capparin & putri cepas alece natantes.

Alosa piscis est de Clupearum genere, qui alio nomine Chryssa dicitur. Alosæ dicuntur esse laudatissimæ in Tyberi.

Anguillæ pisces sunt oblongi, uolubiles, & serpentibus similes, qui piscium soli exanimis non fluitant. Dicuntur Anguillæ, quod anguibus similes sint. Viuunt annis 8. durant sine aqua senis diebus. Generantur scopulorum attritu, sine coitu, sine ouo, nec est alia earum procreatio. Frequens habet lacus Benacus: autore Plinio. Vescuntur limo & edulijs, si quis apponatur, sed plurimæ dulci humore uiuūt. Gaudent aqua semper affluente & effluente, quæ nisi limpida fuerit, breui intereūt. Aestiuo tempore de lacu in piscinam translate uiuere nequeunt: hyeme uerò mutationem loci tolerant facillimè. Reperiuntur in Gange tam inusitata magnitudine, ut tricenos pedes impleant. Optimæ & præcipue capiuntur in Timauo lacu. Reperiuntur etiam in limosis locis prope Syracusas, tanta multitudine, ut piscari uolentibus lata adsit præda. De anguilla Lucretial.

Sat. 3. Vos anguilla manet longæ cognata colubræ. Aristoteles ait, anguillam neque marem esse, neq; foemina.

Anthia piscis est, frequens apud Chelidoniis insulas. Celeriter capitur, paruo nauigio et cõcolori veste, eademq; hora per aliquot dies continuos piscator enauigat certo spacio, escaq; proijcit. Solus hic multos dies ad piscatores accedit incomitatus. Postremo greges innumeros adducit, quos si inuolauerit Hamiota, parciit ductori. Præterea Anthiæ quam unũ hamo teneri uiderint, spinis (quas in dorso serratas habent) lineã secare traduntur, ea quæ tenetur extendente, ut præcedi possit.

Aphya pisciculi sunt, qui ex aqua et pluvia procreantur. Aphya in ignem, Prouerbium est de rebus, quæ celeriter intereunt & absumuntur, uel quæ statim conficiuntur. Nam Aphya piscis admotus igni protinus decoquitur.

Aries piscis est, qui grassatur ut latro, & grandium nauium in solo stantiũ occultus umbra expectat, si quæ nandi uoluptas inuitet, raptamq; prædã abnatans mergit.

Astacus piscis est, qui si longius à mari exportatus dimittatur, ad eundem irrepit locum, ubi captus fuerat.

Attilus piscis est inertia pinguefcens. Frequens est in Pado, adeo ut ad mille quodq; libras capti sint, qui nisi iugis bouum extrahi potuerunt.

Aulopa piscis est magnitudine ingentis Thynti, ceruice firmissima, oculis patentibus atq; amplis, dorso caruleo, uentre albete, corpore linea aurei coloris discriminato, quæ à uertice ad caudam desinit.

Aurate pisces sunt omnium timidissimi, qui in maris reflexu sub litoralium arborum radicibus se occultunt, ibiq; frondiũ

agitatione exterriti, facile capiuntur, quosdam uelut deditione. Eorũ uiuaria primus instituit Sergius Aurata, inde nomen adeptus. Martia. Non omnis laudem præciũq; Aurata meretur. Hic piscis nomen accepit ab auri colore. Commendantur Auratæ, quæ sunt ex Lucrino lacu. Coeunt attritu uentris, & oua concipiunt.

Balena piscis est omnium maximus, qui partũ lacte nutrit: spirat nõ branchijs, sed fistula quadam. In fronte gerit ora. Fertur summa aqua, hebetatur sensibus ob corporis molè: propterea duce indiget, qui prælongus et albus, et capite procero, angusta cauda præit, extremaq; Balenã contingit, & tanquã temone ad eam regendã utitur. Sole ardente Balena interdũ exit ad littus, et prostrata dormit in arena. Reperiuntur Balenæ in mari Indico quaternũ iugerum, & elephantis quintuplo maiores. Sunt & prægrandes in mari Britannico. Iuu. Sat. x. Quantum delphinis Balena Britanica maior. Balenis infestæ sunt Orca.

Barbo piscis est, geminam habens barbam in labro inferiore. Alio nomine uocatur Mulus. Vnde & Cicero in paradoxis Mulos uocat Barbatulos.

Bocas pisciculus est, uocem quandam mugitui similem reddens.

Callionymus piscis habet multum fellis in dextro latere, in sinistro uerò ierur.

Cancræ pisces sunt multipedes, & præposterè gradientes, ut Calenius in Croaco graphice describit: illis dena pedum uestigia, denaq; in arcu Crura recuruantur, laterumq; à margine ludunt, Ambiguumq; iter est, &c.

Reperiuntur in Phœnicia littorales cæcrotantæ uelocitatis, ut cõprehendi nequeant.

Canis

Canicula piscis est foetus suos à partu natantes deuorans, ut eos ab omni iniuria eueatur.

Cantharus piscis est Zelotypus, qui pro consorte ad internecionem cum suo genere pugnat.

Carpio piscis est nobis frequens, & in Benaco laudabilis.

Cephalus etiam nomen est piscis. Ambrosius: ille sinus maris Cephalos alit, lupos ille, ille saxatiles. Sordidi sunt cephalii, summo pelago quandoq; urinantes sese abluunt. Oua eorum non attinguntur, unde & numerosi sunt. Quum adoleuerunt, corripuntur à cæteris. Marini fluminis præstant.

Cesireus piscis est, qui reliquis mutua deuoratione uiscitantib; solus ab aliorum carnib; abstinet, ideoq; non capitur esca, sed in limum abdit se, quo ibidem pascitur. Vbi uerò in metu caput occultit, arbitratur totum corpus esse tutũ. Nonnulli ferunt hũc piscẽ deuorari à Congro, ut Congrũ à Murena. Theod. Gaza Mugilem fecit Latine.

Cetus piscis est maximus in Atlantico mari. Ambros. Virtute mitigauit mare, Diuina disciplina Cetos strauit. Plin. li. 32 scribit, Cetos sexcentorum pedum longitudinis, & trecentorum latitudinis intrasse in flumen Arabiæ. Sunt enim tantæ magnitudinis, ut si aquis supernatent, insula uideantur. Dicimus etiam Cete, neutro genere, et plurali numero. Stat. li. 2 Achil. Armigeri Tritones eunt scopulosq; Cete. Cetarij dicuntur maiorum piscium uenditores.

Channa piscis est mollis carnis. Hyatulum Gaza conuertit.

Charace piscis pinnas habet utrinque maximas, caudam auri fulgore purpureis dissectam lineis.

Citharædus piscis est, qui à cauda ad uerticem lineas habet instar neruorum musici instrumenti discentas, unde nomen accepit, frequens in mari rubro.

Clupea pisciculus est, qui uenam quandam in Syluri faucibus mira cupidine appetens, Sylurum ipsum morfu exanimat.

Cochleæ tam aquatiles quã terrestres exuunt se domicilio, binãq; ceu cornua protendant, contrahuntq;. Oculis carent, ideo corniculis prætentant iter.

Concha est de genere cancrorũ. Conchæ & Ostrea dicuntur pisces testæ firmioris. Et testæ ipsæ duriores uocantur Conchæ. Ouid. Ostreaq; & conchis tuta suere suis. Colum. Implicitus conchæ limax. Conchis optimis abundant Lucrinus, B'bagã Indicæ insula, & mare rubrum.

Congrus seu Conger etiam genus est piscis, quem inter saxatiles ponit Plin. Similis est anguille, duriore tamen carne, & sapore inferior, Grillum Nicander uocauit.

Coracini pisces sunt Nilo pecudiales. Mart. Princeps Niliacis rapervis Coracine macellis, Pelle prior est gloria nulla gula. Coracius oculos frequenter mouet.

Cordillæ pisciculi sunt, de quibus Martialis lib. 3, Ne nigram citò raptus in Culinam, Cordilas madida tegas papyro.

Coruus piscis marinus fuluus est, è stagnis nigricans, alga uescitur, & bis parit in anno.

Cybium piscis est ita scissus, ut medium pateat æque in omnes partes ad similitudinem tesserarum.

Cyprinus piscis est fluuialis palatum habens carnosum pro lingua.

Dactylus piscis est è genere cõchæarum, ab humanorum unguum similitudine appellatur. Remoto in tenebris lumine, a-

lio fulgore claret, lucet in ore mandatiū, in manibus, in solo, & ueste, decidentibus guttis: ut etiam natura illa uideatur esse in succo, quem habent in corpore.

Delphini pisces sunt, puerulorum amatorcs. Fœmina mulieris instar habet ubera, quibus copioso lacte mares pascit: Parui unā gregatim natant: Parentes fœtus comitatur etiam adultos: Cū adolefcent: De cem annis ad summam proueniunt magnitudinem: Agunt uere coniugia: Pariūt ea, tulos decimo mense, & aestiuo tempore: Viuunt annis 30. In terrā quandoq; erumpunt incerta de causa, et statim tellure tacta moriuntur. Linguā habent contra naturam aquatiliū, mobilem, breuem, & latam, non differentem suillæ: Hominem amant, arte musica mulcetur: Pro uoce gemitum edunt humano similem: Dorsum habent repandum, & rostrum simum, unde & Simonis nomine gaudent. Obuiam nauibus ueniunt, alludunt etiam & quamuis plena prætereunt uela: Nullum est animal quod celeritate non excellent: Paruos semper aliquis grandior natu comitatur, ut cūstos. Plin. ait, uisus esse, qui defunctum portarent, ne laceraretur à beluis. Si quis eorum captus fuerit, ceteri adnatant, supplicantum specie captum: reposcentes. Varia sunt apud Plinium exempla de eorū amore in pueros.

Draco marinus caput & oculos habet ad similitudinem terrestris, reliquum corpus, ut ceteri pisces. Squamas habet præduras, aculeosq; solo tactu uenenum relinquentes. Apprehensus dextra manu renittitur: correptus uerò laeva obsequitur.

Echeneis pisciculus est, qui naues quamlibet impetuoso uento concitatas, adherens retinet. Plin. Est (inquit) paruus ad-

modum piscis, petris assuetus, Echeneis appellatus. Hoc carinis adherente, naues tardius ire creduntur. Inde Latini Remorum uocant, & Remiliginem. Luca. 6. Nō puppim retinens Euro tendente rudentes, In medijs Echeneis aquis, oculiq; draconum. Fertur hic pisci fluxum grauidarum utero sistere, partusq; ad puerperium comtimere.

Echini pisces habent pro pedib; spinas. Ingressi est his in orbem uolui, propterea detritis sæpe aculeis inueniuntur. Ora habent in medio corpore in terram uersa. Oua amara numero quina. Seuitiam maris præfagiunt, ac propterea correptis semuniunt lapillis, & calculum arripiunt, ne fluctibus excutiantur. Oua habent plenilunijs hyeme. Freqentes sunt Echini apud Misenum promontorium. Horat. Miseno oriuntur Echini. Captum Echinum si conciperis in frusta, & in mare proieceris, paulo post partes conuenire ac reuiuiscere aiunt.

Elops piscis inter raras delicias quondam habitus est, alio nomine acipenser dicitur. Plin. commendat Elopem Rhodium. De Elope sic scribit Aelian. Elopem quidam existimant esse, quem Homerus piscem sacrum appellauit, inuenturarum, nec nisi in mari Pamphilio, captus trahitur magno acclamatum plausu.

Encraules pisces sunt minutissimi, albo colore, præda caterorum, qui turmatim conglobanturq; adeo feruntur, ut scapha aut remis urgentibus dissociari nequeant.

Exocœtus piscis est in sicco somni causa exiens. Hunc habet Arcadia.

Gerres pisces sunt uilissimi, & falsi, ex genere locustarum. Mart. lib. 3. Teq; iuuant Gerres, & pelle Melandria cana.

Garus

Garus piscis est, cuius sel recens, & inueteratum uino, auribus utilissimum est: auctore Plinio.

Galeus piscis est, pastinacam piscem uenenatum prosequitur: auctore Plin.

Glanij pisces sunt, quorum frequentia Glanio Cumarum flumio nomē imposuit.

Glaucus piscis est, qui tanta in sobolem charitate teneri dicitur, ut paruos fœtus nunquam deserat, præstosq; adsit eis contra noxia. In periculis solidos deuorat, deinde reuomit. Aristoteles eum ponit in genere serratorum & carnivororum.

Gobio piscis est præstantis saporis, & parui nutrimenti. Albus præstat nigro. Laudatissimus olim mensis adhibebatur. De hoc iuuenalis Satyra 12, Ne cupias mulum, cū sit tibi Gobio tantum. Dicimus & Gobiis. Mart. In Venetis sint lauta licet conuiuia terris, Principium cœnæ Gobiis esse solet. Gobiis arena gaudet, gregatim degunt: unde & inter pisces gregales numerantur.

Grues pisces frequentes sunt in Corynthio pelago, magnitudine pedum xv. Os & ceruicem habent grui aliti similem, & squamas instar pennarum eius. Sunt graciles & proluxæ, subsulcatisq; natant. Fœminæ libidine accense maribus blandiuntur, eosq; salientes patiuntur. Huic genitura in aquis decidente, ex mari uelut parente procreantur.

Hygrophœnix piscis est in mari rubro, magnitudine lacerorum, ore semper hianti, et oculis uiridantibus. Zonis distinctus binis, altera à brachijs ad caudam aurea, altera argentea medium corpus intercidete, maculis dein te intercrustantibus cæruleis.

Hippocampus piscis est, cuius uentrem si quis ex aceto & melle hauserit, contra

canis rabiosi morsum auxilium sentiet.

Hirci pisces sunt in Cyrenæico & Sardinio mari oberrantes cum Delphinis. Mares alba uitta frontem habent redimitam, Fœminæ uerò sunt cristate, ut galli gallinacci. Rapacissimi sunt, ut qui homines, nauigiaq; inuolent. Spiritu graui et uehementi, quo odore uelut instrumento ad ceterorum prædam utuntur. Vitulos marinos insectantur maxime, quos prostratu, perinde ac iaculo, expugnant.

Iulides pisces sunt saxatiles, & morsu uenenato.

Labrax piscis est lato oris rictu, qui scætotam unā cum are faucibus corripit, atq; ob id facile capitur. Prægrandes autem Labraces apud Miletum Asiæ ciuitatem esse dicuntur. Vnde adzgium, Labrax Milesius: in auidum & uoracem.

Lagnis piscis est sobolis amantissimus. Nam ubi fœmina enixa est, mas curat communes fœtus, tutaturq; ab insidijs, atq; etiam hamum deuorat. Similis est prope Siluro. Frequens reperitur apud Meandrum & Lycum Asiæ, itemq; apud Strymonena Europæ flumios.

Lampetra piscis est à lambendis petris nomen adeptus.

Leo piscis regitur concha, Carabo similis, præterquam quod gracilior est. Eius brachia cancris similia sunt.

Lepus marinus gignitur in limo unā cū Aphysis, quibuscum aliquando capitur. Ita magno mari reperitur, omnia similis terrestri, præter uillos, quos aculeatos & erectos habet. Natat in summa aqua. Velocissimus est, ac propterea difficilis captus: nec unquam ad nassas aut hamos accedit. Si quis eum attigerit, aut manu, aut baculo (dum in morbo est) animi defectū incurret.

Locuste pisces sunt Polypis inimici, et Murenis, qui obliquis cornib. procedunt in metu. Signatur in limo, sed diuerso: in cœnofo Ostrea, in arenoso Concha. Incolæ Cassij montis contra terrestres Locustas Iouis auxiliū implorant. Theffali, Myrij et Lemnizij ab his etiam infestantur. Magnosij et Egebesij ordine militari in eas procedunt. In mari indico locustæ aquatiles quaterna impient cubita. Sunt in India terminum pedum longitudinis, cruribus et femoribus serratum usum præbentes quum inaruerunt.

Loligo piscis est, qui extra aquā sese effrens uolitat: caput habet inter pedes et uentrem, et cruorem nigrū. instar atramenti. Vnde Horat. Hic nigra succus loliginis.

Lucerna piscis est, qui lingua ignea per os exerta. secenis noctibus lucet: eodem Plinio teste.

Luscus piscis est denticulatus, de quo Aufonius: Luscus obscuras ulua cœnoq; lacunat Obsidet.

Lupus piscis marinus dictus est à uocitate, et quod solus natet. Lenis est et molis. Cancros marinos insectatur maxime. Habet nescio quem lapidem in capite. Fluuiialis potior est marino. Præstantissimi saporis capitur in Tyberi fluuio, inter duos pontes, autore Plin. De hoc Mart. lib. 9. Apetituro posito uilis oliua lupo. Idem: Lanus Euganei lupus excipit ora. Timauis, Aequoreo dulces cū sale pastus aquas. Hic piscis rete circumdatus, arenas arat cauda, atq; ita conditus euadit. Quū hæsit in hamo, tumultuoso discursu laxat uulnera, donec excidant insidie. Lupus et Mugil multo flagrant odio. Plin. ait, Luporum latidatissimos esse, qui appellantur Lanati, a candore molliciaq; carnis.

Lutariæ dicuntur testudines, quæ in dul-

ci aqua uiuunt. Has Græci Emydas uocant. Margari pisces sunt rotunda specie, qui gregatim natant, regem sectantes, more apum: quo capto, ceteri attoniti, capiuntur facillimè, in mari rubro, in locis promontibus ac portuosiss: condunturq; in dolijs salsamentarijs, donec exicata carne durefcant in lapidè aurei coloris. Reperiuntur in Indico, et Britannico oceano. In terra non inueniuntur nisi sibilis, et adulterini.

Melandria piscis est cæsis quernis assulis simillima.

Melanuri pisces sunt omnium timidissimi, nam tranquillo cœlo et mari ima pelagi petunt, seq; petris multa obductos alga condunt. Per brumam uerò cum ceteros uiderint pisces undis agitados et uentis profundum petere, illi tunc confidentes superiora repetunt, iuxtaq; littus spuma tempestatis et procellarum operi feruntur ad ora piscatorum incogniti. Vescuntur obuijs quibuscunq;. Ad hamum non accedunt, capiuntur sagena.

Merula piscis pluribus foemina sui generis congregitur, easq; in recessu petrarū abditas tanquam in thalamis, secum continet. Zelotypus esse dicitur, puerperium et mas curat assistendo, cibumq; foeta administrando.

Meryx piscis est, qui rumina dicitur.

Miluago piscis est, quæ quoties cernitur extra aquam uolitans, tempestates mutari, Trebius Niger apud Plinium auctor est.

Minutal piscis est maximus, quem Apitius addito loquamine, oleo et uino condiebat. De hoc Martialis. Hinc exiti uarium coquo Minutal.

Mugil piscis est capitosus, omnium (qui squamis integuntur) uelocissimus, adeo ut

transuet-

transuersa nauigia interim supernatet. Ridentur eius natura, quod abscondito in metu capite, totum se occultari putet. Coitus tempore, marem lineæ alligatum, et in mare proiectum, foemina sequuntur ad littus, et mares foemina partus tempore. Bellum habent mugiles cum Lupis. Sciunt esse in esca harum, insidiasq; non ignorant. Auiditas tamen tanta est, ut cauda uerberando excutiant cibos.

Mullus piscis ter anno parit, Maritimum uoracissimus est. Alga uescitur et humano cadauere. Moriens apparet uersicolor, cum multiplici squamarum rubentium mutatione. Binas libras maximus non excedit. Geminam habet barbam in labro inferiore. Hinc Barbatuli Mulli dicuntur à Cicero lib. ad Att. 2. ubi ait, Nostri autem principis digito se cœlum putant attingere, si mulli barbatuli in piscinis sint, qui ad manū accedat. Volaterr. putat, Mullū cum esse quem hodie Barbū dicimus. De mullo Martialis lib. 2. Mullum dimidium lupumq; totum. Idem: Spirat in aduecto, sed iam piger æquore mullus Languescit: uiuum da mare, furtus erit. Venest. ait, Mullum accepisse nomen à colore molliorum calciamentorum. Cum expirat, uersicolori squamarum mutatione nitescit. Asinius Celer tempore Claudij Mullum octo millibus nummū emit. Mullos septentrional gignit Oceanus, et pars Occidentis proxima.

Murena piscis est longitudine anguilla: parit quocunq; tempore, eiusq; oia classim crescunt. Vocantur à Latuis Plute, quod in superficie aquarum fluant, et supernatent. Quum in summis aquis apricantur, sole torrefacta, amplius se curuare aut aquis mergere nequeant. Vnde Martialis. Quæ natas in Siculo granas Mure-

na profundo, Non ualet exustum mergere sole cutem. Fuit olim Murena in tantis delicijs, ut nomen Liciniorum familiæ dederit, teste Varrone, et mortua deserta sit in piscina, et alia inanes ab Antonia Drusi meruerit. Principatum obtinet in Sicilia, ubi præpinguedine in summum pelagus erumpit. Habet etiam delicatam urbs Hispaniæ Tartessus nomine, adeo ut inter cibos electiles numerata sit: autore Gell. Murenis infestissima est ferularum natura, hamum deuorant, admonentq; dentibus lineas, atq; ita erodūt. Licinius Macer apud Pliniū ait, eas foemine tantum sexus esse, et concipere è serpentibus, et ob id sibi à piscatoribus euocari. Animam habent in cauda, qua percussa exanimantur, uerum ictu capitis raro. Laudantur inter saxatiles. Congros odio prosequuntur.

Murex est piscis marinus ex genere concharum, qui et Conchylium dicitur. Plin. Conchyliæ et purpuras omnes ore atterit. Ex eius humore fit color purpureus. Vnde et pro purpura solet accipi. Horat. Thebis Afro murice tinctæ uestiunt ianæ. Frequens est hic piscis, et nobilis apud Tyrum, ubi usum purpuræ præbet. Verg. li. 4. Aeneid. Tyrioq; ardebat murice lana. Muricum cinis cū oleo tumores tollit, et mammas cum melle efficaciter sanat. Latent circa canis ortū tricenis diebus. Congregantur uerno tempore purpurarū instar, mutuocq; attritu lentorem cuiusdam ceræ saluant. Pariunt uere. De Murice Martialis. Sanguine de nostro tinctas ingrate lacernas Induit, et non est hoc satis, esca sumus. Horat. Murice Baliano potior Lucrina Feloris.

Mus araneus piscis est, qui uisa orbita curru, statim uti pedicis impeditus, capitur.

Mures marini exeunt in terrā. Ous pa-
viunt, quæ obruant terrā, ac demum trigef.
die refolunt, & foetus ad aquas ducunt.

Musculus piscis est, qui iter Balæne, o-
culis eius pondere superciliarum obtusis,
prænatans dirigit, oculorumq; uice fungi
er. frequens est hic piscis in Strymphali Ar-
cadiæ.

Mustella piscis est murenæ similis, cui
secundas in delinijs partes nonnulli tribuunt.
Sunt qui hiruadinæ eā uocant, à similitudine
palustris hiruadinis, quæ sanguinem fugit.

Myrinum Aristoteles ait esse murenæ
marem, qui generat, sed tamen hoc differ-
re, quòd murena, uaria & infirma sit, My-
rinus unicolor, & robustus, dentesq; extra
os habeat.

Myrus piscis est, seu serpens maximus,
cui si eruatur oculus, fronti q; hominis ap-
pendatur, ophthalmiam dicitur sanare, pi-
sci uerò renasci. Ferunt præterea altero eū
capi lumine, qui uiuentem non dimiserit.
Plin. & Gaza Oculatam eum uocant. Vo-
later, putat eundem esse cum Lampetra.

Mytilus piscis est in arenosis spòte pro-
ueniens. Nullius est saporis, sed crassitudi-
ni gingiuarum, sordidissq; ulceribus mede-
tur. Martial. lib. 3. Sumitur incisio Mytilus
ore mihi.

Narica piscis est minutulus, qui à nan-
do nomen sumpsit. Plautus apud Festum:
Naricam bonam atq; Canitam.

Nautillus alius piscis, dicitur quòd nau-
gantis effigiem habeat, à quibusdam Pom-
pilus dicitur.

Orca piscis est magnitudinis miræ, in se-
stus balænis. Plin. scribit Orca refutu de-
pressum quandoq; nauigium fuisse, & im-
mersum in oculis suis, quam in Ostiensis por-
tu debellauerit Claudius Imperator.

Orchis piscis est rotundus, & sine squa-
mis, totusq; capite consistens, & omnium
durissimus: autore Plinio.

Orcynus piscis est, qui mira sagacitate
hamum ut deorsum trahit, ut sese illudat pe-
tris, & absoluat laqueo, aut laxato uulnere
profiliat.

Orphus piscis est oblongus, anguilla
similis.

Ostrea seu Ostreae pisces sunt operiti cō-
cha, qui non uulgarem in cibis gratiam ha-
bent. Sergius Orata optimum saporem Lu-
crinis adiudicauit, quæ etiam commendat
Martial. Ebrria Baiano ueni modo concha
Lucrino. Horat. Non me Lucrina iuuerit
Conchylia. Omnium ostrearum, conchylio-
rum & concharum corpora Lunari pote-
state augeri & rursus minui, testis est Plin.

Otia pisces auræ habent uetri coniuncta.

Oxyrngus os habet prælongum, in mo-
dum rostri, oculos fulgentes, alba superci-
lia, dorsum uiridās, pennas priores nigras,
reliquas albas, caudā prælongam & uiri-
dem, quā aurea linea mediam discriminat.
Colitur Aegyptijs ut Crocodilus.

Papuri pisces integuntur crusta. More
serpētum senium exuunt, renouata crusta.
Vocantur à Palladio Canceri marini.

Pauo piscis est uarij coloris, rubentibus
lineis, è genere ferratorum solitariorum.

Pardalis piscis est similis terrestri, colo-
re & maculis.

Passer planus est, nomen traxit à passe-
re auicula. Optimis in cibis iudicatur. Pas-
ser & Rhombus situ tantum corporū dif-
ferunt. Dexter resupinatus est illis, Passe-
ri leuius.

Pastinaca piscis est quandoque natans,
interdum etiam uolitans. Rostrum habet
præcutum & uenenatum, & cui nullum
ferè

ferè sit remediū. Pastinacæ iecur decoctum
in oleo, pruritum & scabiem non hominū
modò, sed & quadrupedum efficacissimè
sedat. Eiusdem radius adalligatus umbilico
faciles partus facit. Pinnas non habet. La-
trocinatur ex occulto transeuntes radio,
quod telum est ei figens. Argumentum ma-
gnæ in hoc pisce solertiae est, quòd cum sit
pescium tardissimus, Mugilem omnium ue-
locissimum in uentre habere quandoq; repe-
riatur. Contra suum ictum remedio est, ci-
nere suo ex aceto illito.

Pectunculus piscis est de genere molliū,
extra aquam sese effrens sagittæ modo. Pe-
ctunculus Chius inter cibos electiles nume-
ratur à Gel. Laudatissimi pectines reperiun-
tur Mitylenis, teste Plin. & Tarenti, dicen-
te Horat. Pectinibus patulis iactat se molle
Tarentum. Mobiles sunt pectines, adeò ut
plerunque retibus exiliant, & penè puten-
tur uolare.

Peliculus piscis est parasitus Delphini.
Eius enim prædam et escam sectatur, quam
libenter impertit: propterea pediculi pin-
gues sunt, & obæsi.

Pelamides appellantur Thymni, quum
annuum tempus excesserunt: morantur in
luto. Iuuenal. Saty. 7. Quod uocis precium,
succus Petafunculus & uas Pelamidum. Ho-
rum piscium copiam habent Alyzones po-
puli: reperiuntur & in angustijs Byzantij.

Peloris piscis est de genere cōcharū, di-
ctus à Peloro promōtorio, ubi scaturit. Ho-
rat. Murice Baiano potior Lucrina Pelo-
ris. Pelorides Plin. teste emolliunt aliuum.

Perna piscis est ex concharum genere,
frequens circa Pontias insulas. Stant autem
Pernæ ueluti sullo crure longo in arena
defixæ, hianesq; qua limpiudo est pedali
non minus spacio. Cibum uenantur, den-

tes in circuitu marginum habent pectina-
tim spissatos. Intus pro sponcylo grandis
caro est: autore Plin. lib. 32.

Phagrus nomen est piscis anguillæ simi-
lis, & saxatilis.

Phari pisces sunt, quos uenerantur, qui
Syenem incolunt.

Phocæ pisces sunt, qui à mugitu boues
marini dicuntur. Verg. lib. 4. Georg. Et tur-
pes pascit sub gurgite phocas. Hic piscis co-
rio & pilis tegitur. Parit in terra pecudum
more, & coit instar canum. In somno mu-
git, unde & uituli meruit nomen. Spirat &
dormit in terra.

Pholis piscis est de genere Rhomborū,
qui mucore suo spumæque cubile sibi sub-
sternit.

Phuca pisciculus, solus piscium in alga
nidificat.

Physalus piscis est colore smaragdi, ue-
nenatus: qui si capiatur, more pilæ aut uesi-
cæ intumescit.

Physeter piscis est marinus, inusitata
magnitudine, de quo Rufus in Arati Phæ-
nomen. Delphinos uirides, & Physeteras
anhelos. Hos Plinius inter beluas marinas
reponit.

Pinna immobilis inhæret saxi, custo-
demq; habet Pinnotherem, quo cum pri-
uatur, statim perit. Hic ei dapes suggerit,
piscesq; in prædā deducit. Plin. ubi de Can-
cris loquitur: Pinnotheres, inquit, uocatur
minimus ex omni genere, ideoq; opportu-
nus iniuriæ. Huic solertia inambus ostrea-
rum testis se condere, & cum accreuerit,
migrare in capaciores.

Platanisæ rostrum habent & caudam
Delphini. Reperiuntur in Gange Indiæ ma-
gnitudine 15. cubitorum.

Polypus piscis est de genere mollium, à

pedum multitudine nomen adeptus. Fraudulentus est, & colorem mutat. Ita petris adherens plurimos pisces, praedonem non agnoscentes, casibus furtivae artis includit: reddit enim colorem petrarum, in quibus deliret. Tanta est in eo voracitas, ut nec a suo quidem genere absteat. Carabum piscem expanscit, adeo ut coniectus in retia ubi ille fuerit, quandoque captus statim examinetur. Aestivo tempore uisi sunt Polypti exire in agros, maritimasque arbores fructuum aviditate scandere. Tanta est salacitate, ut effecto corpore nulla sit ei aut natandi, aut praedam affectandi facultas. Foemina breuior est uita, & facilius capitur. Rapaces sunt eius pedes. Unde natum pro uerbis de hominibus suracibus apud Plautum in Asin. Ego noui hos (inquit) Polypos: quicquid attigerunt, tenent. Item aliud, Polypti mentem habes: in hominem, qui moribus est uersatilibus. Est etiam polypus narium morbus. Martialis lib. 12. Nasutum uolo, nolo polyposum.

Pompilus concha munitur, quam connexa turbato mari natando gerit, ne fluctibus oppleta testa deprimatur. Tranquillo resu pinat carinae modo, acetabulis utrinque pro remis utens, & cartilagine (qua in medio retinet) pro uelis pandes. Si quando metus beluarum inuadentiū ingruit, repleta concha sub undis sese demittens latitat. Rursus uitato periculo resistit. Profunda petit, ceu terram oderit. Adnatat nauibus cum alijs suae speciei, assultansque circa conglobatur. Eadem est fere nauili natura.

Porcū Graeci Astragoriscū uocāt. Cum capitur, more porcorū grunnit. Apion apud Plin. maximum piscium esse tradit.

Pristis piscis est marinus angusti corporis & longissimi. Dicitur autē Pristis ab

undarū sectione. Scindūt enim fluctus mirum in modū propter tenuitatem. Pristum Graeci sectionem uocant. Plin. scribit Pristes esse in mari Indico oceanicorum.

Pfitta piscis est, quem nonnulli passerem dicunt. Aristot. Torpedo occultit sese et pastinaca, & asellus, & rana, & pfitta, & squasina.

Pulmones marini in pelago dierum huius mem protendunt. Montium item sonitus, nemorumque mugitus praedicūt. Eorum cineres adalligati profusius purgant. Pulmonibus si confricetur lignum, ardere uideatur, adeo ut faculam ita praefluat.

Purpura (quam aliqui Porphyram uocant) conchyliorum uoracissima est. Linguam habet praelongam, semperque uibrantem, per quam potitur praeda, quam assectatur. Eius cruori maxima dignatio in tingendis lanis, praecipue si lapidis ictu cedatur. Purpurarum quaedam augentur insigni magnitudine, ut quae ad Sigaeum & Lectum Idae promontoria gignuntur. Aliae paruae sunt, ut in Euripo & Caria. Marinae magna sunt & scabrae. Capiuntur tempore uerno, quum fauos extruunt. Flos inde extrahitur specie membranae candidantis, qui contritus manum inficit. Purpurae uiuunt annis septenis. Latent sicut murices contra canis ortum tricenis diebus. Congregantur uerno tempore, mutuoque attritu lentore cuiusdam ceræ saltuant. Succum (quo tinguntur lanae) deuorant cum uita. Propterea piscatores uinas capere contendunt. Capiuntur paruulis rarisque cochis, textu ueluti nassis in alto iactis. Inest his esca, quam appetunt purpurae, porrectisque linguis infestant. At illa aculeo exstimulata claudunt sese, comprimuntque mordaces, ita pendentes aueritate sua purpurae tolluntur.

Rana

Rana piscis est notissimus, lato uentre, caeruleis uariatus maculis, Graece Batrachos dicitur. Ranarum terrestrium quaedam in uepribus tantum uiuunt, dicunturque Rubrae, quibus in terra & in humore uita est. Aquatiles coeunt noctu extra aquam, mare foemina uiuante. Hydrum maxime reformidant, quo accedente, clamore se glomerant, et aduersus eunt turmatim. Barū coactio solito maior pluiam portendit. In Seripho insula mutae sunt. Hinc adagium, Rana Seriphia: in elingues. Theophrastus aquarū eius regionis frigiditati hoc tribuit. Ranae insidiantur apibus aquantibus, nec earū ictus sentiunt. Prima lingua eis cohaeret, intima absoluta a gutture, qua uocem mittunt. Rana, quae ab argumēto piscatrix dicitur, setas habet quasdam a cilicij extantes ac prolixas, quarū admitticulis natura monstrante struit insidias, latitans in limosis auisusque locis. Frontem cum setis uidentem loco escae pisciculis porrigit. Illi accurrentes, deceptique, ac paulatim in arcum deducti ab ea rapiuntur. De eius usu in medicinis, uide Plin. Eodem fere modo Rana pisciculos agit in praedam. Caribilaginem habet pro spina: a uero Plinio.

Rhombus piscis est planus, in delicijs quondam habitus. Laudatissimus fuit Rauenna. Martialis. Quāuis lata gerat patella rhombū, Rhombus tamen est tamē patella. Comendatur etiā Adrianus. Iuuen. Sat. 4. Est etiā Rhombus instrumentū incatorū, quo filamenta torquentur, ut apud Martialis lib. 9. Quae nunc Thessalico lunā de uocere Rhombo.

Sagittarius Echini specie, oculos habet solidos & prolixos.

Salmo flouiatilis in Aquitania praefertur marino. Inuenitur in Rheno & Rhodano.

Salpa piscis coqui non potest, nisi ferulis percussatur. Reperitur apud Ebasum.

Sargus Mullum semper comitatur, atris inhabitat. Ex animalibus maxime carprae sollicitatur. Prodest eius caro contra Praesteris morsum.

Scarus piscium solus natando uescitur & ruminat. Hunc piscem Carpathio mari primus aduexit Optatus Helipertius, praefectus classis sub Claudio principe, & inter Ostiensem et Capaniae oram diffinuit. Fuit quondam in honore mensurarum. Aelianus hunc fallacissimum piscem esse testatur, Venerisque gratia in praedam agi, foemina eius generis per littus auicta. De Scaro Opianus inquit: Hic Scarus saxa frequentat, quin mites inter pisces clamore tremēdo intonat, & solus pallentes ruminat herbas. Martialis lib. 5. Hic piscis inclusus nasus non fronte erumpit, nec infestis uimib. caput inserit, sed auersus caudae ictibus crebris laxat fores, atque retrorsum ita erumpit: quem luctatū eius si forte alius Scarus extrinsecus uideat, apprehensa mordicus caudam, nixū inuauit erumpētis. Tranquillus scribit, Scarorum iecinora fuisse in patina Vitellij inter lautiores ciborum primitias, in hac (inquit) Scarorum iecinora, phasianorum & pauonum cerebella, linguas phoenicoperū, murenarum lactes, a Carpathio usque fretoque Hispania per nauarchos ac triremes commiscuit. Quod autem iecinora Scarorum & uiscera iucundioris sint saporis, docet Martialis in Xen. ubi ait: Hic scarus aquoreis qui uenit obasus ab undis, uisceribus bonus est, caetera uile sapit. Quintilianus ait, Scarum non capi in nostro mari. At eundem capi in Siculo, docet Petronius Arbitrarius, dicens: Ingeniosa guida est, Siculo Scarus equore mersus, Ad mensam uiuus perducitur. Habet etiam Scaros Carpathium mare. Unde Horatius, Non me Lucina inuenpercussatur. Reperitur apud Ebasum.

g rint

rimē conchyliis. Magis uē Rhombus aut Scari, si quis Eois in tonata fluctibus Hyems ad hoc uertat mare. Eois fluctibus, dixit propter mare Carpathium, quod est in oriente.

Scolopendra, quam Gaza Centipedem uertit, terrestri ferē similis est. Si quis eam attigerit, excitabitur ei pruritus, perinde ac si contigisset urticam. Vise sunt inusitata magnitudine, capite caudāq; extantibus per undas in modum triremium ferri, utentes pro remigio pedibus sublatis, quos habent plurimos. Theophrastus apud Plin. scribit, Otretieres populos à Scolopēdris deletos. Porro Scolopendrea hamo deuorato, omnia intranea euomit, donec hamum egerant, deinde resorbent.

Scombrus de genere est Thynnorum, unde salsamenta fiunt. In aquis sulphureum præ se fert colorem: extra aquā uerò, quē & ceteri. Ab huius frequentia & multitudine Scombraria insula maris Hispani meruit nomen. Martialis. Hesperius Scombrum laudatissimum esse in finibus Carthaginis.

Scorpius ficiorū est carnis, bis anno parit, alga uescitur. Varius est. Aescius medicus dixit, flagrorum Scorpios nigrantes esse, marinos uerò siluos. Similitudinē habet cum Scorpena, licet Aristoteles discrimen ponat.

Sepia uenenofo est morsu. Quā uidet in fidias parari sibi, effuso atramento (quod habet pro sanguine) sese abscondit. Pers Nigra quod insula uanescat septia lymphā. Septiarum mares uarij sunt, et nigriores, constantiq; maioris. Percussu tridente scemine auxiliatur. At scemina idō mare fugit. Septia atramento tanta uis est, ut in lucerna addito Aethiopes uideri, ob lato priore lumine, tradat Anaxilanus apud Plin.

Silurus tanta est in prolem charitate, ut absumpta foemina, mas oua seruet, sepeq; unā capiatur, dum filios captos subsequitur. Peculiaris est Nilo, quanquā & in Darnubio reperitur. Ambrosius: Captus est Silurus, & inutilis præda detecta est. Idē: Et Silurum qui minorum piscium uisceribus aluum replet.

Simia piscis, ore & colore similis est terrestri, dorso testudineo, sulcus circa collum maculis. Pinnas autem modo pandit, uolūtū similis.

Sola plana est lata, numeratur inter ciuos lautiores. Lyncei imposita medetur.

Sparulus piscis est exiguus & uilissimus. Martialis. Res tibi cum Rhombo est, at mihi cum Sparulo.

Sphyrina (quā Gaza Malleolū cōuertit) latiorē in nasus plagā, unde profiliat, querit. Palatū carnosū habet pro lingua.

Spongiarum triplex est genus, Spissa, rara, aspera: omnes ad saxa nascuntur, aut iuxta litus, lutoq; aluntur. Nam capta, lito mo reserua omnes cernuntur. Imbecilliores sunt spissa quā rara, quod minus alitæ adherēt. Spogia mollissima sunt circa Lyciā, in Hellesponto aspera, densa circa Maledā. Aluntur etiam cōchis & piscibus. Intellectū inesse his apparet: quia ubi auis forē sensere, cōtra ete multo difficiliter extrahuntur. Quod etiam fluctu pulsante faciunt. Viuunt esca, quia minute in his conchæ repertæ sunt. Putrescunt in apricis locis. Ideoq; optime sunt in gurgitibus uiuentibus. Vistulas habet quasdam, per quas pisci existmantur. Viuunt longo tempore. Pesimum genus est earum, quæ Aplysæ uocantur, quia erui non possunt.

Squatina de genere planorum, cutem habet rigidam, quā propter asperitatem li-

gna & eburnea poliuntur. Numeratur inter Carthiaginea.

Stella insidiatur conchyliis. Eius natura tanti est feruoris, ut omnia contacta adurat. Paruam uisus habet carnem, extra uerò est duriore callo. Omnē peragit, & concoquit cibum. Aiunt mala medicamēta nocere non posse, Stella marina ualpino sanguine illita, & affixa lumini superiori, aut clauo arco ianue.

Strombi ē genere concharum, regem habent, quem sequuntur, quocunq; concesserit. Hunc capienti aut aspicienti, bonum cimen portenti dicunt. Apud Byzantios Attica drachma proposita est illam expiscantibus.

Synodon piscis est sociabilis. Carne uescitur, & mollia appetit. Euenit huic & hyatula, ut (quam pisces minores insectantur) uenter procidat, quod is eris conueniens sit.

Reperiuntur Testudines marine, & quæ in aquis dulcibus uiuunt, quas Lutaria appellamus. Testudo oua gignit in terra, quibus arena obrutus statim ad mare redit. Mox diebus sexaginta peractis, iterum ad oua reuertitur, quæ arena resissa, ut iam animata comperit, paulatim deuenit in pelagus. Reperiuntur in India, quarum conuexum scaphæ magnitudinem æquat. Et in Taprobane insula usum lecti domibus ligneis præbent. Chelonophagi populi testulinum superficie casus integunt, & carne uescuntur. Troglodytæ cornigeræ habent, quarum cornibus natando, reungio se adiuant.

Thymallus piscis est precie sue, de quo Ambrosius: Neq; te (inquit) in honorem nostra persecutio Thymalle dimittā, cui à flore nomē inoleuit, seu Ticini uadit fluuius, seu amozai a thetis umbra nutritur,

flos es. Quid specie tua gratius? quid suauitate iucundus? quid odore fragrantius? Quod mella fragrant, hoc in corpore tuo spiras. Cubitalis est eius magnitudo. Mediū est inter Lupum et Cephalum. Nariibus admotus, herbā unde cognominatur, spirat, ad hamum non accedit.

Thynnus piscis est aliter captus oculo, quare natando partem (qua uidet) terram uerius applicat. Hæc adagium, Thynnū more uidere: quū quis obliquē afficit. Vbi bruma deprehenditur Thynnus, hybernae ibidem: mox uerē procedente, multi undē exeunt in pontium Euxinum, ac maiores soli præeunt, ceteri gregatim, ueluti pecudes, subsequuntur, conuexis inter se corporibus, ut mutua iuuentur umbra contra solis æstus. Strabo ait, Thynnos miræ magnitudinē esse in Hispania, quos glande uesci prodit. Membratim cæsi ceruice & abdomine commendatur edulio recenti, cetera asseruantur sale. Præcipua (inquit Plinius) magnitudine Thynnos inuenimus talenta x v pependisse. Eiusdem caudæ latitudinē duo cubita & palmum. Thynnorum captura est à Vergiliarū exortu ad Arcturū occasum. Reliquo tempore latent in gurgitibus imis, nisi tempore aliquo euocati, aut pientunij. Pinguescunt in tantum, ut dehiscant. Non excedunt biennium. Thynnoscopus Budæus uocat homines, è littore Thynnos speculari solitos, qui Latine Thynnarij dicuntur.

Torpedinem si quis attigerit, morbo afficietur, à quo illa suū nomen traxit. Quo etiā modo pisces in prædam egit. Occultat enim se limo, & supranatantes facit torpere, quos emergens deuorat.

Torsio similis est Delphino, præterquā rostro. Distat & tristitia aspectus.

Abeſt enim illa laſciula maximè. Tamè roſtris canicularum maleficiã aſſimilatus. Hunc gignit mare Ponticum.

Trichias nonnulli Sardas uocant. Iſtrũ ſubeuntes non remeant. Plin. In trantium (inquit) pontiũ, ſoli non remeant Trichias.

Trigla piſcis eſt, qui à noſtris Mullus et Barbo dicitur.

Triſſe laudatiſſimè reperiuntur in Tyberi. Eas hodie uocari Romæ Lacias, Florentiæ Cleopias, Neapoli Aloſas, tradit Volaterranus. In Aegypto circa Meroe ſtagnum Triſſas ſtebilibus numeris & melodijſ eſcæ uice deceptas expiſcantur.

Tritonem Romæ ſe uidiſſe Pauſanias dicit, colore ranarum paluſtrium, ſquamoſo corpore, branchijs ſub auribus, naſo & ore humanis, dentibus firmis, oculis glaucis, manib. digitisq; ſimilibus concharum teſtis, cauda ſub aluum uice pedum, ut Delphini.

Trochus eſt ingens corpore, ceruice & ſpina prominentibus, ut ſupra undas conſpiciatur. Seipſum inuit. Quare Theodoruſ Gaza eum Maſculoſocinam uertit.

Troſta piſcis eſt uoraciſſimus. Dentes habet continuos. Captus hami lineam præcidi. Stipatus multis ſuæ ſpeciei piſcib. Delphimo congregitur, & depugnat.

Vertibulum piſcis dicitur à teſtæ duriſſimè, adheret ſuæ teſtæ, qua contegitur: habet duo foramina exigua, quibus humorè recipit & reddit.

Voligo piſcis eſt à uolando nominatus. Aliter dicitur Loligo.

Vitulus marinus, qui & Phoca dicitur, animal eſt amphibium. tam in aquis quàm in terra degens. Foetus parit in terra, paulatimq; ad undas aſſuefacit, ſed non ante duodecimum diem. Breuiſſimus eſt à par-

tu, poſtea tamè euadit maximus, albus uè tre, et dētib. frendēs. Ipſe imbellis et animo degener, non tantum uirib. quàm uaſtitati corporis ſidit. Veſcitur piſcibus & humano cadauere: unde & piſcantibus ſtruit infidias. Pedes habet à ſcapulis manibus ſimiles: modo uſæ, pedesq; poſteriores quinque diſcretos digitis. Nunquam percuitur ſulmine. Nullum animal grauiore premitur ſomno. Vnde Mart. Dormitis nimium glireſ, uituliq; marini. Iuba apud Plinium tradit, uitulos marinos ternas heminas capere. Miſcunt interdum. Pilo ueſtiuntur. Canum modo coherent. Nunquam plures geminis pariunt. Educant mammis foetum: uiterficiuntur diſſiculter, niſi capite eliſo. In ſomno mugiunt. Tenent diſciplinã, uoceq; pariter & uifu populum ſalutant. Pinnis quibus in mari utuntur, humi quoq; uice pedum ſerpunt. Aiunt dextris eorum pinnis uim ſoporiferam ineſſe, ſomnoſq; alligere ſubditas capiti. Eius oculi in mille colores tranſeunt, ſicut hyenæ.

Vrtica adheret faxiſ. Manum in fame depaſcitur, ut Polyopus. Ora in medio corpore continet, & de medio ſaxo quaſi de teſta uiuit, adnatan teſtæ que circa aſſultantesq; piſciculos corripit. Noctu uagatur, noctuque mutatur. Veſcitur carne. Vim habet pruritu mordacè, ut terreſtris urtica. Frontis eſt carnoſe. Noctu peſtimes & Echinos perquiri. Dum admotam ſibi manum ſentit; colorem mutat et contrahitur. Taſta uredinem mittit, paulumq; ſi fuerit interualli, abſconditur. Ora ei in radices eſſe traduntur. Excrementa per ſumma tenui ſiſtula reddit.

Vua marina in uino putrefacta, ijs qui inde biberint, tedium uini aſſert.

Non reperiret ſinem hæc hiſtoria, nec etiam

etiam uires & ingenium ſufficerent, ſi ſingulorum naturas uerbis conſequi uellem. Nam præter ſtuitiles piſces, Plinius ponit CLXXVI genera animalium in mari uiuentium. Multos de ita opera omiſimus, quorum hæc ſunt nomina, Nereides, Elephanti, Rota, Dromones, Cornute, Gladij, Serre, Hippotami, Perce, Aſelli, Alopeca, Box, Batis, Bæchus, Balanus, Vranoſcopus, Cinædi, Chamætrachea, Glyciamedes, Colycia, Pendaſtylides, Bales, Echinophora, Cucumis, Cynopus, Cynoſdexia, Erythinus, Hippus, Hippurus, Halipleurus, Mena, Merix, Mormylus, Myſtocetus, Ophidion, Oſtria, Phytarus, Tyndarides, Percides, Rhina, Sargus, Scylla, Puerus, Scorpena, Sciædeus, Sciæna, Smyrus, Scepini, Simarides, Tronus, Thurianus, Theſſa, Tethea, Vrene, Bopgyrus, Orphius, Rhacinus, Mormyra, Teragus, Labrus, Epoda, Channe ex ſeiſa concipiens, Glaucus æſtate nunquam apparens, Pomphilus ſemper nauigiorũ curſus comitans, Chironus in aquis nidificans, & alia propè infinita huiusmodi.

DE VOLATILIBVS, ſiue auibus.

Accipiter auis eſt rapax et prædatoria, dicta ab accipiendis auib. De qua Martialis: Prædo fuit uolucrum ſamulus nunc aucupis idem Decipit, & captas non ſibi mœret aues. Imbelles uolucres inſectatur, ut columbas. Aucupatur hæc uolucris quadam ſocietate cum homine, maximè circa Amphipolim Thraciæ, ubi homines ex ſyluis & arundinetis exciāt aues, illi ſuper uolantes deprimunt. Captas cum ijs diuidunt aucupes. Iones Cymindin uocant. Accipitrum genera XVI ponit Plinius. Cū-

con claudum altero pede, proſperrimi augurij nuptialibus negotijs & rei penus / riæ, Triorchem à numero teſtium, Buteonem Romani uocāt. Eſalona Græci uocāt, qui ſolus omni tēpore apparet. Varius eſt omnium in præda moſus. Alij non niſi ex terra auem rapiunt. Alij circa arbores uolitantem. Alij ſedentem in ſublimi. Aliqui uolantem in aperto. Accipitres Maſſiliæ humi foeticant, nec alibi naſcuntur. Non comedunt auium corda. Nocturnus accipiter Cymindus uocatur, rarus in ſyluis, minus interdiuidens. Bellum gerit interneciniũ cum aquila. Odit hæc uolucris & refugit radicem ſylueſtris Aſparagi. Propterea aiunt, tutas eſſe uillaticas aues, ſi quis eã extruxerit in uilla.

Acanthis auis eſt ſtridula, quæ paſcitur ſpinis & carduis. Vnde & Carduellis dicitur. Verg. lib. 3 Geor. Littoraq; Alcyonem reſonant & Acanthida dumi. Gaza Ligurinum interpretatur.

Aedon Græcè, nobis Luſcinia dicitur. Calphurnius: Vocalem ſuperet ſi turpis Aedona bubo.

Aegocephalus auis eſt, lyene cauens. Aematopodes aues ſunt aquatiles, peculiare Aegypto.

Aeſalus auicula eſt, quæ oua corni frangit. Quid. Neſcius aſſumptis Priamus pater Aeſalon alis.

Alauda palmam habet elatã in capite inſtar Galeritæ. Vnde & Galerita à Græcis dicitur Corydalis, uocabulo Gallico Alauda. Hanc Plin. et Tranquillus aiunt Legioni dediſſe nomen, quæ Alauda uocabatur. De qua Cicero ad Atticum: Antonius, inquit, cum legione Alaudarum ad urbem pergere, pecunias municipijs comparare.

Alaudarum duo sunt generis: alterum cer-
reum, cristatum: alterum gregale, minore
corpore, & sine crista.

Alcyones aues septē diebus nidificant
ante brumam, & totidem sequentibus pa-
riunt. Duplex est earum genus: alterum
uocale, arundinibus insidens: alterum mu-
tum, emphiore corpore. Antiqui eas Alce-
dones uocabant. Dies illi septem quibus pa-
riunt, Alcyonides & Alcedonia uocan-
tur. Ouidius libro 11 Metamorph. Perq̄
dies placidos hyberno tempore septem in-
cubat Alcyone pendentibus æquore nidis.
Est Alcyon paulo maior passere, colore ni-
gro & cæruleo, qui Cyaneus uocatur. Dū
procellosum est mare, si Alcyonum oua
obijciantur, inducunt tranquillitatem. Fe-
runt insuper eas hanc à Ioue gratiam con-
secutas, ut in tempore solitudinis suæ se-
renos quatuordecim dies in hyeme accipi-
ant. Hinc Propertius tempestate uexatus
eas alloquitur & muocat, lib. 1. Et merito
(quoniam potui fugisse procellam) Nunc
ego desertas alloquor Alcyonas. Minores
Alcyones canūt in arundinetis. Collo sunt
gracili & proceri. Rarò apparent, nec ni-
si circa solstitia, & in bruma: in aqua oua
deponunt. Parituræ Alcyones nidum in-
star conchæ spinis incredibili duritia sub-
texunt, deinde ad mare defecies, undis im-
ponunt, atq; illis se constipantes, dum ue-
hantur, foetificant. Piscibus uiuunt. Parūt
oua quina.

Alectorides aues rostro sunt oblongo,
cursu agili, hominem amat. Capiuntur ma-
ter sepes hortorum & umearum.

Aluco auis est nocturna, maior gallo
gallinaceo.

Anseres stomacho sunt calidissimo. Gau-

dent hec bis riguis, & frigidis. Laurum nõ
auterunt. Cor eorum olim fuit laudatissi-
mum inter mensurarum cupiditas. Scipio uel
Mocellus, aut ut alij malūt, Sesus, primus
docuit anseris tecur esse optimi saporis.
Propter quod olim seruabatur in corte.
Martialis libro tertio: Vagatur omnis tur-
ba sordidæ coris Argutus anser, gemmei
que pauones.

Anas iuxta paludes parit, & statim à
partu aquas petit, aquam formidat. Huius
auis pectus tantum & ceruix gulæ dabi-
tur. Martial. To: a quidem ponatur anas,
sed pectore tantum, Et ceruice sapit, cæte-
ra redde coquo. Volant Anates protinus
in sublime, atq; è uestigio cælum petunt,
etiam ex aqua. Purgant se herba siderite,
quum quid molestum comederunt. Anates
Ponicæ uenenis uiuunt.

Anthus aquatilis est magnitudine Fri-
gillæ.

Apiastra auis meruit nomen ab apibus
comedendis.

Apodes carent usu pedum, specie sunt
hirundinum, nidificant in scopulis. Cer-
nuntur toto mari. Circumlitant naues.
Nulla his requies, nisi in nido: aut pendēt,
aut iacent.

Aquila aliarum regina dicitur, quod al-
tissime uolet: id eò, armigerum Iouis eam
poete uocant. Congreditur magnis ani-
malibus, ut ceruo, cuius cornibus insidet,
pulsorilentas alas de industria cõticiens,
ut visu et oculis præpeditus decidat in cur-
su, mortuusq; fiat præda. Ferunt Aquilæ
pennam alijs etiam rebus confertam non
putrescere. Pulles suo: probat ad solem,
quem si sustinere nequeant, ut degeneres
excludit. Oppetit non fenio, nec agruili-

ue,

ne, sed fame. Crescens enim rostri superio-
ris aduncitas impedit, ne cibum queat ca-
pere. Quum senuit, grauantur eius pennæ
& oculi. Cui rei ut medeatur, querit fon-
tem, calorē in se colligit, et sanatur. In fon-
tem ter se mergit, eoq; modo redire feruor
adiuenturam. Hinc Psalmographus: Re-
nouabitur, ut aquila, iuuentus tua. Plutar-
chus in Mario scribit, Aquilam geminos
tantum pullos parere. Propterea non nul-
li mētium asserunt Musæum, qui scripsit,
Aquilam tres pullos parere, duos substra-
bere, et unum alere. Aquilarum genera sex
sunt, teste Plin. Melenatos, colore nigri-
cans, minima magnitudine, quæ sola Aquil-
arum factus suos alit, cæteræ fugant. Con-
uersatur in montibus. Secundi generis Pi-
gargus, albicante cauda. Tertij Morphos,
cui uita est circa lacus, nigerrima est aqui-
larum, prominentiore cauda. Testudines
frangit è sublimi iaciendo: qua sorte perijt
Aeschilus poeta. Quarti Percepturus, uel
Pernocterus, morans per lacus, specie uul-
turina, alis minimis, reliquas magnitudine
antecellens, sed imbellis & degener, nam
succumbit coruo. Eadem ieiune semper a-
uiditatis est, & querula murmurationis.
Sola aquilarū exanima fert corpora. Cæ-
teræ quum occidere, confidunt. Quintum
genus Halietus, ceruice magna, lata cauda,
circum mare uersatur. Sextum Gnesion
magnitudine media, colore subrutio, rarū
aspectu. Reliquæ aues, quas aquila petit ad
prædam, gregatim sæpenumero uolant, ut
resperu pennarum hostem exerceant. Ni-
dificat in petris & arboribus. A meridiano
tempore operatur & uolat, prioribus
horis ignaua sedet, donec impleantur con-
uentu hominum fora. Eius pennæ mixtas
quum pennas denorât. Ex uolatilibus nun-

quam fulmine tagitur. Pugna est illi in dra-
conem, qui propterea eius oua consecratur
auiditate malefica.

Ardea auis dicitur uelut ardua, quod in
sublimi uolet. Verg. Not. uq; paludes De-
serit, atq; altam superuolat Ardea nubem.
In medijs arenis tristis imbrem indicat, &
etiam quū altior uolat. Lucan. li. 5. Quoq;
ausa uolare Ardea sublimis pennæ confisa
natanti. Eius tria sunt genera. Pulla natu-
ra sagax & uictus prouida, colore paruo.
Reliqua duo pulchra. Ardeam Gaza Ero-
dium uocat.

Atgatyliis auicula est, nidum filis limeis
intexens aditu angusto.

Astiones capiuntur saltatione quadam
ridicula, quam scopam uocant. Maiores
sunt nocturnis, colore plūbeo, alis albo spar-
sis, duabus pennis à cilijs ad tempora pen-
dentibus.

Asterias auis est ex Ardearum genere,
dicta à colore astrorum. Docilis est huma-
næ uocis, frequens in Aegypto.

Attagē seu attagena, auis Asiatica inter
cibos electiles quondam numerata est, ma-
ximè quæ in Ionia nascitur, autore Gellio.
Hinc Attagen Ionicus uocatur. Plin. Atta-
gen maximè Ionius celebratur, uocalis a-
liis, captus uerò obmutescens, quondam e-
xistimatus inter raras aues.

Bubo auis est feralis, debilis ad uolatū,
in cauernis locis quæ desertis commorans.
Noctu uolatat solus. Deserta incolit, deso-
lataq; et inaccessa loca. Non habet cantum
uocalem, sed gemitum. Propterea uisus in
urbib. suspitionē affert, & portentum su-
turi mali. Quū Capitolū intrasset, Sexto
Papellio Istro, & L. Pediano consulibus,
urbis lustrata è. Plumæ sunt ei uelut aures.
Bubonis pedes usti cum pulgagine herba

auxilliantur contra serpentes. Eius cor impositum sinistrae manae mulieris dormientis efficit, ut omnia secreta pronunciet. Aperiunt praeterea, ferentes ipsum in pugna fortiores fieri. Ut sanguine pulli bubonis cribrari capillū. Cinis oculorum eius collyrio mixto, claritate oculis facere promittitur.

Caladrius auis est albi coloris.

Caprimulgi aues sunt maiores paulo merulis, eodem serè aspectu, quae nec interdum uident, nec uidentur. Nocturno tempore sunt furaces. Dicuntur autem Caprimulgi, quod stabula intrent, caprarumque uerbis propter succum auolent. Qua inuicia uber emoritur, et caprae caecitatem contrahunt.

Cassita auicula est, quae habitat et nidulatur in segetibus. Festiuus est de ea apollus apud Gell. lib. 2. cap. 29.

Carduelis auicula est, capite rubro, alis luteis, albo nigroque distinctis. Semine carduorum pascitur, unde illi imditum nomen. Cardueles imperata faciunt, auctore Plin. nec uoce tantum, sed pedibus et ore pro manibus.

Cataractis iuba apud Plin. testis est, esse dentes oculosque igneo colore, caetero candidas tradens. Duobus semper ducibus uidentur: altero qui ducat agmen: altero uero qui cogat. Scrobes excavant rostro, inde crate consternunt et operiunt terra, quam prius egresserunt. In his foeticat. Binae sunt fores omnibus scrobibus. Orietem spectant, quibus eunt in pascua: occidentem, quibus redeunt. Aluum exoneratur et subuolant semper, et contrario statu. Eas habet insula, in qua tumulatus est Diomedes. Hinc Diomedaeas aues nonnulli uocant, cuius adem pleno gutture et mandentibus pennis quotidie perliuant et purificant.

Propterea poetae fabulati sunt, Diomedes socios in earum effigies mutatos.

Caerulea auicula est saxa uilis, colore sui nominis, et tenui rostro.

Cenichris auis est ex accipitrum genere, quae aliter à timiu uocis appellatur Timungulus.

Cepphus auis est multis operata plumis, exiguo corpore, quae uociferatur pariens. Hinc adagium, Cepphus parturit: in eos qui magna pollicentur.

Cercos auis est de genere accipitrum, altero claudicans pede, quam aliter Buteonem dici aiunt.

Certhia ingenio est audaci, uoce clara, nidificat in arboribus.

Chenalopex dicitur ex uulpis et anseris forma, audax in selem et aquilam, a quibus infestatur. Foetus tanta charitate complentur, ut aucupi obuuiū sese offerat, quod fugae tempus praebet suis pullis. Frequens olim fuit apud Britannos, et in mensarum delitijs.

Chlorio auis est uiridis, magnitudine turturis, quae hyberno tempore non delitescit, sed aestiuo per solstitium apparet, male uolat. Docilis est et ingeniosa, tota lutea.

Cicina auis est nocturna.

Ciconiae lingua caret. Nutriuntur à Thefalidis contra serpentes, quos perimunt. Quod nam è loco ueniunt, aut quò se referant, incompertum adhuc est. E' longinquo uenire non dubium eodem quo Grues modo: illas hyemis, has aestatis aduenas. Parentes senio confectos nutriunt insigni pietate. Propterea Aelianus ait, eas aeorum beneficio in quibusdam insulis conuerti in homines. Et Petronius Arbitrator ciconiam uocat pietatis cultricem, his uerbis: Ciconis etiā grata peregrino hospiti, pietatis cultrix, graui-

graci-

gracilipes, choralistris, Auis exul hyemis, titulus tepidi temporis, Nequitiae nidum in cacabo fecit meo. Imago eius olim solebat insculpi in sceptris regum, quod eorum pietas et industria indicaretur. Veniunt Ciconiae longinquo eodem modo, quo Grues. Abiturae congregantur in loco certo, et sic comitatur ut nulla sui generis relinquatur, nisi forte captiua. Certatur et in serpentes Origano herba se fouent. In Fidenate agro nidum non faciunt.

Cinclus auicula est palmipes iuxta mare uiuens. Astuta est haec uolucris et difficilis captu. Capti nihilominus subito mitescit. Culum continuo mouet, debilis est posteriore corporis parte. Propterea quum non sit aptus congerendo sibi nido, incubat alieno. Hinc prouerbio, Cinclos dicimus pauperes.

Circanea meruit nomen à circuito quem facit uolitans.

Cissa auicula est imitatrix humanae uolucris. Cluinam quidam clamatoriam dicit, Labeo prohibitoriam. Apud Nigidium Subis, quae aquilarum oua frangat.

Cloreus auis est coruo inimica, cuius oua noctu exquirat, ut ille huius.

Coccyx auis nidulatur semper in nidis alienis, maxime palumbium. Est de genere accipitrum, licet aduncos non habeat ungues. Procedit uere, occultatur ortu caniculae. Aliter uocatur Cuculus. Interficatur à suo genere, mutat uocem. Parit singula oua, raro bina. Subijcit pullos, quod sciat se inuisam cunctis auibus, ac propterea non fore tutam generi suo stirpem opinatur, nisi sefell. rit.

Collurio uestitur iisdem cibus quibus mergula, capitur hyemali tempore.

Columbus propter genuinum timorem

nidificat in summis locis. Foetus plerumque indulget. Vnde sacer Veneri esse creditur. Parientibus foeminis mares subueniunt, et oua incubant, quum illae nequeunt. Bina pariunt oua, primum mas, deinde foemina. Fidem seruant in matrimonio. Mutus semper illis ante coitum est exosculatio. Nihil illis foecundius, quadragenis diebus concipiunt, interuallum tantum ad aequinoctium facientes. Varronem ponit duo genera Columborum, Agreste, quod in turribus et columinibus uillarum habitat; Domesticum, domi pascitur. Columbae communem seruant domum. Nec nisi coelibes et uiduae relinquunt. Imperiosos mares, etiam iniquos ferunt. Nam tunc suspicio est adulterij, quae uis natura non sit. Tunc pleno gutture obmurmurant, et plerumque rostro feriunt.

Facta demum conciliatione sese osculantur. Aequalis utriusque sobolis amor. Hinc foemina tardius ad pullos intrante oritur interdum castigatio. Quum bibunt, colla non resupinant. Large bibunt iumentorum modo. Purgunt se herba, quae uocatur Helxine. Viuit columbae annis octonis. Legumina amat, quae uocatur Craca. Amicae sunt pauonibus, aquilis et accipitribus odiosae.

Commendatur fides et castitas Cornicum in matrimonio. Nam extincta conforte, alteri uiduitas manet impolluta. Propterea antiquitus in coniugijs uocabatur ad auspiciū concordiae et pudicitiae. Noctuae aduersantur cornices, inuicemque oua sibi suffurantur. Inauspicatae sunt garrulitatis. unde Vergilius: Saepe sinistra caua praedixit ab illice cornix. Volantes pullos aliquandiu pascunt. Inauspicatissime sunt foetus tempore, qui accidit post solstitium. Nucum duritiam si rostro perfringere nequeant, in alium uolantes, in saxa et te-

gulas

gulus iaciunt, iterū ac sapius, donec quas-
satam perfringere ualeāt. Ardeolas amāt.
Coturnicis cerebrum coctum, & in cibo
sumptum, remedium est ad cerebri & capi-
tis dolores. Si contra aquam clangores de-
derit perfundens sese, pluuiam praesagit.
Vergil. Tum cornix plena pluuiam uocat
improba uoce, Et sola in sicca secum spa-
ciatur arena.

Corui media aestate sitiunt, in cuius ini-
tio profluuiuo uentris sunt obnoxij, pro-
pterea tunc abstinent ab humore. Eorum
oua profunt atrandis capillis. Tauros in-
uadunt, & ex omni corpore oculos appe-
tunt maximē. Humanam imitantur uocem.
Vnde et in historijs Romanorum legimus
fuisse coruum, qui Romanum populum no-
minatim salutarer, maximē Germanicum
& Drusum Caesares. Martial. propterea
coruū Salutarerē uocat. In regionibus scē-
cundis gregatim uolant in sterilibus bini.
In cibi & escē penuria, parentes senio con-
fecti pullos cōcerpunt. Hinc adag. MALI
Corui malū ouum. Camele ntem occidunt,
qui ne uictoribus noceat, lauro infestum ui-
ru extinguūt. Clorcum oderūt, cuius oua
suffurantur. Esalon quoq; auicula eorum
oua frangit. Generant ante solstitium. Ae-
grefunt sexagenis diebus. Pariūt quimos.
Ore coeunt. In aspiciatum praesagium af-
ferunt, quum glutium uocem, uelut stran-
gulati. Corui aquatici natur aliter caluēt.
Corui singultu quodam latrantes, & se
concuientes, si cōtinuauerint, uentos praes-
sagiant: si uerō carptim uocem resorbe-
bunt, uentosum imbrem.

Corydus utilissima est auicula, quae quū
non sit canora, strepit tamen utcumq; in-
ter aues matas. Hinc adagium natum, In-
ter indoctos etiam Corydus sonat.

Cosurnix aliter dicitur Ortygometra à

sono uocis. Hinc etiam Delos Ortygia à
Coturnicum multitudine. Coturnicibus ue-
neni semen gratissimus est cibus. Propte-
rea damnatae sunt mensis, tum etiam pro-
pter comitalem morbum, quē Jole anima-
liū sentiunt praeter hominem. Ad nos antē
ueniūt quāam grues. Terrestris sunt potius
quāam sublimes. Nidulatur in segetibus aut
gramineis locis. Austro non uolant, aura
tamen uehi uolunt propter modicas uires,
et pondus corporū. Quum redire uolunt,
comitatū sollicitant, ne quam rapiat acci-
piter. Eas uulgus nunc appellat Qualeas.

Crex auis est pugnax, & ad comparan-
dum uictum ingeniosa.

Curruca auicula est, quae alienos pullos
nutrit, suos esse putās. Fouet enim oua Cu-
culi. Iuuen. Sat. 6. Tu tibi nunc Curruca
place. steiumq; labellis Exorbes.

Cygnus auis est cādidā, maior anserē, ar-
guta uocis, q̄ imminente morte dulcissimē
cātat, et uelut funus propinquū deplorat.
Oui. Sic ubi fāta uocāt, udis abiectus in her-
bis, Ad uada Mēandri concinit albus olor.
Poetae fabulantur, Cygnum fuisse amatorē
Phaetontis, postq; eius ruina mutātū sta-
isse in hanc uoluerem. Nitis est, infestatur
ab aquila, cui tamē fortissimē resistit. Habi-
tat in locis amoenis circa fluuios. Frequens
est apud Caycum et Caystū, ut docuimus
in Cornucopia. Pythagoras opinabatur
immortalē esse animam cygnis, ac propte-
rea latari imminētē funere. Sacri sunt A-
pollini, ob praesagium finis. Mutua carne
uescuntur inter se. De his Lucr. lib. 4.

Cynnamulguis auis Arabica, nidificat
in surculis Cynami. Eius nidos accola, nisi
sagittis & plumbatis iaculis, disijcere ne-
queunt, quod faciunt mercedis gratia.

Cypselus auis nidū facit ex luto in mo-
dum

dum Cystella. Cypseli ab alijs uocantur A-
podes. Nidificant in scopulis.

Drepanis auis est sine pedibus, rarissi-
mē apprens.

Epops auicula est sordida & cristata,
quae aliter à sono uocatur Vpupa.

Esalos auis est de genere accipitrū, quae
apparet omni tempore. Aliter uocatur Bu-
teo. Infesta est coruo, cuius oua etiā frangit.

Eriothacus auis est solitaria, quae nun-
quam ferē in eodem salu nisi una reperi-
tur. Hanc Gaza Siluam & Rubeculam
interpretatur. De hac ortum est adagium,
Vnicum arbutum haud alit duos Eriotha-
cos: in eos qui eodem munere concorditer
fungi nequeant.

Falco auis est rapax & praedatoria, cur-
uatis & aduncis unguibus, de genere ac-
cipitrum. Varij autem generis sunt Falco-
nes. Est quem Britannicum uocant, aquila
magnitudine, capreolos inuadens. Alium
uocant Gyrofalco, à gyro & circuitu,
quo in minores uoluit, ut eas agat in pra-
dam. Tertium Montanum. Quartum Pere-
grinum, cuius generis Falcones nidificant
in altis montibus. Quintum Gibbosum,
quod breuitate colli, & alis eminentibus,
in signis gibbo uideatur.

Ficedula nomen sumpsit à sicubus qui
bus uescitur. Martialis: Quum me sicus a-
lat, quum pascar dulcibus uuis, Cur potius
nomen non dedit uua mihi. Formam & co-
lorē mutāt ficedula. Hoc solū nomē habet
autumno. Postea Melanchorphi uocatur.

Frigilla dicta est à frigore, quo cantat
& uiget: aestate moratur in locis calidis,
hyeme frigidis.

Fulica auis est aquatilis, degens prope
stagna & lacus. Nomen sumpsit à furuo
colore. Paulō maior est columba. Pullos
aquilae ante tempus exclusos nutrit. Matu-

tino clangore tempestatē praesagit, et quē
ludit in littore. Verg. lib. 1. Geor. Quumq;
marinae in sicco ludunt fulicae.

Galerite pluma habet similitudinem
galeri, unde et nomen sumpsit. Ea assa &
in cibo sumpta, coli uicium efficacissimē sa-
natur, autore Plinio.

Galgulus auis est, quam si in spexerit a-
fectus morbo comitali, sanari dicitur: con-
trā uerō auis emori. Alitur ligno, frequens
est in Peloponneso.

Gallarum uaria sunt genera. Corta-
les, quae corte alitur. Rusticae similes sunt
ferē uillaticis, quae decipiuntur ab aucupe-
Numidica, uarijs sparse plumis, aliter uo-
catur Melsgrides à Melagri tumulo, quas
poetae fabulantur ex filiabus Oenei (qui
Melagri fuit filius) mutatas fuisse in has
uolucres. Albertus Magnus scribit, Galli-
nam fuisse apud Macedones, quae duodeci-
ginti oua fecerit, et ex quolibet eorū duos
susceperit pullos. Aiunt Gallinas nō pos-
se interfici ab aspidē, quo die cimum anē
malis foetidissimi comederint. Villaribus
Gallinis religionem inesse scribit Plin. Nā
inhorescūt edito ouo, seseq; excutunt, et
circū purificant, aut festuca aliqua sese et
oua lustrāt. Gallinas saginare Deliaci coe-
pere. Undecim annis ante tertium Punicū
bellum lege C. Fannij cōsulis interdictum
est, ne quid uolucrum in coenis propone-
retur, praeter Gallinam unam, quae non es-
set atilis. Gallinis inimicissima est pituita,
maximē inter mēsis et uindemiae tempus.
Pipire est gallinarum, & boum mygire.

Gallus nuncius est lucis, Latona cha-
rus, quod ei parietī asliterit. Mortua femi-
na oua incubat, gloriam sentit, noscit sive
ra, it cubium cum sole, imperitat suo ge-
neri, et regnum, in quacumq; domo fuerit,
r 2 exercet,

exercet. Certat inter se galli studio gloria. Canunt in uictoria, & se principes testantur. Victi occultantur, lucemq; & hominum aspectum refugium. Gradiuntur alta ceruice & elatis cristis. Coelum crebro adspiciunt, in sublime falcatas erigunt caudas. Terrori sunt Leonibus. Vnde Lucret: Quae nequeunt contra rapidi constare leones, Inq; tueri, ita cotinuo meminere fugai: Nimirum quia sunt gallorum in corpore quaedam semina, quae quum sint oculis immisa leonum, Pupillas interfodiunt acrimq; dolorem Praebent, ut nequeant contra durare feroces. Pugnacissimi galli olim nascebantur apud Tanagram, & Rhodum. Secundus honor fuit Melicis, & Chalcidicis, teste Varrone. Nobiles quondam habiti sunt in auguriorum obseruatione. Victoriā Boeotij aduersus Lacedaemonios praesagiuerunt, quum tota nocte cecidissent. Castrati desinunt canere. Pergami omnibus annis gallorum, ceu gladiatorum, spectaculum publice edebatur. Plinius scribit, Alectorias gemmas repperitas fuisse in uentriculis Gallinaceorum, cristallina specie, & magnitudine fabae. Gallinacei non attinguntur uulpibus, qui iter eius animalis ederint. Acimi Ligustri sament Gallinaceorum pituitas: Sacri sunt Soli, cui uenienti assurgunt, quo cum eunt dormitum, ut diximus. Contra serpentes & miluos pro gallinis dimicant. Vnicus gallus sufficit multis gallinis. Huius naturam scite admodum & ingeniose describit Politianus in Rust. dicens: Adde gregem corptis, cristatarumq; uolucrum, &c. De Gallis item & gallinis uide Varronem lib. 3. de re Rust. cap. 9.

Grauis uolucris est littoralis colore cinereo, nidificans in petris.

Glottis, quam Gaza Lingulacam uertit, linguam exerit. Quum peregrinatur, ducitur

poenitentia in uolatu propter laborē. Reuertitur demum incomitata piget, & sequi. Nec unquam plus uno die coepto uolatu insistit, & in proximo hospicio confidit. Verum inuenitur alia antecedente anno relicta. Simili modo in singulos dies, inquit Plin.

Graculi coluntur in Lemno propter locustas, quarum exitio occurrunt aduerso uolatu. Loquaces sunt, & obstreperi. Gracule annuum fastidium lauri folio purgant. Graculi sero a pabulis recedentes huiusmodi praesagiunt. Graculus ab Aristotele uocatur Coracias, a coruina nigredine, rostro tamen rutilo. docilis est et facile mansuescens.

Grues aestate aduenae aethera tranant trianguli figura. Lapides pedibus libranti contra uim uentorum. Gerunt bellum cum Pygmaeis. Ducem quem sequantur eligunt. Habent & in extremo agmine dispositos, qui uicissim acclament, ne qua deesse uideatur: item qui gregem uoce contineant. Ex his nonnullae excubias agunt nocturnas, lapillum pede sustinentes, qui lassatis somno deuidens indiligentiam sono coarguat. Caetera dormiunt, capite subter ala condito, alternis pedibus insistentes. De his Lucanus lib. 5. Strymona sic gelidum bruma pelente relinquunt Potura te Nile grues, etc. Caeterum grues silentio uolantes per sublimine serenitatem praesagiunt: Festinantes uero, tempestatem. Ferunt eos nullis omnino laboribus delassari, qui neruos ex alis et cruribus grauis habeant. Purgant se grues iunco palustris. Dicuntur aliter Naupliades uolucres, & Palamedis aues: quoniam Palamedes Nauplij filius ex earum ordine tres literas reperisse fertur.

Gryphem habet India, quadrupedem uolucrum, recuruis unguibus. dorso nigrum, priori parte purpureum, alis albicantibus, ore aquilae.

aquilino, igneis oculis, difficilem captu, nisi rapiatur pullus & inuolucer. Nidificat in altis montibus. Congreditur cuius ferē animali, equis infestus est maximē. Aurum fodit apud Baetrianos in desertis locis, & prope accedentes abigit. Nidos ex eo sibi textit. Ad quod arripiendum numerosae hominum turmae simul eunt magno suo periculo. Superat elephantos & dracones, & omnia animalia, praeter Tygridem, quam propter leuitatem nequit arripere.

Harpa auis est bellum gerens cum Triorchae.

Herodius auis est littoralis, frequens in Diomedaea insula. Vescitur conchis, quas per calorem discuneatas inuenit. Blanditur Graecis aduenis, ut nonnulli uolunt.

Hirundines auiculae sunt loquaces, & garrulae, quae auerse roeunt, praeter naturam caeterarum auium. Deficiente Luna imbre sese perfundunt & humi obuoluuntur; donec materia repererint, qua nidum sibi sternant. Quinq; numero pariunt, quos magna nutrit aequitate. Nam portionem singulis alternant, & distribuunt, habita etatis ratione. Incipiunt enim a primo sensim ex ordine continuantes ad minimum natu. Si uiderint pullos suos non sat molliter iacere, lanam ab ouium dorso exerunt, et iaceniibus substernunt. Quum etiam excaecatis herba quadam uisum restituunt. Aristoteles ait esse albas in Samo insula, quibus excaecatis lumen iterum restituitur. Cecina uolaterranus comprehensas Hirundines nunciis bellimitabat amicis, in nidum primum redire solitas. Hybernis mensibus discuntur Hirundines. Solae ex his quae aduocis non habent unguas, carnibus uescuntur. Thebas non subeunt, quod turbs illa se penultimo capta sit. Constructos luro ni-

dos stramento roborant. Inopia luti puluerem aqua pennis madefactum spargunt. Nidum ipsum mollibus floccis & culmis consternunt. Pullorum excrementa magna mundicia egerunt. Sunt nonnullae, quae ripas excavant, et in terra foetificant. Non sunt obnoxiae rapinis caeterarum auium. Ex uolucris indociles sunt Hirundines, ut ex terrestribus mures. Bis anno pariunt. Oriuntur ante delphini ortum. Nam deprehensa intereunt. Tepestatem praesagiunt, si iuxta aquam uolitantes ipsam penna saepe percutiant. Chelidonia herba inuenerunt, qua oculis pullorum in nido uisum restituunt; erutis etiam oculis. Hirundinem sub tecto ne recipias: Adagium est, quo monemur, ut a conuentu & cotubernio uerbosorum hominum caueamus.

Hybris auis ex accipitrum genere, raro interdiu apparet. Nam tunc modice uidet. Contra uero uenatur noctu. Pugnatum cum aquila acriter adeo, ut ambae mutuo assultu implexae quandoque deferantur in terram.

Ibis auis Aegyptia duplex est, altera nigra, altera uero Ciconiae prope similis, quae serpentibus uescitur. Cicero li. 1. de Natura deorum: Velut Ibes maximam uim serpentum conficiunt, quum sint aues excessae, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro. Auertunt pestem ab Aegypto, quum uolucres angues ex uastitate Libyae uento Africo inuectas interficiunt, atque consumunt. Ex quo fit, ut illae uiuae nec morfu noceant, nec odore mortuae. Eam ob rem inuocantur ab ipsis Aegyptiis Ibes. Haec auis aduocitate rostri per eam partem se perluit, quae ciborum onera reddi solet.

Immutatum aliqui arbitrantur esse uultu uis pullum. Missurius apud Plinium opinatur esse pullum aquilae, & rursusque albicet cauda.

Incendiaria Auis dicta est, quod incendijs nascatur. Ea est inauspicatissima. Propterea ea uisa urbes quandoq; lustrate leguntur.

Lagopus auis pedes habet leporino uillo, unde inditum illi nomen. Nam Lagos Græcè, dicitur lepus Latinè. Candida est reliquo corpore, & columbarum magnitudine. Mart. lib. 7. Si meus aurita gaudet Lagopode Flaccus.

Larus auis est nigra, habitans prope aquas, in quibus degit, ut etiam in terra. Voracis & rapacis est naturæ, latoq; oris rictu. Hinc Larus hiens, prouerbio dicitur homo auiditatis nimis.

Linx auicula est, colore uario, lingua serpentina, quam mensura quatuor digitorum porrigit, unguibus gradibus, et stridula uoce. Hanc aliqui Torquillam uocant.

Lusciniam Græci Philomelam uocant. Hæc dum oua quodam uelut sinu corporis & gremio fouet, spaciosæ noctis laborem assiduus fallit cantibus. Verno tempore frondescentibus arborum ramis dies xv. continuos persistit in cantu. Vnica hæc auis paruo corpuscule, paruulusq; faucibus uarios emittit concentus, & diuersa cantica, quæ tot exquisitis tiliarum tormentis ars hominum excogitauit. Hæc auis cecinisse fertur in ore infantis Stesichori. Concertant inter se: uicta morte finit sæpe uitam, spiritu prius deficiente, quam cætu. Iuniores uersus accipiunt, quos imitentur. Audiant discipule intentione magna, uicibusq; recitant. Intelligitur in docentis reprehensio & correctio. Durat hæc argutia xv. diebus. Aestu aucto, aliam habent uocem, non modulatam aut uariam. Mutatur & color: hyeme non cernuntur. Pariunt uere primo cum plurimum sena oua. Hæc & a-

lia multa habet Plin. qui ingenium exercuit in luxuriosa tællæ auicula descriptione. Idem ait, Cæsares iuuenes Luscinias habuisse Græco & Latino sermone dociles. Præterea meditates in diem, et assidue noua loquentes, longiore etiam contextu.

Memnonia aues quæ ad sepulchrum Memnonis apud Ilium quotannis aduolant: speciem habent accipitrum, carne tamen abstinent.

Mergus nidificat in arbore ueris initio apud mare. Tempestatem præuidens reuolat ex æquore, & ad litus contendit cum clamore. Vergil. Iam sibi tum curuis malè temperat unda carinis, Quum medio celeres reuolant ex æquore mergi, Clamorremq; ferunt ad littora.

Merops auis est, quæ alio nomine uocatur Apiastra à comedendis apibus.

Meropes contra naturam cæterarum auium retrò uolantes feruntur. Rubentibus et ore prælongo. Genitores suos recedentes pascunt, pallido intus colore pennarum, supernè cyaneo, priori subrutilo. Nidificant in specu sex pedum deorsum altitudine.

Merula sola uolat, & solitaria pascitur. Ex nigra rufescit. Canit æstate, hyeme balbutit, circa solstitium muta. Bis anno parit. Turdum amat.

Miluus auium rapacissimus sestatu etiam cadauera. Mas in hoc genere (ut Aelianus putat) non inuenitur. Fœmina Austro aut Euro sese pandens concepit, & pullos parit. Insiatur pullis gallinaceis & anserinis. Molliter uolat. Latet hybernis mensibus, non tamen ante discessum hirundinum. Plinius ait, Miluos solstitijs affici podagra. Flagrant odio coruorum, & uulpium. Eorum iecimora efficacissima sunt ad iniunctiones omnium uiciorum. De mil-

uo,

uo, Mart. lib. 9. Hinc propè summa rapax miluus in cæstra uolat.

Monedula auis est auri & argenti furacissima, unde secundum aliquos etymum trahit à moneta, quam surripit. Aristoteles ponit tria eius genera, Graculum, Lupum, quæ parua est & parasita: Tertiam palmipedem, in Lydia et Phrygia frequentem. Condit Monedula semina in thesauris ros cauernarum.

Monticula auis longa cauda, nomē accepit à montibus, in quibus habitat.

Motacilla auis, semper mouet caudam.

Nocticorax seu Nycticorax, nocturnus appellatur coruus. Hæc auis nigra est, & sola clamat: habitatas domos refugit, desertas amat.

Noctua auis est inauspicata. Archirenius: Diuitibus supremus, bonos, prænuntia sui Noctua præcedit. Hæc Pyrrhi contra Argos copias mouentis insidit hæstæ, et sinistram ei portendit fortunam. Non cernitur in Creta. Noctu uidet, canit & uolat sola. Ouid. l. ii. Si quando luce uagantem Noctis auem cernunt. Martianus Capella: An mage noctiuidæ tibi traditur alitus uisus. Odiosa est cæteris auibus, in quas astuta utitur dimicatione. Nam maiore circumdata multitudine, resupina pedibus repugnat, collectaq; in arcum, rostro & unguibus tota tegitur. Ei auxiliatur accipiter, fœlere quodam naturæ, inquit Plin. Nigidius apud Plin. testis est, noctuas sexagenis diebus hyemis cubare, & nouem uoces habere. Noctua in imbre garrula tempestatē præfagit. Contraria est apibus, uespis, crabronibus, & sanguisugis. Eius cerebrum uel iecur cum oleo infusum prodest auriculis. Frequentes fuerunt Athenis noctuæ: hinc factum a dagium, Noctuas Athenas mit-

tere: in eos, qui potentioribus, et nullarum rerum indigu aliquid mittunt.

Oenanthe auis stator latebræ dies habet. Ex oriente Syrio occultata, ab eiusdem occasu prodit.

Oenas auis est magnitudine columbi, quæ capitur autumno.

Onocrotalus auis est similis ferè cygno, quæ collum in aqua mergens, spiransque, similem reddit sonum afinino rudiuui. Quicquid comedit, in fauces congerit, diuq; continet. Mart. lib. ii. Turpe Rauennatis guttur Onocrotali. Onocrotalos habet Gallia septentrionalis oceano proxima.

Ophiomachus auis est dimicans in serpentibus, unde accepit nomen.

Otides similes sunt perdicibus, quæ præpinguedine corporum, alis attollere sese nequeunt. Quapropter quum uideant se canum latratibus obnoxias, delitescunt inter frutices.

Otus bubone minor est, noctuis maior, aureis plumis eminentibus. Asonem Latine uocant. Imitatrix alioqui auis, & parasita, & quodam genere saltatrix. Arripit quandoq; lapidum ponduscula, aut guttur arena replet, ut aduerso uentorum flatu uolet stabilita.

Ortygometra est quam dicimus coturnicem, cuius uocem quum sentiunt aucupes, parari discessum intelligunt.

Palumbi uiuunt ad annos xxx. Hymeme muti, uere uocales. Sunt autem syluestres columbæ. Nidificant in arboribus & sepibus. Duo sunt eorum genera. Vnum quod Vinaginem dicunt ab usu Liarusæ. Alterum quod Torquatam, à torque, quo uidentur insigniti. Mart. lib. 13. Inguina torquati tardant hebetantq; columbi, Non edat hanc uolucrum, qui cupit esse salax.

7 4 Quum

Quum ad senectam uenerunt, spoliatur unguibus. Pariūt post solstitia bis in anno oua terna, nec tamē plus duobus educant. Palumbes incubat foemina post meridiem in matutinū. Cetero mas. Purgant se Lauro. Hyeme abeunt.

Paralus auicula gregatim uolans colore cinereo.

Parra auis est inauspicata, quæ oriente Syrio non apparet, donec occidat. De hac Horatius lib. 3. Car. Impios Parræ re / sistentis omen Ducat.

Passeres salacissimi sunt, & arguissimi, uita breuissima. Mares diutius anno non uiuere argumentum est, quia nullus ueris initio apparet. Nigricies quæ est in rostro, æstate incipit. Foemina longior paulo uita. Martialis; Et arguto passere uernat ager.

Pauo concipit tertio uite anno, quo se re uarietate colorum induitur. Viuit annos uiginti quinq;. Gloriosus est, & inuidus. Erecto pennarum flabello seipsum miratur. Fimum suum resorbet, hominū utilitati inuidens. Eius caro dura & concoctū difficilis. Samius Pauus (utrumq; enim dicimus) numeratur inter cibos electiles. Expandit colores aduerso maximè sole, quia sic fulgentius radiat. Omnes oculos pennarum contrahit in aceruum. Cauda annuis uicibus amissa pudibundus querit latebram, donec renascatur. Pauonem cibi gratia primus occidit Romæ Hortensius orator. Ferunt Alexandrum Magnum Pauone primum in India uiso admiratū fuisse, & edicto cauisse, ne quis tam speciosum animal interficeret. Columbas amant multo Pauones Sacri sunt Iunoni.

Pelicanus ubi pullos suos necatos uidet à serpentibus, latus sibi fodit rostro, &

educto sanguine uitam restituit mortuis. Hieronymus: Pelicani (inquit) quum suos à serpente filios occisos inueniunt, lugent, seq; & sua latera percutiunt, & sanguine excusso corpora mortuorū sic reuiuiscunt. Volaterranus ait Pelicanū esse, quem Plin. Plateam uocat. Est autē Platea auis aquatilis, conchas deuorans, quæ ubi calore uentris concoxit, euomit, ut postea discuneas / tas comedat facilius.

Perdices aues sunt salacissima. Oua perdunt mares, ne cura incubatus Venem impediatur. Ad aucupes accedunt uelut deditioem facturæ, ut pullis tempus præstent ad fugā: quos ubi securos uidet, proripiunt sese, eosq; sequuntur, & uoce acclamant. Foemina paritura stipulis et multa terra se circumuallat aduersus insidias. Septimo die pullos excludit. Parit oua xv. Sacra est Ioui et Latonæ. Paphlagoniæ perdices feruntur esse duplici corde, autor Theophrastus apud Gell. li. 16. Perdices ouis stragulum molle puluere contumulant, nec in quo loco peperere, incubant. Et ne cui conuersatio sit suspecta, nidos trāsferūt et pullos. Capto duce totius gregis, singuli facillè capiuntur, atq; etiā circa cōceptū foemina, cōtra aucupē foemina exeunt, ut rixando abigat eum. Si cōtra mares steterint foemina, aura ab ijs flante prægnantes fiunt. Hiantes autē exerta lingua per id tēpus æstuant, et superuolantiū afflatu cōcipiunt, interdum uocet tantū musculi audita. Quod est argumentū maximi caloris Venerei. De his maiora multo Plin. Purgant sese lauro. Nullæ reperiuntur in Bœotia.

Phalacrocoraces peculiare sunt Balearibus insulis.

Phalerides aues sunt aquatiles in Seleucia Parthorum,

Pha-

Phasianæ aues, à Phasi Colchorum fluuio sumpserūt nomen. Geminas ex pluma aures submitunt, furriguntq;. Pediculis infestantur, & interimuntur quandoq;, nisi sese puluerent. De his Iuuen. Sat. 11. Et Scythicæ uolucres, & Phœnicopterus ingēs. Martial. lib. 13. Argoa primum sum de portata carina.

Phœnicem unū in tota orbe habet Arabia, aquilæ magnitudine, auri fulgore circa collum, cætera purpureum, cauda cærulea, roseis pennis distincta, facie cristis ornata, & puluere apice caput honestante. Quorūdam est opinio neminem extitisse, qui uiderit uescientem. Sacer est Soli uiuit annos DCLX. Senescens casta thurisquæ furculis construit nidum, quem odoribus replet, & super emoritur. Ex ostib. deinde & medullis nascitur uermiculus, inde fit pullus, qui priori funeri iusta reddens, totum nidum desert in urbem quandam Parthiæ, Soli sacram, ibiq; in ara deponit. Plinius ait, allatum fuisse Phœnicem in urbem Romam, Claudij principis censura, anno urbis DCCC. Martial. lib. 6 alludit ad nidū huius uolucris, dicens: Quod semper castaq; cynamoq; Et nido nigri alitis superberæ Fragras. De hac Ouid. libro 15. Vna est quæ reparat, seq; ipsa refeminet ales. Assyrij Phœnica uocāt, nec fruge, nec herbis, sed thuris lachrymis, & succo uiuit a momi, &c. Phœnicem Vergilius reparabilem uocat, ubi de animalū ætatibus loquitur, dicens: Alipedem ceruum coruus teruincit, at illum Multiplicat nouies Phœnix reparabilis ales. Viuacem Ouidius, nobilè Plinius, Pharium Statius, Longæuum Claudianus, Gangeticum Ausonius, Assyrium Strozæ.

Phœnicopterus auis est, habens rubras

pennas, cuius linguam præcipui saporis esse docuit Apitius. Mart. lib. 3. Nomenq; dedit quæ rubentibus pennis. Idē lib. 13. Dat mihi penna rubens nomen, sed lingua gulosis Nostra sapit.

Phœnicurus auis est rubra cauda. Vocatur Erythacus hyeme.

Phoicus auis est harpæ contraria.

Picus auicula est aduncis unguibus arborum excilians, in quibus pullos educat. Sacer est Marti, unde et Martius appellatur. Numeratur inter auspicatas aues. Pica dissimilis pice. Eodem die commutat uoces. Nidificat in arboribus. Parit oua 1x. Expressior est ei loquacitas, quā Pſytaco. Adamat uerba quæ loquitur. Nec discit tantum, sed diligit. Emoritur uicta difficultate uerbi. Et nisi subinde eadē audiat, memoria fœditur. Plinius ait, eas facilius discere, quæ glande uescuntur, & quinos habet digitos in pedibus. Nullæ tamen duobus primis uite annis. Omnibus lata est lingua, quæ sermone imitantur humanum. Mart. lib. 7. Pica salutatrix si tibi Lause placet.

Porphyrionis auis est rostro & cruribus prælongis & rubentibus, quæ auium sola morsu bibit. Omnē cibum aqua tingit, quæ pede ad rostrum ueluti manu affert. Laudatissimus est in Comæna.

Pſytacos humanæ uocis imitatores habet India. Virides sunt toto corpore, torpente tantū miniato in ceruice. Quæ accipiunt uerba pronunciant. Salutant imperatores. In uino lasciuus sunt, duritiam eandem habent in capite, quam & in rostro. Quæ loqui discunt, ferreo uerberantur radio, aliter non sentiunt ictus. Quæ deuolant, rostro se excipiūt, cui innituntur. Amici sunt turtaribus. Plinius ait syluam esse Gagadem, in qua primum uisi sunt Pſytaci. De

5 Pſytaco

Psittaco Claud. in *Eutrop.* Qui uentrem inuitant precio, traduntq; palato *Syacreas* Iunonis aues, & si qua loquendi *Gnara*, coloratis uiridis defertur ab *Indis*.

Pyrge auis rapax, noctu uolat, & uenatur more aquile, cū qua plerūq; dimicat.

Pygargus auis est de genere aquilarum, albicante cauda.

Pyrallis auis est inimica turtur.

Pyrocleres luteo sunt rostro, peculiaribus alpebus.

Querquedula auis est semper in aquis natans. Aliter *Sangualis* dicitur.

Regaliolus auis est de uolatu cum aquila disidens. Vocatur hoc nomine, tanquam rex auium. Vocatur aliter *Trochilus*. *Regaliolū* aues diuersi generis discerpserunt, pridie quā *Cæsar* interficeretur manibus conuinatorum.

Riparia auis nomen sumpsit à ripis, in quibus habitat.

Rustica auis est similis perdici, rostro tamē longiore. *Mart.* *Rustica* sum perdix, quid refert si sapor idem, *Charitor* est perdix, si sapor illa magis.

Sangualem auem *Massurius* apud *Plin.* ossifragam dicit esse.

Satyria auis est, quæ aliter *Coruus* appellatur.

Spinturnix auis est inauspicata, quæ alio nomine uocatur *Incendiaria*.

Stritomellus auis aliter dicitur *Marinus* passer.

Strix auis est nocturna & inauspicata, nomen sumpsit à stridore. *Lucanus* libr. 6, quod crepidus bubo, quod *strix* nocturna queruntur. Hora. Plumamq; nocturnæ striges. Hæc infantes noctu inuadit. *Plin.* ait, nō esse fabulosum, striges ubera infantium labris immungere.

Struthio auis est grādi corpore & graui. *Fœmina* uocatur *Struthio*. *Hieronym.* *Penna* autem *Struthionis* similis est penna *herodij* & *accipitris*. Sunt qui eundem esse uelint cum *Struthio* camelo. Sunt autē *Struthiocameli* auium grandissimi. In *Africa* et *Æthiopia* altitudinem equitatis equo insidentis uincunt, & celeritatem. Pennas habent: cetero non sunt uolucres, nec à terra tolluntur. Ungulas habent ceruinis similes, quibus dimicant bisulcas, & comprehendendis lapidibus. uiles, quos in fuga contra sequentes ingerunt pedibus. Quum colla in fruticibus occultarunt, latere sese existimant. Eorum oua propter amplitudinem usum uasorum præbent. Naturaliter calaui uent. Soli auium palpebras habent.

Sturnis proprium est cateruatum uolare, & quodam pile orbe circumagi, omnibus in medium agmen tendentibus. *Plinius* scribit, *Cæsares* iuuenes *sturnum* habuisse *Græco* & *Latino* sermone docilem. Hæc auis maculosa est, magnitudine merule. *Vulgus* *Sturnellum* uocat, *Græcè* uocatur *Pfarus*.

Subis auis est, quæ aquilarum oua frangit.

Sylla auis est, in cuius uentre reperitur *Chloritis* gemma herbacei coloris.

Terraneola auis est *Alaudæ* propè similis, præterquam quod apicem non habet in uertice.

Tinungulus auis terret accipitres adeo, ut eius uocem reformident. Propterea amatur à columbis.

Tragopanales auis maior aquila, cornua habet curuata in temporibus. caput phœnicum, cæteras partes ferruginei coloris. Aliter uocatur *Tragopa*, ab arietis cornibus. hanc habet *Æthiopia*.

Trochi-

Trochilus auis *Crocilo* amica, & obsequiosa. Nam sanguisuga lingue eius adherentes deucrat. Aliter uocatur *Regaliolus*.

Truo auis, quæ aliter uocatur *Onocrotalus*. *Cæcilius*: *Probi* dii immortales, unde processit *truo*.

Turdi in cacuminibus arborum nidificat luto. A coitu decem diebus oua maturescunt in utero. Loquacissimi sunt, sed peculiaris surditas eis lem ascribitur. Hinc adagium, *Surdior turdo*. Fertur hæc auis præcipui esse saporis. *Horat.* Nil melius turdo, nil uulua pulchrius amplius. Inasatus turdus cum *Myrti* bacis prodest *Dysentericis*, & urinae hyme concolor. Frequenter in *Germania* sunt tempore hyberno. *Agrippina* uxor *Claudij Cæsaris*, turdum habuit imitantem sermones *Dumianum*, etate *Plinij*. *Turdorum* simus optimus est *Siercorandis* agris.

Turtures uere occulantur, penasq; amittunt. Cum bibunt, colla non resupinant. *Ostionis* uiuunt annis. Bis anno pariunt, oua plurimum ternia. *Pyrallim* uolucrem oderunt, *Psittacis* amica. Purgat se herba quæ uocatur *Helxine*. Earum simus albugines extenuat. *Turtur* erepta compare semper gemit & castitatem seruat. *Vergil.* Nec gemere aëria cessabit turtur ab ulmo.

Vespertilio sola uolucrum animal parit, habetq; pro pennis membranam. *Pullos* nutrit lacte, ubera admouens: infantes amplectitur, secumq; deportat. Vnicam habet coxendicem. *Culices* amat in cibatu, sola uolucrum dentes habet. Habet etiam mammas.

Vigiones appellantur minores *grues*. *Vulua* auis est lucifera & sinebris.

quæ ab uulatu meruit nomen. Fel eius prodest ad albugines, suffusiones et catigines, adeps ad claritatem.

Vpupa auis cristata, semper commoratur in sino. Colorem mutat, cristam habet plicatilem. Cor eius laudatur in lateris doloribus.

Vultur seu *Vulturius*, auis rapax, tardè uolat propter corporis molem. Cauda uera scinditur, & carne uiuit. Aiunt, hanc auem concipere sine masculorum semine, & sine coniunctione generare, natosq; ex ijs in multam ætatem procedere ad annum usq; centesimum. Clarent odoratu uultures *Nigri* prævalent. Nidificat in altis rupibus: nidos nemo attingit. Fœtus ferè ceruantur *bini*. *Vmbritius* apud *Plinium* ait, parere oua xlii. *Biduo* præsentiant futura cadauera. Fugantur unguente. Comedunt semè *Siferis*. Auxilio sunt contra serpentes. *Hermodorus* *Ponticus* apud *Cælium* testis est, *Vultures* esse omnium animalium innocensissimos, quia nihil prorsus attingant eorum, quæ serant homines, plantent, alant. *Animantium* præterea nullam interimant, uolucris quoque uel mortuis abstineant, quodam cognitionis intellectu. *Præstantissimi* habebantur in augurijs, ut indicant urbis *Romæ* primordia. *Euro* grauidæ fiunt. *Membra* tabida affectant. *Caull.* *Lingua* exerta auido sit data uulturio. Quum coeperunt oua edere, aliquid afferunt ex indico tractu, quod est tanquam nux intus habens, quod moueatur, sonumq; subinde redat. Quod ubi sibi apposuerunt, multos fœtus producant, sed unus tantum remanet, qui immulus uocatur. Ferunt, per quingenta millia passuum à uulturibus præsentiri cadaueris putorem.

AVIVM DIFFERENTIAE.

Aves inauspicatae sunt Cornix, Coruus, Bubo, Noctua, Parra, Avis incendiaria. Quibus adduntur ex aliorum animalium genere diuerso, praegnans canis, lupus, paupera, foeta vulpes, mustella & lepus. Horatius libro 3. Carmin. Impios Parrae reincidentis omen Ducat & praegnans canis, aut ab agro Rana decurrens lupa Lauiniuo, Foetaque vulpes, Rumpat & serpens iter institutum.

Aues nocturnae sunt, Bubo, Picus, Trogo, Cornix, Noctua.

Avium aliquae ambulant, ut Cornices. Saliunt aliquae, ut Passeres et Merulae. Currunt, ut Perdices, Rusticulae. Ante se pedes iaciunt, ut Grues & Ciconiae. Aliae expandunt alas, pendentesque raro intervallo quasiunt: aliae tota latera pandunt. Quaedam compressis pennis volant: aliae iaculantur se in sublime, in rectum, in pronum. Aliae videntur ab alto cadere: aliae salire. Avium fecundiores sunt fugaces, quam fortes. Aquilae clarius cernunt, quam homo. Vultures sagacius odorantur. Liquidius audiunt talpa obruta terra.

AVIVM ET ALIORVM ANIMALIVM INIMICITIAE.

Bellum inter se gerunt Cornices & Noctuae, Miluus et Coruus, Aquila et Trochilus, Coruus & Clorio, Noctuae & minores aues, Turtur Pyralis, Brenthus Phagrus, Mustella Cornix, Ichneumones Vespa, aquatica Anates Gavia, Harpe & Triorches Accipiter, Sorices et Ardeola, Egithus avis cum Asino, Vulpes & Nili Angues, Mustella & Sues, Falco auicula & Coruus, Thoes Leones, Araneus Serpens, Leones Galli, Hyena Pardalis, Scor-

pius Scalabotes, Vulpes Cycnus, Tauri Cornices, Canes Damae & Lepores, Lupus Ovis & Capra, Equi & Gryphes, Delphinus Balena, Cestreus Lupus, Murena Congrus. Elephantics oderunt Muram, adeo ut si pabulum in praesepia positum contingi ab eo viderint, fastidiant. Bellant & cum draconibus perpetua discordia. Cameli odium gerunt naturale adversus equos. Hostis est Elephanto Rhinoceros. Mustellarum virus exitio est Basilisco. Aspis bellum habet cum Ichneumone. Ceruis pugna est cum Serpente. Lacertae inimicae sunt Coleis. Leontophonum odit Leo. Balenis infesta sunt Orcae. Conchis apertis insidiantur Polypi. Polypum lacerant Congri. Lupus marinus caudam praerodit Mugili. Praelium est Aquila cum Ceruis & Dracone, Cybindo cum Aquila, Scorpionum cum Stelionibus, Salamandrae cum Testudine, Ranis cum Apibus, Formicae cum Sorice, Apibus cum Crabronibus, Apes infestantur ab Hirundinibus.

Contra vero amici sunt Pavones & Columbae, Turtures & Psittaci, Merulae & Turdi, Cornix & Ardeola. Oves Capris conveniunt, Palumbes Perdibus, Larus Graculo, Harpa Miluo, Musculi Balenis, Columbae Tinungulis.

AVIVM ET ALIORVM ANIMALIVM VOCE.

Varij sunt avium cantus. Gallis expergit fucus, Bubonibus gemulus, Vulpis querulus, Noctuis stridulus, Cicadis obstreperus, Hirudinibus perargutus, Luscinijs dulcis. Turdus tritulat, Sturnus pisitet, cacabat Perdix, gratitat Anser, Turtur & Columba gemunt, Palumbae plausitant, Anates teiriniunt, Gruis gruit, Cycnus drensat, Accipiter pipat, Miluus lipit, Galli cucurrunt,

runt, Gallina gracillat, pupillat Pavo, trusat Hirundo, Aquila clangit, Vultur pulpat, crocitat Coruus, Graculus frigulat, glotorat Ciconia, Passer pipit, Cuculus cuculat, Cicada fritimit, Apes bombilant, Bubo bubat, Stryx & Vesperulio stridet, Noctua cucubat, Vulpes ululant, Regulus & Merops zimzululant. Thomas Rhadmus de uocibus avium sic meminit: Philomela siquidem mille uocum discrimina contexebat. Psittacus & Pica loquuntur uario mentiebantur homines. Cuculabat cuculus, zimzulabat Regulus, modulans odium Merulus concinebat, Parus tinnulabat, Acredula mitilabat, Turdus aderat trutilans, Sturnus pisitans, Perdix cacabans, Palumbes plausitans, Anser gratitans, Hirundo trinsans, Ciconia glotorans, Coruus crocicans, Graculus frigulans, Pavo pupillans, Vultur pulpat, Accipiter pipans. Gaudebat & Cycnus drensat, Gruis gruere, Turtur & Columba gemere, Passer pipire, Miluus hiando lipire, Aquila clangere, Anas tetrinire, Gallus cucurrere, Gallina gracillare. Quod ad caetera spectat animalia, Tygres rancant, Leones rugiunt, Lynces fremunt, Ursi uncant, Lupi ululant, fremunt Apri, Elephantes barriunt, Cerui & Onagri glocitant, Tauri mugiunt, Equi hinnunt, Verres quiritant, Aselli rudunt & oncant, Arietes blaterant, Oves balant, Sues gruniunt, Hircus mutit, latrat Canis, Vulpes gannit, usagiunt Lepores, Mures mintrant, Mustelle dimtriunt, Grilli grillant, Serpens sibilat, Rana coaxat.

AVES DEORVM.

Halcyones Thetidis. Vergilius lib. primo Georg. Non tepidam ad solem penas in litore pandunt Dilectae Thetidi halcyones.

Columbae et Cycnus Veneris. De columbis Propert. libro 3. Et Veneris dominae uolucres mea turba columbae. De Cycno Stat. libro 3. Syll. Et molles agitat Venus aureas cycnos. Horat. lib. 3. Car. Et Paphum iun. Ais uisit olorbis.

Pavo Iunonis. Ouid. lib. 1. Met. de Argocentoculo: Arge iaces, quodque in tot lumine lumen habebas, Extinctum est, centumque oculos nox occupat una. Excipit hos, uolucrisque suae Saturnia pennis Collocat, & gemmis caudam stellantibus implet.

Coruus & Cycnus Apollinis. Ouid. lib. 3. Meta. Sed ales sensit adulterium Phaebeus. Apollo apud Ouid. lib. 2. Fast. I mea, dixit, auis, ne quid pia sacra moretur. Stroza pater: Albus erat quondam uolucris Phaebeus coruus.

Noctua Mineruae. Ouid. libro 2. Fast. Et sine lite loquax cum Palladis alite cornix.

Picus Martis. Ouid. lib. 2. Fast. Martia picus auis gemino pro stipite pugnant, Et lupa.

Aquila Iouis. Syl. lib. 4. Donec Phaebeo ueniens Iouis ales ab ortu. Verg. lib. 1. Aen. Aetherea quos lapsa plaga Iouis ales aperto Turbatat caelo.

Phoenix Solis. Manil. apud Plin. testis est, Phoenicem in Arabia sacrum Soli esse. Claudian. de laudibus Silicis: Conueniunt Aquilae, cunctaeque ex orbe uolucres, Ut Solis mirentur auem.

Cataractas Plinius uocat aues Diomedaeas.

Aues Palamedis sunt Grues, quoniam Palamedes ex earum ordine literas quasdam fertur inuenisse. Vocantur etiam Naupliadae, a Nauplio Palamedis patre. Politian. Clangunt Naupliadae uolucres, & peruis pennis Nubila conscribunt.

H A R P Y I A E.

H Arpyias Seruius ait fuisse Neptuni & Terræ filias, uolátiles, uultu uirgineo, unciis manibus. De his Verg. lib. 3. Aen. Strophaes Graio stant nomine dicte Insulae Io nio in magno quos dira Celeno, &c. Eis autem inditum est nomen à rapina, quæ Græcè Harpyia dicitur. Hinc Harpax rapinator, Harpagare rapere: Harpefax, Harpe dophorus falci fer. Poetæ autem, eas à dijs immissas fuisse ad polluendas dapes Phineæ regis Arcadiæ, quod is filios interfecisset: si uigatas demum à Zeto & Calai Argonautis, & filijs Boreæ. Hesiodus ait, eas fuisse Iris sorores ex Thaumante genitas. Valer. Flac. lib. 4. Argon. eas uocat Typhonides, id est, filias Plutonis, qui dicitur Typhon.

Aëlio ex etymologia Græca dicitur, quasi alienum tollens: Ocyete citius auferes: Celeno nigrorem significat. Quartam Homerus addidit Thyellam. Morabantur autem in Stymphali Arcadiæ lacu, unde Arcadiæ & Stymphalides uocantur. Lucan. lib. 5. Vnguibus Arcadiæ uolucres Stymphalla colentes. Verg. in Opusculis: Stymphalides pepulit uolucres discrimine quinto. Idem: Deicit horrifono quinto Stymphalidas arcu. Vocantur etiā Phineæ à Phineo rege. Seneca in Thy. Phineis auibus præda fugacior. Sydonius Harpyias posuit pro cruentis raptoribus, qui lucro immoriuntur, ubi ait: In foro Scythæ, in cubiculo uipere, in exactionibus Harpyiæ, in collocationibus statuæ.

POPVLORVM DIVERSI

MORES, ET RITVS VARIJ, ordine literarum.

A Borigines antiquissimi Italiæ populi, uagierant, & sine laribus. Abydenis mos fuit, si quem ciuem aut

hospitem conuiuio exciperent, ut post uentum & coronas in fames à nutribus inducerentur, circumferrenturq; suauitatis.

Aegyptij diuinarum rerum peritissimi fuerunt, unde Macrobius. Aegyptium uocat artium matrem. Ab Aegyptijs Græci disciplinae omnes mutuati sunt. Diem obseruabant à media nocte in aliam. Hominum sunt antiquissimi. Olim gaudebant unguentis. Eorum mulieres septenno quandoque uno edebant partu. Seruant omni mense, ubicunq; imbres aestiui nō sunt. Apud eos aliqui singula annorum milia uixisse produntur: sed hoc intelligendū esse de annis mēstruis, qui terminantur lunæ senio. Capes & allium inter deos habent: Apim bouē colant pro numine, & quædam animalia, ut canē, felē, accipitrē, ibin, lepidotum & oxyrinchum, pisces. Crocodilū etiam uenerantur, quem mortuū in urnis sepeliunt. Crocodilū adipe egrotos unguunt. Brassicā non edunt. Inuentores fuerunt picuræ. Mortuorum afferunt cadauera, unguentis foetorem impediunt referta. Solis ritus fuerunt in reperiendis artibus, & in agnitione rerū indaganda sagaces. Furta omnia impune permittunt. Ventre mortuorum extirpant, ut omnium peccatorum causam. El. Vopiscus scribit, Aegyptios esse uersificatores, epigrammatarios, & ad cantilenas publicas propeos. Erant omnium Solem et Lunam deos putauerūt, Solis Osirim, Lunam Isim nuncupantes. Idem ait, Aegyptios esse uentosos, stridentes, iactantes, inuidiosos, & auidos rerum nouarum. Imperator Adrianus ad Seruianū Consulem scribens dixit, homines esse seclitiosissimos, uanisimos, & inuidiosissimos. Et Qu. Curtius eos infamat ut gentem uanā, nouandis quādam gerendis rebus optiorem. Antiquitas frequētissimè

simè ea obibant munia, quæ nunc geruli, & uel indus corpore oneribus questum faciebant. Vnde Aristophanes apud Cæliū: Curru imposuit duos, ac mortuos totidē, quos nec Aegyptij quidē tollent, centum. Hinc adagiū, Aegyptius laterifer. Erant & admirabiles in necandis machinis, proclines in uinum, cuius quum essent inopes, excogitauerunt potionem ex herdeo. Viginti millia urbium habitauerūt regnante Amasi. Frequentissime afficiuntur elephanti morbo, propter calores & astum. Sale abstinent, nec panibus uestuntur sale conditis. Ammianus Marcellinus, celebris auctor, uocat Aegyptios genus hominum controuersum, & assuetudine perplexius litigandi semper letissimum: subsuscipiunt, atrati, gracilenti, aridi, ad singulos motus excandescentes, controuersi & repositores acerrimi. Olim apud eos mulieres cauponabantur, & insuloria obibant munia. Viri intra domorum parietes texebant, & operabantur muliebriter. Domi uentrem exonerant, in publico uerò uestiunt: dicētes, ea quæ sunt turpia, in occulto fieri debere, quæ honesta, in propatulo. Mulier neq; dei neq; deæ ulla sacerdos est, sed uiri deorum omnium & dearum. Sacerdotes derasi sunt in feneribus. Omnes capillos nutriunt, barbam tamen tondent. Vescuntur cum feris, alij frumento, alij hordeo. Viri binas uestes habent, foemina singulas. Potant in poculis æneis, quæ singulis diebus purgant. Linea semper ferunt uestimenta. Virilia circūcidunt munificiæ gratia. Sacerdotes lauantur quotidie, frigida interdum ter, nocti bis. Fabas neque ferunt, neq; alibi natas comedunt. Robusta habent capita. Salubri sunt corpore aeris beneficio, qui nunquam mutatur. Pane uestuntur, quem ex farre cōficiunt. Vicitant

piscebus pariter crudis sole arfactis, partim salugine cōditis. Coturnicibus itē, anaticibus, & quibusdam alijs auiculis. Minores maioribus natu cedunt, ac in uia deficiunt, uenientibusq; assurgunt è sedili. Anni rationē primi excogitarūt: deinde in portiones duodecim, quæ de Lunæ senio Menses nuncupantur, distribuerunt. Primi aras excogitarunt, cōflauerunt simulachra, & tēpla construxerūt. Olim uestebantur herbis, palustrisq; caule, quæ Agrosim uocant. Onera capitis gestare uirorum est, humeris foeminarū. Foeminae stantes urinam egerunt, uiri sedentes. Maribus nulla necessitas alendi parentes, filiabus summa. Literas habent bifarias, sacras & populares. In Deorum cultum magno feruntur feruore & studio. Sacerdotes ammiculis utuntur lineis, calceis papyraceis. Suillū pecus detestatur adeo, ut si quis porcum attigerit, cum indumentis omnibus in flumine ablatur. Propterea subulcis interdicitur templis omnibus. Laneas uestes intulisse templo, prophanum. Scelus item, inuolutum eis cadauer condidisse. Decedente aliquo, muliebris familia caput & uultum sibi deformat luto: excurret deinde per urbem, ac plangit. Viri se conuerberant nudatis peccatoribus. Muliebre cadauer diutius domi asseruatur, ne uenerea foeditate à salinarijs, quibus incumbit sepultura, inquinetur. Apud eos Amasis regis edificio cogebatur quotannis unusquisq; destinato magistrati ratiocinari, quo se foueret artificio. Quod si quis non faceret, poena erat illi extremum supplicium. Proripientes se ex lectulis solebant suffire corpus resina, ut aerem expurgarent disgregatione.

Aethiopes Hesperij solebant crines in nodum complicare. Martialis: Atq; aliter tortis crinibus Aethiopes. Aethiopes ipsi

omnium sunt nationum serui. Viuant sine institutis & legibus. Finitimorum præda sunt, et cæterorum mancipia. Parentes ipsi liberos uendunt mercatoribus, & frumento mutant. Olim nulla in re utebantur auro, quàm pœnalibus catenis. Qui sunt ab oriu solis, promissos habent crines: qui ex Africa, crispissimos.

Afri pastores quadrimis filijs uerticis uenas, adhibita lana succida, inurebāt com-
pescendū ē capite fluctationibus. Propterea inter omnes prospera utuntur ualitudine. Afræ mulieres super uestem nudas gestant caprarum pelles simbriatas, & rubrica litas. in Sica Africa ciuitate matronæ corpore prostituto ex passiuo concubitu dotem sibi quaerunt ex patria consuetudine.

Agathyrsi populi Scytis uicini, abundant auro. Capillos habent ceruleos, quos unā cum toto corpore diuersis coloribus inficiunt. Verg. libro 4. Aen. Cretesq; Dryo-
gesq; fremunt, pictiq; Agathyrsi. Mantua-
nus in Apollonia: vsq; Melanchlenos, usq; ad pictos Agathyrsos. In commune cum mulieribus coeunt. Nihil liuoris aut odij mutuo exercent.

Agrigentini impendio & sumptu magnifico mensas parabant & conuiuia. Propterea Plato dicebat, eos ædificare, ac si uicini perpetuo forent: itemq; conuiuari, uelut semper morituri. Utebantur lechythis & xistris argenteis, habebantq; lecticas totas ex ebore.

Agniophagi uescuntur leonum & pantherarum carnibus.

Alani Scythiæ populi, carne uescuntur, nec panem iucant. Sæp sunt pugnaces. Vnde Luca. li. 8. Et sequerer duos æterni Martis Alanos. Patientissimi sunt laboris: nam ceterum miliaria cursu continuo interdum cõficiunt

Albani curam mortuorum agere nefas arbitrantur. Corpore sunt pregrati, nec inuenusto: ingenio minime siccato, aut subdolo. Ultra centum numerando non progrediuntur. Põdera, mensuras, modum ciuitatis & agricolationis nõ norunt. Linguarum apud eos uarietates xxvi. Deos habent Solem, Iouem, Lunam. Sacerdos Lunæ primas habet post regem. Sacris præest seruus, & sacræ religioni. Seruorum pleriq; numinis afflatu uaticinantur. Præcipuum ex his sacerdos annuis epulis saginat, mox ad immolationem producit. Admotus aræ seipsum gladio cõsolidit. Plurimus fenestru habetur honos. Preciosa cum mortuis infodunt, licet meminisse mortuorum habeant sceleris loco.

Alexandrini fallaces fuerunt, alia semper cogitantes, alia simulantes.

Amazones Scythiæ mulieres, dextrarum mammam nascentibus foeminis inurebant, ne ferendis armis essent impedimento. Masculi sexus liberos interficiebant. Imperabant sine uiris. Vesciebantur lacertis & testudinibus.

Ambrones Galliæ populi, quum subita maris inundatione sedes suas amisissent, animum rapinis adiecerunt & latrocinij.

Andabate populi clausis pugnat oculis.

Andrimarchidæ uirgines nupturas exhibent suo regi, qui pulchriorem & gratiorem sibi demerginat.

Androgynæ populi sunt in Africa utriusque naturæ, uicibus inter se coeuntes. His dextera mamma uirilis est, læua muliebris.

Anthropophagi Scythiæ populi, humana carne uescuntur. Bibunt ex ossibus humanorum caput.

Aquileienses tanta fide contra Maximinum pro senatu fuerunt, ut funes de mulie-

rum capillis necerent, quibus sagittas exenterent, penuria neruorum.

Arabes mitrati degunt, aut in tonso crine. Barbam abradunt, præterquam in superiore labro. Duas habet æstates, ac totidem hyemes, solis uia quatuor, quæ sunt inter æquinoctialem & tropicum Cancræ. Sagittas inficiunt uenena. Fratres filios honore antecunt, quia maiores nati. Consan-
guinei omnia habet communia. Maximus tamen ætate in omni re præcedit cæteros. Communis item uxor, in uero una omnibus. Ingressurus ad eam, baculum ante fores deponit. Omnes enim baculum gestant. Eo uiso, reliqui congressu parant. Illa tamen noctes agit cum seniore. Matri coire, non censetur impium. Congressus cum alterius sanguinis foemina censetur adulterium, quod morte plectitur. In prædia inimicorum lapides aggerat, quo significant interituros mala morte, qui ea coluerint, insidijs eorum, qui lapides posuerunt. Abundant balsamo. Præter cæteros mortales ferunt inuolutam. Dionysium et Vraniam solos deorum esse arbitrantur. Quisq; permanet in patrio instituto.

Arcades suis titulis suoq; auspicio nullum hostem unquam superarunt, uerum alijs supplicias ferebant persepe. Eorum uentris summa est origo adeo, ut glorientur se priores fuisse luna. Seneca in Hippolyto: Aut te nullifero aspiciens polo Sidus post ueteres Arcadas editum. Colabant Panam deum pecoris. Ouid. lib. 2. Fast. Pana deum pecoris ueteres coluisse feruntur Arcades, Arcadijs plurimus ille iugis.

Areopagite Atheniesium magistraturæ, iudicabant in templo Martis de cæde, & de statu Reipub. providebant, idq; sub dio.

Asij Germaniæ populi habebant nigra

scuta, tincta corpora. Nigra ad prælia noctes legebant, ipsaq; formidine atq; umbra feralis exercitus terrorem inferebant, nullo hostium sustinente nouum ac uelut infernum aspectum.

Arimaspi Scythiæ populi, unum habent in fronte oculum, unde & nomen traxerunt. Nam Arima Scytharum lingua unum signat, Spu uero oculum.

Apud Armenios rubentes quandoq; uidentur niues, quod illa loca illa scateant minio. Perficis dijs immolant, & Anaitidem colunt, eiusq; ministerio nobilitate præstantes dedicant filias, quæ inibi corporis pudicitia in uulgus data, mox traduntur uiris uelut angustiiores factæ. Arcubus cla-
rent Armenij, unde Stat. lib. 1. Syl. Arcubus ponenda fugaci Armenia.

Arthabattæ instar ferarum quadrupedum sunt uagi.

Aruerni olim gloriabantur se oriundos à Troianis, ac propterea dici uolebant Romanorum fratres. Lucan. lib. 1. Aruerniq; ausi Latios se fingere fratres, sanguine ab iliaco populi.

Arymphæi populi sunt prope Riphæon montes, iustitiæ et æquitatis obseruantissimi, & mira tranquillitate inter se degentes. Sedes illis nemora, alimenta bacca. Capillus iuxta foeminis uirisq; in probro existimatur. Ab ipso natali dicuntur esse caluissimiq; naribus. et ingentimento. Studiose non sunt rei pecuariæ. Sub arbore quicq; cubitat. His nemo mortalium iniuriam facit. Sacri enim dicuntur esse, nihilq; armorum possident. Controuersias finitimorum dirimunt.

Aspitiæ populi Libyæ quadrigis uehuntur.

Solebant Assyrii egrotos in uis propone-
re, & exquirere à prætereuntibus, iei-

rent ne remedium aliquod morbi. Coma utebantur non admodum magna. Desunt melle condibant, & cera. Clypeos gestabant, & pugiones. Clauas item ligneas ferro inductas, ac ligneos thoraces. Deum quem summum habent, Adad uocant: de am uero, Adargatim.

Astomi indiae populi sunt sine ore, corpore toto hirti. Vescuntur frondium lanugine. Halitu tantum uiuunt in odore quem naribus trahunt. Nullus illis cibus, nullus potus. Tantum radicum florumq; uarios habent odores, & sylaestrium malorum, quae secum portant longiore itinere, ne desit olfactus. Grauiore paulo odore non disfulter exanimantur. Plinius lib. 7.

Athenienses crudelissime seueiebant in eos, qui a sua ditione defecerant, adeo ut de creto iusserint manuum dextrarum pollices abscondi Aeginetis, quod rebellassent, ne amplius hastam ferre possent, aut remis inter nauigandū uti. Mityleneos uero eandem ob causam cum puberibus iugulari statuerunt, et Samiorū frontes, si corripentur, inuri stigmatē. Apud eosdem tanta fuit sepulchrorum cura, ut peremptos bello, si quis dux honestare sepulchro neglexisset, capite plederetur. Nefas non putabant fororem in matrimonium capere. Lanificiunt, oleū, uini usum, serendiq; frumenta docuerunt. Pueros statim ab initio erudiebāt, ut nandi uiam, propter bella naualia, & literas condiscerent. Laborarunt tamen auaritia nota aetate, ut prouerbum fluxerit. Atticus moriens perregit manum. Euerunt & imprudētissimi. Vnde Atticus aspretus dedit etiā prouerbio locum. Insu per adulatores maximi. Publicis cōsilijs diuinos quosdā sacerdotes adhibebāt. Lubrici erant ium ad iratum ad misericordiam.

Suspiciones arripiebāt celestiter. Indan p libris arripiebāt, ad opem humillimo cuiq; ferendā erant promptissimi. Si quē mortuā reperissent in uis, sepeliebāt. Nunquam im molabant bouē, cuius opera in curru, aut aratro fuerant usi. Nulla prius puella tradebatur uiro, quam sacra Diana obijisset. Capillorū cincinnis aureas addebāt circalās.

Atlantes degeneres sunt humani ritus, neq; ullorum nominum appellationem habent. Solem orientem occidentemq; dira imprecatione contuentur, ut exitiālem suis agris. Neq; insomnia usunt, qualia ceteri mortales. Nulla uescuntur ammante.

Apud Atrios populos qui uel minima furantur, lapidibus obrantur.

Aufes populi Africae capronas ē fronte demisse gaudent. Virgines quotannis in honorem Mineruae certamē edunt. Arma sunt, lapides, & fustes. Si qua ex icū de cesserū, falsa censetur uirgo. Quae omnium praestantissime depreliata est, a ceteris, armis decorata, subuehitur curru per ambitum Tritonidis paludis. Promiscuus illis cum muliere congressus.

Axones accolae Axonis fluij in finibus Remorum, longis utebātur hastis. Lucanus lib. 1. Longiq; leues Axones in armis.

Babyloniorum mores corruptissimi fuerunt, et ad irritandas uoluptates aptissimi. Liberos & coniuges cum hospitibus suopro coiric modo precium flagitij daretur, parentes maritiq; permittēbant. In uinum & ebrietatē maxime erāt effusi. Ecce minarū cōiuiā inuentū in principio modesto erat habitus, deinde summa quaeq; amicitia auferebāt profanato pudore. Ad ultimū opus ima corporū uelante proieiebāt, nō meretrices tantū, sed matronas et uiri, apud quos comitas habetur uirgati corpore uilitas.

rus uilitas, auctore Curtio lib. 5. Duabus uiruntur tunicis, una linea usq; ad pedes demissa, altera super hauc lanae. Capita mitris uelant, unguentis toto corpore delibuti. Anulum signatorum singuli gestant. Vbi uirginis facti sunt nobiles, omnes unū in locum congregant, easq; circumsistente uirorum frequentia, praeco sigillatim uendit secundum ordinem formae & pulchritudinis. Medicis non uiuunt. Sepulchra eisdem sunt in melle. Vbi uir & maritus coeuerunt, ubi diluuium abluuntur ambo, nec ullum uis prius attingunt, quam se aqua perfulerint. auctor Herod.

Bactriam horrida sunt ingenijs, & a Persarum luxu abhorrentibus; auctore Curtio. Senio uel morbo confectos cambus decorandos obijciunt, ad hoc de industria enutritus, quos sepulchrales uocant. Melile quondam urbes habitantur. Apud eos qui pauca ferantur, sputis debonestari solent. Bellicosi sunt & potentissimi.

Barcae mulieres gustu uaccinae & felle carnis abstinent.

Bathylli populi madent unguentis; auctore Plinio.

Belgae optimē regebant curru camera tos. Luca. Et docilis rector monstrati Belgae Couini. Caesar in commentarijs ait, Belgas esse Gallorum feruissimos, quod ad eos minime commēent mercatores, qui comportent, quae ad molliem & effeminandos animos pertinent.

Verbicā certam aetatis metam transgressos perimunt, uiros immolantes mulieribus praefocatis.

Bisaltae Scythiae populi nutriuntur eorum sanguine permixto lacte, ut auctor Vergil. lib. 3. Georg.

Buhyni consuebant montium cacu-

mina, ibiq; iouem consulunt bant.

Bœotij rudes fuerunt & agrestes, maleq; audierunt stoliditatis nomine. Horat. Bœotum in crasso iurares aere natum. Plutarchus scribit, Bœotios ab Attico fuisse notatos tanquā bruios, supidos, & pingues, propter edacitatem.

Borysthenide Scythia populi perpetuo frigore torqueantur. De ha Propert. Gloria ad hybernos lata Borysthenidas.

Brachmannes indorum sapienter dicebant, praesentem uitam esse ueritatem conceptam uitalem: Mortem uero, egressam a ueram uitam. Item mundum habere tempus initiale, ceteraq; ad interitum. Deum uniuersorum opificem per cuncta meare. In philosophiae communionē uxores non admittebant. Abstinebant ab omni carnis cibo. Subdiales agebant, & ueritatem praecipue amplexabantur amiculis.

Britanni antiquitus omnes se inficiebāt glasto. Est autē Glastum herba similis plantaginis. Propertius: Nunc etiā infectos demens imitare Britānos, Ludis, et externo timida nitore caput. Marti. Barbara de pietis ueni. Bascanda Britānis. Erant olim capillis promissis, inhumani suis hospitibus. Horat. Visam Britānos hospitibus feros. Nullam autē aliam ob causam se inficiebāt, quā uis ea ratione horridiores uiderentur hostib. Apud eos fratres cū fratribus, & cum liberis parentes, uxores olim habebant communes. Praeter uim et audaciam nullum habebant ad praelia adumentum.

Ferunt Brutios pastores pecudibus equib; misceri solitos.

Bulini populi Scythiae pediculos escitant Cassij sunt oculis. Rei pecuariae dant operam. Libero patri agunt Trieterica, & Bacchanalia.

Burgundiones dicti sunt, quod olim uicos habitarent, qui eorum lingua Burgi uocantur.

Byzantij notati sunt à Grecis ut acoli, sili, & intemperantes, quod in Venerè & uinum ferrentur: præcipites plurimum enim uersabantur in caupona.

Cadurci populi Gallie in tormentis culcitrarum ex suo lino palmam obtinuerunt.

Calabri quum pyris abundant, consueuerunt ea hospitibus affatim apponere, deinde saturos bellariorum uice domum auferre iubent: Horatio teste.

In Calingis Indiae gente, quinquennes concipiunt foeminae. Octauum uitæ annum non excedunt.

Calcei erant sine deo & numine. Mulieres monilia gestabant ferrea, comamque circumneflebant galericulo atrii coloris superiecto.

Campani in Italia semper superbi fuerunt bonitate agrorum & fructuum, & urbis pulchritudine.

Cantabricæ mulieres oppressæ bello filios legitur interfecisse, ne in hostiles manus ueniret. Opere rustico sumptum suum exercebant. Puerperæ uiris ipsarum uice decumbentibus administrabant. Editum in fontem fluminis abluabant ripis. Ferunt etiam Catabros olim iuris hostium factos, & patibulo affixos, in tanta supplicij duritate nihilominus perinde ac gestantes Pæana cecimisse. Eiusdem quoque gentis illud erat, ut uiri uxoribus numerarent dotem, filiosque ex asse heredes constituerent.

Candei seu Ophiopai uescuntur serpentibus, quarum fertilissima est eorum regio.

Cares populi mercede coeperunt militare, ac proinde ut uiliores passim infamati sunt. Hinc adagium, Homunculus ex Ca-

ria. Canem dijs immolabant: unde et Carica uictima transijt in prouerbum de uili munusculo.

Carmanis fuit peculiare, ut percussa faciei uena profluentem inde cruorem uino permiscerent, propinarentque, amicitia si nem statuentes, sanguinem gustasse mutuum. Mox uero unguentis caput collimire, repercutiendis uini exhalationibus. Apud eosdem nemini licebat uxorem ducere, nisi prius caput occisi hostis ad regem detulisset. Rex autem interfectorum caluaris in regia locabat. Linguas uero faucibus exertas, & minutatim cocisfas, panemque permixtas illis porrigebat degustandas, qui attulissent.

Carthaginenses humanas hostias immolabant Herculi. Fraudulenti erant, & mendaces, non genere, sed natura loci. Non solum optimos, sed & ditissimos censebant magistratibus admouendos: Impossibile enim putabant, eum qui egestate premeretur, recte & incorrupte magistratum gerere posse.

Cassij parentes inclusos fame necant, quum annum LXX ætatis excefferunt. Si quem autem aduolantes aues unguibus ac rostro concerpserint, felicitatis argumentum suspicantur: si à feris aut canibus conuellatur, non ita suspicantur. Quod si à nullo attingatur, desent perinde ac infelicissimum.

Casyri Indorum ad Scythas uersi humanis corporibus uescuntur.

Cor. Tacitus ait, Cattis Germanie populi dura esse corpora, strictos artus, minacem uultum, et maiorem animi uigorem. Multum habet rationis ac solertiae. Præponunt electos, audiunt præpositos. Nescunt ordinem, intelligunt occasiones, diffidunt impetum,

dicenti

diem disponunt, uallant noctem. Fortunam inter dubia, uirtutem inter certa numerant. Plus reponunt in duce, quam in exercitu. Oblato elephantum precio pudicitiam amatoribus subternunt foeminae, nullo inde præflorata fame dispendio. Virgines quum esse nubiles coeperint, in publicum à parentibus producantur, accurrente iuuenum multitudinem, ex qua datur illis optio eligendi, quem uirum uelint.

Cauci septentrionales populi altos habitant tumulos, & casas nauigijs similes, à quibus quum recedit mare, fugientes cum aquis pisces circa tuguria uenantur. Nulas habent pecudes, neque aluntur lacte ut finitimi. Vlua & palustri iunco funes neant ad prætexenda piscibus retia. Captum manibus lutum uentis magis, quam sole siccant. Potus non nisi umbre seruato serobibus in uestibulo domus.

Celenophagi Carmanie populi, non alia quam testudinum carne uiuunt.

Cercopes populi fuerunt in Epheso note fraudulentie, qui conati sunt ipsi etiam Ioui imponere. Hinc adagium, Cercopum cæcus: de improborum conuentu.

Cercyræis populis, quoniam crebris seditionibus agitabantur, moris erat gestare flagra ingentia, ansis eburneis exornata.

Chalcidenses ardebant nefanda puerorum libidine. Laborabant etiam auaricia nota.

Chaldæi uice numinis colebant ignem.

Chalybes habitant iuxta Paphlagoniam, in Ponto. Optimo abundant metallo: De his Val. Plac. lib. 4. Argon. Non ita sit metuenda tibi seuisima quamquam Gens Chalybum, duris patiens cui cultus in aruis, Et tonat afflicta semper domus ignea massa. Idem lib. 5. Noctis sub extrema clausis telluris ab antris. Rerugil auditur Chalybum labor.

Chij calentes mero quum Spartam uenisent, itassentque ad curiam Ephorum, in curulibus magistratum sellis uentris onera per summam foeditatem deiecerunt. Hinc natum adagium, Chius omnia percaçans.

Choromandæ sunt sine uoce, stridoris horrendi, hirtis corporibus, oculis glaucis, dentibus caninis.

Cilices hircos habent uillo tofili, unde uestes conficiunt, quas Cilicia & Cilicina dicimus. Mart. lib. 7. Qualem forpicibus mittit supinis Tofor Cinyphio Cilix marito. Infames fuerunt immanitatis & crudelitatis nomine, ob assiduas hospitem depredateones, & pyriticam, quam exercebant.

Cimbrorum mulieres amicos suos & affinitate sibi coniunctos solebant interficere, quos uidebant in bello turpi fuga salutem sibi querere: auctor Plutar.

Cimmerij populi perpetua caligant obscuritate. Homerus apud Erasmus: Illic sunt populique et moenia Cimmeriorum, Nubibus & cæca assidue caligine lecta: Illos haud unquam radijs sol aspicit radès, Nec quando astriferum curru petit arduus axè, Nec rursus ad terras magno deuectus o-lympto, Sed nox incumbit miseris mortalibus atra. Ouidius fingit domum somni esse in hac regione, ubi ait, Est prope Cimmerios longo spelunca recessu Mons cauus, ignaui domus & penetrata somni, Quod nunquam radijs oriens mediæ uæ cadens uæ Phœbus adire potest, nebula caligine mixta Exhalantur humo, dubieque crepuscula lucis. De his Tibull. lib. 4. Cimmerion etiam obscuras accessit ad oras, Quæis nunquam candente dies apparuit ortu, Seu supra terras Phœbus, seu curreret infra.

Cirni qui Corsicam incolunt, uiuunt annis centenis quadragenis.

Coi tumoni sacrificantes seruos à cōi-
uio resiciebant, ut sacrificaren: libertus.

Colophonij et Castabalenses propter
bulla cohortes canū habuere, quæ primæ
diancabant in acie, nūquam deirestantes.

Apud Crestones populos singuli plures
habent uxores. Quum autē uir aliquis mo-
ritur, tunc oritur magna disceptatio inter
fœminas, quæ nam illum charitus adamaret
uientē. Ad ubi comperitū est, quæ beniuo-
lentia et amoris palmā meruit, ad mortui
tumulum ducitur exornata, ibiq; à propin-
quis maclatur, & humatur cum uiro.

Cretenses ingrediebantur prælia præci-
nente tibicæ: autor Gell. Apud eos erant
sapientes, quos Prophetas uocabant, qui
non tantum abstinebant carnibus, sed &
coctis omnino cibis. Apud eosdē lata quo-
que lege passim permittebatur Venus ma-
scula, amplexabanturq; pueriles amores
usq; ad stuporē. Navigadi peritia, mariti-
marumq; rerū usu principatū olim tenuerunt.
Hinc natū adagiū, quod per ironiā
dici solet: Cretēsis nescit pelagus. Masculis
amoris in tantū flagrabāt, ut admatos
ui corripere. Amore conciliabat nō tam
forma, quā roboris præstantia. Infamati
sunt improbitate, perfidia, mendacio, & i-
gnauia. Libere cōditionis pueri leges man-
dabant memoriæ, mox deorum hymnis a-
nimum adijciebant.

Crotonatæ erant egregij athleta, adeo
ut in palastra uictoriam se penumero re-
portarent.

Curetes instar mollium puellarum co-
mam sūebant, nec succidebant.

Cyclopes & Lastrygones humana car-
ne olim uescebantur.

Cyreni eō deliciarum prouecti sunt, ut
legum conditorem habere Platonem con-

cupuerunt. Qui tamen illorum admiratus
ignauiam, indignos duxit, quibus obsequie
recur.

Cyziceni notati sunt timiditatis et mol-
liciei.

Apud Dacos & Sarmatas mares cor-
pora sua succis herbarum linunt.

Dardanei sub Illyride populi ter tan-
tum in uita balneti operam dabant. Apud
Danos fœminæ plerq; formam suam in
uirilem habitum cōmutantes, militiam adi-
bant. Omnes perose delicias, corpus et ani-
mum patientia ac labore solebant durare,
totamq; fœminæ lenitatis molliciem abdi-
cantes, uirilem exercere sauitiam. Bella
pro basijs intentabant: manus telorum,
non telorum obsequijs exhibebant. autor
Saxo Grammaticus.

Derbices delicta omnia, etiā minima,
ultimo digno supplicio censent. Tellurem
deam agnoscunt. Rebus diuinis nullam ad-
hibent fœminam, sed nec in mensam admit-
tunt. Septuagenario grandiores iugulant,
aduocato ad epulas proximo quoq; Vetur-
larū carnibus non uescuntur, sed præfoca-
tas modò conduunt. Si cui fatalis dies adue-
nerit ante metū præstitutam, sepeliunt.

Apud Eleusinos capitale erat quicquid
ex mysterijs in uulgus efferre, cuiusmodi
erant apud Rom. sacra Bona deæ.

Ephesij habebant notulas quasdam &
uoces magicas, quibus utentes, in omni ne-
gocio uictores euadebant. Hinc adagiū,
Ephesij uti literis.

Essedones Scytharum Asiaticorum po-
puli, solent parentum funera cantu prose-
qui, & conuocatis uicinis cadauera ipsa
alijs carnibus admixtis absumere, & ex
ossibus caput cōficere sibi pocula. Apud
eos quoties pater alicui decebit, omnes

eius

eius propinqui pecora adducunt, concii-
dantq; & mortuum alijs conmixtum car-
nibus ei exhibent, à quo inuitati sunt ad
conuiuium. Caput tamen de sancti denuda-
tum, purgatumq; inaurant, eoq; pro simu-
lacro utuntur, & quotannis ceremonias
eidem faciunt. Iustitiā obseruant diligentis-
simè. Uxores quæ fortes sunt ac uiri.

Essi uxorū populi abstinebant ui-
no, carnibus, & uxoribus. Ieiunijs ita as-
sueuerunt, ut ipsa in naturam uerterint.
Apud eos propriū nemo aliquid pesti-
det. Omnibus in medio positis communi-
ter utuntur. Habitant simul, et conueniant
quasi sodales. Quinq; pro communi ui-
litate faciunt omnia, alia aliorum negocia
sunt, quæ certatim peragunt, non frigus,
non calorem, non aliquam mutationem ae-
ris formidantes. Quum à laboribus merce-
dem ceperunt, apud Quæstorem deponūt:
is omnia diligenter procurat, quibus egēt.
Pleriq; ex his nullas ciuitates colunt, neq;
seruos habent, quando omnes uelut mater
eadem genuit natura. Triplici regula ui-
tam transigunt, amore in deum ardentissi-
mo, uirtutis cultu diligentissimo, charitate
in proximum feruentissima.

Apud Epizephyros Locros si quis salu-
tis causa uinum hausisset largius, medico
non imperante, morte expiatur libera
illa compotatio, perinde ac grande ali-
quod scelus.

Eunessij populi in oceano septentriona-
li tam grandes habent aures, ut ijs nuda in-
tegant corpora.

Fennis Germaniæ populis mira erat fe-
ritas, & fœda paupertas. Non arma, nō e-
quit, non penates. Vicus herba, uulstus pel-
lis, cubile humus, sola in sagittis spes, quas
inopia ferri ossibus asperabant. Idem uena

in uiros pariter ac fœminas aiebat. Passim
enim comitabantur, partemq; præda pete-
bant. Vincbant in syluis, quod beatius arbi-
trabantur, quā ingemere agris, illabora-
re domibus, autor Cor. Tac.

Galli sagittas helleboro collinebant, &
ijs transfixæ feræ multo uiderentur ad ci-
bum deliciores. Rescindebant tamē par-
tes, quæ ambibant uulnus, propter hellebo-
ri contagium. Cicero scribit, Gallos iustu-
randi ac deorum religione non commoue-
ri: Nam cæteræ gentes, inquit, pro religio-
nibus suis bella suscipiunt: Galli contra or-
minum religionis. Quin imò & cum dijs
immortalibus bella gessere, & impetu ho-
stili Delphicum oraculum inuadere sunt
ausi. Si quando uerò metu perciti propicit-
andos deos arbitrantur, humanis hostijs
templa scedant. Strabo tamen ait, Gallos
esse simplices, & nulla morum malignita-
te. Vnde Martial. Et tumidus Gallia credu-
litate fruax. Cæsar Gallorum consilia inceps-
it, ut subita & repentina. Sed & Gallos
omnes deditos religionibus tradit, uerū
affectos grauioribus morbis aut periculis,
homines pro uictimis immolare cōsueuis-
se. Hominē præterea diuinationi destinātū
in tergo ferientes, ex ipso impatientiæ &
torquendi modo uaticinia concipiebant.
Quosdam sagittis configebant, patibulo et-
iam in sacris ædibus suffixos. Arbitraban-
tur insuper se prognatos à Dite patre. Pro-
pterea temporum spacia metiebantur non
dierum, sed noctiū numero. Vestes ferebant
intonfas, uarijsq; coloris, quas Braccas uoc-
cāt. Dicti sunt Galli à nino lactis colore,
qui Gala dicitur: quod eorum corpora la-
ctis instar albescerēt, ob uehemētē hyemæ:
unde Vir. uirgatis lucent sagulis, tū lactea
colla Auro innectuntur. Mantuanus: Ignea

men: Gallis et lactea corpora, nomen Acanthore datum. Veterum Gallorum mores longè discrepant ab his, qui nunc uiuunt. Liberos enim ad conspectum suum uenire prius non patiebantur, quin per aetatem adoleuissent, ac subeundis militaribus periculis essent idonei. Viuentes amicis mutuo concedebant, quae apud inferos creditoribus exoluerent debitores. Viri quantas ab uxore pecunias nomine dotis acceperant, eandem domesticarum fortunarum aestimatione cum dote conferrebant. Quicquid inde fructuum succrescebat, afferuabatur, et ratum eius, qui alteri fuisset superstes. Viri in uxores, sicut in liberos, uitae et necis potestatem habebant. Si qua ueneficij fuisset conuicta, à marito sui propinquis incendio aliisque cruciatibus consumebatur. Quae uiuentibus chara fuissent, cum eiusdem defunctis in funere cremabantur, uel ipsa etiam animalia. De Rep. nisi in publicis concilijs, nemini licebat loqui. Qui ultimus in concilio uenerat, morti dabatur. Ei qui tumultuatus esset, minister publicus uestes rescindebat, adeo ut reliquae partes prorsus essent inutiles. Prolixas nutriebant comas. Vestes auro pictas gestabant, et hirsutis utebantur sagulis. Promissis utebantur feminalibus. Pro tunicis scissos gerebant amictus, uix pudenda natesque uelantes, lana quidem aspera, et oblongis uillis. Unde Martia. Me pinguis Gallia uestit. Et li. 4. Accipere Sequanica pinguem tetricis alumnâ. Hastas alij, alij arcus, plerique fundas, nonnulli fustes in bella feriebant, oblongis que utebantur gladijs. Humi corpora resupinabant ad quietem. Strabonis aetate stramentis sedentes coenabant. Lacte et suilla carne utebantur, feroci omnes ingenio. Ducebantur maiore bello, quam agrorum studio. Tor-

ques aureos pensiles collo portabant. Victoria efferebantur, stupebant uicti. Soru (quos in bello cecidissent) capita equorum suorum uernicibus appendebant. Mercurium praeter ceteros deos uenerabatur, quem omnium artium praedicabant inuentorem. Ituri in pugnam, quicquid manubiarum inde retulissent, uocabant Marti. Fraudantes aliquid ex praeda, graui supplicio puniebant. Nullum absque philosopho faciebant sacrificium. Existimabant enim per diuinam naturam consocios sacra fieri oportere, tanquam dijs propinquiores. Horum intercessione, bona à dijs censebant petenda, quorum consilio in bello et pace uerterentur. Unde et Druidum uetustissimi eorum sacerdotes, solebant curare sacrificia publica et priuata. Religiones item interpretari, adolecentes disciplinis instituire, rerum naturalium causas scrutari, de cede, de finibus, ceterisque controuersis agnoscere, ita ut si quis decreto non stetit, eidem sacrificijs interdiceret. Sacerdotes ipsi hominum congressum et sermonem declinabant, ne contumelia polluerentur. Unus omnibus praeratur, in cuius defuncti locum, suffragio alius sufficiebatur. Animas credebant non interire, sed in alia migrare corpora. Multa de sideribus disputabant, de mundi et terrarum magnitudine, de rerum natura et potestate. Tanta fuit Gallicarum mulierum uirtus, ut inter in festis ciuilibus furoris acies quandoque se immiserint, et lacrymis precibusque obliterate discordia pacem procurauerint. Propterea quum de bello aut pace consulta, mulieres adhibebantur. Haec si qua incidisset controuersa, sedebant arbitrae. Vehiculis utebantur, quae Effeda uocantur, apud Celtas primum repertae. Vir. Belgica uel molli meliore feret effeda collo. Syllius ait, Celtas ex uacuis mortuorum parentum captibus mauratis pocula

entia sibi sacrificasse. haec eius uerba: At Celte uacui capitis circundare gaudent. Ossa (necesse) auro, et mensis ea pocula seruant. Quamuis autem Galliarum et disciplinam non ignari à plerisque iudicati sint, antiquius tamen apud ipsos, quam Latinos aut Graecos floruerunt literae. Nam uersibus Berofus, annotat Noni, literis et legibus Celtas formauit Samoibes, Dis cognomero, et Celtiberos Tubal, à quibus demum mille post annos Graeci suas acceperunt, non à Cadmo. Nam quae primum aduexit rudis pauca ante excidium Troianum Cadmus quintus, eas à Galatis traxerat, quae Galatae et Maones prius à Gallis susceperant. Non ergo Galliae à Graecis, sed potius à Gallis Asia et Graecia cum colonijs etiam literas et disciplinas susceperunt. Aliquot demum annos post repertum literarum usum regnauit apud Celtas Sarron, qui ut hominum ueracem ferociam concineret, publica primus instituit gymnasia, à quo Celtarum theologos et philosophos uocauerunt Sarronidas. Quum illa dea illa dicendi praeses Pythagore nomine, quae alij Suxida, uel delâ, Leporem, Flexanimam, Graec. Psychago genem uocat, maximo loco numinis habita esset apud Gallos. Quo tempore Romani longè lateque imperabant nulla gens uixit Romano populo magis formidolosa. Cum nulla unquam gente Romanis ipse populus intra extraque Italia maiore hominum strage, maioribus tunc exercituum periculis debellauit. Nam licet ex eorum exercitu centum hominum millia quandoque desiderata sint, nihilominus tamen animosi pugnam acrius instaurabant pudore ulciscerentur, ad unum interfici, aut interficere uolentes. Certarunt Romani cum finitimus de principatu, cum Carthaginiensibus de imperio, cum

Gallis de uita semper. De his Strabo lib. 4. Vniuersa, inquit, natio, quae haec aetas Galliae uel Gallicam nominat, Martis studio et animorum ardet impetu, conferendae pugnae alacritate impigra, semperque stantes in Boream, aut oceano propiores, conferendis pugnis sunt audaces. Florus de Senonibus sic inquit: Galli Senones, gens natura ferox, moribus incondita, ad haec ipsa corporum mole perinde ac armis ingentibus, adeo omni generi terribilis fuit, ut plane nata ad hominum interitum et urbium stragem uideatur. Hi quondam ab ultimis oribus emergente omnia Oceano ingenti agmine profecti, quum media uastassent, postquam inter Alpes et Padum sedibus, ne his quidem contenti, per Italiam uagabantur. Romanam quietem aggressi, uniuersum populum in Capitolium se suaque omnia recipere compulerunt. Quum quaersum transibat, non fulminantes, sed plane summa uidebantur, dolebantque expertem cruoris uictoriam sibi concedi, ac sine ruina transitum patere. Titus Lilius auidas armorum Gallicas gentes semper fuisse scribit. De his etiam Trogius apud Iustinum lib. 4. Gallia, inquit, abundanti multitudine, quum eos non caperent terra quae generant, trecenta milia hominum ad sedes nouas querendas uelut peregrinatum miserunt. Ex his enim portito in Italia confecti, quae et urbs Romanam captam incendit: et portito in Illyricos sinus per strages Barbarorum peruenit, et in Pannonia confecti. Gens aspera, audax, bellicosa, quae prima post Herculeum Alpium inuicta uirga, et frigore intractabilia loca transcedit. Ibi domiti Pannonijs per multos annos cum finitimis uariis bellis gesserunt. Hortante demum successu, diuisis agminibus alij Graeciam, alij Macedonia-

cedoniam omnia ferro proterentes petiūc
re. Tātūq; terror Gallici nominis erat, ut
etiam reges non lacesiti ultrò pacē ingēū
pecunia mercarētur. Libro item 25 ait: Ea
tempestate Gallorū iunētus tāta foecūdita
tu fuit, ut Afiā omnē uelut examine aliquo
implerēt. Deniq; neq; reges Orientis sine
mercenario Gallorum exercitu ulla belia
gesserūt, neq; pulsī regno ad alios, quā ad
Gallos, confugerunt. Tantus terror Gallici
nominis, siue armorum inuicta felicitas e-
rat, ut aliter neq; maiestatem suam tutam,
neq; amissam recuperare se posse sine Gal-
lica uirtute arbitrentur.

Garamantes matrimoniorum expertes,
passim cum foeminis degunt, nullas certas
habent sedes. Sub cilicijs semper agunt.
Mulieres seruilia ubiq; ministeria semper
faciunt.

Gamphasantes nudi praetiorūq; exper-
tes, nulli externo congregantur. Obuios
quosq; fugiunt, ac reformidant. Habitant
in parte Libyae.

Geloni Scythiae populi solebant se pin-
gere. Verg. lib. 2 Georg. Fasq; domos Ara-
bum, pictosq; Gelonos. Claudianus: Mem-
braq; qui ferro gaudet pinxisse Gelonus.
Sanguinē equinū bibebāt cū lacte. Vergil.
Bis ille quo more solent, acerrq; Gelonus,
Quā fugit in Rhodopē, atq; in deserta Ge-
zarū, Et lac cōcreū cū sanguine potat equi-
no. Sidonius: Aut ad paludicolas Sicābro,
aut ad Caucaisigenas Alanos, aut ad Equi-
mulgos Gelonos. Sunt praeterea sagittarij.
Verg. lib. 8. Hinc Lelegas, Caratq; sagittifē-
rosq; Gelonos Finxerat. Multas singuli ha-
bent uxores. Val. Flac. lib. 7. Argon. Hei mi-
hi nei sauo cōiunx nō una Gelono. De ho-
stū cutibus sibi indumenta, et equis tegmi-
na cōficiunt. Contenti uiuant suis finibus.

Horat. lib. 2. Carm. Intraq; praescriptū Ge-
lonos Exiguus equitare campis.

Getae nullos habent in agris limites, sed
fruges liberas et cōmunes. Hora. li. 3. Car-
Viuūt et rigidi Getae, Inmetata quibus tu-
gera liberas Fruges et Cererem ferūt, Nec
cultura placet longior annua. Gaudent sa-
gittis et pharetris. Ouid. lib. 5. Trist. In cō-
pharetratis Sarmatis ora Getis. Integuntur
ferarū pellibus. Idem Ouid. lib. 4. de Pontō:
Hic mihi in Euxino bis tertia ducitur a-
stas Littore. pellitos inter agenda Getas. Bi-
bunt et equinum sanguinē permixto lacte.
Sido. Solitosq; cruentū Lac potare Getas,
et pocula tingere uenis. Nō uescuntur car-
nibus. Solebant olim mortuis uiris uxores
interficere. Ouid. de Getis scribit: In quib;
est nemo, qui non Coryton et arcum, Te-
laq; uipereo luida felle gerat: Vex fera,
trux uultus, uerissima mortis imago, Non
cena, non ulla barba refecta manu. Dexte-
ra nō segnis fixa dare uulnera cultro, Quē
uinctū lateri barbarus omnis habet. Mor-
tem suorum Latentia prosequuntur.

Getuli insidunt equis inornatis. Lucā,
Semperq; paratus Inculio Gelulus equo.

Germani foeminas quasdam fardicas
tanquā deas habuerunt. Magnas olim fere-
bant lanceas et hastas, angusto et breuī
ferro, quas frameas uocant. Hoc telo et
scuto contenti erant equites. Pedites et
missilia sargebant nudi, aut sagulo leues.
Scuta lectissimis coloribus distinguebant.
Corpora uorū etiam in dubijs prelijs rese-
rebant. Scutū reliquisse praecipuū erat fla-
gitiū. Reges ex nobilitate, duces ex uirtute
sumebant. Nec regibus infinita erat ac libe-
ra potestas. Neq; animaduertere, nec uincē-
re, nec uerberare quenquam, nisi sacerdotē
bus licebat. Ad matres et cōiuges ferebant

uulnera.

uulnera. Nec ille numerare, nec exigere
plagas pauebant. Cibos et hortamina se-
rebāt pugnantibus, adeo ut memoriae proda-
tur, quasdā acies inclinatās, et iā labantes,
a foeminis resiliētias cōstantia precū, et ob-
iclu pectorū. Nec earū cōsilia aspernaban-
tur. Mercuriū colebant, cui certis dieb hu-
manis litabāt hostijs. Herculem et Mariē
concessis animalibus placabant. Lucos et
memora cōsecrabant, deorūq; appellabant
nominibus. Auspicia et sortes obseruabāt
maximē. Equorum quoq; praesagia et mo-
ritus experiebantur, obseruatis corundem
binnitibus. Nec ulli auspicio maior habeba-
tur fides. De minoribus principes cōsultā-
bant, de maioribus omnes ita tamen ut ea,
quorum penes plebē arbitrium erat, apud
principes pertractarentur. Dierum nume-
rum non computabāt ut nos, sed nocturnū.
Silentium per sacerdotes, quibus ius erat
coercendi, imperabatur. Rex uel princeps
dicturus audiebatur magis autoritate sua,
dendi, quā iubendi potestate. Si d splice-
bat sententia, fremitu aspernabatur: si pla-
cebat, frameas cōcubebant. Erat distinctio
poenarum ex delicto. Proditores et trans-
fugas arboribus suspendebant. Ignauos, et
imbelles, et corpore infames cœno, ac pa-
lude, iniecta in super crate, mergebant. In le-
uioribus delictis pro modo poenarū, equo-
rum pecorumq; numero cōuicti multaban-
tur. Principes qui iura per pagos uicosq;
reddebant, nihil neq; publicae, neq; priua-
tae rei, nisi armati agebant. Nemini tamen
prius licebat arma capere, quā ciuitas pro-
basset. Tunc autem principum auiquis uel
pater, uel propinquus scuro frameaq; iuue-
nem ornabat. Haec erat apud illos toga, hic
primus iuuentae honos. In acie turpe erat
principi a suis uirtute uinci, turpe comita

tui uirtutem principis non equare. Infame
uerò, et per omnē uitā probrosum duceba-
tur, si quis superstes decessisset relicto prin-
cipe: princeps pugnat pro uictoria, co-
mites pro principe. Si aliqua ciuitas longa
pace aut ocio torpuisset, earū indigenae a-
dolefcētes petebāt ultrò eas nationes, quae
bellū aliquod gererēt, quia ingrata erat gē-
ti quies. Pigrū et iners putabant sudore ac-
quirere, quod potuisset parari sanguine.
Dum cessabant a bellis, nō nullū uenatib.
plus per ocium transigebant dediti somno
cibosq;. Fortissimus quisq; foeminis seni-
busq; et infirmissimo cuiq; rei domesticae
curam delegabat, ipse quiescens. Gaudebāt
finitimarum gentium donis. Nullas habita-
bant urbes, nec patiebātur inter se iunctas
aedes. Colebant discreti ac diuersi, ut fons,
ut campus, ut nemus placuerat. Vicos loca-
bant, non tamen cōnexis aut cōherentibus
aedijs. Suā quisq; domum spatio circun-
dabat, siue aduersus casus ignis remediū, si-
ue infensū aedificandi. Apud illos nullus e-
rat camentorū aut tegularū usus. Materia
ad omnia utebantur informi, et citra spe-
ciem, aut delectationem. Aperiebant et sub-
terraneos specus, quos multo fimo onera-
bant, suffugium hyemi et receptaculū fru-
gibus. Tegumen omnibus erat sagum, fibis
la uel spina confertū. Locupletissimi ueste
distinguebantur, nō fluitante, ut Sarmatae
et Parthi, sed stricta et singulos artus ex-
primente. Gerebant et ferarū pelles. Nec
alius foemina quā uiris erat habitus, nisi
quod foeminae saepius lineis amictibus uela-
bantur, eosq; purpura uariabant, et par-
tem uestis superioris in manicis non exten-
debāt, nudae brachia et lacertos. Contenti
erāt singulis uxorib. exceptis paucis, q nō
libidine, sed ob nobilitate multas ducebāt.

Dotem non uxor marito, sed uxori maritus offerebat. Intererant parentes, & muna probabant, non ad delicias muliebres quaesita, nec quibus noua nupta comerebatur, sed boues, scutum cum framea & gladio. In hac munera uxor accipiebatur, atque inuicem ipsa armorum aliquid uiro offerebat. In ipsis auspicijs matrimonij nupta monebatur uenire, sed laborum periculorumque socia, idem in pace, idem in praelio auera passuraque. Hoc iuncti boues, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiabant. Literarum secreta uiri ac foeminae ignorabant. Paucissima erant adulteria. Adulteram accisis criminibus nudatam coram propinquis maritus expellebat domo, & per omnem uicum uerberare agebat. Nemo illi uicia ridebat. Infantes nudi erant in domibus. Sua quemque mater uberibus alebat, nec ancillis, aut nutricibus delegabantur. Nullum erat deliciarum discrimen inter domini & seruum. Inter eadem pecora, in eadem humo degebant. Sera iuuenum uenus: nec nisi iam prouectis aetate & uiribus concedebantur matrimonia. Sic cuique liberi erant heredes sine testamento parentum. Si defuissent liberi, succedebant propiores cognatione. Comitibus & hospitibus indulgebant amicisimè, adeo ut nefas haberetur quemcunque mortaliu arcere tecto. Hospites externos pro fortuna quisque paratis excipiebant epulis. Abeuntibus, si quid poposcissent, moris erat concedere. Separata singulis sedes, & sua cuique mensa. Diè noctemque continuare potando nulli erat probrum. Crebra in compotationibus rixae, quae saepius caede & uulneribus, quam conuiuijs transigebantur. Postea tamen conciliabantur faciliè, & deponebant inimicitias. Nuda erat omnium mens, & secreta pectoris aperie-

bant licentia ioci. Potus erat his humor ex hordeo aut frumento, in similitudinem uini corruptus. Cibi simplices, aegrestia forma, recens sera, & haec concretum. Famem explebant sine apparatu & blandimentis. Aduersus sitim non eadem temperantia. Spectaculorum genus habebat hoc unum. Nudi iuuenes, quibus id ludicrum erat, inter gladios & framas se coniciebant. Exercitatio parabat artem, ars decorum. Aleam sobrijs inter seria exercebant, tanta lucrandi perditio temeritate, ut quum omnia defecissent, extremo ac nouissimo iactu de libertate & de corpore contenderent. Vietus uoluntaria subibat seruitutem, et quamuis iunior ac robustior, alligari tamen se ac uenire patiebatur. Seruos huius conditionis per commercia tradebant, ut se pudore uictoriae exoluerent. Verberare seruum, ac uinculis & opere exercere, infrequens erat & raram. Solebant tamen occidere, non disciplina & seueritate, sed impetu et ira, ut inimicum. Foenus & usuras nesciebant. Agri pro numero cultorum per uices ab uniuersis occupabantur. Funerum nulla erat ambitio. Corpora clarorum uirorum certis lignis cremabantur. Struem rogi nec odoribus, nec uestibus cumulabant. Suae cuique arma iniiciebantur. Sepulchrum caespes erigebat. Monumentorum arduum honorem aspernabantur. Lamenta & lacrymas cito ponebant, dolorem ac tristitiam tarde. Foeminis honestum erat lugere, uiris meminisse. Haec praecedentia Germanorum moribus collegimus ex Cor. Tacito. Priusquam pubertatem attingissent, nesciebant operimenta, corporum nuditate gaudentes. Larocinijs non abstinebant. Crudis quandoque uesciebantur carnibus. Foeminarum congressum ante uicesimum annum:

annum sine probro non appetebant. De his Seneca: Quid, inquis, Germanis animosus? quid armorum cupidus, quibus innascuntur innutrienturque, quorum una illis cura est, alia negligentibus? Quid in duratius ad omnem patientiam? Hos tamen Hispani Galli, necnon Asiae Scythiaeque, molles bello uiri, antequam legio uisatur, cadunt ob nullam rem aliam opportunos, quam ob iracundiam. Horatius Germanos uocat Caeruleos, propter caesios oculos. Nam qui sub septentrione agunt, immanibus sunt corporibus, candido colore, directo capillo & rufo, caesius oculis, & multo sanguine. Qui uero ad axem meridiano uergunt, breuioribus sunt corporibus, colore fusco, capillis uibratis, oculis nigricantibus, cruribus inualidis, sanguine exiguo.

Cnidianum populorum Africae uxores fimbriarum copia perstrepunt. Pretium id concubitus est. Quod pluribus quaeque uisitur exulta, eod plausibilior eius forma.

Graeci non erubescunt uinum bibere unguento mixtum. Mendaciam notam praeter ceteros mortales sibi comparant. Claruerunt tamen ingenio, laudis audaces, quam pecuniae. Unde Hor. in Arte: Graecis ingenium, Graecis dedit ore rotundo Musa loqui, praeter laudem nullius auaris.

Gymnites Aethiopiae nudi degunt.

Gymnosophistae torporem animi atque otium oderant. Nudi degebant in syluis: ab exortu ad occasum perstabant contuentes solem immobilibus oculis. Feruentibus arenis toto die alternis pedibus insiscebant. Apud eos omnes adolescentes ex diuersis locis & officijs conueniebant ad cibum. Magi si i perrogabant, quid fugi ab ortu ad illud diei tempus fecissent, Qui nihil habe-

bant, quod offerrent, impransis foras ad opus trudebantur.

Halifones Scythiae populi, uescuntur caepe, lente, allio, & milio.

Hammonij populi Africae, dispersis turgurij habitant. Medium nemus pro arce habent, triplici muro circumdatum.

Apud Hebraeos lege cauebatur, ne hostem in sepulchrum quidem relinquerent. Doctrina his fuit secretior, & quasi diuinitas quaedam, ut Moysis uolumina, & prophetarum uaticinia docent.

Hedui olim dicti sunt fratres Romani. Cor. Tacitus ait, Heduos omnium primos senatorum in urbe ius adeptos fuisse, datumque id foederi antiquo: quia scilicet Gallorum fraternitatis nomen cum populo Romano usurparent.

Hellusij & Oxiones Germaniae populi erant, ore et uultu humano, reliquo corpore similes feris. autor Corn. Tacit.

Hentochi populi in Ponto, gaudebant humanis carnibus.

Heptacometae Barbari sunt in Ponti regione, quorum nonnulli super arbores degunt, alij in turribus.

Heruli populi nudi pugnabant, uerenda corporis duntaxat operientes, siue ut expeditius percuterent, siue ut illatum ab hoste uulnus uiderentur nihili facere. autor Paulus Diaconus.

Hesseni populi in Occidentali Iudaea parte, uiuunt sine foemina, omni uenere abdicata, & sine pecunia. Tanta libertatis ducuntur audacitate, ut principem unum solumque fateantur Deum. Specie moris nihil iam expauescunt. Cognatorum negligentia supplicia. Amicorum interitus non magni faciunt. Animas putant immortales, quas aiunt a corporibus absolutas tanquam e-

ong et graui feruitute leticia perfundi
 maxima, et ferri sublimis, ultraq; Oceanū
 degere in locis per amoenis, qui nulla infestantur
 intemperie.

Himantopodibus natura est serpendo
 ingredi.

Vergilius lib. 9 de moribus Latinorum
 sic ait: Caniciē galea premimus, semperq;
 ecentes Conuectare iuuat prędas, et ui
 rere raptō. Idē: Durū ā stirpe genus, natos
 ud flamina primum Deserimus, saeuoq; ge
 lu duramus et undis.

Hircani canes nutriunt, quib. obijciunt
 mortuos. Vescuntur uenatibus: abundant
 tigris: teguntur seminibus: pleriq; mari
 nis muribus sustentantur.

Hirpie familie fuerunt in agro Phali
 scorum, quę annuo sacrificio, quod fiebat
 in Soracte monte, super ambustam ligni
 struem ambulantes non comburebantur.

Hispani quondam oblectabantur capil
 lorum longitudine. Vnde Mart. Hispanis
 ego contumax capillis. Crinem sibi sine ul
 lo artificio formosi quaticbant, non aliter
 quam iubam generosa animalia. Historici
 scribūt, Hispanos inquieto esse ingenio, a
 uidoq; in nouas res. Olim hostem adorie
 bantur punctim magis quam casim. Pro
 pterea gladijs utebantur breuitate habilib.
 mucronatisq; ibant in bellū induti prętex
 tis purpura tunicis, cā dore miro fulgētib.

Homolotti populi dissecto in minimas
 particulas boue fœlus iungunt.

Hyperborei septētrionales populi, ex
 coriatis beluarum pelles habent pro uesti
 mentis. Verg. lib. 3 Georg. Talis Hyperbo
 reo Septem subiecta trioni, Gens effrena
 uirū: Riphæo tūditur Euro, Et pecudum
 fœtus uelātur corpora feris. Anno souiunt
 æuo. Domus ijs nemora luci, et decorum

culius. Discordiam et omnem egritudine
 ignorant, uiri im gregatimq; degentes. Sa
 uia: i uita, indulgēt epulus et uoluptatibus.
 Demū ex quadam rupe in mare desiliunt.
 Frugum primitias Delon mittebant Apol
 lmi. Viuunt annis mille.

Hyporeæ Aethiopię populi, atricolo
 ris, tota corpora rubrica illunt.

Iberiacula ferebant, multis hamis fer
 reis conferta. Ferreis erant moribus. Neq;
 enim abluiebant ex lotio, quod intra cloa
 cas diutius asseruatum esset, lauacra com
 parare: recrimentis deniq; contusis denti
 ficia sibi et coniugibus querentes. Cubi
 tabant humi. Res plurimas minimi facie
 bant, et auaricię studio semel tantum in
 terdiu cibum capiebant. Erant et Hydro
 potæ. Vestibus utebantur preciosissimis.
 Mortuis tot erigebant obeliscos, quot ho
 stes interfecerant illi, dum uiuerent. Male
 ficiorum infamia laborarunt. Seruos ma
 ctabant, et inde concipiebant uaticinia.
 Mirandula in hymnis: Afflato Lunę ser
 uos mactabat Iberus, Captiui et iugulo
 fundebat carmina uates.

Indi uxores plurimas habent. Apud eos
 lex est, ut uxor clarissima cū defuncto ma
 rito cremetur cū uestimentis ei pristino ha
 bitu, quod Propert. li. 3. laudat his uerbis:

Felix uois lex funeris una maritis,
 Quos aut ora suis rubra colorat equis:
 Numq; ubi mortifera iacta est fax ultima lecto,
 Vxorū fulis fiat pia turba comis;
 Et certamen habet leni, quæ uiua sequatur
 Coniugium, pudor est non licuisse mori.
 Ardenti uirices, et flammæ pectora præbent,
 Imponuntq; suis ora peruisa uiris.

Vinū conficiunt ex palmis, ex castaneis o
 leum. Arboribus suis uestiunt. Arundines
 habent amplitudinis arboreæ. Panc uirū
 hordeacei. Corpora usq; ad pedes carba
 sis uelant. Soleis pedes, capita linteis uin
 ciunt: capilli ex auribus pendunt. Brachia

et lacertos auro colūt. Tela quę sagittato
 res excutiunt, sunt ferē trium cubitorū. fer
 riq; tanta uis, ut neq; clypeus, neq; thorax,
 aut aliud pectoris munimētum queat obfi
 flere. Ante expeditionē Liberi patris, nul
 las habebat domos, nullas urbes, nulla deo
 rum immortalū templa, nullam sacrarum
 curam. Viuebant in plaustris. Tegebantur
 ferarū pellibus. Vidi demū a Libero patre
 edificari urbes, leges acceperunt, tem
 pla construxerūt, armis infueuerūt. Colue
 rūt Herculem Gigantis nomine. Iusticiam
 tanto obseruauerunt cultu, ut exter as gentes
 nūquam appetuerint bello. Defunctis se
 pulchra non erigunt. Expertes sunt serui
 tutis. Capillum curant. Mentum habēt in
 tonsum, reliqua facie depilata. Farti se ali
 gassē, scelus apud eos nefarium. Liternā
 rō norunt. Testibus nec indigent, aut obfi
 gnatione ulla. Vinum nesciunt, præterquā
 rei diuinę causa. Potus illis ex orza, ex
 hordeo ferē cabut. Incolumitatē exercitio
 querunt, et perfidionibus. Strigiles ex
 hebeno corporū expolitioni adhibent. Ve
 nerātur inter deos Iouem pluuiū, Gangem
 fluium, Indigetes genios. Si a rege abluan
 tur capilli, festa dies agitur. Lunę cursu
 tempora metiuntur. Totū iter odorib. com
 plent, per quod rex transiturus est. Eius le
 sticam sequuntur armati corporūq; custo
 des. Apud eorū sapientes occupare fāti diē,
 pulchrum est, et uiuos se cremari iubent.
 Expectatā mortem pro dedecore uitę ha
 bent, nec ullus corporib. honos redditur,
 quę senectus soluit. Deos putant quicquid
 colere cœperūt, arbores maxime, quas ui
 olare capitale est. Rex ubi se publicē uisen
 dum præbet, præcurrunt cum argenteis
 thuribulis ministri, qui uniuersum iter o
 ribus uaporant. Ipse autē gestatur lectica,

margaritis hinc inde propendentibus. Lu
 cet amictus auro et purpura. Lecticam mu
 niunt corporis custodes, circum pendenti
 bus auiculis, quas ad hoc imbuunt. Regia
 sit citor auratis columnis, quę nulla non
 hora patet uolentibus. Vbi rex incumbit
 ornamento capitis, tunc admittuntur lega
 tiones, et redduntur populis iura. Si quan
 do proire uelit in uenationem, ferā lepo
 rarijs inclusa cōficiuntur in cōspectu me
 reticum. Si aliquando longius eundum
 sit, meretrices ipsę uectantur curru, quem
 ducunt elephantes. Impudicis et prostituta
 tis mulieribus uti solent, dum uolunt uaca
 re genio. Itaq; relictis domi uxoribus illas
 sibi asciscunt, non pro lis, sed uoluptatis
 gratia. Vxores uerō adhibent in rebus ho
 nestis tantum: ubi scilicet aut proli uacāt,
 aut præter modum non lasciuunt, ne ni
 mio luxu corrumpant, quas esse pudicas uo
 lunt. Nec unquā permittūt geniales illas et
 liber as uoluptates coram uxoribus exerce
 ri, quę aliquam pudicitia iacturam afferre
 possunt. Vbi somni tempus accessit, regem
 uino grauem, dormientemq; cubiculo in
 ferunt pellices, Dijs noctium et tenebra
 rum patrio ritu aduocatis cum cantu. Fi
 lij senio confectos patres interficiunt, et
 eorum carnibus uescuntur: teste Herodo
 to Matronę celebres sunt pudicitia. Obla
 to tamen elephantum precio, pudicitiam a
 matoribus substernunt, nullo inde præ
 floratę famę dispendio. Virgines quina
 esse nobiles cœperunt, in publicum a pa
 rentibus producuntur. Accurrente ado
 lescētiā multitudine, datur illis optio de
 ligendi sibi uirum ex tota iuuenum turba
 Icenus ignorāt. Maximum opinantur ne
 fas, uel iniuriam pati, uel facere. Proinde
 nulla illis syngrapha, nullum depositum.

Quum quis egrotat, familiares illum m-
terant, ac demum epulantur. Nullam a-
nimonantem occidunt. Nihil sciunt, herba ui-
etanti, domos parandas non putant. Coti-
tus in propatulo est, sicut pecorum. Herod.
lib. 5. cap. 5.

Apud Indos duo erant Gymnosophista-
rum genera, Samaritae & Brachmanes. Sa-
maritae pomis, oryza, aut farina tantum ale-
bantur. Rex eos colebat ut deos, illorum pre-
cibus pacem conciliari existimans.
Existimabant animam esse in seruitute, qua-
dam concluderetur corpore: liberam uero
ubi separata esset. Properea uoluntariam
plerumque mortem oppetebant. Hos dome-
stici beatos existimabant: eos uero qui su-
peressent, deflebant ut infelices.

Ionum mollities quondam abiit in pro-
uerbium. Primi unguenti, coronarumque in
comunijs dandarum, et secundae mensae con-
suetudinem repererunt. Hinc Hor. Motus
doceri gaudet Ionicos Matura uirgo.

Apud Iudaeos quinquagesimo quoque an-
no debite relaxabatur pecuniae, donaban-
turque serui libertate. Quae uilius uenissent,
redibant ad possessores.

Lacedaemonij summi bellatores, non
cornuum tubarumue signis, sed tiliarum
modulis in praелиjs utebantur, non ut exci-
tarentur, aut euibrarentur animi, sed con-
tra, ut moderatiores modulatioresque fie-
rent: nihil in principijs praелиorum ad salu-
te uirutemque aptius rati, quam si permul-
ti sonis minoribus non immodice ferocirent.
aut Gellius. Furandi usum concedebant
impune, non ob turpia lucra, neque ad sum-
ptum libidini praebentium, comparandamue
opulentiam, sed pro exercitio disciplinaeque
rei bellicae, quod et furandi solertia, et a-
suecundo acueret animos adolescentium, et in

stuarum astus, et uigilandi tolerantiam,
et obrepente euitatem aptos proclit
uesque redierit. Regibus suis augures dabat
assessor. An ebebeo gressum Amori sa-
crificabant, quod uis uis uis uis pariat.
Lex erat, ut iuues tam effœti, qui despera-
bant prorem, eligeret aut quem ex adolese-
ntibus, eumque ad uxores suas amitterent, et
natum inde paruum ut suum et legitimum edu-
carent. Gerebant in seuis suis Lambda li-
tera, insignitoris notae gratia. Solebant in-
super liberorum suorum indolem experiri
publice uerberibus admotis, illosque horta-
ri, ut flagellorum ictus fortiter perferrent:
item laceros ac semianimes rogare, ut uul-
nera praebent uulneribus. Unde Cic. Cre-
tum quidem leges, inquit, itemque Licurgi,
laboribus erudiunt iuuentutem, ut nando,
currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, et
stuardo. Spartae pueri ad aram uerberibus
sic accipiuntur, ut plerisque sanguis a uisce-
ribus exeat. Nonnunquam etiam quum ibi
essent, audiebam ad necem, quorum non mo-
do nemo exclamauit unquam, sed ne inge-
muit quidem. Liberas modo pro necessitate
discebant. Reliquarum disciplinarum nihil
omnino admittebant. Praebant honeste, la-
bores constantissime tolerabant, pugnan-
do uincere uolebant aut inerrare. Furaban-
tur impune ex cibarijs, qui quid uellent.
Sordidi tamen erant, et praeparci omnes.
Nā parua, et pretij prope nullius magni-
faciebant, et admirabantur, ardebantque au-
ditate pecuniae. Erant et inhospitalis. Si
quidem non omni tempore licebat peregrinis a-
dire Spartam, sed praestitutis diebus. Quosque
plectentes censebat, noctu plectebant, aut
Herodot. Praecones, tibicines, et coci in pa-
terno succedebant artificio, et coquus ex
coquo, tibicen ex tibicine, praeco ex praeco

cone gignebatur, omnesque perseverabant
in paterno opere. Ex insuauis Lycurgi spō-
sus noctu clam accedebat ad sponsam extim-
sto lumine, et cum ea quadam uelut religio-
ne timidus coibat, et uereciendus. Antequam
rex pugnam iniret, sacrificabat Musis, quo
et oratione et memoria imprimis digna
promerent facinora.

Lacones breuissimi erant in sermone.
Propterea uulgi uerbum erat: Facilius mul-
to esse philosophari, quam Laconum ser-
monem imitari.

Laryade seu Placiade, populi Atticae,
raphanos in eorum pudenda membra im-
pingebant, quos habebant adulterij com-
pertos.

Lestrygoes humana carne uesceban-
tur.

Leontinos Siciliae populos quum expu-
gnasset Phalaris, ademptis armis ad com-
potationes et uoluptates eos reiecit, ne re-
bellionem pararent. Hinc adagium, Sem-
per Leontini iuxta pocula.

Leprei populi deprehensos in adulterio,
per triduum uinctos circa ciuitatem duce-
bant, mox toto uitae tempore habebant con-
tempbiles. Adultera uero mulieres die-
bus undecim in foro stare discinctae cogeban-
tur, tunica perlucida circumuesita.

Lesbij foedissimi fuerunt in ueneris, adeo
ut ne capiti quidem parcerent. Quam foedi-
tatem excogitarunt ipsi, et in muliere ex-
perti sunt primi. Vulgo quoque male audie-
runt ob usnitatem. Lesbiani uerbum est ir-
rumare, libidinari, et lasciuire, quod tur-
pitudinem fellationis et irruminatōis,
quae per os agitur, primi inuenerunt.

Leuci populi Galliae Belgicae, et Remi
fuerunt optimi iaculatores. Lucan. lib. 1. O-
ptimus excussio Leucus Remusque lacerto.

Libyci quos in uenatione uel pugna ele-
phantes attriuerint, magnifice sepeliunt,
et hymnos concinunt.

Lotophagi populi Africae, uescuntur fru-
ctu arboris, quae dicitur Lotos. Polician. in
Nutritia: Nec faciles Ciconas fortunatosque
eiborum Lotophagos. Solebant hi populū
suos defunctos in mare abijcere, parum in-
teresse asseuerantes, humo ne, an aqua, at-
igne dissoluerentur.

Lucani erant admodum iusti, et hospi-
tales. Apud eos lege fuit sancitum, ne quis
post occasum solis inuententem hospitem
exigeret. Quod si fecisset, agebatur reus,
eiisque dicebatur multa.

Lusitani apri erant insidiosi. Inspeculis hu-
manis exte fuerunt conieciabant. Dextras
captiuorum praecisas iijerebant omnibus.
Erant Hydrophobae. Mitrae populi inui-
bant. Hercum habebant enteripularum de-
licias. Strabo lib. 3.

Lydi primi omnium caupones fuerunt
et insidiores. Ala usum, tesseraum, et pi-
lae excogitauerunt. Mancipati fuerunt au-
gurijs et diuinationum superstitionibus.
Furaces erant adeo, ut non discederent, ni-
si si aliqua prius sublata. Fuerant in super-
molles et libidinosi, adeo ut non tantum
nocturnacarent uoluptati ueneris, uerum
etiam in meridie lasciuirent, foedum opus
manibus peragentes.

Lydorum mulieres passim substractae a-
matoribus, hospitali benignitate eos de ple-
rumque confuent, et pluribus afficiunt do-
nis, quam ipse accipiant. Solos tamen con-
dignos in foedera turpitudinis admittunt.
Priusquam coniugium inirent, seipsas pro-
stituebant. Si post coniugium deliquissent,
ueniae spes nulla.

Lycrae populi Scythiae, uenatione uicti

tant hoc modo: Conscensis arboribus, quas habent frequentes, insidiantur feris. Singulis adest canis, & equus in uentrem cubante edocfus, humilius subsidendi gratia. Vbi quis feram ab arbore uidit, sagitta percussit: percussam, si fugiat, conscenso equo persequitur, comitante cane.

Macæ summa capitis curiosius deradūt, relictis in medio capillis, quos succrescentes eadem cura detundent.

Macedonibus nullum fuit tam solenne militiæ munus, quam uos sepelire. Eorum regibus lege cautum est, ne uictis hostibus trophaum erigerent. Lege cauebant eos capistro cingi, qui nullum hostem interfecissent.

Machyles populi Africæ, comam in occipitio conmutrunt, capillosq; decutiunt in sinistra parte. Mimio linūt corpora, seq; à Troianis prognatos fabulantur.

Magnetes populi Thessaliæ, optimi sunt equorum domitores. Lucan. Et Magnetes equis, Mæne gens cognita remis.

Mandi Indorum, locustis uiuunt. Trecentos habent uicos. Quadragenos non excedunt annos. Eorum foeminae semel tantum pariunt.

Mardi Persarum populi, specus in motibus sodiunt, in quo se coniuges ac liberos conant. Pacorum & ferarum carne uesciuntur. Ne foeminae quidem pro natura & habitu moliora sunt ingenia. Coma prominent hirtæ. Vestis est super genua. Funda uinciunt frontem. Hoc & ornamētum capitis & telum est. Fuit hæc gens cultu uitæ aspera, & latrocinijs afflueta.

Marsi populi in Italia, à Circes filio orti, uim habuerūt naturalem contra serpentes, & uenena: adeo ut eorum salina ielæ serpentes, ut firuentis aquæ contactu sus-

giant. Gellius lib. 16. cap. 11, Gens, inquit, in Italia Marsorum, orta fertur esse à Circes filio Marso. Propterea Marsi hominibus uel quadam genitali datum, ut serpentium uirulentorum domitores sint, & incantationibus, herbarūq; succis faciant delarum miracula.

Massagetae Scythiæ populi, quum per deserta discurrunt, equorum suorum sanguinem cum lacte bibunt. Claudian. lib. 1. in Ruff. Et qui ornipedes in pocula uulnerrat audax Massagetes. Seneca in Oedip. Læta Massagetes qui pocula sanguine miscet. Lucan. Longaq; Sarmatici soluens ieiunia belli, Massagetas quo fugit equo, uolucresq; Geloni. Senio confectos in frustra consecant. Qui intereunt morbo, feris obijciuntur in prædam. Solem præcipue uenerantur, cui equum immolant. Reliquos deos habent neglecti. Singulis sua sunt coniugia, sed & cum alienis congressu, nō tamen clandestini. Coeunt in propatulo. Morbo emori turpissimum putant. Clarent equestri & pedestri militia. Arma illis arcus, gladius, iborax, & securis aenea. Aureis cinguntur zonis, gladijs diademate cultis, habent & aurea equorum ornamenta. Argento carent, habent modicum ferri, quum cæteris metallis abundant. Insulares uelitant radicibus herbarum. Indumenta faciunt ex arborum libris. Potum succo pomis expresso. Piscibus etiam aluntur. Tegumenta corporum è phocorum corijs sibi cōsuunt. Filij senio confectos parentes interficiunt. Quum officiantur desiderio libidinis, suspensa ad plaustrum pharetra, palam mulieribus sine pudore coeunt. Herodotus lib. 2.

Massylli populi Libyæ, equos habent quos uirga, non freno gubernant, Martialis

lis: Et Massyloium uirga gubernat equum. Lucanus libro quarto: Et gens quæ nunc residens Massylo dorso, Ora leui fleuit, frenorum nescia, uirga. Massylienses luxu comitibus in modum ornabantur: comis unguento delibutis, capillisq; religatis. Mulieres tamen erant Hydropotæ, ut in Mæleto factum est, & quondam apud Romanos.

Maxæ populus prope Nasamones, peritissimus est iaculandi. Lucan. lib. 4. Aequaturusq; sagittas Mæcedorum, tremulum quod torfit missile Maxæ.

Mægareses olim male audierunt, tanquam fraudulentis, ac ficti, quod aliud sentirent, aliud loquerentur.

Melanchieni populi in Scythia, nigris integuntur uestibus, ab esu humani carnis non abstinunt.

Mendesij populi Aegypti, capras et hircos uenerantur, & caprarios præcipuo asficiunt honore.

Mensimini Aethiopiæ, uiuunt lacte Cynocephalorum, quorum armenta pasunt, maribus interemptis, nisi sobolis causa.

Messenij Mæliera nota se cognobiles præbebant. Lacedæmonij Messenios, quod iterum & iterum desiciissent, in seruitutem redegerunt: eosq; duris etiam quam reliquos seruos tractarunt, ne denuo res novas molirentur. Hinc adagium, Seruilior Messenæ.

Mælis operimenta corporū sunt Tyarra, Chæris, Pileus, Manicata tunica, Anaxyrides, & Stola. Clarent equitandi solertia. Sagittas doctè excutiunt. Reges adorant. Regum est, uxores multas sibi querere: mulieribus decorum, uiros habuisse complures. Paucitas desormat: & infelicitatis genus putatur, si quaternarium non ex-

cesserim. Qui ad Aquilonem uergunt, ex frugiferis arboribus alimentum sibi conculcunt, ex tostis amygdalis panem conficiunt. Poma perficant, terramq; inde conglobant in massas. Vino utuntur, quod ex certo radicum genere conficiunt. Vescuntur & ferarum carnibus: nam mitia pecora negligunt.

Monomeri populi sunt septentriones, singulis cruribus saltuatim currentes, uis ætione pertinacitatis, auctor Gell.

Molossi populi Epyri optimos habent canes uenaticos. Mart. li. 12, Relia dum cesant, latratoresq; Molossi.

Mæsi populi Asiae septentrionē uersus, turres ligneas subeunt. Notis corpus omne persignant in propatulo uescuntur. Promiscue uenerem exercent. Palam reges deligunt, uinculisq; & arcibus tenent custodia.

Mastuacci populi è lignis desiliunt in peregrinos, assaultatione sanguinaria.

Myconij liguritores fuerunt, & alienæ appetentes mensæ. Hinc adagium, Myconius uicinus: in eum qui non uocatus ad cōuiuium accedit.

Mysi deorum cultui adeo mancipati fuerunt, ut esitandis animalibus abstinere. Viuebant mello, lacte, & caseo.

Mysorum populus usq; fuit uilis & contemptus, ut sequenti prouerbio locum secerit, Mysorum postremus. Finitimorum postes incursionibus male uexabantur. Hinc etiam orta parocimia, Mysorum præda: de his, qui impune à quibuslibet læduntur, ac diripiuntur.

Nabathæi dediti sunt cumulandis diuitijs. Apud eos multa dicitur publice ijs, qui rem aliquo modo imminuerint. Crederentibus opibus augetur honos. Rara inibi

seruitia. Ministris utuntur plurimum cognatis, uel sibi unusquisque minister est. in conuiujs plura duodeni exiciasse pocula ignominiosum est. Rex quandoque sibi et alijs ministrat. Vrbes habent nullas clausas mœnibus. Utuntur camelis equorum uice. Perfuncta fito corpora habent stercoreis loco. Regis cadauer in sterquilium deiiciuntur. Sol illis sacratissimum numen.

Nasamones populi Africæ, naues Syrtibus illis spoliunt. Lucanus: Quas Nasamon gens dura legit, qui proxima ponto nudus rura tenet, quem mundi barbara damnis Syrtis alit: nam littoreis populator arenis imminet, et nullos portus tante carina nouit opes, sic cum toto commercia mundo naufragijs Nasamones habent. Et Mantuan. lib. 2. de Cala. Nasamonibus singulis adsunt uxores plures, cum quibus palmam congregiuntur, pretento baculo. Nuptiali cœna discumbentium singulos addit noua nupta Veneris gratia. Congregiuntur illi domo allatæ donum contribuentes. Ad maiorum monumenta, futurorum scientiam aucupantur incubantes manibus. Fidei sanctio maxima, idem sibi propinasse poculum. Seditium habitu mortuos astituant, id ipsum inter moriendum attendentes, ut sedentes expirent. In diuinationibus sua sequuntur somnia. In præstanda fide de manu alterius uterque sumpto poculo bibit. Quod si defuerit humor, collectum est terram cinerem lingunt.

Neruij Gallie populi, uergentes in occidentem, Belgas quondam increpabat, quod se populo Ro. dedissent. Vnde a Lucano dictum est: Multumque rebellis Neruius, et cæsi pollutus sanguine Cottæ.

Nigroæ regem habent monoculum.

Norici populi sunt iuxta Pannoniam,

ferro nobiles. Martial. Grato non pudeat referre uersu Sæuo Bilbilin optimam metallo. Quæ uincit Chelybaeque, Noricosque, Et ferro Plateam suo sonantem.

Numyde seu Nomades mapalia sua plaustris circumferunt. Propterea uagi uocantur à Lucan. lib. 4. Alueos nauium inuertos et tiam habuerunt pro tugurijs. Apud eos medius locus, erat honoris locus, autore Salustio. Lacte, ferina carne, et elephantis uestuntur. Viuunt in tabernaculis. Omnis eorum uita occupatur in pascendis gregibus. Equos regunt non fræno, sed uirga. unde Verg. Infrænos uocat Numydas. Syllius: Hic passim exultant Numyde, gens inscia fræni: Quæ inter geminas per ludum mobilis aures, Quadrupedem flectit non cædēs uirga lupatis. Vxoribus perinde ac seruis utuntur. Nullas certas habent sedes.

Ophiogenes populi sunt in Helleponto, qui serpentum idus contactu leuant, et manu imposita uenena extrahunt corporibus. Plin. lib. 6. cap. 2.

Pamphagi omnia mandunt.

Pandæ, seu Pandæi, Indorum populi, soli regnantur feminis.

Pandoræ, Indorum populi, degunt in conuallibus. Viuunt annos ducentos. In iuuenta candido sunt capillo, qui in senectute nigrescit.

Pannonij feroces fuerunt, et idonei bello. Aufonius: Armiferis alui quos ego Pannonijs. Et alibi: Saluere Augustum iubeo, natumque patremque, Imperijs grauidos qua seculo Pannonios. Mira fuit eius gentis in uita lautitia. Omnes cuiusque ætatis culinariam norunt artem. Audistimi erant audienti, studendi non ita. Vestium in patria neglectus. Alibi non ita erant negligentes.

Paramedidae agreste hominum genus,

Bactria.

Bractianis ad occidentem coniuncti sunt. Tuguria latere primo struunt in montibus. foramine superne relicto, unde lumen accipiunt. Altis præmuniuntur niuibus.

Pariani populi in Helleponto, Amorem inter deos uenerantur.

Parthi et Persæ unguentis madent. Vinum conficiunt ex palmis. Gloriam in bibendo querunt, et quanto plus bibunt, tanto magis sitiunt. Dediti sunt crapulis, uestuntur cicadis. Foetido sunt halitu propter indiscretos cibos, et nimium uini haustum. Quandoque rex ad eos proficiscitur, unusquisque pro facultate salutatum, et cum muneribus, reclinatis popliteibus regum pedes osculantur. Comiscabantur suis matribus: autore Tertulliano. Nam et patribus cum liberis stupro coire fas est. Rex latet semper sub specie cuiusdam maiestatis. Mulier habet uxores, quibus alternatim concumbit. Currum eius affectantur armatorum decem millia, hastis argento coruscantibus, spiculis auro præfixis. Regij currus latera ornantur deorum simulachris. Iugum collucet gemmis. Eorum Magi nihil præter olera et farinam in cibum recipiunt. Herodotus ait, Persas à Græcis didicisse pueris abuti. His quandoque impetravit Gallus, qui propterea uocatur auis Persica. Furta impune permittunt. Vinohilares, de dubijs rebus consultant. Statuas non erigunt, non templa construunt, non aras, licet regem instar numinis uenerantur. Conscensis montibus Ioui hostias immolant. Rem quoque diuinam faciunt Soli, Lunæ, Telluri, igni, Aquæ et Ventis. Ne fas, et maximum ducunt probrum, aut uouisse, aut egestisse corporis excrementa aliquo spectante. Liberorum disciplina ternario perficitur numero, ut equos agitent

perite, sagittas doctius excutiant, et uerba loquantur. Ante quinquennium, aut quadriennium, filius non admittitur in conspectum parentis, ut si in ipsa infantia contingat puerum perire, pater minus afficiatur. Inhonestum est referre, quæ facti sunt turpia. Turpe quoque, quicquam cuiquam debere. Item in flumen urinam profudisse, aut spuisse, uel omnino manus abluisse, piaculum opinantur. Fluios enim colunt religiosissime. Natalitiam cœnam quotannis rex apponit. Eidem singulis annis ebrietas semel permittitur. Quum Mithræ Deo diuina res peragitur, saltat etiam nū. Equitare in super, et saltare discunt, existimantes, illum corporis motu robori plurimum conferre. Non prius potui et propinatio nibus indulgent, quam se expleuerint cibo. Homines amant adunco naso, quod eiusmodi fuisse eorum regem prodant annales. Vtilicentius uolunt indulgere conuiujs, non uxores, uerum pellices admittunt. Cum regibus legitime mulieres ad mensam accumbunt, et una comessantur. At quum lasciuire uolunt, meretriculas adhibent. Qui regis filius regno succedit, eius natalem quicumque in regno sunt, celebrat, simulque in posterum quotannis eandem lucem sacris et festis uniuersa Asia profequitur. Omnes ferè sunt subnigri, uel liuido colore palentes, caprinis oculis toruis, et supercilijs repandis, non indecoris barbibus, capillisque prolixis hirsuti. Omnes promiscue uel inter epulas festosque dies gladijs cincti cernuntur. Pro opibus quicque asciscit sibi matrimonia plura, uel pauca. Nemo post satiæ superfluos accipit cibos. Abundant inanibus uerbis, magnifici, graues et tætrici, minaces iuxta in aduersis rebus et prosperis, callidi, superbi, crudeles, uitæ ne-

ciſq; poteſtatem in ſeruos & plures uen-
dicantes. Cutes uiuis hominibus detrahunt.
Nec miniſtranti apud eos famulo hiſcere li-
cet, uel loqui, uſi ſpue. Ingratos aute om-
nia ſeuereſ. puniunt. Ad iudicandum, uſu
rerum ſpectati, & alienis non indigentes
conſilijs, deſtinantur. Viuatur armillis &
monilibus aureis, & gemmis, præcipue
margaritis. Fœminarum mira pulchritu-
do. Nihil apud eos pingitur uel ſingitur,
præter uarias cædes & bella. Liberos inſti-
tuunt, ut nō niſi uera loquantur, & à men-
dacio abſtineant. Mentiri turpiſſimum pu-
tanti. Regi nō licet quæmp. ſ. interficere.
Ab infantia uiuunt pileis et tyaris. Vnde et
fragilia habent capita. Corruptiſſimi fue-
runt luxu et delitijs, & c. Qui plura de Par-
this ſcire uolet, petat Hero ſotum, Cælium
capite 2. libro 5.

Pedali Indorum populi, nihil in ſacri-
ficijs aliud à dijs petebat, quàm iuſticiam,
arbitrati ſe omnium rerum compotes futu-
ros, ſi eam conſequerentur.

Peluſiote non comedunt capre. Capil-
lum tondent ſenefcente Luna.

Phariſæi delicijs & molliciei minime
indulgebant. Proſequebatur quod dictabat
ratio. Maiores natu uenerantur, ut ne
uerbo quidens leſos uellent. Fato geri o-
mnia credebant. Neq; tamen liberi arbitrij
poteſtatem auſerebant. Iudicium Dei futu-
rum ſentiebant: nam et animas fatebantur
immortales. Bonas aiebant migrare in alie-
na corpora, malas transmitti ad æterna
ſupplicia. Tantam ſuæ uirtutis cõcitarunt
opinionem, ut numeroſi populi multitudo
ad eos uidentos conſueret. Dicti ſunt Phariſæi
ab inſtituto uitæ, quod à cæteris ab-
iuncti puriſſime uiuerent. Nam Phares
Hebræorum idiõmate interpretatur ſegre

gatio. Quidſcebant in angulis tabulis,
aut etiam ſpini, uel lapidibus, ad compri-
mendæ corpori titillationes. Decalogum
ſcribebant in membranulis, legebantq; in
fronte. Hæc Cælius ex Philonis commen-
tarijs.

Phaſelytæ populi in Pamphilia piſcicu-
los falſos lijs immolabant, & Cabro deo
ſaſſamennis rem peragebant diuinam.

Phœnices magnam meruerunt laudem
in inuentione ſiderum, literarum, nauali-
umq; ac bellicarum artium.

Phigalei qui Meſſenijs adiacent, uino a-
deo gaudent, ut nō alibi quàm in cauonis
habitu, hoſpitibus domos elocantes cum
uxoribus. Hoſtilis tubæ ne in ſomno qui-
dem ſonum perferunt.

Piſones uberrimos calce agros quon-
dam fecere: autore Plinio.

Pontici populi aduerſus frigoris iniu-
riam braccis utebantur. Quid Pellibus et la-
xis arcent mala frigora braccis.

Pygmæi ſunt cubitales: inſeſtatur à gru-
bus. Inſidentes arietu caprarumq; dorſis,
et ſagittis armati, ueris tẽpore uniuerſo a-
gmine ad mare deſcendunt, et oua pulſosq;
earu altum conſumunt. Ternis menſibus
eam conſiciunt expeditionem, aliter futu-
ris gregibus nō reſiſterent. Caſas luto, peti-
nisq; et ouarum putaminibus conſtrunt.
Nonnulli in cauernis degunt. Horum om-
nium longiſſimi, non longiores ſunt, quàm
pedes duos & quadrantem.

Pylli populi ſunt Africa, quorum cor-
pori ingentium fuit uirgus excitare ſerpenti
bus, ex cuius odore ſopirent eas.

Pyllorum ſinibus quodã tempore cuna
Auſter perquam ualidus & diuturnus ſta-
uiſſet, eoq; ſtatu uniuerſa eorum aqua exa-
ruiſſet, dolore moti conſtituerunt ulciſci
inim-

inuiam illam. Propterea communi edi-
to omnes ſumptis armis in Auſtrum, per-
inde quaſi hoſtem, iure belli proſecti ſunt.
Atque ita proſecti, uentus magno ſpiritus
agmine uenit obuam, & uniuerſos cum
omnibus copijs, armisq; cumulis arenaru
& montibus operuit. Eaq; ruina omnes
ad unum perierunt. autor Herodotus Ro-
mæ in publicum egreſſi togatæ cogebantur
mœche.

Rhagini ignaui ſuerunt in rebus belli-
cis, animiq; præpauidi. Hinc adagium,
Rhaginiſtimidior.

Rhodiens ſacrificium quoddam pera-
gebant, ubi res iurgijs & uerbis male omi-
natis peragebatur. Quum Dianæ Lyn-
diæ ſacrificabant, dies aliquot apud aram
deæ conuiuia prorogabant, atq; imbi per-
petuò manebant.

Sabarca Indorum regebantur populi,
non regum imperio. autor Curtius.

Sabæi ditiffimi ſunt ſyluarum fertilitate
odorifera, auri metallis, agroru rigui mel-
lis, ceræq; prouentu. Corpora deſunctoru
non pluris faciunt quàm ſtercora. Quin-
etiã reges ipſos inter ſterquilinia reiſciunt.

Sabinorum ſacerdotes aneo cultro ton-
deri ſolebant.

Sadducæi dicebant mortale eſſe animã,
ſimulq; cã corporibus interire. Fatu nega-
bant. Deum conſtituebant extra omnem
mali patrationem, inſpectionemq;.

Samijs gymnaſium Amori nuncuparunt,
inſtitutis ſacris, quæ uocantur Eleuiberia.

Sarabaytæ ſacerdotes Aegypti, habita-
bant in ſtraminiſus petrarum, induti por-
corum & boum pellibus, cinſi ſinibus, di-
ſcalceati, & ſanguine cruentati. Cauernis
denum exeuntes paupertatem & ab-
ſtinentiam prædicabant, & barbam ſpe-

clante populo ſibi peruellebant, nummiſq;
tali aſtu & commento adeptis, remeabant
in ſuas ſpelancas, & in ſumma leticia ſur-
tim dapibus epulabantur.

Sardi ſeu Sardiiani, uanales olim pronu-
ciabantur, quum quis ludos ederet in Capi-
tolio. Hinc adagium, Sardus uanalis.

Apud Sardos parentes ſenio conſecti
ſeſtibus cædebantur à filijs, & mox contu-
mulabantur. Turpe ſiquidem putabant,
multo ſenio conſectum ſuperſeſſe diutius.
Magiſtratibus cogebantur ratiocinari un-
de uiuerent.

Sarracenorum mores ſic deſcribit Am-
mianus Marcellinus: Omnes, inquit, pari-
ſorte ſunt bellatores, ſeminudi, coloratis ſa-
gulis pubetenus amicti, equorum adiuuen-
to pernicious, graciliũque camelorum
per diuerſa reptantes in tranquillis uel
turbidis rebus. Nec eorum quiſquam ſtra-
nam apprehendit, uel arborem colit, aut
arua ſubigendo quæritat uictum: ſed errat
ſemper ſine lare, ſine ſedibus fixis, aut le-
gibus. Vita eſt illis ſemper in fuga, uxo-
resq; mercenariæ, conuictæ ad tempus
ex pacto. Atque ut ſit ſpecies matrimonij,
dotis nomine futura coniunx haſtam & ta-
bernaculum offert marito. Ita autẽ quoad
uixerint, late uagantur, ut alio loco mu-
lier nubat, alio pariat, liberosq; procul du-
cat, nulla copia quieſcendi permiſſa. Viſtus
uniuerſis caro ſerina eſt, lactis abundans
copia, herbe multiplices, et quæ per aucu-
pium capi poſſunt, uolucres.

Satyri nihil habent moris humani, præ-
ter figuram. Arti ſunt, et uilloſi toto cor-
pore, gaudentq; ſyluarum latebris, & ho-
minum commercia reſugiunt.

Sauromata ſeu Sarmatæ, qui ſunt in
ter Boryſthenem & Iſtrum, uagi ſunt,

mutant domicilia. Stat. lib. 5. Syl. An in
ga Pannonia, mutatoresq; domorum Sau-
romatas quatiens Sauginem equinū per-
mixto potant lacte. Tanta sunt barbarie,
ut pacem non intelligant. Promissa sunt
barba & longis capillis: propterea uocan-
tur intonsi. Sene. Intonsi teritur qua uia
Sarmatis. Inepti sunt ad pedestrem pu-
gnam: autore Cornelio Tacito.

Aet te beati Hieronymi Scoti uesceban-
tur humanis carnibus. Et quum per syluas
porcorum greges, & armentorum reperi-
rent, tamen pastorum nates, & foeminarū
papillas solebant abscindere, & has solas
ciborum delicias arbitrari. Iidem nullam
propriam habebant coniugem, sed pro li-
bidine more pecudum lasciuiebant.

Sciopodes in maximo aestu humi iacen-
tes resupini, umbra pedum se protegunt.

Scriptorūmi perpetuis ferē niuibus ri-
gent, crudisq; ferarum carnibus uescitur,
quarum pellibus indumenta sibi conficiūt.
autor Paulus Diaconus.

Scythæ populi domos habent uolubiles
in plaustris. Horat. li. 3. Carm. Campestres
melius Scythæ, Quorū plaustra uagas ri-
tē trahunt domos, viuunt. Vnde & Luca-
nus eos errātes uocat, lib. 3. ubi ait: Timx-
re sagittas Errantes Scythiæ populi. Duo-
denos dies durant in fame & siti, uirtute
cuiusdam herbe, quæ uocatur Spartanea.
Strepunt equitatus gloria. Quum uident
se magnopere indulsisse potui, arcuū chor-
das pulsare consueuerunt, ut dissolutum uo-
luptatibus animum ad pristinam continen-
tiam reuocent. Vescuntur humanis carni-
bus. Hospites immolant, & interfectorum
aferunt: habent pro pateris. Utuntur acie
cuneata. Albi sunt, & animosi, propter fri-
gidissimam regionē quam inhabitant. So-

leuē inter epulas honoris causa mortuos
uorare. Sagittarum aciem tingunt uiperis
na sanie, & humano sanguine, ad irreme-
diabile nocumentum. Capias autē uiperas,
ubi iam perierunt, diebus aliquot sinunt li-
quescere: mox ubi satis computruerunt, in
ollam sanguinē hominis unius totum in-
fundunt, adobruuntq; sterquilinio, uase di-
ligenter obturato. Vbi uerò sanguis ipse
contabit, eximūt, & sanie uiperinæ com-
miscent. Scythotauri furorum licentia ui-
ctum solent sibi comparare. Aduenas cæ-
dunt hostiarum loco. Scytharum plerisq;
communia sunt omnia, præter enses, &
cyathum. Vxores item & liberi sunt inter
promiscua. Simplicissimi fuerūt olim, &
equitatis obseruātissimi. Eo demū impro-
bitatis peruaserunt, ut cunctis ad quos ac-
cederent, nares præciderent. Iracūdi sunt.
Peculiare est ijs & Sarmatis, manibus de-
functi uiri uxores interficere. Pabulo &
pecori, non aruo student. Tympana ex co-
rio curribus suis alligant hyemi & imbri-
bus defendendis. Amiciuntur ferarum pelli-
bus. Furta maxime execrātur, ut qui com-
munia habeāt omnia, & immunita. Ebrie-
tas plus nimio frequens est. Hinc Scythi-
sare uerbū, est inebriari. In solennibus con-
uiujs circumfertur ingens patera, quam
nulli accipiūt, nisi qui ex hostibus aliquot
interfecerunt. Nullas habent urbes, nulla
mœnia extructa. Domos secum ferunt sin-
guli. Viuunt ex pecoribus. Simulachra, a-
ras, & delubra non putant faciēda, præ-
terquam Marti. Inopes sunt lignorum.
Propterea quum pecudes excortiant, cæsa
quoq; caribus denunt, & succensis esū-
bus carnes coquunt. Sues uolunt alere. In
bello quæ primum uirū ceperint, eius san-
guinem potant. Quoscuq; in prælio in-

tere-

teremerint, regi offerunt. Abiatio enim ca-
pite sunt participes prædæ, quæ arripue-
rint. Hostium homicidas in magno habent
honore. Qui nihil præclari operis edide-
runt, afficiuntur probro. Abundant uatici-
natoribus, qui cum uirgis diuinant. Quum
rex aliquos afficit morte, omnes simul libe-
ros interficit, illæsi foeminis. In faciendis
foederibus uinum sanguine mixtum epo-
tant. Regi nullus uenalitius ministrat. Eo
mortuo, quinquaginta ministrorum eius
strangulātur, ac totidē præstātissimi equi.

Selenetidas mulieres Herodotus ait oua
parere, indeq; nascētes homines quinquen-
nes decies esse nobis ampliores.

Seres populi orientales, es suis arbori-
bus depectunt lanas tenuissimas, quas Bom-
byces uermiculi aranearum instar confici-
unt ex tenuissimis filis. Verg. lib. 2. Georg.
Velleraq; ut folijs depectant tenuia Seres.
Ausonius: iam pelago uolitat mercator ue-
stiflans Ser. Seneca: Quæ Phœbæis subdi-
tus Euris, Legit Eois Ser arborib. Idem, et
quocumq; loco iacēt Seres uellere nobiles.
Iustissimi sunt, & ducentessimū uitæ an-
num excedunt. Rutilus habent comas, o-
culos cæruleos. Frugalissimi sunt, & pacatio-
ris uitæ cultores, urantes reliquorum mor-
talium cæcus. Aduenis illuc euntibus ad e-
mendanda fila, nulli sermonum uice, yerū pre-
cæta solis proponunt oculis. Nihil ipsi com-
parant aduectitium. De his Martianus Ca-
pelli, Seres, inquit, undis aspergunt arbo-
res suas, ut lanugo quæ sericū creat, possit
admitti. Aliarum gentium homines asper-
nantur ac refugiunt.

Sicambri Germaniæ populi ad utraq;
Rheni ripam habitantes, flavos habent ca-
pillos, quos, ubi satis creuerūt, quodam ar-
tificio in nodum complicant. Martial. lib.

2. Crinibus in nodum tortis uenēre Sicam-
bri. Claudianus: Flauam sparsere Sicambri
Cæsariem.

Siculi pollēt acumine, & uaficia. Pro-
pterea Maternus eos acutos uocat, et Apu-
leius lib. 11. Trilingues. Vnde Siculistare
uerbum Plautinum est astute loqui.

Sigynna populi Scythiæ equos habent
toto corpore hirsutos, pusillos tamen &
gestandis uiris inualidos, sed qui iuncti cur-
rui perniciosissimi sunt.

Sogdij populi prope Bactrianos, Leti
ad moriem festinant, alacri etiam corpore
ris motu.

Sorbota populi Aethiopia ex Africa
parte, dicuntur esse octonū cubitorum.

Apud Socianos, Callorum populos, rex
sexcentos apud se habebat ex prudentiori-
bus, qui regi ipsi conuiuiebant, & commo-
riebantur uolentes adeo, ut non sit inuen-
tus, qui periculum subterfugeret.

Sorita Indorum picibus uiuunt, quos
unguibus dissectos sole torrent, & ita pa-
nem ex ijs faciunt.

Spartani olim sustulerunt omnem uisum
auri & argenti ex Lycurgi instituto, fer-
rumq; præiulerūt nummo ex eadem mate-
ria percusso.

Suanæ gentes indomitæ auri tantum me-
talla foriunt.

Sueui Germaniæ populi solebant obli-
quare crimē, no doq; perstringere. Princi-
pes habebant ornatiorem capillum quā
plebei. Quosdā eorum mores describit Pō-
tanus lib. 5. de Stellis, dicens:

Helnetij, Vn petesq; atq; effera corda Sueui,
Queis unum prædæ studium, ac durare sub ipsis
Corpora fluminibus, telocq; assueficere dextrams
Non urbis, non cura domus, agritue colendi:
Venatu ducunt uitam, atq; è lacte liquente:
Et quod Marte sibi spoliato ex hoste parant,
Bella placent, iustusq; hostili è corpore sanguis.

Sybaritæ populi Calabriae, delicijs & uoluptatibus adeo indulserunt, ut luxuriosa omnia dicerentur Sybaritica. Hinc Sybariticus luxus, & Sybaritici libelli, id est impudici. Conuiuia celebrantur anno prius per uocatores foeminas inuitabant, quò luxu, roseis gemmis, auro, unguentis, & uestibus exquisiti impendij cultæ, omnium ora in se conuerterent. Erant & fastu præterurgidi. Hinc adagium, Sybaritæ per plateas. Artes quæ sono constant, à ciuitate reijciebant, ne qua ratione interpellaretur quies. Quin gallos quoq; in urbe nutriri uolebant. Habebant in delicijs exigua staturæ homunculos & catellos. Diuites si quando rusticatum ire uellent, curru uehebantur adeo lentò, ut diurnum iter tribus uix diebus conficerent.

Syracusani olim erant opibus florentissimi, uoluptatibusq; ac delicijs addictissimi. Vnde & Syracusana mensa transijt in prouerbium.

Syri leues sunt, & rebus nouandis magnopere procliuës. Ludis præterea celebratibusq; dediti. Perunguntur oleo preciofo, & linuntur unguentis. Maximam diei partem in concenationibus absumunt & potu. Masculi à xliij anno, foemina à xij usq; ad lxxiij tributo obligantur. Fortunam uolunt. Proni sunt in cachinnos & scommata. Diuino cultui satis dediti. Vnde Stat. lib. 1. Syl. Quod ramis pia germinat Dama fca. Operosissimi sunt in hortis. Hinc adagium, Multa Syrorum olera. Nec caruerunt molliciei nota. Hinc Syrifcare uerbum, est molliter uuere.

Taprobans in sula incolæ ædificia habent modicè ab humo extantia. Item aurum & argentum, & marmor testudinibus simile. Præterea gemmas & margaritas

præcipuè bonitatis. Apud eos annona nunquam augetur. Neq; sunt fora, neq; lites. Herculem colunt. Populus regem eligit, senectæ clementiaq; uenerandum, & liberos non habentem. Et si postea gignat, abdicant, ne fiat hæreditariu regnum. Re-flores ei dant xxx. Nec nisi multorum sententia quisquam damnatur capite. Appellatio est ad populū. Rex si delinquit, morte multatur, nullo interimete, sed auersantibus cunctis, & commercia etiam sermonis negantibus. Agros diligenter colunt. Pomis abundant. Voluptas est in piscatu, testudinū maximè, quarum superficie domos integūt. Vita hominum centum annis modica.

Tapyri populi sunt in Parthia, qui uxores suas alijs uiris concedunt, quum ex eis duos aut tres liberos susceperūt. Vino perinde ac unguento oblinuntur. Iustitiam obseruant. Strabo 11.

Templarij hæretici fuerunt in Solymis ciuitate, anno 1030. post imperium Augusti. Freqüentes & assidui uersabantur in templis, unde tractum nomen. Simulachra habebant summo factum artificio, cui hominis cutem superinduxerant, & binos præfulgentes carbunculos sub ipsa fronte collocauerant, qui promicabant oculorum uice. Huic autem simulachro sacra faciebant. Morientium præterea cadauer in cineres adactum cæteris in potum conferebant, qua potione firmiores & constantiores se futuros putabant. Eos uero, qui ex Templarij uirginisq; coniugio fuissent nati, subiecto igne torrebant, simulq; ex humore deliquato suum perungebant simulachrum, quo maiorem probarent religionem. Tenebantur amore masculorum foerissimo. Damnati sunt tandè in Viennensi concilio,

concilio, & concremati, quotquot reperti sunt.

Tentyrite seu Tentyri, solo aspectu & olfactu fugant crocodilos.

Thracæ calculos colore distinctos pro experimento cuiuscunq; diei in urnam conant, ac supremo die separatos dinumerant, atq; ita de unoquoque pronunciant. Feruntur esse ita fragilis memoriæ, ut quaternarium numerando non possunt excedere. Utuntur acie cuneata. Bellicosi sunt. Vnde & Martem natum apud eos fabulantur poeta. Vino se largius ingurgitant. Liberos in mercato uenundant. Virgines nõ asseruant, sed quibus libuit uiris concumbere, permittunt. Uxores seruant uehementer, easq; à parentibus coeunt. Punctis notas esse frontes, nobile indicatur: non esse notatas punctis, ignobile. Ociosum esse, habetur pro honestissimo: agricolatorem, pro contemptissimo. Spolijs bellicis & rapto uiuere, pulcherrimum. E dijs colunt Martem, Liberū, Dianam. Reges etiam Mercurium, per quem solū iurant, & à quo progenitos se aiunt. Ad magnatū cadauera matris prius hostijs conuiuuntur, priusq; deflent, deinde combusta sepeliunt, aut aliter humo contegunt. Aggesto in super tumulo, uarij generis certamina proponūt, præcipuè monomachiam, id est, singulare certamen.

Apud Thrausos populos Thraciæ edito puero propinqui assistentes lugēt, miserias huius uitæ recedentes, quæ passurus sit in futurus ille. Hominem fato functum per lusum & laticia terra mandant, inferentes quot malis liberatus sit ille. Multas habent uxores, quæ si contingat uiro hominem exuere, certatim cõtendunt eius mortem sequi.

Tibareni populi Scythiæ in Asia, quos

amant, senio confectos suspendunt in paribus iustissimi sunt, nec prius bello cõgrediuntur cum aliquo, quàm diem, locum, horam, hosti ex fide denunciuerint. Si quando inibi pepererint mulieres, uiri uelut ægritudine simulata in lectulis decumbunt, ut puerpera, hisq; insentibus, præministrat uxores. Lusum amplexatur acrisus, quod in ijs maximam felicitatis partem arbitretur esse constitutam.

Tonemphoc canem habent pro rege, motu eius imperia augurantes.

Trogloayta populi specus excauant, quas habent pro domibus. Victus illis serpentum carnes, stridor nõ uox, adeo sermonis commercio carent. Assidui sunt in uenationibus, & mira clarent uelocitate: nõ super Aethiopiam uelociores sunt equis.

CENTAVRORVM NOMINA.

E Vrytius, Nesus, Asylus, Ophionides, Gryneus, Rhetus, Orneus, Lycidas, Medæ, Pyferior, Tammæ, Mermeros, Pholus, Menelas, Abas, Eurynomus, Hyreos, Hymebros, Ceneus, Alphidas, Elops, Pacreus, Lycus, Cronus, Dictys, Pharchus, Bianor, Hedianus, Lycetus, Hypason, Thereus, Rhipheus, Demoleon, Phlageon, Hylon, Ephionous, Damus, Dorylus, Cyllarus, Pheo, Thomas, Theboas, Pyretus, Ethodus, Epidupus, Odites, Styphelas, Bromus, Antimachus, Elymus, Pyremus, Latreus, Morynychus, Hyllonome foemina, Maris.

Ixion Phlegya filius, ut fabulantur poeta, Centauros genuit ex nube, qui propterea uocantur Nubigenæ, & ab Ixione patre Ixionidæ. Ver. lib. 7. Ceu duo nubigenæ quum uertice montis ab alto Descendunt Centauri. Ouidius libro 12. Certè mihi sæpe referre Nubigenas domitos à se patre ipse solebat. Finguntur præterea fuisse

humana facie & equino tergo, unde Semi-
feri, Bimembres, Bicorpores, & Semima-
res uocantur. Verg. in Opusculis: Centau-
rusq; biformis adest. Idem lib. 8. Aen. Tu nu-
bigenas nauicæ bimembres, Hylæiq; Pho-
lumq; manu, tu Cresis maestas Prodigia.
Stat. libr. 9. Semifer ærea talis Centaurus
ab Ossa Defilit in ualles. Ouid. libr. 12. Nos
semimari superamur ab hoste. Hec autem
ideo fingitur, quoniam equos domare, &
equo pugnare primi omnium excogitarunt:
autore Plinio. Bellum gerunt in Lapytas.
Victi sunt ab Hercule. Aliter etiam uocan-
tur Hippocentauri.

POPULI ET HOMINES
RE ALIQUA INSIGNES
& clari.

Scythæ equitatus & equorum gloriam
strepūt, inquit Plin. Equo insidere pri-
mi docuerūt Thessali. Vnde nata apud eos
de Centauris fabula.

Seres orientales populi nobiles sunt uel
lere, ut iam docuimus.

Ithuræi Medi, & Parthi sagittis. Luca-
nus lib. 7. Tunc & Ithuræi Medi; Ara-
besq; soluto Arcu turba mimax nusquam
rexere sagittas. Catullus: Seu Sacas sagitti-
ferosq; Parthos.

Thuscis aruspicio. Tibull. lib. 3. Vera mo-
nent Thuscis exta probata uiris. Vnde E-
thruscum aruspicum Vitruuius, Thuscum
Sidonius uocant.

Hylæ cestu, Phegeus palestra, Lycus
stadijs & cursu clari fuerunt. Ausonius:
Clarus Hylæ cestu, Phegeus catus arte pa-
lestre, Clarus Olympiacis est Lycus in
Stadijs.

Pollux palestra. Stat. lib. 2. Syl. Siue ca-
tenatis curuatus membra patæstris Staret,
Anyclea conceptum matre putares.

Castor equis. Idem Stat. lib. 5. Syl. Non
toties uictorem Castora gyro, Nec fra-
trem cestu uirides plaufere Therapne. O.
uidius: Tyndaridæ fratres: hic eques, ille
pugil.

Clari quoque fuerunt Marsi, Umbri,
Pssylli uenenis: Aegyptij & Babylonij,
Astrologia: Lacones, breuitate: Scythæ,
Cretenses, & Gedoni, sagittis: Curetes, & 7
re: Aegyptij, sisiro: Tyssagete, & Lyrcæ,
uenatibus, quibus uiuunt: Bœotij, palestra,
et gymniciis exercitationibus: Athenienses,
naualibus: Lacedæmones, legibus: Græci,
ingenio: Alexandrini, dolis: Berosus, A-
strologia: Græmæica, Apollodorus: Hip-
pocrates, medicina: Archimedes, geome-
tria: Euclides, numeris: Lynceus, uisu: Chi-
ron, & Alcon, arcu: Cicero, eloquio: Cyr-
ce, uenenis: Cresus, diuitijs: Nireus, forma:
Exceestides, peregrinatione: Amphion, et
Orpheus, lyra: Aristæus, melle: Alcinous,
hortis: Amazones, peltis et securi: Argus,
uisu: Annibal, strategemate: Alexæder, ma-
gnanimitate: Plato, & Aristoteles, philo-
sophia: Arachne, lanificio: Archilochus,
iambis: Typhis, arte nautica: Cato, graui-
tate: Numa, religione: Regulus, fide: Scauo-
la, constantia: Radamâthus, iudicio: Apel-
les, pictura: Praxiteles, sculptura: Traia-
nus, bonitate: Apollonius, temperantia: Cy-
neæ, memoria: labore, Cleantes: Zoroa-
stres, magia: Hippolytus, pudicitia: Man-
tus Florentinus, speristerio: Magiolinus,
latrunculis: Scauola, pila: Arte citharæ-
dica, Mitylenæi: Tibiarum modulis, The-
bani: Alexandrini, Grammatica, Geome-
tria, & Philosophia: Arte statuaria, A-
thenienses: Crotoniæ, medicina: Aegi-
nitæ, athletica. Sidonius de quibusdam sic
meminit.

Pollux:

Pollux tum cestu landatus, Castor habentis,
Pallas tum crisiis, Delia tum pharetris.
Alcides claua, Mauors tum iust in hasta,
Arcas tum uirga, nebride tum Bromius. Item:
Axe Pelops, cursu Hippomenes, iustaq; Achelæus,
Aeneas bellis, spectatus Gorgone Perseus.

GENTIVM PROPRIA
epitheta.

Apuleius eruditus appellat Aegyptios,
sicuti iudæos superstiosos, Nabathæ-
os mercatores, Fluxos uestium Arfacidas,
Erugum pauperes Scythas, odorum diui-
tes Arabas, Legimus Alexandrinos esse sal-
laces. Vopiscus scribit, Aegyptios esse uen-
tosos, furibundos, iactantes, iniuriosos, a-
uidosq; nouarum rerum.

T. Lilius perfidiam Pœnis, Cicero calli-
ditatem, ut numerum Hispanis, robur Gal-
lis, artes Græcis, Italis sensum, Romanis
pietatem ascribunt.

Ioan. Picus Mirandula ponebat in He-
braeorum doctrina mysteria & prodigia,
in Græcorum disciplinis ingenium, in Ro-
mana academia politam.

Horatius uocat Britannos hospitibus
feros, Persas infidos.

Iulius Maternus ad Mauortium Lollia-
num scribens: Quædam (inquit) gentes ita
à cælo formate sunt, ut propria sint mo-
rum unitate perspicue. Scythæ immanis fe-
ritatis crudelitate grassantur. Itali suum re-
gali sempernobilitate præfulgidi, Galli sto-
lidi, acuti Siculi, luxuriosi semper Asiati-
ci, & uoluptatibus occupati, Hispani ela-
ta iactantia animositate præpositi.

Blondus uocat Afros fraudulentos, Li-
gures duros, Campanos superbos.

Christophorus Lögolius Parrhisiensis
in oratione de Laudibus diui Ludouici &
Francorum, uocat Britones duros, uafros
Normanos, religiosos Francos, industrios
Elandros, mites Lothoringos, faciles An-

degaunos, bellicosos Vasconos, Burgundos
feroces, Picardos alacres, frugi Santones
atq; Pictaunos, Narbonenses fideles, fortes
Aruernos, Hannonios pertinaces, magna-
nimos Senones, uersutos Cenomanos, mili-
tares Bituriges.

GENTIVM INSIGNIA.

Insignia Scytharum fulmen, Gallorum
olim Buffones, nunc Lilia, Romanorū Ar-
quile, Suis Phrygiū, gemine rotæ Corallo-
rum, Thraciæ Mars, arcus et pharetræ Per-
sarum, Anglorum leones & rosæ.

MIRACVLA QVAEDAM NA-
tura, cum aliquot alijs prodigijs
& portentis.

Miracula nature uocamus, quæ præter
consuetudinem accidunt, idq; rarissi-
mè, cuiusmodi sunt sequentia.

Cecilius Agrippa ex utero matris e-
gressus est in pedes. Hinc ab egro partu
traxit nomen.

Ammonius Alexandrinus philosophus,
Origenis præceptor, Asinum habuit sapi-
entie auditorem.

Ferūtur Anaxagoram Claxomenium,
Catonem, & M. Crassum nunquam risi-
se, L. Pompeium nunquam ructasse, Anto-
niam nunquam expuisse, Zenophantum ri-
sum cohibere nequuisse.

Epimenides Cretensis missus ab Agisar-
cho patre ad ouium custodiam, dormiuit in
spelunca annos quinquaginta. Polystratus
& Hippoclidès Epicuri discipuli, eodem
die nati, eodem die mortui sunt.

Philetas Coss Elegiographus fertur su-
isse corpore tam tenui, ut necesse fuerit
plantis eius plumbum adhibere, ne uento-
rum flatu raperetur.

Telephus Herculis filius iussu aui expō-
situs, in syluis nutritus est à cerua.

Ceneus, Iphis, Tyrestias sexum feruntur mutasse. Postanus in Steillis: Poeniteat generis tamen et se Ceneas malint, Aut in foemineam penitus transire figuram. Ausonius: Moeret in antiquam Ceneus reuocata figuram.

Martia mulier Romana partu fulmine exanimato superuixit.

Plinius ait, ad Cutilias aquas opacam esse syluam, quae nunquam die ac nocte eodem loco uisitur.

In Tarquinensi lacu duo nemora olim circumserebantur, nunc triquetram figuram edentes, nunc rotundam, nunquam quadratam.

Fanum Veneris habet Paphos, in cuius aere nunquam impluit.

Iuxta Harpasa oppidum Asiae cautes est horrenda, unico tamen digito mobilis: si toto corpore impellatur, resistens.

Locris et Crotona nunquam fuit pestilentia.

Licinius Crasso et C. Cassio Longino Coss. Cassini puer factus est ex uirgine.

Licinius Mutianus apud Plin. prodit, uisum a se Argis Aristonem, cui nomen Aristus fuisse. Nupsisse etiam, mox barbaram et uirilitatem prouenisse, uxoremque duxisse.

Plinius ipse ait, se uidisse in Africa mutatum in marem die nuptiarum L. Coscicum ciuem Tisdritanum.

M. Curius et Cn. Papyrius Carbo cum dentibus nati sunt, quo etiam modo nata est Valeria.

Filius Prusiae, Bithyniorum regis, in superioris oris parte habuit os unum continuatum uice dentium.

Risit eo die quo genitus est Zoroastres, eiusque cerebrum ita palpitauit, ut impositam repelleret manum.

Orionis corpus 46 cubitorum in abrupto quodam monte Cretae repositum est.

Eumimenis filius triennio in 3 cubita adoleuit.

C. Maecenas ultimo uita triennio somnum oculis non uidit ullo horae momento.

Reuixit in rogo Antiochae consularis, crematus tamen: quoniam praesentem flamma subueniri non potuit.

Caelius Tubero praetura functus relictus est a rogo.

Hermotus iij. Clazomenij animam relicto corpore errabat, et uaga et longinqua multa enunciabat.

Consilius funere locato reuixit, et locatorem funeris exiuit.

Non est alienum a miraculo, Elephantibus intellectum esse sermone patrij, et obedientiam, officiorumque (quae didicerint) memoriam. Item amoris et gloriae uoluptatem, Solis et Lunae uenerationem. Regem adorant, genua submitunt, per funes ambulat. Mutianus apud Plin. testis est, fuisse quendam, qui ductus literarum Graecarum didicerit, atque haec scripserit, Ipse ego haec scripsi, et spolia Celtica dicaui.

Copas apud Plin. scribit, Demarchum Parrasium in sacrificio (quod Arcades Ioui Lycae humana hostia faciebant) immolati pueri exta gustasse, et in lupum se conuertisse, ac decimo demum post anno pristinae restitutum formae.

Suffossum a cuniculis in Hispania oppidum, a talpis in Thessalia: a ranis ciuitatem in Gallia pulsam, a locustis in Africa: ex Gyaro insula a muribus fugatos, Amyclas a serpentibus deletas, ascribendum est miraculo.

Cecina Volaterranus Equestris ordinis captas hirundines uictoriae nunciis amicis mittebat, in eundem nidum postea remeantes.

Philarchus

Philarchus apud Plin. testis est, Aspidem in Aegypto fuisse, quae ad mensam cuiusdam uentitans, ibidem sit enixa catulos. Quorum unus quem hospitis filium occidisset, recognita, mater extremum de eo supplicium iunxerit, nec postea redierit in tectum.

Nicolaus quidam, Calapiscis cognomento, ex Apulia oriundus, ita a puero urinatione insueuerat, ut postea inter marinas beluas remaneret illaesus dies multos.

Albertus Magnus scribit, mulierem fuisse in Colonia Agrippina, quae per dies xxx. durauerit sine cibo. Fuisse item uirum melancholicum, qui captiuus in carcere septem hebdomadas ieiunus manserit.

Cicero apud Plin. testis est, in nuce inclusum Iliadae Homeri carmen in membrana scriptum.

Achemenis herba coniecta in hostes, facit eorum agmina trepidare, et terga uertere. autor Plin.

Pyrrho regi pollex fuit in dextro pede, cuius tactu Lyenosis medebatur.

Albertus Magnus scribit, quandam fuisse mulierem in Germania, quae Lxx filios peperit, quolibet partu quinq; quorum nullus ad dimidium annum peruenerit.

Alterius meminit Auicenna, quae duos et uiginti abortiuos ediderit.

Ion Chius prodit apud Caelium, Herculem fuisse triplici dentium serie.

Ferunt uetustissimum quendam fuisse Marcin nomine, antica corporis parte humana, postica uero equina, qui equum primus inscenderit, annos 123. uixerit, ac tertius mortuus, tertio idem reuixerit.

Anates Ponticae uenenis uiuunt. Matreas feram habebat, quae semetipsam uorabat.

Fuit quispiam nomine Philinus, qui toto

ta uita nullo usus est potu, nullo cibo, praeterquam lactis.

Smyndirides Sybarita dicebat, se nec orientem uidisse solem, nec occidentem, annis plus minus uiginti: quod etiam de se praedicabat Ponticus Hestius.

In Coa insula ouis de grege cuiusdam Nicippionem peperit, praeter ritum naturae, quod Nicippo tyrannidem portendebat, quam mox assecutus est.

Graeci Aesopum, Herculem, Tyndareum et Glaucum reuixisse dicunt.

Abaris fuit Hyperboreus, qui per uniuersum orbem terrae sagittam circumtulit, nihil omnino comedens.

Quo tempore Bocchorus Dynastes praerant Aegyptijs, agnum locutum ferunt.

Caelius ait, se duorum ferme stadiorum spacio a moenibus urbis patriae uidisse cornicem albam, capite nigricante. Hinc, Cornix alba, prouerbio dici solet, res inuentu rara.

Sunt qui ueritati et historiae tribuant, Gryllum a Circe deformatum fuisse in brutum.

Aelianus prodit, ceruicem a Ptolomaeo Philadelpho ita educatum, ut Graeco loquentem magistrum perspicue intelligeret.

In partem miraculi pono, quod Scipio Africanus annis liiij. nihil emerit, nihil uendiderit, nihil edificauerit, libras argentum xxxiij, auri tres tantum moriens reliquerit, cuius tamen potestate uicta fuerat Carthago.

Plutarchus in lib. de Orac. scribit, Cleonem ex Daulia multos quibus uixerat annos nulla unquam insomnia uidisse. Quod et Trasimedi contigit.

Theon Stoicus dormiens passim ambulabat, quo etiam morbo laborauit seruus Periclis, adeo ut dormiens in summa tecta repererit.

scribit Celsus, Buddam gymnosophiarum principem, e latere suo uirginem generasse.

Perunt et principem philosophorum Platonem natum de uirginis pariu, Peridione eiusdem matre Apollinis oppressa phantasmate.

Amore lasciuo et Venereo puellam uersu adamauit. Vide in cap. de Homiibus adamatis à brutis.

Herodotus in Euterpe ait, suo tempore hircum palam coiuisse cum muliere.

Xerxe in Greciam copias parante, multa peperit mulum, masculis foemineisq; genitalibus.

Ex una mure genitos cxx. Item apud Persas pregnantes in utero parentis reperiunt scribit Plin. lib. 10. cap. 95.

Euripheus Cyreneus habuit in superiore maxilla unicum os continuum uicidentium.

Timarchus, Mestoris Cyprij filius, habuit utrinq; geminum dentium ordinem.

Agrippina Claudij Cesaris uxor turpam habuit imitantem sermones hominum, quo tempore Plinius historiam suam scribebat.

Habebant et Caesares iuuenes Sturnum et Luscinias Græco Latinoq; sermoni assuefactas, et astidue nouis loquentes, longo etiam uerborum filo.

Atys Croesi filius semestris locutus est in crepundijs, dum uideret hostilem gladium paterno imminere iugulo.

Fausta mulier e plebe. Ostie duos mares ac totidem feminas uno edidit partu.

In Labra, Iouis Gnydij fonte, anguilla uescuntur manibus humanis, et additas inanes accipiunt.

Idem faciunt in Cabera Mesopotamiae fonte.

In Lymira, fonte Licia Apollini sacro, ter fistula euocati pisces ad augurium ueniunt, et abiectas carnes diripiunt.

Hierapoli Syriae in lacu Veneris uocati parèt adituorū uocibus, ornati auro ueniunt adulantes, et scalpendos se prebent.

Coruelius Ruffus, Manij Curionis in cōsulatu collega, dormiens excæcatus est, quum id sibi accidere somniaret.

Echeneis pisciculus naues quamlibet impetuoso uentorum flatu agitata, remoratur, si carinis adhaeret.

Formice uiuæ mortuas sepeliunt, magna in suam speciem charitate.

Lacydi philosopho aser perpeiuus adhaeret comes, ab eius latere nunquam discedens.

Circa fontem Gangis populi sunt Astomi sine ore, corpore toto hirti, uestiti frondium lanugine, habitu tantum uiuentes et odore, quem naribus trahunt.

Zoroastres annis uiginti caeso uixit in desertis.

De miraculis Aquarum loquemur in capite de Fluuijs.

Eo tempore, quo Veturia Coriolanum filium ab obsidione uerbis repulit, Fortunæ muliebris simulachrum bis locutum est.

Seruij Iulij statua (quum ædes Fortunæ conflagrasset) inuoluta permansit.

Pamphilus Phareus caesus in acie, decē diebus tecuit, biduoq; postquam inde sublatus esset, inpositus rogo reuixit.

Vxor Nausimenis Atheniensis, quum liberos in incestu deprehendisset, horrore facinoris permota uocem amisit.

Egles,

Egles, Athleta Samius, quum uideret fortitionem inter socios non bona fide fieri, indignatione motus, uocalis factus est, quū semper antea fuisset mutus.

Gorgias Epyrota in funere matris suæ utero elapsus, lectum ferentes consistere coegit inopinato uagitu.

Iasonem Phereum quum per insidias nescio quis inferendæ mortis animo percussisset, uomica eum liberauit, quæ nullis medicorum artibus curari potuerat.

Daphidas sophista quum irridendi causa Apollinem Delphis consulisset, an eum inuenire posset, quum prius nullam habuisset: accepit ab oraculo, inuenturum equum, sed quo deturbatus periret. Inde quum neglecto per calumniam oraculo reuertetetur, incidit in manus Attali regis, quem contumeliosus uerbis absentem plerunque momorderat. Bius itaque iussu præcipitatus est e saxo, cui nomen erat equi.

Philippus rex Macedonum monitus ab oraculo, ut caueret à quadriga, toto regno disuncti currus imperauit. Postea tamen interfectus est gladio Pausaniæ, in cuius manubrio celata erat quadriga.

Direptina Mithridatis filia duplici dentium ordine deformata est.

Lyncæus oculorum acie tam longè contendit, ut egredientes Caribaginesium naues, à Lilybæo portu inspiceret.

Aristomenes Messenius ab Atheniensibus ob calliditatem dissectus, repertus est hirsuto et piloso corde.

Antipater Sidonius omnibus annis eodie quo genitus erat, febre laborabat, quæ ad extremum consumptus est eodem natali suo.

DE TEMPORE ET EIUS PARTIBVS. Titulus III

Annus triplex est, Magnus seu Platonicus, Solaris duodecim mensium, Lunar is seu menstruus unius mensis. Annum alij æstate unum terminabant, Alterum hyeme. Alij quadripartitis temporibus, sicut Arcades, quorū anni trimestres fuerunt. Quidam Lunæ senio, ut Aegyptij, quorum anni fuerunt menstrui. Hinc fit ut apud eos aliqui singula annorum milia dicantur uixisse. Sed hic oritur serupus, fuerint ne anni primi seculi nostris finitiles. Nam fabulosum uidetur plerisq; Mithusalem et alios prius enumeratos, uixisse tot annos. Constat in primis, neque menstruos fuisse, neque trimestres, uel hoc uno argumento, quod legamus Salomonem anno XII. ætatis filium suscepisse. Quare credibile est, aut pares nostris, aut non multo minores extitisse. Nec minus uaria extitit Dierum, quàm Annorum obseruatio. Babylonij inter duos solis exortus diem faciunt: Athenienses inter duos occusus: Umbri à meridie in meridiem: Vulgus omne à luce ad tenebras: Sacerdotes Romani, item Aegyptij, et Hipparchus, à media nocte in mediam. autor Plinius.

PARTES ANNI QUATVOR.

Menses Veris sunt, Martius, Aprilis, Maius. Aestatis, Iunius, Iulius, Augustus. Autumni, September, October, Nouember. Hyemis, December, Ianuarius, Februarius.

Pythagoras comparabat Verno tempore pueros, Aestati adolescentes, Autumna

no iuuenes, Hyemis senes. Idem ait Ouid. lib. 13. Quid non in species secedere quatuor annum Aspicias etatis peragentem imitamina nostras? Nam tener, & lactens pueriq; simillimus euo Vere nouo est tunc herba nitens.

Ver botros emittit, hyemis rigore mitigat, spoliatis arbores induit, terra suum restituit uirorem, hortis suos flores, et uio las. Hinc, Vitale syluis, Odoriferum et Purpureum uocatur à Virgilio: à Statio Pecorofum, lucundum à Catullo: à Ruffo Festo, Floricomum: ab Aufonio & Seneca, Floriferum et Fidificum: Geniale à Mantuano dicitur.

Aestas enatas iam fruges, & lactentes culmos calore suo concoquit, et maturat.

Autumnus maturos fructus colligit. Morbis est obnoxius, propter corruptiones, & putrefactiones, quas ex humido et calido generari dicunt Physici. A fructibus uocatur Vuifer, Pomifer, Frugifer. Quatuor anni tempora egregie describit Virgilius in opusculis.

MENSES ANNI.

Romulus ab urbis origine decem tantum menses constituit, quod decemstre tempus sufficeret ad mulieris partum. Primumq; fecit Martium à nomine Martis, qui deus est et autor Romanorum. Numa Pompilius duos adiecit, Ianuarium & Februarium. Ianuarius dicitur à Iano, Februarius à Februis, id est, purgatorijs qui bustam sacrificijs. Nam februare purgare est, & Februm Sabini purgamentum uocant. Eo autem mense consueuerant Romani per dies duodecim urbem & agros cum supplicationibus lustrare. Quod genus sacrificij dicebatur Amburbium, Amburuale, Februum & Australe.

Martius à Marte urbis autore.

Aprilis ab aperiendo, ut opinatur Varro, quod tunc claustra nascendi aperiat natura. Vel ab Aphrodite Venere, ut uult Censorinus, quod Romani suam à Venere traxerint originem.

Maius à maioribus & senibus.

Iunius à iuuenibus, uel à Iunone, cui eo mense maximi honores exhibebantur.

Iulius prius dicebatur Quintilis, quod esset quintus in ordine, ut Augustus Sextilis, quum decem tantum haberentur mensis. Tandem tamen mutato nomine disti sunt Iulius, & Augustus, in honorem primorum Imperatorum. September, October, Nouember, December, nomina suam traxerunt ab ordine, quem prius habebat, quum decemstris esset annus. De quibusdam Ouid. lib. 2. Fast. Martis erat primus mensis, &c.

Ianuarius erat in tutela Iani & Iunonis: Februarius, Neptuni: Martius, Mineruæ: Aprilis, Veneris: Maius, Apollinis: Iunius, Mercurij: Iulius, Iouis: Augustus, Cereris: September, Vulcani: October, Martis: Nouember, Dianæ: December, Vestæ.

Luna singulos suos menses conficit diebus undetriginta circiter & dimittito.

Hinc Lunigenæ menses uocantur à Mantuano in somnio Romano, ubi ait, Ex horis nox atque dies, ex nocte dieq; Lunigenæ surgunt menses, ex mensibus anni.

Mensium alij sunt maiores, minores alij. Aprilis, Iunius, September, Nouember singuli habent dies XXX. Reliqui XXXI. præter Februarium, qui solum habet XXVIII.

A mensis fit adiectiuum mensuum, ut mensura Luna.

DESCRIPTIO LONGI temporis, qua aliquid diu futurum significamus.

Virgil. Aegloga 5.

Dum iuga montis æq; fluuios dâ piscis amabit, Dûq; thymo patientur apes, dâ rore cicadæ, Ouidius lib. 1. Eleg.

Viuet Mæonides, Tenedos dum stabit & Idæ, Dum rapidas Simois in mare uoluet aquas, Viuet & Afcæus, dum ianuis una tamebit, Dum caderit incurua falce refecta feges, Donec erunt ignes, arcusq; Cupidinis arma, Dicerentur numeri culte Tibulle tui.

Idem in lib. 1.

Pugnabunt in oculis dum Thraces, Iapiges arcu, Dum tepidus Ganges, frigidus Ister erit: Robora dum montes, dum mollia pabula campi, Dâ Tyberis liquidas Thufcus habebit aquas, Lucanus lib. 1.

„Dum terra fletum, terramq; leuabit Aer, & longi uoluent Titani labores, Noxq; diem cælo totidem per signa sequetur, Syllius lib. 6.

„Dum cæli sedem, terrasq; tenebit Casta fides, dâ uirtutis uenerabile nomen Viuet, Idem lib. 7.

Dum cete innabunt ponto, dum sidera cælo Lucebunt, dum Sol Indo se litore tollet, Politianus.

„Dumq; in tacito uaga sidera cælo Fulgebunt, dum Sol nigris oriatur ab Indis, Præuia luciferis aderit dum curribus Eos, Dum uer trestis hyems, Autumnum proferet æstas, Dumq; fluit spirans, refluatq; reciproca Tethys, Dum mixta alternas capient elementa figuras, Semper erit magni decus immortale Maronis, Sabellicus.

Dum mundi Solisq; uices uariabilis annus Sentiet, & solitros seruabunt sidera cursus, Horatius in Epodo.

Dum pecori lupus, & nauis infædus Oriens Turbarit hybernæ mare, Intonsosq; agitarit Apollinis cura capillos, Seneca in Medea.

Dum terra cælum media libratur feret, Nudusq; certas mundus euoluet uices, Numerusq; arenis deerit, & solem dies, Noctem sequentur atra, dum dæcis polus Versabit arctos, flumina in pentum cadent, Nunquam meus cessabit in pœnas furo r, Idem in Oedipo.

Lucida dum current annosi sidera mundi, Oceanus clausum dum fluctibus ambit orbem, Lunaq; demissos dum plena recolliget ignes, Dum matunos prædicit lucifer ortus, Atq; cœruleum dum Nereæ nesciet arctos, Candida formosi uenerabimur ora Lyæi, Tibullus lib. 1.

Quem referent Muse, uiuet, dum robora tellus,

Dum cælum stellas, dum uelut annis aquas, Sirota pater.

„Erunt donec uaga sidera cælo, Donec erit tellus, æquora donec erunt, Sirota filius.

„Phœbeia donec Laur⁹ & orbita erit, nonq; Helyconidis umbræ, Idem.

Dumq; polus uertet Pegaseæ signa carinæ, Flaccæ tuæ dabitur palma secunda lyræ, Idem.

Dum fluet Eridanus patricæ prope moenia nostræ, Dum flue: & refluat Venetâ maris unda per urbem, Tincibile dum Scythicas armabit missile dextras.

DESCRIPTIO ORtus diei.

Virgil. lib. 2. Aen.

Amq; iugis summe surgebat Lucifer Idæ, Ducebatq; diem.

Idem lib. 3.

Iamq; rubescebat stellis Aurora fugatis, Idem lib. 4. & lib. 9.

Et iam prima nouo spargebat lumine terras Tithoni croceum linquens Aurora cubile, Idem lib. 7.

Iamq; rubescebat radijs mare, & æthere ab alto Aurora in roseis fulgebat lutea bigis, Idem lib. 11.

Oceanum interea surgens Aurora reliquit, Idem lib. 11.

Aurora interea miseris mortalibus almam Exculerat lucem, referens opera atq; labores, Idem lib. 12.

Postera uix summos spargebat lumine montes Orta dies, quum primum alto se gurgite tollunt Solis equi, lucemq; elatis naribus efflant, Ouid. lib. 2. Metam.

„Fulget tenebris Aurora fugatis, Idem lib. 4.

Postera nocturnos Aurora remouerat ignes, Solq; pruinofas radijs siccauerat herbas, Idem lib. 9.

Postera depuerant Auroræ lumina noctem, Idem lib. 5.

Postera lux radijs totum patefecerat orbem, Idem lib. 15.

Postera sydereos Aurora fugauerat ignes, Idem lib. 3. Fast.

Ortus erat summo tantummodo margine Phœbus, Idem lib. 4. Fast.

Nox abiit, oriturq; Aurora, Idem lib. 6. Fast.

Iam Phryx à nupta querens Tithonæ relinquit, Et uigil Eois lucifer exit aquis, Idem lib. 1. de Trist.

„Cælo nitidissimus alto Stella grauis nobis Lucifer ortus erat, Idem lib. 1. Eleg.

Iamq; pruinofos molitur Lucifer axes, Inq; suum miseris excitat alas opus, Idem

Idem.
Iam super Oceanum uenit & feniore marito
Flaua, pruinoso quæ uehit axe diem.
Lucanus lib. 1.
Et ignes Solis lucifero fugiebant astra relicto,
Lucretius lib. 2.
Primum Aurora nouo quum sparfit lumine terra.
Idem lib. 5.
Aurea quum primum geminâre rore per herbas
Matutina rubent radiati lumina Solis.
Statius lib. 2. Theb.
Et iam Mygdonijs elata cubilibus alto
Impulerat cœlo gelidas Aurora tenebras,
Rorantes excussa comas, multumq; sequenti
Sole rubens. Illa roseus per nubila seras
Aduertit flammâs, alienumq; æthera tardo
Lucifer exiit equo, donec pater igneus orbem
Impleat, & radios ipsi ueter esse forori.
Idem lib. 3.
Septima iam nitidum roris Aurora deisq;
Purpureo uehit ore diem.
Idem lib. 6.
Clara laboriferos cœlo Titania currus
Extulerat. Idem lib. 2. Achill.
Iam premit astra dies, humilisq; ex equore Titan
Rorantes euoluit equos, & ab æthere magno
Sublatum curru pelagus cadit.
Idem lib. 5.
Exiit implicitum tenebris humentibus orbem:
Oceano prolata dies, genitoq; cornu
Lucis adhuc lebetem uicina nocte leuabat,
Et nondum excusso rorantem lampada ponto.
Syllius lib. 1.
Pellebat somnos Tithoni rosida coniunx.
Idem lib. 5.
Donec flammiferum tollentes æquore currum,
Solis equi sparere diem, iamq; orbe renato
Diluerat nebulas Titan, sensimq; fluebat
Caligo in terras nitido resoluta sereno.
Idem lib. 6.
Iam Tartesiaco quos æquore Titan
In nocte diffusus equos iungebat Eois Littoribus.
Idem lib. 10.
Post ubi fulserunt primis Phaetontia fixa
Ignibus, atq; fuit terræ rediere colores.
Idem lib. 11.
Postera lux Phaetontis equos proferre parabat
Iam rapidos, omni curru splendentes sub undis.
Idem lib. 5.
Aurora ingrediens terris exegerat umbras.
Sidonius.
Iam Sol adultus rosâ noctis humorem radio cres-
centis soluerat. Stroza pater.
Verum ubi iam cœlo stellas Aurora fugauit,
Et redit exorto lucida Sole dies.
Idem.
Aureus æquoreis ubi Sol caput exeret undis,
Oceaniq; Aurora torum formosa reliquit.
Idem.
Deseruit solito formosior æquora Titano.

Sabellicus.
Igneus interea Phœbus prodibit in Indis.
Idem.
Tenebris aurora fugatis;
Tertia iam totum ueniens refererat orbem.
Pamphilus Saxus.
Tithoni crecum senis cubile,
Aurora aurigeris comis resurgens
Iam surgit, roseosq; clara uultus
Ostendit, Phaetontis & citatis
Currunt flammigeri rotis Ingales.
Politianus in Nutritia.
Aurea quum radios Hyperionis exeruit faste.
Idem.
Extulerat roseo Cynthius ore diem.
Lactantius de Phœnice.
Lutea quum primum surgens Aurora rubescit,
Quum primum rosea sidera luce fugat.
Catullus.
Sed ubi horis aureis Sol radiantibus oculis
Lustrauit æthera album, sola dura, mare ferum.
Reppulitq; noctis umbras uegetis sonipedibus.
Seneca in Hercule furente.
Iam rara micant sidera prono
Languida mundo, nox uicta uagos
Contrahit ignes, luce nouata.
Idem in Troade.
Summa iam Titaniuga
Stringebat, ortus uicerat noctem dies.
Idem in Omania.
Iam uaga cœlo sidera fulgens
Aurora fugat, surgit Titan
Radiante coma, mundoq; diem reddidit clara.

DESCRIPTIO MERIDIEL.

VERGILIUS LIBRO

oſtauo Aeneid
dos.

Sol medium cœli confcenderat igneus orbem.
Ouidius lib. 2. Metam.
Iamq; dies medius rerum contraxerat umbras,
Et sol ex æquo meta distabat utraq;
Idem in Arte.
Iamq; dies medius tenues contraxerat umbras.
Statius lib. 4.
Tempus erat, mediq; quum Solem in culmine mundi
Tollit anheia dies. Idem lib. 5.
Sol operum medijs summo librabat olympo
Lucentes ceu staret equos.
Marullus.
Et iam lampade torrida
Fulgebat medio Sol pater æthere.
Val. Flaccus lib. 3.
Iam summas cœli Phœbus candentior arces
Vicerat, & longas medijs reuo cauerat umbras.
Pontanus.
Et iam Sol medium clausura peragrabat olympum.

Descriptio

DESCRIPTIO NOCTIS, seu aduentus eius.

Verg. 1. Aeneid.

Et iam summa procul uilant culmina fumant,
Maioresq; cadunt altis demontibus umbras.
Idem Aeg. 1.
Et sol crescentes decedens duplicat umbras.
Idem in Calice.
Et quatit, & bisugis oriens heredo cit equos nox.
Et piger aurato uesper procedit ab Oeta.
Idem lib. 2. Aen.
Vertitur interea cœlum, & ruit Oceano nox,
Inuoluens umbra magna terramq; polumq;
Idem in eodem.
Tempus erat, quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono diuinum gratissima serpit.
Idem lib. 7.
Nox erat, & terris animalia somnus habebat.
Idem in eodem.
Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci.
Idem lib. 4.
Nox erat, & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras, syluæq; & sæua quierant
Aequora, quum medio uoluunt sidera lapsu,
Quum tacet omnis ager, pecudes pictæq; uolucres.
Quæq; lacus late liquidos, quæq; aspera dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda obliua laborum.
Idem libro 8.
Nox erat, & terras animalia fessa per omnes
Altiuum pecudumq; genus sopor altus
Idem in eodem.
Nox ruit, & fuscis tellurem amplectitur artus.
Ouidius lib. 8. Meta.
Iam labor exiguus Phœboq; restabat utiq;
Pulsabant pedibus spacium dechu Olympi.
Idem lib. 10.
Tempus erat, quo cuncta silent.
Idem lib. 11.
Pronus erat Titan, inclinatoq; petebat
Hesperium temone fretum. Idem in eodem.
Nox cœlum sparserat astris.
Idem lib. 14.
Presserat occidius Tartesia littora Phœbus.
Idem lib. 15.
Candidus Oceano nitidum caput abdiderat Sol,
Et caput extulerat densissima si dereum nox.
Idem lib. 1. Fast.
Nox erat, & uino somnum faciente iacebant
Corpora diuersis uicta sopore lectis,
Idem lib. 2.
Nox erat, & cæto lumina nulla domo.
Idem lib. 4.
Interea placidum redimita papauere frontem
Nox uenit, & secum somnia nigra trahit.
Idem in eodem.
Dempserat emeritis iam iuga Phœbus equis.
Idem lib. 6.
Noscerat, & uinis oculiq; animiq; natabant.

Idem libro 1. Tristium.
Iamq; quiescebant uoces hominumq; canumq;
Lunaq; nocturnos alta regebat equos.
Idem in eodem.
Tingitur Oceano custos Erymanthidos ursæ.
Idem libro 3. de Ponto.
Nox erat, & bifores intrabat Luna fenestras.
Lucanus libro 3.
Titan iam pronus in undas
Ibat, & igniferi tantum demerserat orbis,
Quantum deesse solet Luna.
Idem in eodem.
Nox subit, atq; oculos uictæ obduxere tenebræ.
Statius libro 1. Syl.
Nox silet, & nigros inuitantia mûmura somnos.
Idem libro 1. Theb.
Iamq; per emeriti surgens confinia Phœbi
Titanis late mundo subuecta silenti,
Rorifera gelidum tenuauerat aera biga,
Iam pecudes uolucresq; tacent, iam somnus auaris
Inserpit curis, pronusq; per aera nutat,
Grata laboratæ referens obliua uita.
Idem libro 2.
Soluerat Hesperij deus exo in imagine ponti
Flagrantes Sol pronus equos, rutilamq; lauabas
Oceani sub fonte comam.
Idem.
Nox subijt, curasq; hominum, motusq; ferarum
Composuit, nigroq; polos inuoluit amictu.
Idem libro 8.
Tempus erat, iunctos quâ iam foror ignea Phœbi
Semit equos.
Idem libro 12.
Iam pater Hesperio flagrantem gurgite currum
Abdiderat Titan, alijs rediturus ab undis.
Idem lib. 4. Achillei.
Frangebat radios humi iam pronus Olympo
Phœbus, & Oceani penetrabile litus anhelis
Promittebat equis.
Syllius lib. 10.
Donec anhelantes stagna in Tartesia Phœbus
Merfit equos, fugiensq; polo Titania cœcum
Orbita nigranti traxit caligine noctem.
Idem libro 11.
Iamq; diem ad meras desessis Phœbus Olympo
Impellebat equis, fuscabat & Hesperus umbra
Paulatim infusa properantem ad littora currum.
Idem libro 15.
Nox somni genitrix mortalia pectora curis
Purgarat, tenebræq; horrenda silentia habebant.
Aulonius.
Considerat iam Solis equos Tartesia Calpe,
Stridebatq; freto Titan insignis Ibero.
Stroza pater.
Quum sol Antipedum populos illata luce reuifit,
Sabellicus.
Iam fuscis pronecta rotis nox atra ruebat
Oceano, ualtesq; umbris complexa cruentas.
Pamphilus.
Oceani picis incincta tenebris,
Nox caput ex undis tollebat.

Idem

Mem.
Oceanum tumidis iam non: caput extulit undis,
Iam ubrat tremulum candida Luna iubar.
Cleopilius.
Nox erat, & pleno lucebat Cynthia cornu,
Ibat & Arctoo tardior urfi polo.
Val. Flac.
Etiam prona leues spargebant sidera somnos.
Idem.
Iamq; sopor medijs tellurem preserat oris,
Et circumtactio uoluitabat fomina mundo.

Idem.
Nox hominum genus & duros miserata labores
Rectulerat fessis optata silentia terris.

Martianus Capella.
Sed purum astrificis coelum scandebar habenis
Nox renouans merso fulgentia sidera Phoebos.
Sabellicus.

Iam caelo propulsa dies concesserat umbris,
Perdideratq; suos tellus obducta colores.
Idem.

Coepit Hesperio Titan se mergere fluctu
Versus in Antipodas, iam ferus lumina uesper
Compositura diem prono spargebat Olympo.
Idem.

Phoebus ad Hesperia Tethymiam flectere cursum
Coepit.

Pontanus.
Nec color ullus erat rebus, tenebrisq; malignis
Et coelum & terras nox circumfusa tenebat.

Idem.
Nox coelum tenet, & fuscis iuga uersata habenis.
Tibullus lib. 2.
Ludite, iam nox iungit equos, currumq; sequuntur
Mantis lasciuo sidera fulua choro.

Seneca.
Nox prima coelum sparserat stellis.

DESCRIPTIO MEDIAE NOCTIS. Ouidius libro nono.

NOCTIS ERAT MEDIUM, CURASQ; & CORPO
RA SOMNUS SOLUERAT.

Horat. Lib. 2. Ser.

-Iamq; tenebat Nox mediu cœli spaciū.

Stat. lib. 3. Achill.

Scandebat roseo medij uestigia cœli
Luna iugo, totis ubi somnus interior alis
Defluit in terras, mutumq; amplectitur or
bem.

DESCRIPTIO AEQVI, NOCTIS. Seneca.

LIBRA PHOEBEOS TENET A QUAE CURRUS.
Lucan. lib. 8.

Tempus erat, quo Libra paros examinat
horas,

Non uno plus æqua die.

Ouidius.

Impositaq; sibi q; nõ bene portulit Hellen,
Tempora nocturnas æque diurna facit.

DE HOMINE, Titulus III.

QVAE CORPORIS PARTES
unusquilibet Planeta regit.

SOL, Caput et Cor. Mercurius, lingua et
os. Saturnus, Splenem. Iupiter, Epur.
Mars, sanguinẽ. Venus, Reues & genitale
semẽ. Luna, Stomachũ. Crimi. li. 12. ca. 2.

QVAE CORPORIS PAR
TES unicuiq; signo Zodiaci
tribuuntur.

ARIETI, Caput. TAURO, Ceruix. GEMI
NIS, Humeri. CANCRO, Cor. LEONI, Pe
ctus et Stomachus. VIRGINI, Venter. LIBRÆ,
Reues, uertebraq;. SCORPIONI, Genitalia.
SAGITTARIO, Femora. CAPRICORNO, Genua.
AQUARIO, Tibiæ. PISCIBUS, Pedes. MANILIUS
& CRIMIUS ubi supra.

QVAE A QVIBVS ELE
MENTIS homini promittunt.

CARO, a terra. HUMOR, ab aqua. ANBELI
TUS, ab aere. FERUOR, ab igne. INGENIũ,
a deo. Idem lib. 6. cap. 12.

PATRIA ET LOCVS
natalis muliorum illustrium
uirorum.

RDIA URBS APULIÆ, Ennij: Salsina Vm
bria, Plauti: Capania, Nenuj: Brundu
sum Calabriae, Pacuuij: Mediolanum, Sta
tij Cæcilij: Pistorum, Accij: Carthago, Te
rentij: Arunca, Lucilij: Roma, Lucretij, Eo
nonta, L. Poponij. Roma, Decij Laberij,
et Q. Catulli epigrammatistæ. TYRIA, P. Sy
ri, Roma, Por. Licinij. Verona, Valerij Ca
tul.

UL. ROMA, Q. Cornificij. CREMONA, Furij
Bibaculi. ATAXUCUS prouincia Narbo
nensis, Pub. Terentij Varronis. ROMA, lu
lij Calidij. Mantua, Vergilij. VENUSIUM
APULIÆ, Ouidij. PARMA, Cæsij Seueri. RO
MA, Cæsaris Germanici. VERONA, Aemilij
Maeri. CORDUBA Hispaniæ, Lucani, Sexti
lij, & Senecæ. ROMA, Asinij Galli. VOLA
TERRÆ ETRURIÆ, Persij. NEAPOLIS, Statij
Papinij. HISPANIA, Syllij Italici. SETIA CAM
PANIÆ, Valerij Flacci. AQUINUM, Iuuenalis.
BIBILIS Hispaniæ, Valerij Martialis. ITALI
CA Hispaniæ, Voconij Victoris. CARTHA
GO, Alpbij Autij. AFRICA, Septimij, & Au
relij Olympij Nemesiani, & Mauri Te
rentij. SICILIA, Calphurnij. ALEXANDRIA,
Claudianij. BURDEGALA, Aufonij Galli. HI
SPANIA, Damasij, Iuuenis, & Prudentij. A
FRICA, Licentij Hipponensis. GALLIA, Sido
nij Apollinaris. ROMA, Pomponij Secun
di, Pedonis Albinouani, Aruncij Stelle,
Sentij Auguris, Vestritij Spurinae, & Fau
li Passieni. SALAMIN, Solonis. LACEDÆMON,
Chilonis. MITYLENA, Pittaci. PRIENE, Bian
tis. LYNDUS, Cleoboli. CORINTHUS, Perian
dri. SCYTHIA, Anacharsis. Gnosos Cretæ,
Epimenidis. SYRIA, Pherecidis. MILETUS,
Anaximenes. CLAZOMENE, Anaxagoræ. A
THENA, Socrat. Xenophon. Aeschimis, Cri
tonis, & Glauci. CYRENE, Aristippi. ELIS,
Phædonis. MEGARA, Euclidis, & Stilponis.
THEBA, Cebeus, & Cratis. ATHENA, Plato
nis, Polemonis, Antisthenis, & Speusip
pi. CHALCEDON, Xenocratis. SOLI, Cranto
ris. CYRENE, Lacidis & Carneadis. CARTHA
GO, Clitomachi. STAGYRA, Aristotelis. LAM
PASCUS, Stratonis. TROAS, Lyconis. PONTUS,
Heraclicus. SYROPE, Diogenis. SYRACUSA,
Mony. AEGINA, Onesicriti. PHOENICIA, Me
nippi. CYPRUS, Zenonis. SAMOS, Pythagoræ,
& Melissi. AGRIGENTUM, Empedoclis.
TARENTUM, Archite. CROTON, Alumeon.
METAPONTIUM, Hippari. GNIDOS, Eudoxi.
EPHESUS, Heracliti. COLOPHON, Xenopho
nis. ABDERA, Democriti, Protagoræ. ANA
XARCHI, Iliis, Pyrrhonis. NICAEA, Timonis.
ATHENA, Epicuri. CALAGURIUM Hispaniæ,
Quintilianij. CRASTUS urbs Siciliæ, Epicar
mi. PELLA Macedoniae, Alexandri. MELI
BOEA, Philocteta. PANOPÆ, Epei autoris
machinae Troianæ. ASCRA, Hestodi. CHE
RONEA, Plutarchi. MEGARA, Theognidis. MI
TYLENA, Alcei. LESBOS, Sapphus puellæ.
RHODOS, Panetij. STRADOCLIS, Andronici.
PYLOS, Nestoris. CROTON, Alcmænis. MI
LETUS, uel Phœnicia, Thaletis. Imera, Ste
sichori. Ithaca, Vlyssis. THEBA, Amphio
nis, & Pindari. COS, Apellis. THRACIA,
Orphei. ALEXANDRIA, Appiani, Aristar
chi, & Arrij. ARPIMUM, Ciceronis. TYANA
GRACIA, Apollonij. MEDAURA, Apuleij.
CAROS, Archilochi. ATHENA, Aristidis. RHO
DOS, Aristophanis. NICOMEDIA, Arriani
historici. METIMNA, Arionis. SELEUCA Sici
liæ, Atheni philosophi. CHALDEA, Boro
si. AGRIGENTUM, Charcini. AFRICA, Cypria
ni. CARTHAGO, Clitomachi. ATHENA, Cratis
ni, Eupolidis, & Demadis, & Demo
sthenis. SYRACUSA, Dionis. THEBA, Epami
nunda. HIERAPOLIS Phrygiæ, Episteti. CY
RENE, Eratosthenis. ATHENA, Hermippi.
ARELATE, Faformi. CHALCIS SYRIÆ, Iambly
ci philosophi. ANTIOCHIA, Ioannis Cryso
stomi. IUDAEA, Iosephi. ELIS, Hippia. COS,
Hippocratis. ATHENA, Isocratis. SYRACU
SA, Lycia. ATHENA, Menandri, & Periclis.
THEBA, Musæi. SMIRNA, Homeri. ANAZAR
BUM Ciliciæ, Oppiani. ROMA, Qu. Hor
tensij. CAESAREA Cappadociae, Proheresij.

Aegyptus, Ptolemei astrologi. Syracusa, Philomonis. Cos, Philetæ. Roma, Sallustij, & Suetonij. Patauium, T. Liuij. Athenæ, Sophoclis, & Thucydidis. Thracia, Thamyra. Eressus urbs Lesbi. Theophrasti. Lesbos, Terpandri. Carthago, Tertulliani. Umbria, Propertij & Pontani.

QVI MULTOS HABVE

RVNT LIBEROS.

Adam præter Seth, Abel, & Cain habuit 30. liberos. Iayr septimus iudex Israel 30. filios. Thespis Atheniensis 50. filias, à quarum nomine Musæ Thespiades appellatæ sunt. Roboam habuit uxores 10. concubinas 30. filios 28. filias 40. Artaxerxes Xerxis filius habuit ex pellicibus 110. liberos, ex iusto matrimonio 3. Athilar rex Hunnorum 60. liberos. Danaus 50. filias. Aegyptus totidem filios. Eutyce mulier 20. filios. Combe mulier heroina, cui cognomen fuit Chalcidi, uiro coniuncta centum liberos enixa est. Vnde adagium apud Erasmum: Tanquam Chalci dice peperit nobis uxor. Niobe Tantali filia habuit 14. Masinissa rex Numydie 44. autore Eutropio. Puella quædam Longobarda 7. pueros uno partu peperit sub Agelmundo rege, quos omnes in piscinam coniecit. autor Paulus Diaconus. Gilipp. Arcadius 9. liberos habuit, quos (ut inquit Vergil. lib. 12.) fida creatat Vna tot Arca dio coniunx Tyrhena Gilippo. Vix quæquam crederet Herotymum sexcentos ex diuersis pellicibus habuisse liberos, nisi iustinus ex Trogo scriptum reliquisset, in epitome lib. 39. Priamus ex Hecuba coniugatus habuit 19. liberos. Ex alijs pellicibus 31. Gedeon iudex Hebræorum 70. quos omnes Abimelech filius nothus Gedeonis occidit fecit. Achab 70. ut habetur capit. 10.

quarti Regum. Barraba uicecomes in Italia 39. liberos suscipit. Conradus Mosconiæ dux 80. ex quibus quatuor tantum legitimi fuerunt. Sculus 80. mares filios habuit. Plutarch. in Apoph.

QVI SENES GENVE

RVNT.

Adam filium Seth anno 130. Abraham anno 100. Sara 90. Seth genuit Enos an. 105. Enos Cayanam an. 190. Malalehel 70. Malalehel genuit Jared anno 65. Jared genuit Enoch anno 162. Enoch Mathusalem 65. Mathusalem Lamech anno 187. Lamech Noe filium anno 180. Noe Sem, Chã, & Iaphet, quum esset 500. annorum. Scribit Plinius Masanissum post 86. annos generasse filium Methymathum. Catonem censorium octogesimo exacto è filia Salonij clientis sui. Corneliam è Scipionũ gente, Volusium Saturnium post annum 62.

NOVERCAE QVAE

DAM.

INo Phryxi, et Helles Athamantis filia, fuit nouerca: Hippodamia, Chryppis: Casperia, Archemoli. Phædra, Hippolyti. Stratonice, Antiochi Soteris. Iulia, Antonij Caracallæ. Gidica, Cominij. Ida, Phinidarum. Iuno, Herculis. Opœa, Scyllis regis Scytharum. Eriœa, Mercurij. Alfrida, Eduardi secundi Anglorum regis. Martiana, Constantini Heraclij, quem ueneno sustulit. Nuceria, uxor Hebij, nouerca fuit Firmi, quem morti dedit. autor Plutarchus in Parall.

NUTRICES DIVERSO

RVM HOMINVM.

CAphyrna seu Calphurnia Oceani filia Neptunum edueauit unã cum Rhodij. Testes Annij in Berosum, & Caldeorum in Siatium.

Am. l.

Amalthea & Melissa Iouem infantulum caprimo lacte fouerunt: hinc orta fabula, qua poetæ nutritum à capra fabulati sunt. Pontan. Post hinc & pecus Olenium & Iouis inclyta nutrix. Alij tamen dicunt Iouem ab Adræstea & Ida Melisse filibus nutritum, ut docet Erasmus in illo adagio, Copiæ cornu.

Ino fuit nutrix Bacchi. Ouid. in Ibm: Vt teneri nutrix eadem matertera Bacchi. Statius libro 2 Syll. Quid te post cineres, decepta q; funera matris Tutius Ino repantem pectore Bacche? Ammonius grammaticus ponit Efulam unã è Bacchi nutricibus.

Nysa Bacchi fuit nutrix, quam Plin. ait sepultam fuisse prope Scythopolim.

Policha nutrix fuit Oehipi, quem pater Laius deuouerat, quò I eius manu periturum se ab oraculo didicisset.

Barce nutrix Sichei Phœnicum ditissimi, & mariti Diædonis. Vergilius libro 4. Aeneid. Tum breuiter Barcem nutricem affata Sichei, Annam chara mihi nutrix huc siste sororem.

Charme Scyllæ puellæ. Vnde Vergil. in Syri. Illa autem, Quid nunc me, inquit, nutricula torques?

Beroe Semeles, quæ fuit mater Bacchi. Ouid. lib. 3 Met. Ipsa q; erat Beroe Semeles Epidauria nutrix.

Acestæ nutrix fuit filiarum Adræsti. Stat. lib. 1 Theb. Tunc rex longæ uis Acesten.

Eupheme nutrix fuit Musarum, quæ filium nomine Erotum suscepit Parnasi incolam & uenationi deditum.

Spaco nutrix fuit Cyri, quæ dictio quoniam Medorum lingua canem significat, factum est, ut Cyrus creditus sit nutritus à cane. Testis Herodotus in Clio.

Archemorus filius Lyncurgi regis Thracum nutricem habuit Hypsipilem: quæ quæ infantem in herba reliquisset, depastus est à serpente: Stat. autore.

Ericlea, seu Euriclia nutrix fuit Vlyssis, de qua Ouid. in Epist. Penelopes intelligit, dicens: Hoc faciunt custosq; bouum, longæ uaq; nutrix.

Caieta Aeneæ. Verg. li. 7 Aen. Tu quoq; littoribus nostris Aeneia nutrix Aeternam moriens famam Caieta dedisti. Mart. Seu placet Aeneæ nutrix, seu filia solis.

Habuit Alcibiades nutricem nomine Amyclam, uel (ut alij legunt) Amyclam paedagogum uerò Zopyrum. testis Plutarch. in Lycurgo & Alcibiade.

Fuit & Hellouice nutrix Alexandrius tore Q Curtio.

Accam Laurentiam Romanam fuisse nutricem, testis est Plin. lib. 18 cap. 2. Item Stat. lib. 1 syl. lam si cura parens Thuscis regnabat in undis Ilia, portantem lassabat Romulus Accam.

Phitix nutrix fuit Domitiani, quæ domini cadauer Populari Sandapila per uestigiones exportatum in suburbano suo Latina uia funeravit. autor est Suet.

OBSTETRICES.

Plin. lib. 28. cap. 7. Sotiram & Salpene obstetrices facit, quarum etiam placita in quibusdam morborum remedijs citat. Idem lib. 32. cap. 6. de Salge meminit.

FRATRES VTERINI.

Hercules, Iphiclus, Apollo, Diana, uterini fuerunt.

SPVRII ET

nothi.

ANtiphates filius fuit nothus Sarpedonis. Vergilius lib. 9 Aeneid. Et primum Antiphaten (is enim se primum age-

A b. i.

bat) Thebana de matre nothum Sarpedonis alii. Plutarchus scribit Homerum natum ex adulterio Chritheidis matris. Et Themistoclem ex adulterio matris, cui nomen fuit Abrotonum.

Aeneas ex adulterio Anchise cum Ve nere apud Simoentem. Vergilius: Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchise Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad undam? Aristonicus rex Pergami filius fuit Eumenis ex pellice. Aristeus Apollinis, ex nympa Cyrene, Penei fluminis filia. Hercules iouis, ex Alcmena Amphitruonis uxore.

Democoon & Doryclus Priami, iudem ex pellicibus. Lithierses nothus fuit Mide regis, Theseus & Romulus (inquit Plutarchus)ambo quum spurij forent, existimati sunt a Dijs immortalibus procreati. Iugurtha nothus fuit Manastabalis fratris Micipsae regis Numydarum. Manfredus Friderici imperatoris, Ioann. Andreas patre Andraea presbytero, & matre con cubina natus est. Petrus Comestor, Gratianus, & Petrus Lombardus iidem fuisse dicuntur nobis. Albanus martyr incestu patris cum filia.

DENOMINATIONES

à genere.

- A**bulia, mater proauia.
- Abauus, pater proauis.
- Affinis, sororis maritus.
- Auica, patris soror.
- Auia, patris uel matris mater.
- Auunculus, frater matris.
- Auus, pater patris.
- Consebrini, geniti ex duabus sororibus, quasi consorini.
- Fratris, uxor fratris.
- Fratruelles, duorum fratrum filij.

- Gener, filie maritus.
- Leuir, leuiri, frater mariti.
- Maritus, uxor uiri.
- Maritus, uir uxoris.
- Mater, que peperit.
- Matertera, soror matris.
- Nepos, natus ex filio uel filia.
- Neptis, filia filij, uel filia.
- Nurus, filij uxor.
- Nonera, secunda uxor parentis.
- Pappus, est auus. Anson. Pappou, uis trementes.
- Pater, qui genuit.
- Patruelles, fratres filij duorum patruorum.
- Patruelles, sorores, filie duorum patruorum.
- Patruus, patris frater.
- Priugini, nati ex prima patris uxore.
- Proauia, auie mater.
- Proauus, auis pater.
- Progener, generi pater.
- Profocer, uxoris auus.
- Socer, uxoris pater.
- Socrus, uxoris mater.

DENOMINATIONES A' NATURALIBVS, SEV ACCIDENTARIIS CASIBVS.

- A**chyli dicuntur, qui sunt sine labris. His contrarij sunt Labcones.
- Agrippae dicuntur ab egro partu, qui nascuntur in pede: quod est contra naturam, auctore Plinio: quomodo genitum fuerunt M. Agrippam.
- Ancus qui aduncu habet brachium, nec exporrigi potest. F. d. Pomp.
- Ancyloglossi, qui linguam habent adstrictam membranis quibusdam duriusculis, & breuioribus, quod uicium Ancyloglossi.

loglossum dicitur, tuncq; natus est. Est & accidentarium, quum uicium sub lingua cicatricem durierem obduxit. auctor Bud. Est autem uicium uicium, quod Filium uulgeriter nuncupatur.

Androgyni dicuntur utriusq; sexus homines, aliter uocantur Hermaphroditii.

Aquila qui sunt nati, foetibus exteto.

Alypi qui non satis expedito plectro lingue utantur: quasi aerem non ferientes, uel quasi uerba non experimentes. Budaeus in Annotat.

Balbi qui linguam habent impeditam, nec uerba debite enunciant, ut qui laborat Labdacismo & Iotacismo.

Bene nasci homines, à Lampridio dicuntur Miconiati, ac bene mentulati.

Blesi uicem dicuntur, qui lingua haerent, quum syllabam syllabae iungere proprie non possunt. Dicuntur à Graecis Thraculi. Porro Blesias non solum uicium est lingue, sed etiam eorum, qui oblesum gressum habent, unde & Blesi pro Valgis possunt accipi.

Bronci qui sunt ore producto, & dentibus prominentibus, auctor Non.

Bulci qui bubus optime utebantur. Plinius.

Buccones qui sunt timidioribus buccis. Plaut. Smiti, Stolidi, Katui, Fungi, Berdi, Blemi, Buccones. Solus ego omnes ante eo stulticia.

Barri à colore ruffo. Pyrrhi Graeci dicuntur.

Caeus qui utroq; captus est oculo. Aliiter Desioclus. Hinc Caecare & Caecitare uerbo descendunt.

Casares hoc nomen traxerunt ab Africano Scipione, qui primus Casar, à caeso matris utero dicitur est. Desistant hallucina

vi, qui dicunt Iulium Casarem à caeso matris utero nuncupatum. Nam quo tempore sabigebar Gallias, matrem ipsam amisit Aureliam nomine, que superuenerit nequisset, si caeso eiusdem utero natus fuisset. Solum lib. 4. de Mira.

Capella à capillorum hirsurie.

Cibiones dicuntur, qui sunt maioribus labris. Aliter Labcones dicuntur.

Coelites uocantur, qui alterno lumine orbi nascuntur, ut ille Horatius Coeles.

Columella à proceritate.

Cordus qui sero nascitur. Vnde Corda frumenta, que sero nascuntur, & autumnale foenum Cordum dicitur.

Cottae ab iracundia, & oris toruitate dicti sunt.

Cyloones qui sunt fronte prominentiore, & quasi extante. Synonymice Erontones appellatur.

Easpeli dicuntur, quibus aliquid accidit praeter comunem naturae modum. Cuiusmodi fuit Eutimentis filius, quem Plin. scribit intra cubita triennio a soleuisse, incesso tardum, sensu hebetem. et iam puberem factum uoce robusta, absumptum contractione membrorum subita, triennio circumacto.

Epigryphi dicuntur, qui habent nasum aduncum.

Fenestella à caluitie.

Flauij à flauo colore capillorum nomen traxerunt.

Veteramentarij dicuntur ut o res Crepidarij.

Gibbosi seu Gibberosi, qui tuber, & tumorem habent in dorso. Tumor autem Gibbus & Gibber dici potest.

Gutturiosi, quorum guttur tanquam spongia quaedam intumescit, aquarum (quae potantur) plerumq; uitio.

Hals à fœto oris halitu.
Hosimi qui nascuntur sine naribus, quarum loca habent foramina. Aliter Simones.

Labrones Labieni, & labrosi, à prominentioribus labris. Lucr. li. 4. Simula Silene, At satira est labrosa Philœne.

Lenates à frequenti usu Lenæ uestis.

Lusciosi qui propter uitium oculorum parum uident. Plaut. in Militie, Aedepol tu quidem cæcus es, non lusciosus.

Lucini seu Lucinij, qui paruos utrinque habent oculos.

Luscus qui altero captus est oculo, quæ Lus fuit Annibal. Vnde Iuuenal. Quum Getula ducem portaret bellua luscum.

Maclici qui habent magnas malas & os patens.

Marcipor puer uel famulus Marci, ut Publipor, Publij: Lucipor, Luci. Plin. li. 33. cap. 1.

Monogrammi no caduntur tenues, macri, & decolors. A' pictura, quæ priusquam coloribus corporetur, lineis fingitur. Monogrammos enim pictura dicitur linearis.

Myopes qui in luce parum uident, Latine Lusciosi. Myopia dicitur huiusmodi uitium.

Nasica ab obuncis naribus.

Nerua à fortitudine neruorum & uestigiorum dicti sunt.

Nyctilopes qui uident interdium, Sole occidente parum, occasu nihil.

Obstipi qui sunt breui collo, quibusque colla in humerum inclinata sunt. Suetonius in Tyb.

Obiter appellatur, qui patre mortuo, & duo uiuo gignitur.

Panse à latis pedibus, & apertis. Pansum enim apertum significat.

Petauri dicuntur homines agiles, qui

per circulos se immittunt, nascunturque sub Delphine. Huiusmodi sunt Histriones, Funambuli, Funerepi, & Saltatriculi. Vocantur & Petauristæ.

Pilumni, qui pilum pistrinis inueniunt.

Pisones, à pisis leguminibus, quæ optime se rebant, ut Fabij à fabis, Leniuli à lente, Cicerones à cicere.

Planci, qui supra molam pedes planos habent. Et Planca tabula, dicuntur planæ.

Plauti & Ploti dicuntur à planis pedibus.

Posthumi qui nascuntur patre humato.

Scauri qui eminentibus sunt talis.

Scipione à baculo, qui Scipio dicitur. Quoniam qui primus hoc meruit nomen, innitebatur baculo.

Simi & Simones, qui habent nares introsum reflexas. Quod genus homines facilius cæteris sunt polyposi.

Spatici qui maligno spiritu sunt correpti, quique eodem in loco nequeunt subsistere.

Stattius nomen est serule. Cælius libro 13. cap. 5.

Sylla unde originem sumpserint, Macrobius libro primo Satur. sic refert: Bello Punico hi ludi primum ex Sibyllinis libris sunt instituti, suadente Corn. Ruffo, qui propterea Sibylla cognominatus est, & postea corrupto nomine primus cepit Sylla uocari.

Tragomasthali qui uirus alarum olent, aliter Hircosi Est. n. Hircus fœtor alarum, quem Plin. Alarum graueolentiam appellauit, & aliquando Virus alarum: à Græcis dicitur Tragos, unde Tragizontes pueri.

Vaciæ dicuntur, quibus pedes & crura

ua in

ra in exteriorem partem flectuntur. Cuius modi fuisse legitur Seruilius Vacia, uir prætorius, Senecæ temporibus. Varro lib. 1. de re Rust. Cruribus rectis, ac potius uaris, quam uacis. Hinc etiam Vacienno yrum cognomina fluxerunt.

Vacij qui pedes extrorsus obtortos habent. Dicuntur & Vacie.

Valgi dicuntur, qui diuersas suras habent, hoc est, in diuersum actas, ut sunt Lacerorum pedes, quorum pars intra conditur, pars extra procedit. Valgi contrarij sunt Varis. Habent enim suras altrifecus prominentes, & in diuersum actas, ut cancri & lacertæ ipse autore Aristotele.

Vari dicuntur, qui crura habent obtorta, quique sunt pedibus incuruis, & in se contractis. Vnde etiam uaræ manus. Ouidius lib. 9. Temuque à pectore uaras in statione manus, id est, decuruas. Horat. libro 1. Sermonum: Hunc uarum distortis cruribus. Mart. lib. 7. Vara uocat brachia palestrarum, quum aduersarium amplectuntur. Vara nec iniecto caromate brachia tædis.

Varicosi qui uenas habent plus æquo intumescentes in temporibus, uentre, testibus, inguine, sed maxime in cruribus. Quod ex nimio labore solet nasci.

Ventriofi dicuntur, qui sunt uentre prope et extante: dicuntur etiam Ventrosi & Ventricosi.

Vopiscum dixerunt unum ex geminis, qui recenti utero nasceretur, alio interempto abortu.

VOTA HOMINVM diuersa.

Beatus Augustinus tria habebat in uotis, uidisse Christum in humana natura, Paulum de pulpito fulminantem, & spectabiles urbis Romæ triumphos.

Pyrrhum Epyrotarum regem serunt ubi

immolaturus templa inuiferet non regni amplioremodum, non de hoste uictoriam, non gloriam illustrem aut diuitias, sed sanitatem modo à Dijs comprecari solitum, ceu parte hæc bene constituta, prosperius cessura uiderentur omnia.

Darius oblato sibi malo punico, tot optasse fertur Zopyros, quot illic essent granorum. Idem dicebat, se malle Zopyrum unum incolumem habere, quam uiginti Babylones occidere. Herod. autor lib. 3.

Circias tyrannus imprecabatur sibi Scopadum diuitias, Liberalitatem Cymonis, & Agefilai Lacedæmonij uictorias. autor Plutarchus.

Scribit Plinius lib. 7. L. Metellum decem maximas res optasse, utpote uoluisse Primarium bellatorem esse, Optimū oratorem, Fortissimum imperatorem, Auspicio suo maximas res geri, Maximo honore uti, Summa sapientia esse, Summum senatorem haberi, Pecuniam magnam bono modo inuenire, Multos liberos relinquere, & Clarissimum in ciuitate esse. Quæ omnia illi contigerunt.

Augustus Cæsar, quum LIIII. annorum ageret, precatus est à Dijs Scipionis fortitudinem, beneuolentiam Pompeij, & Cæsaris fortunam. Plutar. de for. Roma.

Optabat Caligula unicam esse populo Romano ceruicem, quo facilius uno ictu abscindi possent. Votum hominis carnificis, & sanguinarij Bap. Egnacius.

Votum suum Tibullus sic exprimit: Me mea paupertas uite traducat inerti, Dum meus assiduo luceat igne focus.

Martialis lib. 1. ad Frontonem uotum suum describit.

Optabat Horatius Tyburi, aut prope Galesum Calabriae fluium consensce

re his uerbis: Tybur Argæo posuimus colono, Sic meæ sedes utinam senectæ, si modulus Iffo maris et uiarum. Militiq; Idem libro 2. Carm. optat mentem sanam in corpore sano.

DIVITES.

Quintæ fuerint opes Davidis, coniectare est uerbis eiusdem, qui cap. xxxii. Paralipomenon ita loquens ad Salomonem inducitur: Confortare, & uiriliter age, ne timas, neque paueas. Ecce ego in paupertatula mea preparavi impensas domus domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentum. Historia Regum scribit David habuisse argenti mille millium talentum, id est decies centena millia, & auri centum millia, quæ mille millia talenta argenti ualent. Propterea Budeus ait, opes David decies fuisse maiores opibus Dariantis.

Fuerunt & immanes Salomonis diuitiæ, ut testatur quod lib. 3. Regum & cap. 20 scriptum est hoc modo: Non erat argentum, nec al. cuius precij putabatur in diebus Salomonis, quia classis regis per mare cum classe Hiræ semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum & argentum. Et paulò inferius: Fecitq; ut tanta esset abundantia auri & argenti in Hierusalem, quanta & lapidum. Consumpsit in templi sui columnis & uasis aureis quadragies sexies centena millia. Argenti uero ad clauos et alia instrumenta MCCXXXII. talenta. Aeris uero in columnis, fornicibus & cæteris talenta XVIIII. millia.

Habuit Iob septem millia ouium, tria millia camelorum, quingenta iuga boum, quingentas asinas, reliquiq; pecoris armenum numerosissimum.

Herodes Atticum tanta fuit rerum opu-

lentia, ut Isthmum uellet perfodere, & maria cõiungere diuersa. si p imperatorẽ huius se: Quod tamen frustra tentauit Nero.

Pleriq; ueterum suam satis opulentiam prodiderunt arduis conatibus, quibus rerum natura facie mutare noluerit: ut Nicenor Seleucus, qui excoGITabat perfodere spatium à Bosphero Cimmerico ad Caspium mare, quod interuallum erat CL. mil.

Sesostris rex Aegypti, interstitiũ à rubro mari ad Nilum profcindere adorsus est. Quod postea Darius molitus est.

Midas rex fuit Phrygiæ, cui propter Bacchum hospitio susceptum concessum est, ut quicquid uellet optaret, uoti futurus cõpos. Optauit autem ut quicquid corpore cõtigisset, in aurum uertetur. Tanta fuerunt eius diuitiæ, ut in prouerbium abierint. Stat. lib. 1. Sylvarum, Digne Midæ, Cræsiq; bonis & Persiæ gazæ.

Opulentia Cræsi Lydorum regis maxime quondam nobilitata est apud Græcos, & adeo, ut fieret pro uerbo locum. Propterea (ut scribit Herodorus) existimabat se mortaliũ felicissimum. Mart. lib. 5. Cræso diuitior licet fuisset.

Vergilius scribit Sycheum Didonis maritum fuisse ditissimum agri inter Ithœnicas. Que opulentia fuit ei exitio, impunitiq; Pygmalionẽ regem Tyri, ut eum interficeret. Quantum autem auri & argenti habuerit, hinc suspicari licet, quod eius thesauri profuga Didæ amulam Romani imperij Carthaginem edificauit.

Voluix fuit quispiam ditissimus, de quo Syllius lib. 5 sic scribit: Ditissimus agri Occumbes generose Voluix, ne clausa repositis Pondera thesauris, patrio nec regia quondam Præfulgens chore, & possessa mapalia soli Prospererint.

Acfo-

Acfopus Tragedus, amicus Ciceronis, arte histrionica ad tantam peruenit opulentiam, ut sexcentis sestertijs ei patina steterit, reliqueritq; filium adeo diuitem, ut is unctioes liquefactos cœnis apponeret.

Pythius Buhynius platanum auream, uitemq; nobile Dario regi donauit. Xerxis copias, hoc est septies cœna LXXXVII. millia hominum excepit epulis stipendium quinq; mensium, frumentumq; pollicitus, ut quinq; liberis senectui sua saltẽ unctio concederetur. Testis Herodotus & Plin. Interrogatus à Xerxe quantum possideret: respondit, se habere argenti talenta duo millia, auri myriadas quadringentas, staterum Daricorum septem millibus minus. Quam summam quum obtulisset ipsi Xerxi, demiratus rex propensam hominis liberalitatem, expleuit quod illi deerat ad quadringentas myriadas.

Tantali diuitiæ pro uerbo locum fecerunt, quæ præ diuitiis fuisse ostendit carmen illud ex tragœdia apud Plutarchum de exilio: Viam dierum duodecim sero iugera.

Calliætes fuit quispiam Carystius, qui ciues suos omnes opibus longè præstitit. Hinc adagium nauum: Vltra res Calliætes.

Herodotus scribit Rhampsinum regem immanem pecuniæ copiam habuisse, quam nemo regum posteriorum adæquauit.

Cyrus deuicta Asia XIII. millia pondi auri inuenit: præter uasa aurea, aurumq; factum, et in eo solia ac platanum uitemq;. Quæ uictoria argenti quingenta millia talentorum reportauit.

Darius uctigalem sibi fecit Asiam, ex qua quotannis DLXXV. millia talentorum accipiebat: præter aliud tributum quod

ex Africa, & ipsi qui Europam Thessalia tenus incolebant, eidem afferebatur.

Victo Dario inuenta sunt in Perside CLXXX. millia talentum: quum tamen Darius septem millia fugiens rapuisset.

Mynias fuit quispiam sua ætate mortaliũ ditissimus, qui primus thesaurum recondendis pecunijs struxisse fertur.

Celivus ait Meandrum Protogoræ patrem tanta rerum opulentia præcelluisse, ut Xerxem Persarum regem domo & donis excipere ausus sit. Quod iam de Pythio memorauimus.

Indorum regio, teste Curtio, diues est non auro modò, sed margaritis & alijs gemmis, ad luxus magis quàm ad magnificentiam exculta.

Inter populos diuitijs memorabiles recensentur Lydi, Babylonij, Seres & Arabes. Statius lib. 5. Syl. Si Babylonis opes, Lydasi pondera gazæ, Indorumq; dares, Serumq; Arabumq; potentes Diuitias.

Fuit & Achæmenes rex Persarum ditissimus. Horat. libro 2. Carminum: Non tu quæ tenuit diues Achæmenes, Aut pinguis Phrygiæ Mygdonias opes, Permutare uelis crine Lyciniæ?

Esubogus rex in Suanorũ terra, uelleribus aureis inclita, plurimum argenti auriq; fertur eruisse.

Galesus fuit in Latio quispiam ditissimus agrestis gazæ. Vergilius lib. 7. Aen. Corpora multa uirum circa, seniorq; Galesus, Dum paci modicum se offert, iussimus unus Qui fuit, Aufonijsq; olim ditissimus aruis, Quinq; greges illi balantium, quina redabant Armenta, & terram centum uertebat aratis.

Camertes Voiscentis filius, partium Turni fautor in Aeneam, ditissimus fuit.

A. 4. Vergi

Vergilius libro 10. Persequitur fortiemque Numam suluūque Camertem Magnanimo Voscante satum, diuissimus agri Qui fuit Ausoniam, & tacitis regnauit Amyclis.

Dorylas ponitur ab Ouidio libro 5. Metam. ditissimus agrestis opulentia, ubi ait: Nasamoniaci Dorylas ditissimus agri, Diues agri Dorylas, quo non possederat alter Latius, aut totidem tollebat farris aceruos.

Cissamis Couis fuit gregibus pecuarijs supra modum diues.

Dionis Syracusani opes immense fuerūt, & regia in uiuendo propemodum pompa, & supellex. Plutarcho teste.

Antiochus Magnus, Syriæ rex, tantis affluxit diuitijs, ut in Romanos certaturus exercitum collegerit ornatissimum, in quo plerique milites hastis scutisque aureis & argenteis enitebant. Propterea quum ostentasset Annibali copias illas tanto munus apparatu, rogassetque nunquid satis essent Romanis factura: Poenus ignauiam imbellium militum eius eludens, satis facturæ, inquit, etiam si auarissimi fuerint Romani.

Populus Romanus septē annis ante primum bellum Punicum habuit in arario auri pondo DCCXXVI. millia, Argenti XCII. millia, & extra numerum CCCLV. millia. Item Sex. Iulio & L. Martio consulibus LXXXIII. auri pondo. Caesar primo in troiu urbis in civili bello suo ex arario protulit laterum aureorum XXVI. millia, & numero pondo CCC.

Caesar in munere patris funebri, omni apparatu arenæ argenteo usus est.

C. Antonius ludos scena argentea fecit. Item & L. Murena.

Caius princeps in circo pegma duxit, in

quo suere argenti pondo CXXIII.

Nero Pompeij theatrum operuit auro in unum diem, quod Tyridati regi Armenia ostendit.

Cecilius Claudius testamento suo edixit: Quamuis multa bello ciuili perdidisset, tamen relinquere seruorum quatuor millia centū & sexaginta iuga bouum tria millia & sexcenta: vel qui pecoris ducenta quinquaginta septem millia: in numerato pondo sexcenta millia. Qui funerari se iussit sestertijs undecim millibus.

C. Crassus negabat diuitē esse, nisi qui reddito annuo legionē posset alere. in agris suis possedit sestertium bis millies: hoc est ære nostro quinquages centena millia aureorum coronatorum. Nec satis fuit, inquit Plinius, nisi totum Parthorū esurisset aurum. Harum autem diuitiarū maximam partem ex ciuilibus bellis atque incendijs comparauerat, calamitates publicas in suam unius utilitatem uertens. Nam quum trecenta solum talenta ex paterna hereditate accepisset, priusquam aduersus Parthos exercitum duceret, septem millium & centum talentorū summam coegisse traditur, quum etiam decimam partem facultatum suarum Herculi consecrasset, & publicum epulum dedisset populo, ac tres minas ciuibus uiritim contulisset. Seruos habuit circiter quingentos, fabrilis artis, & architecturæ peritos, quibus non solum ad propriæ domus extructionē usus est, sed ciuibus edificare uolentibus eorum operas mercede locauit.

Pallas Claudij libertus, Crasso ditior fuisse prohibetur uicies & quinquies centenus millibus.

Plinius præter Pallantē ait Callistum

& Narcisum Claudij principatu fuisse opulentiores. Narcisi autem diuitiæ in pro uerbum uenerunt, quum Iuuen. dicat, Nec Cræsi fortuna unquam, nec Persica gazæ Sufficiens animo, nec diuitiæ Narcisi, Indulsit Caesar cui Claudius omnia. De Pallante Iuuenal. Sat. 2. Ego possideo plus Pallante & Licinis. Hi duo Pallas & Narcisus liberti fuerunt Claudij, quos decreto quoque Senatus, non solum ingentibus præmijs, at etiam magistratibus ornari passus est. Tacitus scribit, Claudium Pallanti prætoriam insigni, & centies quinquages sestertium censuisse, & Pallantem ipsum sestertij ter millies possessorem fuisse. Idē lib. 24. ait, Neronem ueneno iniercisse hunc Pallantem, quod immensam pecuniam longa senectū detimeret.

Licinius Caesaris libertus tantum agrorum feruū habuisse, quantum peruolarēt milui.

Quamuis numerose fuerint Cræsi diuitiæ, Plinius tamen facit Syllam ditio rem, ubi de Crasso loquens ait: Quiritum post Syllam diuissimus.

Pompeio res gerente circa Iudæam, Ptolemæus octona millia equitum sua pecunia tolerauit. Mille conuiuas totidem aureis potorijs mutans uasa cum ferculis saginauit.

In Tolosano Italiæ oppido, a Q. Cepione direpto, inuenta sunt auri pondo CX millia, argenti pondo quinquies decies centena millia.

Lusius Aruernus, pater Bititi (qui Bititus cum Maximo Aemiliano & Domitio Aenobarbo ducentorum hominum exercitu conflavit) tantis delicijs diuitijsque circumfluxit, ut aliquando ostendendarū opam gratia curru nequus campum ingre-

deretur, nummos aureos argenteosque huius atque illuc spargens. Quibus colligendis amicis atque comites occupati sequerentur.

L. Luscius Syllanarū partium amplius sexcenties possedit.

Cleopatræ quoque diuitiæ arguuntur ex coctilibus illis muris inter septem orbis miracula numeratis: ex crateri, cuius pōdus erat XV talentorum: ex apparatu conuiuij, quo Antonium excepit: ex unionū sorbitione, ex multis item sumptibus.

Paulus Aemilius Perseo Macedoniae rege deuicto, retulit in ararium prædam pondo trium millium.

Scipio Africanus uicta Carthagine MCCCLXX pondo auri inde trātulit. Item argenti ælati millia CCCCL. uasa purum aureorum pondo centum millia.

Mamuram Catulus dixit habere quicquid habuisset comata Gallia. Cornelius Nepos adiecit, eum totis ædibus nullam nisi e marmore columnam habuisse, omnes solidas e Carystio aut Lanensia.

P. Clodius (quem Milo occidit) habitauit domo empta sestertijs CXLVII. millibus.

Seneca philosophus rerum acuti præpositus a Nerone, quadriennio ter millies sestertium quæsiuit.

Tarius Rufus infima nataliū humilitate cōsulatum militari industria meritis, circiter mille sestertium liberalitate Augusti congestum, agris coemædis exhaussit.

Idem Seneca testis est, Lentulum augurum eodem Augusto imperante quater millies sestertium suum uidisse.

Lucullus quum reip. in sensus, priuatus uitæ se dedisset, ædibus & prætorijs extructis, hortis & ecenationibus amoenissimis incredibili sumptu paratis, & Bibliotheca

libris utriusq; lingua & cumulatissima, opes bello quaesitis contere non potuit. Idem Pompeio & Ciceroni extemporariam apparauit cenam impendio quinquaginta millium, tanta epularum et rerum lauticia, ut conuiuas in admirationem traheret. Idem perfudit montem, & flumen immisit in piscinas, quae reciprocae fuerunt.

Plinius iunior tanta fuit opulentia, ut ducenta millia nummum pro accessione praecipue agrorum contempserit, empirice Cornelia hoc petente, ut suis ipse uerbis docet, ad eandem foemina scribens: Tu quidem (inquit) honestissime quod tam impense et rogas & exiges, ut accipi a te iubeam praecium agrorum non ex DCCL millibus, quanti illos a libertis meis, sed ex nongentis, quanti a publicanis partem uigesimam emisisti. Inuicem ego & rogo & exigo, ut non solum quid te, uerum etiam quid me deceat, aspicias. Idem Plinius patriam suam donauit annua sestertia tricena, quae a nobis DCCL aureis aestimantur. Hanc eius opulentiam pluribus uerbis describit Budaeus.

Heliogabalus mensas & captas habuit argenteas. Primus etiam cacabos, uasa deinde centenaria argentea sculpta, & nonnulla stigmatibus libidinosissimis inquinata, auctor Aelius Lampridius.

PAUPERES.

Hecale nomen est pauperrimae foeminae apud Ouid. lib. 2. de Rem. Cur nemo est Hecalen, nulla est quae nouerit iriis Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Amyclas nomen est pauperrimi naucae apud Lucanum, de quo iam uerba fecimus in capite de Nauis.

Apud Horatium Ibycus nomen est pauperis, cuius uxor dicebatur Chloris. Haec Horatii uerba: Uxor pauperis Ibyci Tanquam nequitiae fige modum tu.

Horatius ipse laborauit paupertate, qua urgente, animum appulit scribendis carminibus. Vnde lib. 2. Epist. sic inquit: Et laevis & fundi paupertas impulit audax, ut uersus facerem.

Martial. lib. 2. Hylis paupertatem eludit his uerbis: Vnus saepe tibi tota denarius arca Quam fit, et hic culo tritior Hyle tuo.

Idem Thelesinum turpi quae sua diuitem factum ridet his uerbis ex lib. 6. Quam coheret puros pauper Thelesinus amicos, Erabat gelida sordidus in togula. Obscenos postquam cepit curare comedos, Argentum, mensas, praedia solus emit.

Apher apud eundem nomen est uiri extreme paupertatis, ubi ait: Quis sis tam pauper, quam nec miserabilis Apher.

Ab eodem ridetur Cinna quispiam, quod quum pauper esset, pauper uideri uellet. Sic enim inquit: Pauper est Cinna, & uult uideri pauper.

Catullus Furio cuidam pauperrimo sequentibus illadit uersiculis: Furi cui neque seruus est, nec arca, Nec cymex, neque aranea, neque ignis: Verum est pater & nouerca, quorum Dentes uel cilicem comesse possunt.

Codri poetae pauperrimi, & Procula eiusdem uxoris paupertatem sic describit Iuuenalis: Lectus erat Codro Procula minor, urceoli sex, Ornamentum abaci, nec non & paruulus infra Cantarus, & recubans sub eodem marmore Chiron: iamque uetus Graecos seruabat cista libellos, Et diuina opici rodebant carmina mures. Nil habuit Codrus, quis enim negat? & tamen illud Perdidit infelix totum nihil, ultimus autem Aerumnae cumulus, quod nudum et frusta rogantem, Nemo cibo, nemo hospitio, nec floque inuabat.

Gellius,

Gellius scribit, Protagoram sophistam adolescentem uictus querendi gratia uecturas onerum corpore suo faulisse.

Sunt qui dicant, Lucillum poetam Satyrogaphum publico funere fuisse elatum.

Eumaeus fuit fabulcus Ulyssis, mendicus, & pannosus.

Telemachus fuit quispiam Acarnensis, qui ob paupertatem fabis se penumero uisitabat. Hinc Telemachi olla prouerbio locum fecit.

Conna tibicen fuit pauperrimus, qui nihil habuit praeter oleastrum.

Caunius fuit quispiam pauperculus, qui quum utriculum aquae sitienti Artaxerxi porrexisset, ab eo ad summam rerum opulentiam uectus est.

Cleobis & Biton fratres Argiui, fuerunt pauperrimi, testis Herodotus.

Plinius scribit, Protogenem pictorem contentum fuisse casula, quam habebat in horto suo.

Tellus fuit nescio quis pauper, cuius inopiam Solon Croesi diuitijs foeliciorum esse praedicauit, ut iam de Aglao praediximus, nisi quis forte uelit eundem esse.

Theagenes Caprus fuit pauper quispiam, qui tamen diues haberi uolebat. Idem multa facile pollicebatur, & nihil praestabat.

Fuit & Lysistratus summae paupertatis homo, adeo ut prouerbio locum fecerit.

Antigonus ciuis Florentinus, quum uniuersas facultates pauperibus impartiuisset, pauper adeo decessit, ut eius funeri decesserit sumptus.

Euripidis mater lucillum faciebat in uendendis oleribus: auctore Plinio. Ei nomen erat Clito, patri uero Mnescarchus.

Glycera coronas uenales exponere ad sustinentiam paupertatem.

Telenicus homo fuit adeo note pauper

ratis, ut Scriphij prouerbium inde formauerint.

Pauson fuit plecter insigni tenuitate.

Plutarchus in Nicia prodit, Lamachum fuisse adeo insigni paupertate, ut quoties illum Atheniensis populus Imperatorem crearet, aliquantulum pecuniae ad pallium et crepidas comparandas decerni opus esset.

Irus fuit Ithacensis pauperrimus, quem Ulysses ab expeditione Troiana reuersus, ictu pugni interfecit. Mart. lib. 5. Iro pauperior forem Carime.

Mencetes fuit Arcas quispiam occisus a Turno, cuius paupertatem describit Verg. lib. 12. his uerbis: Et iuuenem exosum nequie quam bella Menocem Arcada, piscose cui circum flumina Lerne Ars fuerat, pauperque domus, nec nota potentum Munera, condidit atque pater tellure secebat.

Acetes paupertatem suam apud Ouid. lib. 2. Metam. his uerbis exprimit: Ille metu uacuuus, nomen mihi dixit, Acetes, Patria Meonia est, humili de plebe parentes. Non mihi quae duri colerent pater arua iuueneci, Lanigerosque greges, non ulla armenta reliquit. Pauper et ipse fuit, limoque solebat & hamis Decipere, & calamo sitientes duces cere pisces.

Baucis mulier & Philemon eius maritus, in maxima paupertate consenuerunt. Idem Ouid. lib. 8. Sed pia Baucis anus, pariterque aetate Philemon, illa sunt annis iuncti iuuenilibus, illa, &c.

Aristides, qui rempublicam Atheniensium clarissime administrauit, mops adeo mortuus est, ut eius funeri sumptus defuerit. Callias Atheniensis comediographus, tor sit sanus ob paupertatem.

Aetius sophista Antiochenus aurificina, urgente rerum penuria, exercuit ab initio.

B 2 Origenes

Origenes extrema laborauit paupertate, bonis eius in fiscum relatis, quod Christiane adhaesisset pietati.

Demonax philosophus (qui floruit Adriano imperate) nullum unquam sibi uitium praeparauit. Sed qui esuriret, proximum domum, quam apertam uidebat, in grediebatur, et uictum ibi quaeritabat. Cetero tenarius decessit, elatus publico sumptu.

Epaminunde Thebanorum principi, et totius Graeciae, unicum fuit indumentum, rude et perirritum. Quod si quando expurgandum falloni traderet, alterius uelut inopia domi interim se continebat. Nichilominus tamen in tanta paupertate magnam uim auri, quam offerebat rex Persarum, recusauit ultrò.

Epictetum Philosophum iam diximus seruum fuisse, et summa inopia laborasse.

Aglauus Psophidium in angustiissimo Arcadiae angulo coesenuit, exili contentus praedio, quo nunquam egressus est. Hunc tamen Apollo in tanta paupertate felicem testatus est. Valerius Martialis epigrammatista paupertate pressus uaticum accepit à Plinio nepote.

Menas inter Samnites natus, in solitudine uixit et paupertate, curandis apibus intentus. Neque tamen deerant aduentum dona, quos ad bonam frugem solebat conuertere.

Faustulus pastor fuit extremae paupertatis, qui uel Romulum exposuit, uel expositum nutriuit. Ouid. lib. 3. Fast. Nec taceam uestras Faustule pauper opes.

Apud eundem lib. eodem, Anna nomen est pauperrime uetula, ubi ait: Orta sub urbanis quedam fuit Anna boni illis pauper, sed multae sedulitatis anus. Illa leui mitra capillos incincta, emgebatur trepida rursus sic liba manu.

Aeliorum familiae Romae fuit paupertate, et modicarum adeo facultatum, ut septemdecim eodem tempore unicum habitauerint domum, unicam agrum possidentes.

Paulus Aemilius, qui de Liguribus, et Perseo Macedoniae rege triumphauerat, adeo pauper mortuus est, ut funebres ludii celebrari nequuerint, nisi diuenditis eius possessionibus.

Menentius Agrippa, qui de Sabinis triumphauerat, pauper adeo mortuus est, ut sepeliri nequuerit, nisi collatis à populo quadrantibus.

M. Pomponius Andronicus ob inopiam coactus est uendere opus Annalium xvi millibus nummum.

Valerio Publicole in morte defuit sumptus: autore Tito Liui.

Actio Praetorio post consumptum ingenium patrimonium paupertatem confitenti, Tiberius, Serò, inquit, experrectus es.

Val. Cato grammaticus, qui floruit aetate Syllae, consenuit in summa paupertate, demissaque Tusculana uilla (qua coesit ob creditores) habitauit angusto et breui gurgustio. Vnde Bibaculus his in eum carminibus lusit: Si quis forte mei domum Catonis, Depictas mimio affulas, et illos Custodes uidet hortulos Priapi, Miratur, quibus ille disciplinis Tantum sit sapientiam affectus, Quam tres calculus ac selibra farris, Racemi duo regula sub una Ad summam prope nutriant senectam.

Seruilus Isauricus, qui proconsul debellauerat Cilices, publico elatus est funere.

Plautus ob paupertatem uictum quaeritabat in agendis molis illis, quas trufatiles uocant. A quibus quum impetrabat ocium, ad scribendas fabulas se conuertebat, ut eas postmodum uendideret.

Abra-

Abrahamus Anachoreta nil habuit in solitudine, praeter catinum et cilicium uelut cum sago rustico.

Hilarion interrogatus à latronibus quos offenderat, cur non expauesceret: Quia nudus sum, inquit.

FORTVNATI ET felices.

Tyrannus Samiorum Polycrates tanta usus est felicitate, ut nullum unquam maeroris argumentum in tota uita poiuerit reperire. Nam quum ad excitandum sibi dolorem anulum ingentis pretij coniecisset in mare, eundem postmodum reperit in pisce, oblato sibi à piscatore. Ad extremum uerò affixus est cruci, ut iam diximus.

Gyges rex Lydorum gemmam habuit tantae uirtutis in anulo, ut ea ad se uersa uideret quoscuque uellet, nemini conspicuus. Vnde beneficio anuli omnia consequeretur ex animi uoto.

Xenophilus musicus uixit c. v. annos sine ullo corporis incommodo: authore Plinio.

Antiquitas non paruae ascribit felicitati, quod Diagoras Rhodius duos Olympicos filios eodem die uictores coronari conspexerit: autor Cicero lib. 1. Quest. Tuscul.

Enbippus rex fuit Arguorum mirae felicitatis, cuius chlypeum qui apud Graecos rem praecellare gessissent, per urbem incedentes ferebant honestamenti causa.

Contra uerò inter infelicissimos iustae causa numerandus est Oedipus, qui patre interfecto matri se commiscuerit, et ex ea liberos suscepit, qui mutuis uulneribus seipos interfecerunt.

Timotheo Atheniensium duci foelixa-

adeo risit fortuna, ut in omni bello facilem ac uelut certam referret uictoria. Cui prosperitati inuidentes aemuli, Fortunam pinxerunt, quae in eius dormientis nassam et reuerbia urbes immitteret ultrò. Quod conspiciat: Si dormiens, inquit, urbes capio, quid putatis me facturum, quum uigilarem?

Quandiu Lydis principatus est Alcimus, perpetua usus est tranquillitate, habuitque diuitias quantas uoluit.

Apollo felicem pronuntiauit Aglaum Psophidium, qui tamen in angustiissimo Arcadiae angulo coesenuerat, praedioli sui fructibus contentus.

Datylus fuit quispiam apud Athenienses, adeo fortunatus, ut illi quotidie nouus honor accresceret.

Herodotus scribit, Aminoclem uirum fuisse Magnesium, qui in excauanda terra multa pocula aurea et argentea, thesaurosque Persarum inuenerit.

Plinius tribuit magnae felicitati, quod Lampedo mulier Lacedaemonia regis filia, regis uxor, et regis mater fuerit.

Berenice uocatur felix à Plinio, quod filia, soror, et mater fuerit Olympionicarum. Marius post septem consulatus domus senex mortuus est: autor Cic. lib. 3. de Natura deorum.

Lucius Sylla apud Romanos felicitis cognomen sibi adoptauit.

In familia Curionum tres continua serie orationes extiterunt.

In Fabiorum familia tres continui principes senatus, M. Fabius Ambustus, Fabius Rullianus, et Q. Fabius Gurges.

Q. Metello contigit, quod optauerat, ut scilicet primarius esset bellator, optimus orator, fortissimus Imperator, auspicio suo maximas res gereret, maximo honore ute-

retur, summa esse sapientia, summus haberetur senator, pecuniam magnā bono modo inueniret, multos liberos relinqueret, & clarissimus esset in ciuitate.

Antonius Castor uicesimum etatis annum excedens, nullum adhuc corporis malum expertus erat, ac ne aetate quidem memoria, aut uigore concussis.

Fr. Bassalus, cuius Romanus, duos filios mutuis uulneribus se petentes uidit, totidē ob seditionē securi percussos, alium qui no suercam interfecerit, filiam uerō quā prae/ente marito uenenum hauserit.

QVI EX HUMILI FORTUNA clari aut diuites euaserunt.

Demosthenes fabri filius, clarissimus et uasit philosophus. Sidon. Qui fabro genitore procreatus Oris maluit expolire linguam.

Agathocles ē figulina patris officina ad regnum Siciliae peruenit. Vnde apud Ausoniu sic inducitur loquens: Rex ego qui sum Siciliae, figulo suus genitore satus.

Aesopus Tragoedus, quum histrionicae artē exereceret, et tamen euasit ditissimus.

Giges anulum habuit, in quo erat gemma tantae uirtutis, ut ea ad se uersa incōspiciuus esset, uersa uerō ad alios, conspicuus. Propterea legatus ad regem missus, annuli beneficio ipsum interfecit, & stuprata regina, rex ē pastore factus est.

Telephanes quum antea currus factitaret, tandem rex Lydorum factus est.

Artaxerxes humili apud Persas loco natus, imperium a Parthis ad suos transtulit, & Artabanum triplici prelio cum tota deleuit familia.

Hiperbolus Chremidis filius (qui prius lucernas factitabat) Athenis tandem principatus est.

Darius Hippius filius, Cyri primum extitit Pharetophorus, & historio functus est munere, rex Persarum factus.

Macedonum rex Archelaus natus est Simiche matre serua.

Perseus, quem Paulus Aemilius attribuit, fuit Argiuius genere, ignobili prognatus patre.

Eumenes inopem habuit parentem.

Antigonus Philippi artificio se conso/uebat.

Latrocinia exercuit Polyperchon.

Phocion patrem habuit, qui coclearia conficeret.

Demetrius Phalereus seruiuit apud Demetrium, et Contona. Sydoniorum tyrannus Cleon pyratice prius exercuerat.

Mandro fuit quispiam, qui ex nauicula rio factus est Imperator. Hinc adagiū, Fuit & Mandroni ficulna nauis.

Ptolomaeus filius Lagi ex gregario Alexandri milite factus est rex Aegypti.

Rhodope meretrix ex immūdo illo corporis questu ad Aegypti regnum conscendit, nupsitq; Psammitico.

Proculus quum latrunculis lusitaret, et decies in eo ludo imperator extitisset, accessit protinus scurra, qui eum purpura ornatum salutauit ut imperatorem. Qua ille occasione uel oblata, uel arrepta, uerē affectus est, quod per iocum dicebatur.

Virgatus Lusitanus in Hispania ē pastore uenator, ē uenatore latro, ex latrone dux postremo factus, uniuersam occupauit Lusitaniam.

Euripides ex matre olerum uenditrice euasit poeta celebratissimus.

Adrianus & Marcus Antonius principes, Arrianum historicum euexerunt ad consularem dignitatem.

Cyrus

Cyrus Panapolyta beneficio Theodosij imperatoris & Eudoxiae uxoris eiusdem praesul factus est.

Lycastus & Parrhasius a Philonomia matre expositi, et a Tilipho pastore nutriti, Arcadiae regno tandem praesuerunt.

Adramitenum Andrisicum in Fullonia natum, fortuna ad opes & dignitates euexit.

Romulum & Remum infantes aluit lupa, quos conditores habuit Roma.

Incunabula Tulli Hostilij agreste cepit tugurium. Eius aem adulescentia in pascendis pecoribus fuit occupata, ualidior aetas Romanum rex imperium.

Tarquinius Priscus natus est ex patre Demaratho, etiam exule.

Tullius Seruius, uerna, & ancillae filius, Romanis principatus est.

M. Perpenna (qui peregrinus Romam uenerat) consulatu potitus est.

Cornelium Syllam ex Nicopolis meretriculae sinu absumptum sustollens fortuna, super Cimbricos Marij triumphos, septemq; consulatus, imperijs dictaturusq; affect.

Gadareus sophista, qui prius more mendici peregrinabatur, Maximiani beneficio consulatum adeptus est.

C. Marius senior, septies consul, Arpinas fuit, obscura prognatus origine.

Terentius Varro sordido natus loco, tandem quaestura, & duabus aedilitatibus functus est.

L. Tarius Rufus natalium humilitate consulatum militari industria meritus est: autore Plinio.

Cicero homo nouus Arpinas (ut impropere abst inimicus) praeter dignitatem consularem eo diuitiarum peruenit, ut ha-

bitaret domum, quae fuerat M. Craesi Romanorum ditissimi.

Quintius Cincinnatus, quum agrum coleret, sudore deserto praetextam accepit togam, & ab aratro conscendit ad dictatorem.

Ventidius Bassus adeo sordido natus est loco, ut uictum agrum sibi quaereret adulescens. Demum tamen quum in C. Caesaris beneuolentiam introrēpisset, eius patrociniō & fauore factus est primum Tribunus plebis, mox Praetor, inde Pontifex & Consul. Ad extremū, qui prius curandis mulis uictum sibi quaeritabat, eō conscendit gloriae et auctoritatis, ut primus subegerit Parthos, ac de his triumphauerit. Cui eius gloriae usque adeo inuidit populus Romanus, ut sequentes in eum uersiculi uulgō iactati sint: Cōcurrite omnes augures, aruspices, Portentum inuisitatum conflatum est recens: Nam mulos qui fricabat, cōsul factus est. autor Gell. lib. 15. cap. 4.

Mauritius Cappadox, ē famulo & excubitore imperium adeptus est post Tiberium Secundum.

Valentinianus imperator patrem habuit fines torquentem.

Helena imperatrix et uxor Constantij inter Britannos humili orta est loco.

Iustinus, qui ante Iustinianum imperauit, fuit armentarius, & sues egit.

Bonosus imperator, filius fuit paedagogi literarij: autore Vopisco.

Probus patrem habuit agrestem, & orbitorem.

Aelio Pertinaci origo gētis fuit sordida.

Aurelius patrem habuit mediocrem, & colonum.

Galerius pastor fuit armentorum, habuitq; parentes agrarios.

Nicolaus Quintus, natione Lunensis, humili natus loco, et professione medicus, ad summum tandem Pontificatum peruectus est.

Innocentius Octauus ab ineunte etate coactus est ob paupertatem famulari, et inter Alphonfi Sicilie regis ministros uicti sibi comparare. Mox tamen Xisto quarto successit in pontificatu.

Pius Secundus ob parentum paupertatem peregrinari coactus est, et uictum emendicare. Proiectior factus, successit Calisto tertio.

Sixtus primus, pastorali ortus tugurio, ad summum Pontificatum conscendit.

Ioannes Campanus, qui infans pascendis ouibus tempus contriuerat, tandem beneficio Pij Secundi Pontificis Maximi presul factus est.

Celestinus Quintus ex Anachoreta factus est Pontifex maximus.

Lamissionem in piscina (quum infans esset) repertum, fortuna fecit Longobardorum regem.

Narses Eunuchus e chartulario patriam consecutus est dignitatem, et totius Italie principatum.

Ioannes Zimisces prius ludimagistrum egerat, imperiali tamen dignitate functus est tandem.

Basilus Macedo captiuus inter uenales Constantinopolim ductus, factus est imperator.

Primislaus rex Bohemorum ab ineunte etate bubulcus erat et armentarius.

Tamburlanum a tenera etate porcarium, fortuna Scytharum regem constituit.

Franciscus Sfortia, dux Mediolani, pa-

trem habuit Sfortiam Attendulum, qui quondam in exercitu fuerat lixa.

Gordius ab agricultura ad imperium euectus est.

Anselmus ex monacho abbas, ex abbate Cantuariensis episcopus factus est.

Sadragesilius Dagoberti pedagogus, e ludimagistro dux Aquitanie.

QVI EX PROSPERA FORTUNA ad humilem et miseram redacti sunt.

Dionysius iunior Syracusis (ubi tyrannidem exercuerat) pulsus, exulauit Corinthi, ibique ludimagistrum egit, teste Cicerone.

Polycrates Samiorum tyrannus, post multos ridens fortuna zephyros, ab Oeroete, Cyri prefecto, superatus et suspendio affectus est.

Xerxes qui Aegyptum subegerat, a Themistocle uictus, ab Artabano interfectus est.

Artabanus ab Artaxerxe occisus.

Mithridates rex Ponti, qui annis quinquaginta Romanos uarijs cladibus affecerat, Asiam occupauerat, Qu. Oppii Proconsulem, et Aquileium legatum, in uincula coniecerat, a Lucullo primum, deinde a Pompeio superatus, mortem sibi intulit.

Legitimus Persei Macedoniae regis filius artem ferrariam exercuit, ad tolerandam paupertatem. testis Ammianus Marcellinus.

Tarquinius Superbus regno pulsus est. Horat. lib. 1. Serm. Vnde superbus Tarquinius regno pulsus fuit.

Iunior Marius, post trucidatos in urbe Syllanos, uictus apud Praeneste, Pötio Telephino fugae comiti iugulandum se praeiuit.

Senior uero Marius, qui septies consul fuerat,

fuerat, de Iugurtha triumphauerat, Cimbro et Theutones subegerat, Apuleium et Glauciam seditiosos interemerat, uictus a Sylla aliquandiu delituit in Minturnensium paludibus. Ouid. lib. 4. de Ponto: Ille Iugurthino clarus, Cimbrogum triumpho.

Quo uictrix toties consule Roma fuit. In caeno Marius iacuit, cannaque palustri, Pertulit et tanto multa pudenda uiro.

Cassius qui his triumphauerat, ter consulatus fuerat positus, supplicio capitali clausit uitam.

Cn. Carbo post tres consulatus, uentrem purgans interfectus est.

C. Coita ante diem futuri sibi triumpho expirauit.

Caninius quo die factus est consul, in fata concessit.

M. Claudius Marcellus, qui Annibalem superauerat, Syracusas expugnauerat, tandem apud Venusiam interfectus est.

Ne Paulus Aemilius duobus triumphis, priore de Liguribus, posteriore de Perseo supra modum insolesceret, ei filiorum mortem immisit fortuna.

Pompeius expugnato Domitio, Iarba triumphato, Sertorio in Hispania sublato, Pyratis subactis, et Tygranc rege Armeniae, debellatis ite Ibaris, Albanis et ludæis cum Aristobolo rege, et Mithridate ad hauriendum uenenum coacto, ad extremum post tot illustres uictorias a Cesare uictus in Thessalia, iussu Ptolemæi, ad quem in extrema rerum desperatione confugerat, interfectus est.

Cesar uictor Pompeij, quum de Gallis, Alexandrinis, Ponticis, Africanis, et Hispaniis triumphasset, et maximam erbis terrarum partem subegisset, coniuratio

ne C. Cassij et Decij Bruti xxxiii. uicibus in Senatu confossus est.

Bellisarius Romanus praefectus copiis quum Vandalos deleuisset, de Parthis triumphasset, urbem non semel a Barbaris liberaisset, post multas uictorias Iustiniano mandante exoculatus uictum in uia publica a transeuntibus emendicauit.

Pazaites rex Turcarum, Tamburlano uictori equum in censuro subinclinauit humeros, et scabelli usum praeiuit, ut etiam Valerianus imperator, Saporis regi Persarum.

Suadocopus rex Morauiae et Bohemiae ab Arnulpho imperatore superatus, mutata ueste consenuit in deserta nemorum solitudine cum tribus anachoreis.

Christophorus Papa, summo pontificatu detrusus, monasticam egit uitam.

Celestinus v. Ioannes i. Ioanes xiiii. in carcere perierunt.

Benedictus v. Benedictus x. Martinus Tudertinus, Ioannes xii. suo pontificatu detrusi, omnes consenuerunt in exilio.

FOEMINARVM ET VXORVM quarundam illustrium nomina.

HECUBA fuit uxor Priami, Andromache Hectoris, Creusa Aencae, Artemisia Mausoli, Monyma Mithridatis, Ersilia Romuli, Herpiliadae Aristotelis, Hippocratea Mithridatis, Amastrix Xerxis, Hermodice Midæ, Semiramis Nini, Fundaui Varronis, Plotina Traiani, Cassandane Cyri, Atossa Darij, Penelope Ulyssis, Dido Sichæi, Portia Bruti, Poppæ Neronis, Eurydice Orphei, Pyrrha Deucalionis. Matres. Pericleione mater Platonis,

Ceres Proserpina, Agrippina Neronis, Alcmena Hercules, Veturia Coriolani, Olympia Alexandri, Helena Constantini, Critheis Heroi, Beronice Ptolemæi Philadelphii, Iulia Romuli, Elbia Ciceronis, Aurelia Iulij Caesaris, Alcimedea Iasonis. Filia. Cassandra filia Priami, Hestione Laomedonis, Helena Leda, Muse Iouis, Proserpina Cereris, Aegina Aesopi, Andromeda Cephei, Ariadna Minos, Hypermetra Danaï, Nicobe Tantal, Polixena Hecubæ, Deidamia Lycomedis, Europa Agenoris, Hippisphile Thoantis, Ino Cadmi, Laïnia Latini regis, Maia Atlantis, Antigona locaste, Nanto Tyresia, Vesta Saturni, Dircepis Mithridatis. Reginae. Semiramis regina Assyriorum, Camilla Volscorum, Nicaula seu Saba Aethiopiæ, Athalia Hebræorum, Thomyris Scytharum, Hester Persarum, Cleopatra Aegypti, Zenobia Palmyreorum, Amalasintha Gothorū, Theolinda Longobardorū, Radegundis Franciæ, Cassiope Aethiopiæ, Harpalice Amazonum, Hippolyte Magnesiæ, Teuca Ilyriæ, Mem Minerva, Rhea, Iuno, Isis, Diana, Delbora, Medea, Nicostrata, Penthesilea, Sappho, Iudith Hebræa, Lucretia, Chælia, Irene Imperatrix, Ioana Gallica, Briseis, Phyllis, Dirce, Erigone, Iulturna soror Turni, Oenone amica Paris, Dionissa Lycurgi Aethiopiæ, Amazonones omnes, Sibyllæ, Poëtria, Atalanta uenatrix, Nissa, Scribonia, Victoria, Elpinice, Faunia Hyparetha, Locris, Macaria, Metella, Myrrha, Nycia, Olbia, Papyria, Perictoria, Phestias, Phila, Phitatis, Saldane, Seruilia, Sophonisa, Stratonice, Terentina, Testa, Tymea, Tymoclia, Naufica, Victorina, Sifigambis, Cæcilia, Panthea, Phædalia, Thargelia, Mammea, The-

odora, Phya, Nitocris, Euryale, Hira. Sunt et aliæ propè infinite, quarum uerba nomina crescerent in uolumen. Nec ego commentarium hac in re uolui contexere, quum quod esset operis propè infiniti, tum etiam ne alienis uestigijs insisterem. Nam hoc iam negocium præmoliti sunt Boccatius, et aliquot alij. Si cui uidebor inaudita confinxisse nomina, legat Plutarchi uitas. Reperiet eorum (quæ uidentur inuestigata) partem non modicam.

MULIERES BELLICOSÆ et masculæ uirtutis.

Penthesilea Amazonū regina mulierem aspernata molliciem operibus semper (quæ uirum decet) nutrita est. Troianis fuit contra Græcos, fuitq; uexillifera, et turmas equitum duxit. Propertius libr. 2. Ausa ferox ab equo quondam oppugnare sagittis Mæotis Danaum Penthesilæa rates. Aurea cui postquam nudauit castida frontem, uicit uictorem candida forma uirum. Vergilius lib. 1. Aeneid. Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilæa furens.

Delbora mulier bellatrix imperauit Israelitis, quos ab incursionibus uiciorum plerumq; tutata est, quorumq; temp. et imperium uarijs auxit honoribus.

Helerna Iani filia, mortuo patre apud Tyberim regnauit, præfuitq; uiris sine uirili auxilio.

Apud Meroem quoque principata est Candace regina, et imperauit Aethiopotum genti.

Semiramis regnandi libidine tota prius petiisse fertur à marito Nimo, ut quum que dies tantum imperaret. et sceptro uiteretur. Quod quum exorasset, satellitibus inuasi Ninum, ut interficerent. Hoc itaq;

modo regnum consecuta, Assyrijs tantisper dominata est, dum à Nimo rege iunioris filio interfecta sit, quod eius concubitum rogasset. Eadem muros Babylonis condidit, aut à Nitocri regina conditos auxit, et re prærauit.

Hippolyte Amazonum regina quum instar cæterarum bello insuesceret, ausa est arma capere in Thebesum, à quo expugnata, et in uxorem ducta est. Propertius: Felix Hippolyte nuda tulit arma papilla, Et textit galea barbara molle caput.

Zenobia Palmyreorum regina, post mortem Odenati mariti sui imperium arripuit in Syria: nec dubitauit arma capere in Aurelianum imperatorem, à quo uicta, et in triumphum ducta est. Quum autem rem probro daretur ipsi Aureliano, quod de ea triumphasset, Nihil, inquit, me pudet de scemina triumphasse, quæ uirtute plusquam uirili sit prædita. Pontanus, Quælis et Aethiopiæ quondam stuentibus armis In fuluū regina gregem sese armat, et auget sola pedes sese irato obiectare leoni, Insigniq; arcu, et duplici Zenobia telo.

Hypseratea Mithridatis coniunx in omni bellorum discrimine adiutrix astiuit marito. Quæ etiam capillos sibi rasit, ne ferendæ galeæ essent impedimento.

Artemisiam reginam Carie, et Mausoli coniugem, mirantur Græci, quod irruentes Rhodios classe exuerit, insulam quæque domuerit, erecta in urbe statua, quæ ciuitati stygmata uideretur inuere. Herodotus ad hunc modum de ea scribit: Verum (inquit) Artemisiam præcipua me tenet admiratio, mulieris expeditionem aduersus Græciam secute, quæ defuncto uiro, nulla adacta necessitate, sed præstantia animi atq; uirilitate in militiam concessit. No-

men ei erat Artemisia Lydani filia. Paternum genus ex Halicarnasso, maternum ex Creta. Hæc Halicarnassensis et Cois, et Nisyrijs, et Calydnijs quinque cum nauibus uenit omni copia instructis.

Vulgata est, et nota Amazonum uirtus, quæ reiecta uirorū et principatu et commercio, sola sibi imperauerunt, suamq; libertatem armis defenderunt.

Atalanta uenatrix fuit Arcadica, ut brandis iaculis, et arcubus complicandis assuefacta, quæ inuicta magnitudinis a præu uniuersa formidolosum Aetoliæ prima aggressa est, et uulnerauit unā cū Meleagro. Pontanus libro 3. de Stellis, de haepuella, eiusq; uirtute sic meminit:

Qualis in Aetolum campis Meleagria uirgo Stravit aprum, primamq; manu stringente sagittæ Intorquens, ausa est spumanti occurrere monstro, Mox iacta et spolijs, famosa de cæde superba.

Tomyris Scytharum regina potentissimo Persarum regi Cyro bello congressa est, ipsumq; et uita et castris spoliavit, ad ulciscendā filij mortem, quem ille prius occiderat. Herod. lib. 1.

Cunabula Camille Volscorum reginæ manifestum futuræ uirtutis lumen promiserunt. Nam ab ipsa iam tum infantia, non molliculis inuoluta est pannis, non è blandientibus nutriculis educata, sed à patre Meleagro in medijs syluarum latebris serino lacte pasta est. Relictis demum crepundijs paulo prouectior facta, neq; tractandis insueuit lanis, nec fusos aut pensa manibus accepit, sed serinis amicta pellibus, fundas cepit circumagere, complicare arcus, sagittas torquere, ceruos et capreas lassare cursu. Cui uirtuti adiecit studiū uirginitatis. Orto demum inter Turnum et Aenā bello, Rutillis adhaesit, fuitq; ductrix copiarum. Quam eius uirtutem Vergilius in

ſine 7. ſic deſcribit:

Hos ſuper aduentu Vuliſta de gente Camilla,
Agmē agens equitum, & Horatias tere cateruas, &c.

Cleopatra Aegypti regina, Dionyſij
Antetis filia, quū mori uo iam Ceſare An-
tenium laſciuentibus memordiſſet oeu-
lis, & in amore ſui pellexiſſet, præter
ſyria & Arabia regnum auſa eſt Roma-
num quoq; imperium ſperare. Quum er-
go magis ac magis indies creſceret libido
principandi, imperium ipſam ab Anto-
nio petere non dubitauit. Quod quum
exoraſſet, ſumptis cum eo armis in Augu-
ſtum, cuiq; generis Agrippam copias du-
xit, mouitq; bellum, cuius fortuna anceps
aliquandū pependit. Victis ad extremum
Antonianis, effrenata mulier cecinit rece-
ptui, ac ſe in pedes dedit cum adultero.

Quos ſecutus uictor Auguſtus ita oppreſ-
ſit, ut neglecta pacis conditione, Antonium
ad inferendam ſibi mortem compulerit.
Quo extincto, ubi nullum rebus afflictiſ
ſubſidium uidit Cleopatra, brachium aſpi-
di mordendum præbuit, ne in triumphum
captiua raperetur. De hac Propert. lib. 3.
Scilicet inceſti meretricis regina Canopi,
Vna Philippiæo ſanguine aduſta nota,
Auſa Ioui noſtro latrantem opponere Anubim.

Virtutem Hoſtites foemina bellis exer-
cita ſic deſcribit Syluius lib. 1.

Hæ cignara uiri, uacuoq; aſſueta cubili,
Venatu & ſyluis primos defenderat annos.
Non calathis mollita manus, operanta ue fuſo,
Dyſſinnam & ſaltus, & anhelum impellere planta.
Cornipedem, ac ſtrauiſſe feras inमितis amabat.

Idem libro 2. ait, Tyburnam Sagunthi-
nam fuiſſe foeminam, Murrhi uxorem &
bellatricem.

Teuca Illyricorum regina uiris fortiſſi-
mis imperauit, & Romanorum uires frē-
gū ſe penumero. Fuit Argonis uxor.

Lacena mulieres uirorum obibat mu-
nera, ſeſe in gymniſſo, in bello, in uenatib;

one exercentes. Hæc cum uiris in certa-
men aduerſus Meſſenios fortiter deſcende-
runt.

Valaſca Bohemorum regina, facta cum
cæteris mulieribus coniuratione de excu-
tiendo uirorum principatu, copiarum du-
ctrix bellum mouit, interſeſq; uiris, foe-
minas omnes aſſeruit libertati, adeo ut a /
mazonum inſtar multos annos principa-
ta ſint ſi ne uiris.

Regnante apud Gallos Carolo ſepti-
mo, quum Angli omnia populabundi paſ-
ſim irrumperent, deuſtarentq; omnia: et
iam proſpero fortunæ Zephyro adiuti, ni-
hil ſibi non pollicerentur: deſperatis Gal-
lorum rebus adfuit Ioāna, magni ſpiritus.
urgūcula, quæ attritos Gallorum animos.
ad ultionem & libertatis gloriam, prima
belli campum ingreſſa, nō prius ſuos hor-
tari & ipſa certare deſiit, quā hoſtium
in fugam uerteret, reportata uictoria.

Margarita Henrici ſexti, Britannia re-
gis coniunx, aciem uiri deficientē reſtituit.
Gaditana mulieres à partu ſtatim ſur-
gunt, miniſteriaq; domus obeunt.

Olim Germanorum mulieres, inclina-
tam aciem, & iam ad Triarios uergentē,
reſtituerunt.

Bellonace mulieres à Carolo Burgun-
dionū duce longa obſidione fatigatæ, in œ-
nia defenderunt, & obſeſſorem eſca:is in
foſſas urbis detrulerūt, reportatis ad ſuos
uexillis.

Leſbia puella murorum parte machi-
nis Turcarum deiecta, oppidan: fugā aut
deditionem mediaturibus ſalutem peperit.
Obtulit enim ſe primam imperui, & iacu-
lis in inimicorum, pro tutandis ipſis muris.

Amalaſca Gotharum regina, prin-
cipata eſt apud Rauentian: Burgundiones:

409
& Alemānos Liguriam populates, Italia
pepulit, adiuuante Theodato, quem regni
conſortem ſuſceperat. Volaterranur.

Maria Puteolana, à Puteolis Campa-
nia urbe nomen adepta, bellica uirtute ma-
ximè floruit ætate Franciſci Peirarchæ. E-
rat laborum apprimè patiens ab ipſa iam
inde adoleſcētia: abſtinebat uimor: erat par-
ca cibi & uerborum: reijcebat colos, pen-
ſa, fuſos, & lanas, & cætera quæ mulie-
brem decent molliciem: gaudebat arcubus,
iaculis, pilo, galea, ſcuto. Noctes perpe-
tuas quandoq; uigilabat, nec dormiebat, ni-
ſi coacta, idq; ſub dio et humi, reclinans ca-
put in ſcutum pro puluimari. Inter arma-
tos uerſabatur: quod quamuis impudentiæ
ſpeciē præ ſe ferat, nihil tamē uehementius
curauit, quā ſtudium uirginitatis, in qua
permanſit ad mortem uſq;. Cultum corpo-
ris aſpernabatur. Quibus artibus bellicoſa
admodum facta eſt.

Bona Longobarda, bellatrix itidem pu-
ella, floruit an. Dom. M. CCCCLXVIII.
Nupſit Brunorio Parmenſi, egregio bella-
tori: à teneris annis luſtrabat ſyluas uena-
tricibus ſtipata canibus: maritum in omni
diſcrimine comitabatur: quem quum Al-
phonſus rex Sicilia aliquādo certa de cau-
ſa in uincula comieſſiſſet, miſerta captiui
foemina ad diuerſos principes inſtar Pega-
ſarij curſoris cucurrit, ut ab eis literas &
patrocium obtineret pro uiri ſalute,
quod obtinuit.

A M A Z O N E S.

A Mazones Scythicæ fuerunt mulieres,
ad Tanaim et Thermoodonta fluuios
habitantes. Vnde Claudianus: Thermoo-
ntiaca Tanaim ſurgere ſecuri. Syll. lib. 8.
Perſtrepit & telus, & Amazonum Ther-
modon. Hæ quum nuptias ſeruitutem iſſe,

non matrimonium opmarentur, animū nu-
bendi omiſerunt. Duxerunt remp. ſine ui-
ris. Solebant inire finitimos, ne gens peri-
ret. Si qui mares naſcerentur, interſicie-
bant. Virgines non ocio, neq; lanificio,
ſed armis, equis, uenationibus, & ſagittis
exercebant. Infantibus dexteriores inure-
bant mammæ, ne ſagittarum ictus impedi-
retur. Duæ primū his reginæ ſuerunt,
Martheſia, & Lampedo, quæ maiore Eu-
ropæ parte ſuis armis potenter ſubacta.
Aſiæ quoque nonnullas ciuitates occupa-
uerunt. Martheſiæ ſucceſſit Oriſhya, ſeruata
in omne æuum uirginitate commēdabilis.
Hæc principante cum Antiopæ ſore, bel-
lo petita ſunt ab Hercule, quas quum ui-
ciſſet, Antiopē et Menalippen rapuit Her-
cules, Theſeus Hippolytem. Oriſhya ſuc-
ceſſit Pentheſilæa, quæ dū Troianis ſuppe-
tias ferret, ab Achille iuxta multorum opi-
nionem interſecta eſt. Quæ mortua reli-
quæ iam ægre ſe tutantes ad Alexandriæ
tatem durauerunt. Huius Mimythia concu-
bitum per dies XIII. obtinuit, ut filium ha-
beret paternæ uirtutis heredem. Cæterum
Pelidæ et Securim primæ omnium inuenerūt,
unde Securigeræ et Peluſeræ dicuntur. Pelidæ
quoq; et ſe: uiris Amazoniæ et Pentheſilææ
dicuntur. Ouid. in Epistoſa Phædræ: Prima
ſecurigeras inter uirtute puellas. Val. Flac.
lib. 5. Statius lib. 12. Horat. lib. 4. Carm.
Quid. lib. 2. de Pont.

Harpalice. Verg. l. b. 1. Aen. Vel qualis
æquos Threiff. ſuigat Harpalice.

Pentheſilæa. Idem, Ducit Amazonidum
lunatis agmina peltis Pentheſilæa ſurens,
mediſq; in millibus ardet.

Hippolyte. Seneca in Agamemnone: Vi-
dit Hippolyte ſerox pectore e medio rapi
ſpolium & ſagittas.

C. 3; Harpe-

Harpe. Val. Flaccus lib. 6. Qua Pelta uacat, iamq; ibat in Harpen. Menalippe. Verg. Threiciam sexto spoliavit Amazona baltheo. Porro autem Stephanus Byzantius scribit, Amazones Sauropatidas à Græcis fuisse appellatas, quòd lacertis uescarentur, quas illi Sauras uocant. De earum moribus pauca admodum Curtius refert libro 5, de gestis Alexandri, his uerbis: Vestis non toto Amazonum corpori obducitur: nam læua pars est ad pectus nuda, cætera deinde uelantur, nec tamen finis (quem nodo colligunt) infra genus descendit. Altera papilla intacta seruat, qua muliebris sexus liberos alant: aduritur dextera, ut arcus facilius intendant, et tela uibrent.

BELLA, ET ALIA QUÆDAM mala, à mulieribus orta.

A Chab rex Israelitarum suasu Iezabelis uxoris, occidit prophetas.

Samson quum Dalidæ uxori crimem factalem ostendisset, in quo prodigiosæ uires consistebant, dormiens ab eadem rasus incidit in manus inimicorum.

Ioram Israelitarum rex suasu Athaliæ uxoris infinita propè commisit flagitia.

Isis causa fuit, cur Mercurius mandato Iouis Argum occiderit.

Bellum Græcorum in Troianos ortum est ab Helene raptu. Ouid. li. 1. Eleg. Quælis ab Europa Phrygiæ aduecta carinis Cingibus belli causa duobus erat. Propert. lib. 2. Olim mirabar, quòd tanti ad Pergamæ belli Europæ atque Asiæ causa puella fuit. Idem lib. 2.

Pelops quum Phrygiæ regno successisset, bellum mouit in Oenomaum patrem Hippodamiæ, propter puellam ipsam

damatam, et negatam sibi in matrimonio.

Alia fuit Hippodamia Atracij filia et uxor Pyrithoi, quam quum mero calefcentes et æstiuatæ libidine cætauri rapuissent, bello petiti sunt à Pyrithoo. Vnde puellam ipsam Propertius Iscomachæ uocat. Isco enim Græcè significat habeo, et mache dicitur pugna. Verba eius sunt hæc: Qualis et Iscomache Lapithæ genus heroinæ, Centauris medio grata rapina mero.

Archelaus rex Macedoniæ interfectus est ab adolescente Crateua nomine, quem habebat in delicijs, quòd ei promissam filiam alteri posthabuerit. Volater.

Archilochus poeta Iambographus Lycambem socerum ad præproperam laquei mortem impulit, propter eius filiam sibi in matrimonio denegatam. Vnde Ouid. Post modo si perges, in te mihi liber iambus Timæta Lycambæo sanguine tela dabit.

Pericles propter Aspasiæ concubinam Samios infestis ualeis debellauit.

Propter Chryseidem filiam Chryse (qui sacerdos fuit Apollinis) ab Agamemnone raptam, Apollo pestem in castra Græcorum immisit, quæ non prius desijt serpere, quàm patri suo reddita sit puella: Tortellius.

Propter Lauiniam Latini regis et Amata filiam ortum est bellum inter Aeneam et Turnum, dum uterq; eam sibi in matrimonium dare cuperet. Pontanus lib. 4. de Stellis.

Mortuo Menelao Megapenthus et Nicostratus Orestis filij Helenam in Rhodum fugauerunt, ubi à Polyxo Thipolemi uxore arbore suspensa est, ob zelotypiam. Volaterranus.

Lysimachus filius Agathoclis filium

Agathoclis

Agathoclem (cuius auspicijs multa bella feliciter gesserat) ueneno sustulit instigante Arifone nouerca Ptolomæ sorore. Vol.

Iphis egregia forma adolescens spretus ab Anaxarete puella se suspendit.

Deianyra auctor fuit duelli inter Herculem et Nessum Centaurum, atq; etiam mortis ipsius Herculis. Seneca: O turpe fatum, foemina Herculeæ necis auctor fertur. Fuit etiam causa belli inter eundem Herculem et Acheloum.

Seleucus Callinicus rex Syriæ, dum noueram Berenicem Ptolomæi sororem expulisset, ab ipso Ptolomæo bello petitus est. Iustinus lib. 27.

Deiphobus insidijs Helenæ (quam post mortem Paridis coniugem duxerat) occisus est, toto corpore inhoneftis plagis deformato.

Amphiarauus uates quum præuidisset se periturum Thebis, si eò ad bellum proficeretur, coniecit se in latebras et occultit. Eum tamen prodidit uxor Eryphile, spe habendi monili aurei, quod gerebat Polyces. Itaq; uxoris fraude coactus ire Thebas, hiatu terræ absorptus dicitur.

Euander Pallantis Arcadum regis nepos, suasu Nicostratæ matris occidit patrem suum. Tortellius.

Hippolytus à Phædra nouerca stupri falso accusatus, dum Thefei patris furorẽ uellet declinare, discerptus est ab equis.

Propter Hermionem Orestes Pyrrhum occidit.

Pterelas Thebanorum rex, proditione filie Polydices interfectus est à Creonte.

Nisus quoq; Megarensium rex obses, suus à Minoe rege Crete, proditione Scyllæ filie (quæ Minois amore tenebatur) fuit

lem amisit crimem, atq; ita ab hoste interfectus est. De utroq; Ouidius: Filia neuæ magis capiti sit fida parentis, quam tua uel Pterela, uel tua Nise fuit.

Cleopatra causa fuit belli inter Ptolomæum Philopatorem, patrem suum, et Alexandrum Syriæ regem.

Idæ et Lynceus Aruernes et Apha rei filij, pro Leucippi filiabus Phœbe et Ilaira aduersus Castora et Pollucem prope Spartam dimicarunt. In quo congressu perijt Castor. Polluci autem profuit immortalitas.

Alexander in finctu Thaidis meretriculæ Persepolim urbem combussit. Curtius libro 5. Ebrio (inquit) scorto de tanta referente sententiam, unus et alter et ipsa mero onerati assentiuntur: rex quoq; fuit audior, quàm patientior. Quin igitur ulciscimur Græciam, et urbi faces subdimus? Omnes incaluerant mero. Itaq; surgunt temulenti, ad incendendam urbem, cui armati pepercerant. Primus rex ignem regie iniecit, tum conuiuæ, et ministri, pellicesq; Cælius capite 35. libro 8. Violata Lucretia causa fuit exigendi regum principatus, quemadmodum per Virginiam Decemuiri desierunt.

Antiochus dum bellum gereret in Romanis. uino et Veneri dies multos indulsit, cum puella quadam Chalcidensi, quam deperibat. Ex quo factum est, ut mollicie illa, delicijsq; corruptus, hosti uictoriam reliquerit. Linius lib. 35.

Roma condita quum Romulus ad augendum urbis populum Sabiorum foeminas rapuisset, inde bellum ortum est, et motum à maritis, raptum ulcisci, et rapinas repetere uolentibus. Propertius lib. 2. Cur exempla petam Græcum tuæ uictoris au-

117

tor Nutritus duxo Romule lacte lupæ. Tu rapere intactas docuisti impune Sabinas, Per te nunc Romæ quilibet audet amor.

Octauia soror Augusti ab Antonio repulsiata, causa fuit belli Ciuilib.

Lucretius poeta amore fœminæ in furorem uersus amatorium hausit poculum, quo spiritum efflavit. Volater.

Tullia procurauit, ut maritus suus Sergius Tullius à Tarquinio Superbo interficeretur.

Martia meretrix Antonium Commodum imp. (cuius erat concubina) fecit occidi ab Athleta quodam, quo cum adulterij consuetudinem habebat. Sextus Aur.

T. Corruccanum liberius in legatione ad Teucam Illyricorum reginam locutum, regina ipsa interfici iussit, uiolato gentium iure. Liuius & Florus.

Rodericus Gothorum rex, quum filiam Iuliani cuiusdam præfetti (qui Tingitanâ prouinciam administrabat) adulterasset, dolore animatus pater, Sarracenos conuocauit, mouitq; bellum, in quo septingenta atrinque millia hominum perierunt. Volaterranus.

Chilpericus Clothrij filius opera Fridegundis, seu Fridegundæ uxoris, dum uenatu rediret, interfectus est.

Luchinus Italiæ comes, mouit bellum in Vgolimum Gonzigam propter Isabelam uxorem suam, ab ipso Vgolimo uitiatam. Volaterranus.

Ottarus rex Bohemiæ insimulatus ignauiæ & timoris ab uxore Margarita, quod cum Rodulpho Cesare fœdus inisset, bellum mouit, in quo profligatus est.

Eduardus Anglorum rex et martyr, uxoris suæ fraude occisus est.

Gandulphus martyr dum uxorem adul-

terij increpauit, eiusdem insidijs interfectus est ab adultero.

Quid lib. 2 Eleg. de quibusdam bellis & alijs multis malis, quorum autores extiterunt fœminæ, ad hunc modum scribit:

Nec belli est noua cura me: nisi raptâ fuisset

Tyndaris, Europæ pax, Asiæq; foret.

Fœmina syluestres Lapythas populumq; biformæ

Turpiter apposito nitit in arma mero.

Fœmina Troianos iterum noua bella mouere

Impulit in regno iuste Latine tuo.

Fœmina Romanis iterum nunc urbe recenti

Immisit foceros, armaq; fœua dedit.

Vidi ego pro niuea pugnantem coniuge tauros,

Speâtrix animos ipsa iuuenca dabat.

Item Horatius lib. 1 Sermorum: Nam fuit ante Helenam cunnus ueterrima belli causa, &c.

FOEMINAE, MAXIMI quandoque boni Auctores.

Contra tamē nonnullæ reperiuntur fœminæ, quæ maximi quâdoq; boni auctores extiterunt, sed breui admodum numero.

Dominica uxor Valentis imp. Gothos, ad euertendam Constantinopolim irruentes, pacauit.

Pompeia Plautina Iulianum imp. maritum suum auertit ab extorquenda populo pecunia, & colligenda fisco. autor Sex. Aurel. His adduntur Helena Constantinimater, Monica August. & nonnullæ aliæ.

Anno uerbi incarnati circiter 412. constituerat Aulphus Gothorum rex, urbem Romam uel diripere, uel expugnare saltem, eamq; Gothiam appellare nisi Placida, Honorij soror & uxor, ipsius barbari ferocientem animum, & iam paratum sceleri, uerbis emolliuisset. Idem Dia.

Inguldus soror Chlieberti, Hermogillum Lemigildi Gothorum regis filium, & maritum suum ad Christianam conuertit pietatem. Volaterranus.

Clotild-

Clotildis regina Franciæ, Clodoucum regem maritum suum, Cilderici filium, eodem modo ad cultum sacræ religionis induxit. Idem.

MULIERES HABITVM uirilem mentis.

Longè uerò aliter fecit Semiramis Assyriorum regina, quæ quum certò intelligeret, græue esse populo fœminam patenti principentem, mortuo marito, uirum mentita est, ut tantisper imperaret, dum filius Ninus (qui per impuberem adhuc ætatem regnare non poterat) adolefceret, regnoq; sedret in throno. Iustinus lib. 1.

Laudabile fuit, nec minus istum Theodoræ uirginis Antiochenæ cōmentum, quæ militis ad se strupandam missi libidinem & furorem ad eò uerbis emolliuit, ut non solum à flagitio deterruerit hominem, uerum etiam mutatis cum eo uestimentis, exitum à carcere (quo per Diocletianum fuerat intrusa) & impunitatem meruerit. Ambrosius lib. 2. de Virgin.

Marina uirgo, natione Græca, sexum quoq; dissimulauit, sed honesta de causa, ut scilicet admitteretur in cœnobium quoddam, in quo soli uiri recipiebantur, ubi ad mortem usq; sanctissime uixit nomine Marini.

Euphrosina uirgo Alexandrina, quum animæ tenus curiosa, corporis cultum nihil faceret, uirum mentita, profecta est in cœnobium, in quo pater degebat, ubi durauit xxxvi annos nemini nota. Volaterr.

Pelagiæ mulier fuit Antiochena, uoluptatibus & illecebris primum deditissima, ut quæ nulli rei attentius uacaret, quam corpori comendo. Tandem tamen meliore ducta spiritus, ubi aspernari cœpit, quod pridem amabat maxime, uirum se finxit. Et ne rediuius aliquis pristinae uanitatis

fomes denuò repullularet, relictis hominibus colloquijs, secessit in solitarias nemorum latebras, ubi ad mortem perseverauit constantissime.

Dicæarchus apud Calium testis est, Laſtheniam, Mantineam, & Axotheam, Phlasiam, Platone usas præceptore, & ornatu uirili auditorium nonnunquam intrasse.

Eugenia filia cuiusdam Philippi, inter Romanos potentissimi, uirum quoq; mentita est in cœnobio, quo se inclusit, ut Domino commodius seruiret.

VIRI MULIEREM HABITVM mentis.

Græcis ad expeditionem Troianam proficiscentibus, quum Thetis dea præuideret, Achillem filium ibidem interfectum iri, eum ex antro Chironis dormientem rapuit, & puellaribus tunicis indutum, præmonitumq; ne se masculum cupiam proderet, inter filias Lycomedis regis occultauit. Quarum unam Deidamiam grauidam fecit, Pyrrhumq; ex ea suscepit. Verum cum Græci oraculo didicissent, Troiam sine Achille capi non posse, missus est Ulysses, ut Græcorum omnium astutissimus, ad explorandam rei ueritatem. Quoniam iam facti suspicio & rumor ferebatur. Ut ergo proderet Achillem, cistiferum se finxit, attulitq; mercatoris instar, susos, acus, mon-

D lia,

lia, & cetera id genus, quæ puellâ decent, cum arcu & sagittis. Cum ergo Achilles relictus puellaribus instrumentis arcum intendisset, vires suas & sexum prodidit, & eo cōmōto reperit. Ouid. lib. 1. de Arte: Turpe tibi hoc matris precibus tribuisset Achilles. Vnde in eodem longæ simulatus, & Stat. lib. 1. de Consol. ad Albiu. Tibullum: Tibi nunquam innoxius, sed innoxius innoxius, ubi dōduerit, maxime probauit in Hercule, quem tota licquim monstrorum domitorē coegit, & cetera. (Quæ uirum dæmon uirtute, ad muliebre transire delicias, & in puellam transformare, & foeminâ mentiri, ut liberius cum Omphale regina Lydorum lasciuiret: quæ etiam iubente fusos & lanas rudibus illis manibus (quibus portenta subegerat) attraxerat. Quod ei magno dat probro Deianira apud Ouid. loquens: Crassaq; robusto deducis pollice fila, Aequaq; formosa pensa rependis heræ. Item apud Propertium sic loquitur: Idem ego Sidonia feci seruilia palla.

Officia, & Lyda pensa diurna color: Mollis et hirsutū cepit mihi fascia pectus, Et manibus duris apta puella sui. Stat. lib. 1. Achill. 1.

Clisthenes malè audiit, & Comitorum baceratus est satyris, quod parum uir haberetur, seq; culku indecoro in foeminâ trāsfiguraret. Vnde adagia nasa, Clisthenem uideo: Chlisthene intemperantior.

Eadem nota inuitur Cleocrito, quod ad maiorem lasciuam tunicis & uestibus foeminam mentiretur.

Euclides Megaricus, quum Socraticæ disciplinæ cupientissimus esset, neq; tamen auderet Athenas ire (ubi profitebatur Socrates) quod capitale foret, si quis Athenensiu Megaris, aut Megarësiu Athenis,

propter mutuum utriusq; urbis odium deprehenderetur, muliebrī ueste indutus ad audiendum philosophum sub ipsam noctē itabat, ac demū ipso auroræ diluculo reuertebatur. autor Gell. cap. 10. lib. 6.

Omnium (quos eneruauit mollicies, & deliciae corruerunt) principē locum maioremq; apud posteros ignominiam meruit, Assyriorum rex Sardanapalus, qui cō illecebrarum se dimisit, ut relicta maiestate (quæ princeps tantō debet excellere, quanto sublimior est ceteris) positus masculi sexus indumentis, mentitus sit foeminam, interq; puellas & Eunuchos euirator spandone delituerit. Quæ fuit causa, ut ab Arbacle prefecto, lasciuiam tam corruptam peroso, ad incendium domus (in quam uictus se receperat) et uoluntariam mortem sit coactus.

Tranquillus in Iulio scribit, P. Clodiu inter publicas Bonæ deæ ceremonias penetrasse ad Pompeiã. Pompeij filiam, & Syllæ neptem, muliebrī ueste, & propterea Casarē cū ipsa Pōpeia diuortiu fecisse. Præterea Cicero quadam ad Lentul. epistola scribit, Clodium ipsum non pluris fecisse Bonam deam, quam tres sorores.

ANCILLAE QUÆ VEDAM.

Agar ancilla fuit Abrahamæ, à cuius nomine Agareni dicti sunt, qui et Saraceni, à Sara siusdē Abrahamæ uxore, nominantur. Iosephus lib. 1. Antiquit.

Cybale ancilla fuit pauperis cuiusdam Simili, cuius paupertatem Verg. describit in Moreto. Idem ibidem: Exiit interea Cybale quoq; sedula panem.

Phyllus Troiana Phocci, Bryseis Achilles. Horat. Ne sit ancilla tibi amor pudori Xanthiæ Phocæ: prius insolentem Seruæ Bryseis niueo colore Monit Achilles.

Galantis

Galantis ponitur ab Ouid. ancilla Alceæ matris Herculis li. 9. ubi ait: Vna mihi strerum media de plebe Galantis Flaua comas aderat faciendis strenua iussis. Plinius lib. 36. cap. 27. facit Ocrisiam Tanaquillis reginæ ancillam.

Tegmessi: Aiæcis Thelamonij, Cassandra Agamemnonis. Horat. Monit Aiæcem Thelamone natum Formæ captiuæ dominum Tegmessæ: Arsit Atriles medio in triumpho Virgine rapta.

Gyge ancilla fuit Parysatis reginæ Persarum & matris Cyri. autor Plutar.

Thressa Thaletis fuit ancilla, quæ Thaletē ipsum in foueâ collapsum obiurgasse dicitur, quod coelestia scire cuperet, cum ne prospicere quidem potuisset, quæ ad pedes essent. autor Theodoricus Cyrenensis.

Herodotus in Euterpe scribit, Rhodopen Thraciam ancillam fuisse Iadmonis Samij.

Elos ancilla fuit Athamantis, à cuius nomine dicta est urbs Achæiæ, Alos.

Lardana apud Herodotū nomen est ancillæ, à qua fluxerunt Heraclide.

Tiula seu Philothis nomen est ancillæ Romanæ apud Plutarchū in Camillo, & apud Macrob. lib. 1. Saturnal.

Pleusa fuit ancilla Dianæ, de qua Martialis. lib. 1. Et cecidit seclis ista Pleusa comis. Apud eundem lib. 7. Lagopice nomen est ancillæ.

Proconnessi ancilla est apud Plin. quæ eiusdem diei coitu alterum domino simalē, alterum procuratori eius peperit.

Næra & Charmione duæ fuerunt Cleopatrz ancillæ, quæ spontaneam dominæ mortem secute sunt, ac suis gladijs se confoderunt. autor Plutarchus.

Lathris ancilla fuit Cynthiæ Propertii

næ. Idem lib. 4. Deliciae q; meæ Lathris, cui nomen ab usu est.

Cypassis ancilla fuit Corynnæ. Ouid. lib. 2. Eleg. Comendis in mille modis perfecta capillis, Comere sed solas digna Cypassideas.

Chionia beatæ Anastasiæ fuit ancilla.

DE SERVIS.

Syris serui imperant. Nam quum apud eos soli serui militet, ex illis creatur imperator, cuius uirtutem habent exploratissimam. Cretenses seruis suis (quos uocabant Epharmiotas) permittebant omnia, præter gymnasia & armorum professionem.

Thracum populis peculiare fuit sale mancipia commutare. Hinc adagium, Sale em ptum mancipium. Seruis argento comparatis primum usi sunt Chij.

Volsinenses cum seruos suos omnes manumississent, ab eis postea oppressi sunt.

Serui antiquitus accepta libertate, rasis capitibus pilea induebat. Moris erat eui, ut pedes seruorum uenaliū creta notarentur. Vnde Iuuen. Sat. 1. Nuper in hanc urbem pedibus qui uenerat albis.

Serui seruntur esse in Pannonia ipsa seruitute seruitiores.

SERVORVM QUÆ VORVN/ dam nomina, ab officijs ac alijs rebus desumpta.

Polides dicuntur uiles serui, qui sine euitate in opus perpetuò dantur, & deportantur in insulas, ad metalla, salinas, et sulphurarias.

Capsarij dicuntur, qui seruanda in balneis uestimenta mercede suscipiunt. Porcius Cato, uir alioqui in omni uita laudatissimus, seruos senio debilitatos solebat

D 2 eijcere;

eicere: cui accepto comodo nihil amplius humanitatis debeatur hominibus.

Catanocophori fuerunt Sicyoniorum serui.

Chalcides apud Lacedaemonios ancillae uocantur.

Eleatri serui, qui praeficiuntur ciborum ministerio.

Ferruribaces à Plauto dicuntur, qui semper compediti sunt ferro. Aliter dicuntur, genus hominum ferratile.

Hercitae, serui sunt, qui uersantur in agris.

Hystrichides flagella sunt, quibus sumebatur poena à seruis delinquentibus.

Mastigides flagella erant, quibus mancipia pro dignitate caedebantur.

Mastigia dicuntur mancipia, qui delinquentes uerberibus trahebantur.

Mancipia iure belli capta, olim ueniabant sub coronis.

Mancipia, et ueterana trita dicuntur, quae emendari nequeunt.

Maryandini à Mileijs subacti, uendebantur in contemptum. Publica seruius in Creta uocatur Mnoca.

Mediastrini, qui in media domo inter seruos abiectionissima quaeque munia obeunt. Horatius: Tu mediastrinus tacita prece rura petebus.

Mesonatae serui sunt, qui in nauibus munia omnium contemptissima obeunt.

Pausicaepe dicitur orbicularis seruorum machinula, qua ori manus adiuuere prohibentur.

Prospelatae Arcadum fuerunt serui.

Rhyteres erant flagella, quibus puniebantur mancipia, qui aliquid mali deliquissent.

Salutigeruli, qui iussu domini, aut domine, hunc uel illum salutant.

Scapulares serui, quibus scapulae caeduntur, et qui ostreatum terguum ulceribus gestant. Equi character fronti impressus seruitutis etiam argumentum. autor Plut.

Suduculum flagellum est, ita uocatum, quod uapulantes sudare faciat.

Scutica uerber factum loris. Diminutiuum est, Scuticula.

Stigmatiae et Stigones sunt, qui mancipia dignis modis caedunt.

Therapia seruorum turba uocatur.

Trapezopoei dicuntur serui mensam curantes.

SERUI, LIBERTI, AC FAMULI diuersorum.

Iosephus Iudaeorum fuit uernaculus, et templi sacerdos.

Alcman poeta, inuentor carminis amatorij, seruus fuit Agesidis, propter ingenium manumissus.

Plotius, Manlius, Antiochus et Staberius Erotas nomina sunt seruorum apud Plinium lib. 35. cap. 16.

Splachnoptes uerna fuit Pericli Atheniensium principi charus.

Demetrius nomen est serui apud Martialem lib. 1. scribentem: Destituit primos uirides Demetrius annos.

Melanthius seruus fuit Ulyssis, quem Ulysses ipse reuersus ab expeditione Troiana interfecit.

Mys seruus fuit Pythagorae, uel Epicuri secundum Gellium.

Phedon Socraticus (cui Plato librum de anime immortalitate nuncupauit) seruus fuit, quem Cebeus Socraticus, heritane Socrate, emit.

Menippus

Menippus item, cuius libros M. Varro in Satyris emulatus est.

Pompilius seruus fuit Theophrasti Peripatetici.

Perseus Zenonis Stoici.

Diogenes Cynicus seruitutem seruauit. Hunc quum emere uellet Xenitades Corinthius, et quid is artificij nouisset, percontatus esset: Noui, inquit Diogenes, hominibus liberis imperare. Quod responsum miratus Xenitades, emit, et manumissit. Filiosque suos ei tradens, Accipe, inquit, liberos meos quibus imperes.

Epictetus philosophus seruus se confessus est his uerbis: Seruus Epictetus fueram, qui corpore mancus, Pauperie pressus, charus eram superis.

Aesopus Thrax, seruus fuit conditione, manu tamen ab Idmone missus.

Mycithus seruus fuit Anaxilai Messenij Rhbegynorum tyranni, qui moriens liberos suos eidem commendauit.

Auge serua fuit Demetrii, Chryzognus seruus Syllae, Heron Luculli, Hipparchus M. Antonij, Mena et Menecrates Sexti Pompeij.

Pallens, Calistus, et Narcissus tres fuerunt serui, qui Claudij principatu seruitute liberati dices admodum euaserunt.

Drusillanus seruus fuit Claudij principis, qui lancem habuit quinquagenariam, autore Plinio, cui fabricanda officina prius exaedificanda fuerat.

Publius Catienus Philotimus seruus fuit, qui heres omnibus bonis institutus coniecit se in rogum patroni. autor Plinius libro 7.

Paronetemus seruus fuit et spado, quem Sutorius Priscus magna pecunia uenditidit Seiano.

Demetrius seruus fuit Pompeij, autore Plutarcho in Catone Uticensi.

Pachus seruus Catonis Censorij, quod mortem sibi consciiuit.

Eros seruus fuit Antonij, à quo quum Antonius ipse ab Augusto superatus, ueris desperatione gladium petiisset ad inferendam sibi mortem, ille gladium quidem accepit quasi Antonium percussurus: at conuerso prope idem se ipsum confodit, et ad pedes domini prolapsus est.

Romae seruiuit Terentius Carthaginensis. Seruiuit et Publius Syrus Attellanorum autor.

Stadium Caecilium comcediographum seruum fuisse, nomen ipsum arguit. Nam Stadium nomen erat seruile, teste Gellio.

Euporus seruus fuit C. Gracchi, qui domini ex Auentino fugientem, qua potuerat ratione tutatus est, ac super occisam animam scissis proprio uulnere uisceribus effudit: inquit Macrobius.

Anmianus ait, Eunum ergo stularium fuisse seruum, qui in Sicilia duxerit captiuos.

Epaphroditus seruus fuit et libertus Neronis.

Tyro Tullius, et Laurea Tullius serui fuerunt et liberti Ciceronis. Pompeius Lenus Pompeij Magni. Patrobius Neronis: autore Plinio.

Annicetus, autore Cornelio Tacito, libertus fuit Neronis, et Mnesier Agrippinae.

Chilo seruus fuit Porcij Catonis.

Zosimus libertus fuit Plinij oratoris.

Toko seruus fuit cuiusdam Gunonis, teste Saxone.

Carellus seruus fuit Gundiberge Londogobari.

gobardorum reginae, auctore Paulo Diacono.

Daphnis fuit seruus, quem Cn. Pisaurus uendit M. Scauro tribus millibus, & LXX sestertijs.

FORTISSIMI VEL ROBY.

Stissimi fortitudine corporea.

Sanson mille quodam Philistaeos a fini maxilla interfecit. Ligatus domū cocus sit ac diruit, eaq; ruina oppressit quā plurimos. Portas urbis euellit. Capillis demū a Dalida meretrice raris, in quibus robur fatale cōtimebatur, uenit in hostium manus.

Si poetarum uerba fidem capiunt, nemihi dubiū est, quin omnium (qui prodigiosis uiribus extitere) laudem multis interuallis excesserit fortissim. ille Iouis & Alcmena filius Hercules. Qui odio nouercae Iunonis agitated, multa passus est, & plerisque naturae portentis expositus, a quibus tamē semper rediit uictor. In primis dum adhuc esset infans, duos angues arctatis gutturi, & bus elisit. Prouectior factus in Lerna palude certamen suscepit cum Hydra rediuisis capitibus pollutate, dum unicus amputabatur uertex. Leonē Nemeū toti populo formidolosum, precibus Molochi pastoris (a quo susceptus fuerat hospitio) interfecit. Alterū item in Thessalia non minus terribilem. Aprum in Menalo Arcadiae mōie cuncta uasentē iudē iugulauit. Ceruā arripedē, & aureis cornibus decorā, cursu arripuit. Harpyias uolucres immundas, uirginem praeserentes uultū, prope Stymphalum Arcadiae lacū sagittis cōfodit. Taurum feriosum & flammās uomentē distētis faucibus iugulauit in Attica. Acheloum in uarias formas se cōmutantem uicit. Diomedē regem Thraciae equos hospitū cruore praescentem occidit. Busyrium regem, Neptuni

& Lybiae filium, hospites maclantem, & adiacētes Nilo regiones latrocinij depraedantem itidem interfecit. Ant eum Gigantem (cui terra mater suppeditabat uires) laeta superauit. Abylen et Calpen columnas in Occidente posuit. Aurea mala sustulit Hesperidibus, interfecto (qui eorum custos erat) dracone. Geriona tricorporem uita spoliavit & armento. Amazonum reginae balteum abstulit. Cacum Vulcani filium et latronem, flammās ore uomentem, de medio sustulit. Nessum centaurum, Deianyræ raptorem, confodit iaculis. Hesionam Laomedontis filia liberauit a monstro. Troiam deleuit. Lacinium latronem in Italia peremit. Caelum humeris (ut ad exprimendas uires fingitur) sustulit, Iunonē in papilla uulnerauit, uelut laborum saorum auctorem. Descendit ad inferos, ibiq; Cerberum raptum, & cathenis uinctū, in auras dixit. Theseum liberauit. Lycum Thebarum regem (quod Megara uxori suae stuprum inferre uoluisse) morti dedit. Vnicum fuit monstrum, cui nō potuit superare, Amor. Vnde Ouid. Quem non mille feræ, quem non Steleneius hostis, Non potuit Iuno uincere, uicit Amor.

Verg. lib. 3 Aen. fingit, Herilum tres animas habuisse, ter leio sternendum fuisse. Nec aliam ob causam (ut conijcere est) quā propter inusitatas et portentosas hominis uires. Sic autem loquitur Euander Maronianus:

Et regem hac Herilum dextra sub tartara misit,
Nascenti cui tres animas Eronia mater
(Horrendum distis) dederat: rema arma mouenda,
Ter leio sternendus erat: cui tunc tamen omnes
Abstulit haec animas dextra, & totidē exiit annis,

Telamon propter insignem corporis fortitudinem Herculis amicus habitus est, & Hesionem possidere meruit.

Peleus

Peleus ferax omnes (ad quas discerpendas fuerat missus) uiribus sustulit.

Periclymenus congressum Herculis sustinere ausus est.

Nestor apud Ouidium lib. 12. uires suas sic exprimit: Tunc ego debueram capiendā ad Pergama mitti, Tunc poteram magni, si non superare, morari Hectoris arma meis.

Theseus Aegei filius, Hercules uirtutis emulus, Scyronem & Procastem latrones, Scimin arbores complicantem, Creontem Thebarum tyrannum, Mymotaurum monstrum bisforme, Centaurosq; plurimos interfecit, & (ut fabulantur poetae) ad inferos descendit cum Pyrithoo, ut Proserpinam raperent. Quae omnia Phyllis apud Ouid. declarat his uerbis:

Quum fuerit Scyron lectus, toruusq; Procustes,
Et Scinis, & Tauri, mixtaq; forma uiris
Et domite bello Thebae, suscipit bimbres,
Et pulsata nigri regia caeca dei,

Milonem Crotoniatam dum constitisset, nemo uestigio educebat. Malum tenenti nemo digitis poterat extorquere. In Olympia bouem per stadium retento anhelitu portauit, quem iclu pugni interfecit, & uno die integrum deuorauit. Quum autem nimia neruorum fiducia arborem uellet ducere, brachijs hinc inde constrictis, & deficiente conatu retentus, lupis fuit praeda. Iuuenalis Satyra 10. Viribus ille Confusus perijt, admirandusq; lacertis. Caelius capite 21. lib. 5. De Milone meminit Gellius lib. 15. cap. 16.

Titormus Busequa fuit quispiam, pro corpore, uiribusq; portentosis, cuius uires quum Nilo uellet experiri, ille in Euenum descendens permagnam arripuit lapidem, quem ad se protraxit, & inde propulit, bisq; & ter hoc ipsum effecit, postea

erexu, erectumq; et humero impositum ad quinquaginta ulnas uexit. Hunc autem lapidem uix emouebat Nilo. Aliud item roboris sui argumentum exhibuit Titormus. Maximi enim tauri pedem corripuit, furetemq; et inde proripere se cupientem, constantissime retinuit. Quod uidens Crotoniates, O' Iupiter, inquit, an alterum nobis profeminasti Herculem hunc? Caelius cap. 69. lib. 11.

Poetae scribunt, Cacum immanem fuisse latronem, Vulcani filium, ignes & flammās ore uomētē, qui boues cauda raptos inuersis uestigijs, causa tegendi furti, in speluncam traxerit. Fabulantur quoque, tam prodigiosis fuisse uiribus, ut cauernam suā obice montis praestrueret. Ouidius libro 1 Fast. Ille aditum fracti praestruerat obice montis, Vix iuga mouissent quinq; bis illud onus. Nititur hic humeris (caelum quoque federat, etc.

Monychus nomen est Centauri, qui arbore & saxa pro telis iaculabatur. Lucae lib. 6 Pharsa. Aspera te Pholoes frangentē Monyche saxa. Ouid. in Ibin: Quiq; trabes pressas ab humo mittebat in auras. Iuuen. Sat. 1. Quantas iaculetur Monychus ornos. Idem quoq; fingitur de Rhæto Centauro. Lucan. Teq; sub Oete torquentem uertice uulsas Rhæte ferax, quas uix Boreas inuenteret, ornos.

Scinis latro fuit prope Corinthū, summas arbores in terram complicabat, hisq; alligatos homines discerpebat, trūcis cum magno impetu in aera laxatis. Ouidius in Meta. Occidit ille Scinis magnis malē uiribus usus, Qui poterat curuare trabes, & agebat ab alto Ad terram late sparsuras corpora pinus.

D 4 Quinte

Quanta fuerint Turni uires, hoc licet arguere, quod i singulari certamine Saxum antiquum ingens (campis quod forte iacebat i limes) in Aeneam contorserit. author Vergilius: Vix illud lecti bis sex ceruice subirent, Quales nunc hominum producit corpora tellus.

Tritanus hostem, ex prouocatione dimicantem, inermi dextra uno digito superauit, & postremo corruptum in castra transtulit. Plin. lib. 7.

Agatho uir fuit Athenis monstrose fortitudinis, & magnitudinis octo pedum, in ipsa etiam nū adolescentia uasta coma, hirsutis oculis & iunctis, ut unus prope uideretur. Læta facie, naso Aquilino, ceruice torosa, pectore uasto, cruribus breuibus, ac extra incuruatis. Erat ei tegmē lupini pglus. Frequens cum apris, lupis et tauris certamē, quorum uulnera ostentabat. Vescetur lacte asinino. Cratera sibi iussu Herodis oblatum respuit, dicens: Haud purū esse, quod odore muliebri offenderetur.

Tydeus Oenei Calydoniæ regis filius, eum Mycenis moraretur, neminem sibi uiribus conferendū reperit. Missus ad Ethoelem legatus, Thebanos ad quodlibet certaminis genus prouocauit, omniumq; euasit in ditor. Quod cum ægre ferrent, insidias in opportuno loco tetenderunt. Constituerunt enim iuuenes omnium fortissimo, qui transeuntem illac Tydeum interciperent, & obtruncarent. Quos omnes tamen interfecit. Tortell. lib. 6.

Seleucus Nicanor, Syriæ rex, corpore fuit ingenti & robusto, adeo ut taurum syluestre in Alexandri sacro ficio elapsū, se, se opponens, utraq; manu tenuerit.

Iunius Valens (qui in prætorio Augusti morauit) uehementia cū culeis sustinebat. Car-

penta comprehensa una manu retinebat, conrā intentibus iumentis.

Rusticellus mulum suum tollebat, inquit Varro apud Plinium. Lysimachus leonem (cui Alexandri iussu fuerat expositus) strangulauit, arrepta eius lingua.

Græcorum monumentis proditum est, leonem insolita magnitudine confectum in Olympo monte à Polydamate athleta inermi. Eundem quoq; scribunt in armenta bouum intrasse, ubi taurū magnitudine insignem altero posteriorum pedum arripuerit, ferocientemq; & prærabido impetu profilientem, non dimiserit prius quam in eius manu unguam reliquerit. Narratur etiam quadrigas tota ui concitatas constanter retinuisse. Qua fortitudinis fama permotus rex Darius, Artaxerxis filius, uirum magna mercedis pactione Susa pellucuit. Eo quum uenisset Polydamas, tres omnium Persarum fortissimos (qui unā ex prouocatione arma susceperant in aduersum) solus contrucidauit. Cui inusitato robori confidens, dum forte fortuna cum alijs quot alijs in spelunca recumberet ad mensam, conuulsusq; superne scopulus ruinam minaretur, & omnes ad fugam impelleret, solus ibidem remansit. fore sperans, ut saxū decidens facile sustineret, quo tamen oppressus est. Cæc. cap. 56 lib. 7.

Sabinus Syrus, uir fuit memorandæ fortitudinis, qui tempore Titi & Spasiani primus Hierosolymæ muros ascendit. Iosephus lib. 7.

Aristomenes Messenius solus cccc Lædæmones occidit. Tandem uulneratus, et captus, pœnam per cuniculos subterraneasq; cauernas effugit. Iterum captus, custodibus somno sepultus, accessit ad ignem, & lora combussit. Tertio captum quum Spartani

Spartani dissecuissent, introspexisse; qualis esset, repertus est hirsuto corde. autor Plinius libro undecimo, capite 37.

Fufius Saluius duo centenaria pondera pedibus, totidem manibus, & ducenaria duobus humeris contra scalas ferebat. Plinius cap. 20. lib. 7.

Plinius ait se uidisse Athanatum quemdam proligiose ostentationis, quinque nario thorace indutum, cothurnisq; quinquentorum pondō calciatum, per scenam ingredi.

Ferunt Odenatum Zenobiæ Palmyreorum reginæ (de qua Aurelius triumphauit) maritum, primam ætatem exersuisse in capiendis leonibus, pardis, uris, ceterisq; syluestribus feris. Eamem insuper, æstus, frigora, pluuias ubiq; pertulisset: quibus duratus bellicis postea difficultates cum aduersus alios, tum maxime aduersus Persas tulerit. Pollio Trebellius, et Pontanus de Fortitudine.

Smerdis frater Cambyfis, solus arcum ad duos digitos complicabat, quem nemo Persarum poterat incuruare. autor Herodotus lib. 3.

Dioxippus Alexandri fuit miles fortissimus, qui prouocatus à Corrago milite eundem claua interfecit. Curtius.

Eutymus athleta, patria Locrensis, quum ingenti esset robore, saxum miræ magnitudinis allatum humeris pro porta Locrensiū statuit, quod miraculi gratia uisebatur. Idem quoq; Temeseum quædam reddere compulit, quæ cuiq; magno scenore extorserat. Erasmus, & Volat.

Birbon quidam (ut apud Cælium testis est Pausanias) taurum humeris gestabat, cuius memorabilis & prodigiose fortitudinis indicem habuit statuam Argis.

Cynergirus Atheniensis in bello Persico magni pertimacia in consecrandis hostibus usus est. Nam et nauem onustam dextra manu tenuit, ea amputata sinistram iniecit; quam et ipsam quum amisisset, nauem mordicus arripuit, morsuq; retinuit furenti similis. autores Trogus & Herodotus. Idem quoq; dicitur accidisse Lucio Glauco, uiro Romano, ut utraq; amiserit manum, quum Asdrubalis nauem detinere uoluisset.

Thaurea Tubellius Campanus, uir fuit memoranda fortitudine, qui in castris Annibalidis Claudium Asclium Romanum ingenti hominem robore ad duellum prouocauit. Idem captus à Pulio Capua, uxorem, liberos ac se postremo ante pedes imperatoris gladio confecit.

Cleomedes Astypaleus Lacchum Epidamnium pugilē armatum, unico iclu inermis occidit, occisi latera aperuit, & iniecta manu eduxit intestina. Ob quam feritatem quum à iudicibus in ius uocaretur, per forum abiens, columnā (qua ludii literarij domus fulciebatur) disiecit, eaq; ruina pueros oēs adobruit. Alij dicunt fugientē in Mimeruæ tēplo arcā ingressū operculo se obtexisse, ubi nusq; repertus sit. Plut. in uita Romuli, & Crinitus cap. 3. lib. 15.

Attilius seu Acilius, Cæsaris miles, nauali apud Masiliā prælio hostilem ingressus puppim, abscissa dextra umbonem sinistra retinuit, eod usq; uultibus terrens, ut prostratis omnibus, nauem occuparit uictor, autor Plutarchus in Cæsare.

M. Seruilius uir consularis, tricies & uigies in singulari certamine pugnauit, ac semper trucidauit hostem. Idem Plutar. in Aemyllo.

Legimus Maximimum imp (qui Thrax fuit)

scilicet appellatum fuisse. Millionem sui secuti. quod is hamaxas traheret, & belam onustam propelleret, aliāq; item plurima perfereret, fidem uix capientia. autor Capito / lanius.

Gratianus pater Valentiniāni Imper. funarius est appellatus, quod uenalicium ferrem portanti quinque milites non possent extorquere. Sex. Aurel.

Firminus Imp. (quem Aurelius latronem Aegyptium uocabat) statura fuit ingenti, oculis promicantibus, capillo crispo, fronte uulnerata, fusco uultu, reliquum corpus pilosus, & hispidus, ita ut Cyclops uulgo diceretur. Robore autem adeo insignis, ut Triarium uinceret. Nam & incudem periculi superpositam tondentibus fabris constanter pertulit, quum resupinus, et in manus curuatus pendere magis uideretur, quā iacere. Crinitus.

Fuit Carolus Magnus procerum corpore, uastusq; praeter humanam consuetudinem uiribus. Cuius rei haud dubia sanè reliquit argumenta tam praeclearis, tamq; multiplicibus uictorijs.

Skoldus, Vffo, Fresicus, Starchaterus nomina sunt apud Saxonem Grammaticum, hominum magnis uiribus & magno robore praeditorum. Quorum Skoldus Loheri Danorū regis filius, quum ab adolescentia uenandi studio flagraret, immanem (cui nemo audebat congregi) beluam subegit, quae futuram in eo fortitudinem ommimata est. Idem postea repertum mira magnitudinis ursum, & insolite granditatis, cingulo deimuit, socij q; praebuit occidendum. Complures quoq; spectatae fortitudinis a belis ab eodem superati sunt. E qui bus Attalus & Sarus illustres fuere.

Vffo maiore erat corpore, quam ut ar-

mis uti posset alienis. Oblatis compluribus gladijs, manu capulum stringens frustillam singulos agitando comminuit. Nec erat tantum rigoris gladius, quem non ad primae concessione motum, in uarias partes effunderet ac disseueret Saxo lib. 4.

Vbbo Fresicus Haraldus rex is miles praeter undecim, quos in acie uulnerat, uirum quumq; aelectorum pugilum interfectur. Idem nempe propius cum ipso congruente audente, sagittis impetius 124. ictibus prius perforatus est, quam laegis corporis uiribus genua recideret.

Starchaterus iam senex, gemino cinctus ense, totidem baculis infirmam senectutem iuuabat. Cui quū popularium quidam illudens, inuilem et superuacuum dixisset gladiatorum uisum, ac propterea alterum sibi donari per ludibrium petiisset, iussum accedere spe petitionis Starchaterus gladio transuerberauit. Ad cuius facti ultionem, quam duo Hatheri milites magno equorū concursu aduolassent, utraq; occidit. Facti causam percontanti Hathero, respondit, se semper poenas ab irrisoribus exigere solitum, nec unquam impune sibi a procacibus insultatum.

Paulus Diaconus scribit, Amelongum Romualdi Longobardorum regis militem quandam Graecum equitantem ictu baculi sella excussisse, & in aera supra caput suum leuasse.

GIGANTVM QVORVNDAM NOMINA, ET ALIORUM INUITATE MAGNITVDINIS HOMINVM.

Quoniam de prodigijs uiribus facta est mentio, decens & congruum uidetur, ut subsequantur Gigantes, & qui in uisitate fuerunt corporum magnitudina.

dine. Finguntur autem Gigantes terra filij, unde & Terrigenae uocantur à Lucano scribente: Aut si terrigenae tentarent astra Gigantes. Dicuntur & impetum fecisse in Deos, eosq; caelo detrudere uoluisse, cuius rei causa dei omnes mutatis formis delituerint. Vnde Ouidius.

Emissumq; ima de sede Typhoeae terra, Coelibus fecisse metum, cunctoq; dedisse Terra fugae, &c.

Fuerunt ingentis staturae, unde & ex his nonnulli caelorum humeris dicuntur sustinuisse, ut Atlas, Hercules. Fulmine omnes percussit sunt ob praedictam impietatem. Pugna illa uocatur Gigantomachia. Ipsi uero aliter dicuntur Phlegraei fratres, à Phlegra ualle Macedoniae, ubi cum caelestibus pugnaere. Seneca in Thyeste: Nunquid struitur uia Phlegrae alta per hostes, & Thessalicū Thressa premitur Paëlion Ossis? Dicuntur & Titanes. Idem Seneca in Hercule furente: Titanas aufos ruperere imperium Iouis. Antiquitus sic formabantur, ut eorum pedes in draconum uolumina desinerent, quod ea ratione factum est, ut intelligeremus, eos nihil rectum aut sublime cogitasse, quum detorti eorum gressus ad inferna demergatur. Autor Vegetius apud Macrobiū. Ea est causa, quam obrem uocentur à poetis Anguipedes, & Serpenti genae. Ouid lib. 1. Met. Quae centum quisq; parebat Inijcere Anguipedum captiuo brachia caelo. Pontā. Tu ne deus, tu ne anguipedes uicture gigantes? Ouid lib. 4. Trist. Sphingaq; & Harpyias, serpenti genosq; gigantes.

Nunc seriatim dicendum est de his, quorum frequentior est apud scriptores mentio. Verg lib. 1. Georg. de quibus iam meminuit, Tam partu terra nefande Caemq;

Iapetumq; creat, seuq; Typhoeae Et conuulatos coeli rescindere fratres. Ter sunt conati imponere Pelio Ossum, scilicet atque Ossa frondosum imponere Olympū. Ter pater extructos deiecit fulmine montes.

De Iapeto Syll. lib. 12. Apparet procul Inarime quae turbine nigro Fumantē premit Iapetum, flammāsque; rebelli Ora reiectantem.

De Typhoeo seu Typhone Verg. lib. 9. Tū sonitu Prochyta alta tremat, durumq; cubile Inarime Iouis imperijs imposta Typhoeo. Val. Flac. lib. 2. Horror abest, Syrcuia pressus tellure Typhoeus. Vergilius in Cyri: Additur aurata confixus cuspidē Typho. Lucan. lib. 4. de hoc & quibusdam alijs:

Nondum post genitos tellus effocta gigantes, &c.

Inter Gigantes etiam numerantur Aëloeus Titanis filius, geminiq; eius filij, ex Iphimere à Neptuno uiolata geniti, Othos & Ephialtes. Verg. in Culice: Nam uictus sedet immanis serpentibus Othos De uinctum recessus procul aspiciens Ephialtem, Conati quondam quum sint incendere mundum. Idem lib. 6. Aen. Hic & Aloidas geminos immania uidi Corpora, &c.

Enceladum poetae fabulantur in Sicilia fulminatū, ut Othum in Creta, Typhoeum in Campania. De hoc Verg. lib. 2. Aeneid. Fama est Enceladi semisstum, fulmine corpus Vrgeri mole hac, ingentemq; insuper Aetnam impositam ruptis flammam expirare caminis: Et fessum quoties motat latus, intremere omnem Marmure Trinacriam, & caelum subtexere fumo. Idem in Aetna: Marmure Trinacrio morientem Iuppiter Aetna Obruit Enceladū.

Tityus Gigas fuit nouem iugerum, qui quum Latonia uim uellet inferre, ab Apolline sagittis confossus est, & ad inferos detrusus, ubi a uulture corroditur, fibris & iecore semper renascentibus. Vergil. lib. 6. Aen. Nec non & Tityum terræ omniparentis alumnum Cernere erat; cui tota nouem per iugera corpus Porrigitur, rostroq; immanis uultur adunco Immortale iecur tundens, fœcundaq; pœnis Viscera, nec fibris requies datur ulla renatis. Ouid. lib. 1. de Ponto.

Polyphemus cyclops, Neptuni filius ex Phos., propter immanem corporis molem numeratur inter gigantes. De hoc Verg. lib. 3. Aeneid. Nam quantus, qualisq; cauo Polyphemus in antro. Lanigeras claudit pecudes, atq; ubera pressat.

Aegæon gigas est, quem nonnulli eundem cum Briareo faciunt. Fuisse fertur centimanus, unoq; ictu centum scopulos Iouem torfisse. Vergil. lib. 10. Aeneid. Aegæon qualis, centum cui brachia dicunt, Centenasq; manus, quinquaginta oribus ignem Pectoribus arfisse, Iouis quum summa contra Tot paribus streperet clypeis, tot stringeret enses. Hunc poeta fabulantur à Neptuno fuisse alligatum maris Aegæi scopulis. Statius: Audierat duos laxantem Aegæona nexus.

De Briareo Claudianus: Quæ brachia centum Briareus alijs numero crescente laertis Tot simul obiectis posset configere rebus. Verg. lib. 6. Aen.

Inter hos ponitur Numas, quæ aiunt sub Prochyta conclusum. Syl. lib. 32. Apparet Prochite seuum fortita Numanta.

De Porphyrione & Adamastore Sidonius: Hic rotat excussum uibrans in sidera Pindum. Enceladus, rapido summissis

Ossa Typhæo, Porphyriion Pangæarapit, Rhodopenq; Adamastor.

Anteus gigas fuit in Libya proceri corporis, cui in Herculem luctanti terra mater augebat uires, quotiescunq; eam attigerat. Lucan. lib. 4. Hoc quoq; tam uastas cumulauit munere uires Terra sui fœtus, quod quum tetigere parentem, iam defestata uigent renouato robore membra.

Fuit & Astræus unus è Titanibus, qui contra deos arma sumpsere. Hic ex Aurora uentos genuisse fertur.

Atlantem poeta fabulantur gigantem omnium maximum, qui cœlum humeris sustinuerit. Quod fingitur propter eiusdem nominis montem in Mauritania tantæ altitudinis, ut nubes contingere uideatur. Vergilius: Vbi cœlisfer Atlas Axem humeris torquet stellis ardentibus aptum. Ouid. lib. 5. Fast.

Gygem Hesiodus in Theogonia facit cœli & terræ filium, & Briarei fratrem. Ouidius: Centimanumq; Gygem. Pontan. lib. 3. de Stellis, quosdam enumerat.

Sunt & alij qui excreuisse dicuntur inter Gigantes prope magnitudinem. Nam Agatho Atheniensis (qui floruit ætate Adriani principis) adhuc adolescens fuisse dicitur altitudinis octo pedum.

Fuit & Porus Rex in India quatuor cubitis & palmo procerus, quem Alexander bello uicit.

Aranhas Bebrycius octo cubitis longus fuisse traditur.

Orestis corpus oraculi iussu refossum, septem cubitorum fuisse monumentis proditur: autore Plinio. Architenius: Statuam cubitis septem distendit Orestes.

In Creta terramotu rupto monte inuentum est corpus stans XLV cubito-

rum, quod alij Orionis, alij Etionis fuisse tradunt.

Ætate Plinij uisus est nouem pedum ac totidē unciarū homo Gabbara nomine, ex Arabia aduectus. Architenius: In his quibus pedes produxit Gabbarus artus.

Fuerunt semipede maiores Puffo & Secundilla, quorum corpora miraculi gratia asseruata sunt in conditorio Sallustianorum hortorum.

Goliath gigas fuit, quem Dauid fundæ uerberare deiecit in terram, & interfecit. Politianus in Nutricia: Psallentemq; deo regem, qui turbine fundæ icta Philistæo secuit puer ora Giganti.

Quam procerus extiterit Maximinus Imper. hoc satis argumento constat, quod uxoris dextro chertio (id est ornamento brachiorum) pro anulo uteretur.

Saxo Grammaticus ait Offotum fuisse gigantem, et pastorem, cuius armenta tabatur canis Biornonis cuiusdam.

Berosus libro 5. Antiquitatum Noæ reponit inter gigantes & astrologos. Facit Tuisconem gigantem, cuius filius Manus apud Sarmatas regnauit ætate Semiramidis.

Inter gigantes quoq; numeratur Hercules, quem fesso Atlante cœlum humeris subijisse ferunt.

Artachæes uir fuit inter Persas procerissimus, ætate Xerxis, ut cui quatuor omnino digiti deessent à longitudine quinq; regiorum cubitorum. autor Herod.

Oromedon quoque nomen est gigantis apud Propertium libro 3. scribentem: Teducere uel Iouis arma canam, cœloque minantem Cœum & Phlegreus Oromedon ta ingis.

Saxo Grammaticus ait Hartblenum fu-

isse quendam ex Helsingia, qui raptas regum filias stupro scædare gloriæ loco ducebat, illum perimere solitus, à quo peragenda Veneris usu prohiberetur. Atq; tantam in eo corporis magnitudinem extitisse, ut 1 x. cubitis proceritatis eius dimensio tenderetur.

Fuit & Gemagog gigas cubitis duodecim procerus. Architenius: Cubitis ter quatuor altum Gemagog Hercules suspen dit in aera lucta. Idem: Gemagog arduitas Corinei fracta lacertis.

DOMITORES MONSTRORUM & beluarum.

Medusa Phorci fuit filia, quam Neptunus stuprauit in templo Palladis: unde irata Pallas, eiusdem capillos mutauit in colubros, fecitq; ut omnes in scopulos uerterentur, qui eam prospicerent. Hanc autem truncauit Perseus Iouis filius ex Danae. Ouid. lib. 4. Meta. Gorgonis anguicomæ Perseus superator, & alis Aethereas ausus idæatis ire per auras.

Apollo Pythonem serpentem, à cuius nomine Pythius uocatus est. Ouidius lib. 1. Meta. Hunc deus arcitenens, et nunquã talibus armis Antè, nisi in damis, capreisq; fugacibus usus, Mille grauem telis, exhausta penè pharetra, Perdidit effuso per uulnèra nigra ueneno.

Bellerophon filius Glaucivæ regis Corinthiorum, falso accusatus stupri à Stenobæa Procti Arguorum regis uxore, expositus est Chimææ triformi, quam tamen domuit. Ouid. lib. 2. de Trist. Nam quid detricore refer à domitore Chimææ, Quem lœcho fallax hospita pœna dedit.

Alcon sagittarius Crete fuit serpentis cœso àit illæso filio suo, quem ille iam habebat in faucibus. Vide in capite de Sagittarijs.

Atilius Regulus apud Bragadam fluuium serpentem cxxx. pedum longitudine balistis tormentisq; expugnauit. autor Plinius lib. 8. cap. 14.

Georgius Cappadox tribunus militum sub Diocletiano, maximum serpentem in Africa peremit liberata puella, que eidem deuota fuerat in prædam.

Pallas Alcida beluam flammam ore uo mentem interfecit.

Cadmus quoq; Agenoris filium alium serpentem: cuius dentes quum sciuisset, nati sunt protinus armati homines, qui mutuis uulneribus se confoderunt, ut fabulatur poetæ.

Corœbus monstrum toti Peloponneso formidolosum occidit. Ouid. in Ibin: Inq; tuos ea pestis eat quam dextra Corœbi uicit, opem miseris Argicolisq; tulit.

Lysimachus Alexandri miles leonem, ut iam diximus.

Hercules hydræ, leonem, Arum, Ceruam æripedem, Draconem Hesperidum, Antheum, taurum flammiferum, ceterasq; beluas, de quibus prius meminimus.

Præcipua aut monstra (quorū frequens est mēto apud poetās) sunt Minotaurus biformis, Geryon tricorpor, Sphinx, Chmæra, Cacus, Maris Thessalus, antica corporis parte homo, postica equus.

LIBERATORES QUORUNDAM hominum à periculis.

Perseus liberauit Andromedam filiã Cephei et Castopes, Ceto marino mōstro expositam. Ad cuius subsidium conuolauit insidens Pegaso equo alato. Ouid. libro 4. Metā. Auxiliumq; domus, seruatorēq; fatentur Castiope Cephæiq; pater.

L. Lucullus aduersus Mithridatē missus, Cottam Chalcedone obsessam liberauit.

Lucilius miles, quum uideret inclinatã Bruti aciem apud Philippos, obtulit se periculo, et inimicorum manibus, ut ipsi Bruto faceret tempus à fugam.

Q Minutius consul à Sabinis & Volscis in Alcido obsessus, subsidio **Q** Cincinatti dictatoris liberatus est.

Quum ob perfidiam Laomedontis, qui Neptuno & Apollini murorū Troie conditoribus pactam denegauerat mercedem, pestis urbem ipsam popularetur, & ubiq; serperet, ad pacada numina Hestione monstro marino destinata est: ab Hercule tamen liberata.

Calphurnius Crassus captus à Masiliensibus, quū Saturno duceretur immolandus, Balsacia puella patris à se proditi eum uictore fecit, eoq; modo exemit à periculo.

Diomedem Troia diruta uentis in Libyam pulsam, quum Lycus rex immolare uellet, Calluce puella patrem Lycum prodidit, ut Diomedem (cuius forma conflagrabat) eximeret à morte. Viriusq; exempli autor est Plutarchus.

IMPOSSIBILIA

factu.

Ioui fulmē, Herculi clauā, Homero uersum subtrahere: tria hæc olim credita sunt impossibilia: aut ore Macr. li. 5. Saturnaliorum. Quod eisi fieri posset, alium tamen nullum deceret, uel fulmen præter Iouem iacere, uel certare præter Hercule robore, uel canere, quod excinit Homerus.

NANI, ET PUMILIONES.

Nani dicuntur homunciones breuiculi, & modicè ab humo extantes: uocantur aliter Pumiliones, & Pumili. Statius: Mirantur Pumilos ferociores. Talis fuit Conopas, in delicijs Iulie neptis Augusti, duos pedes & palmum longus, aut

tore

tore Plin. Cuiusmodi etiam fuisse fertur Andromeda liberta Iulie Augustæ.

Pygmeorum qui longissimi sunt, duos pedes & quadrantes non excedunt. hinc prouerbum: Pygmeo breuior Mantuan. Inter Pygmeos non pudet esse breuem. Habitat in extrema parte montium Indæ: horum mulieres quinto anno pariunt, & senescunt octauo. Infestantur maxime à gruibus, in quas turmatim prodeunt, & nihilominus uancunt. Claudianus libro primo in Euiropium. Et Iuuenalis Satyra 13.

Manium Maximum & M. Tullium equites Romanos, bium cubitorum fuisse, autor est Varro apud Plinium.

Duo fuerunt Molones, nota corporis breuitate. quorum alter histriioniam exercuit, aliter Latrocinij famosus factus est. Inde natum adagium: Pusillus quantus Molon.

M. Antonius Sisyphum pumilionem habuisse fertur intra bipedalem staturam, ingenio tamen uiuacem. Augustus exhibuit spectaculis Lucium, adolescentulum honeste natum bipedali minorem.

ALOIDÆ, TYNDARIDÆ,
Atridæ.

Aloidæ dicti sunt Oihos, & Ephialetes, ab Alceogigante, cuius uxorem Iphimediam compressu Neptunus, & ex ea suscepit gemmos, qui quum Alcei putarentur esse filij, dicti sunt Aloidæ, ut iam diximus.

Eo quoque modo Tyndaridæ uocati sunt Castor & Pollux, quod crederentur Tyndari filij, quum tamen ex concubitu Iouis cum Læta geniti essent Seneca: Hinc etiam gemmi signa Tyndaridæ micant. Ouidius: Tyndaridæ fratres, hic eques, ille

pugil. Simili ratione uocatur Helena Tyndaris.

Atridæ uocantur Agammon & Menelaus, ab Atreo parente. Horat. de Aga. Arsit Atride: medio in triumpho Virgine raptâ. De Menelao Ver. li. 12. Atrides Proci Menelaus adusq; columnas Exulat.

CYCLOPES.

Cyclopes ministri fuerunt Vulcani in Sicilia, quos poetæ Monoculos dicunt, Neptuni filios ex Amphirite. Dicuntur Ioui fulmina cōficere apud Lyparam, quæ est una ex Aeolijs in Iulis. Fabricã ferrariam primū in Creta reppererunt. Omnium præcipui fuerunt Brontes, Steropes, Pyragmon. De quibus Verg. lib. 8. Aen. Ferrum exercebant uasto Cyclopes in antro, Brontesq; Steropes, & nudus membra Pyragmon. Ouid. lib. 4. Fastor. Claud. de III. Consulatu Honorij: et Stat. lib. 4. Syl. Hos autem occidisse fertur Apollo, propter fulmina Ioui fabricata, quibus perierat filius Aesculapius. Hinc extrusus deorum contubernio exulauit in Thessalia, ubi Admeti regis fuit armentarius.

CVRETES.

Cretes seu Corybantes ministri fuerunt Cybeles, quibus ferrariam fabricam nonnulli referunt acceptam. Horum nomina citat Erasmus ex Græcis carminibus, quæ Latina fecit: Illi habitabant Montigenæ Phryges Idæi, gens arte celebris, Celmis Damnameneusq; ingens, Acmonq; superbus, Montanae Aditi cultores Adrastæ: A quibus ars Vulcanica primis esse reperta dicitur, et nigri um nemoso in monte repertum, In uarios usus monstratum cu dere ferram. Impositumq; igni mirro splendere cultu. Propter hoc inueniunt (quod illis ascribitur) et a ferræ

nocentur Corybantia. Verg. lib. 3. Aeneid. Hinc mater cultrix Cybele, Corybantiaq; ara. Tertullianus: Iupiter Cretam suam Romanis fascibus concuti sineret, obitus illi antrum Iaeum & ara Corybantia. Horum praecipuus fuit Celmis, à quo ferum solidissimum culebatur. Hinc natum adagium, Celmis in ferro: de his, qui praeter modum suis fidunt uiribus, taquam inexpugnabiles, aut qui in sua arte magnopere excellunt. Cuiusmodi sunt haec, Roscius in scena, Antaeus in arena, Hercules in claua.

HOMINES PINGVES ET macilentii.

Leo Byzantius sophista fuit adeo pinguis & obeso corpore, ut quum ad praecandam factionem Athenis (ubi tum legatus agebat) suggestum conscendisset, risum unicuique mouerit. At ille, Quid ridetis, inquit, Athenienses? an quod uobis uidear pinguis? Scitote uxorem esse mihi longè pinguiorem. Tales tamen ac tantos (quum sumus concordēs) breuis admodum lectus caput, discordes ne tota domus qui dem. Quibus uerbis tempestiuè & pro re adductis, populum restituit paci.

Dionysius Heraclotes tyrannus, fuit adeo uentrosus, & corpulentus, ut noctudum quiesceret, cogereur suis lateribus hircines admouere, quae humorè superfluum paulatim exhaurirent, eoque modo aliquid adimerent de crassitudine.

Ludouicus Crassus, Philippi primi filius, et Gallorum rex, fuit adeo uasta corporis mole, ut ex re sumpserit cognomen tum.

Iam diximus imperatorem Maximinum fuisse tanta membrorum mole, ut uxoris suae dextrocherio uteretur loco anuli.

Contra uerò Chærephon tragœdiorum

graphus (qui res Heraclidarum prosecutus est) nocturnis lucubrationibus sese adeo extenuauit, ut per iocum Noctua diceretur. Hinc etiam natum prouerbum, Nil hil differs à Chærephonte.

Quam tenuis & macer fuerit Philetas Couis, uide in cap. de Miraculis.

MUTATI IN VARIAS FORMAS secundum metamorphosin poetarum.

A Chelous in anguem et taurum. Actis in flumen. Actæon filius Autoneos in ceruum. Aegeria in fontem. Aegle soror Phætonis in populū arborem Aesculus in mercurum. Aesculapius in draconem. Aglauros Cecropis filia in lapidem. Alcinoe in auē. Alcinhoe in uesperilionem. Anaxarete in lapidem. Antigone in ciconiam. Acontium mutatus est in lapidem. Apollo in pastorem, Coruum, Accipitrem, Leonem, Appulus pastor in Oleastrum. Arachne in araneam. Ardea in oppidum. Ascalaphus in thubonē. Atalanta in leonem. Atlas in montem. Atys in pinum. Bacchus in caprum, Uuum, Ceruum. Battus in saxum. Baucis in arborem. Biblis in fontem. Bura urbs in scopulum. Cadmus in anguē. Ceneus in auem. Calisto in ursam. Celmus in adamantem. Cercops in simiam. Clytie nymphe in heliotropium. Coronis in cornicem. Crocus & Smilax in flores. Cynus in auem. Cyparissus in cupressum. Dædalion in accipitrem. Daphne in laurum. Daphnis in lapidem. Dercetis in piscem. Diana in selem. Dryope in Loton. Echo in uocem. Ephyre in serpentē. Euphorbus in Pythagoram. Galanthis in Mustellam. Harmonia uxor Cadmi in draconem. Hecuba in canem. Heliaes, seu Phætoniades in populos. Hippomenes in leonē. Hyacinthus in florem.

Io in iuuenem. Ip his puella in puerum. Iphigenia in ceruum. Iuno in anam. Iupiter in taurum, aurum, arctem, aquilam, cyrenum, in satyrum, Amphitriōnē, ignem, paforem, serpentē. Leucoiboe in uirgā Ithuream. Lycaon in lupū. Lycas in scopulum. Lynceus in lynceum. Mera in canē. Marsias tibicen in fluiū. Menbe nymphe in mentham. Mercurius in ibin. Myrrha in arborem. Nays Nymphe in piscem. Narcissus in florem. Nepomus in iuuenē, Enipeum fluium, arctem, Delphinū. Nohe in mar mor. Nisus in auem. Nyctimene in noctuā. Ocyroe in equum. Olenus in lapidem. Periphas in auem. Perimela in insulam. Philomela soror Progne in Iosciniam. Progne in hirudinem. Proetus in saxum. Saturnus in equum. Scylla in scopulum. Stelles puer in stellionem. Talus puer in perdicem. Tereus in upupam. Tyresias in foeminam Venus in piscem. Vertumnus in anum. Vlysis socij in porcos.

Causas harum transmutationum uide apud Ouidium in Metamorph. & alios Mythologos.

VERSIFORMES, SEU in varias formas mutabiles.

Metra filia Erifichthonis, ut fabulatur poeta, in varias formas sese commutabat. Ouid. lib. 8. Nunc equa, nunc ales, modo bos, modo ceruus abibat. Hinc adagiū, Mutabilior Metra Erifichthonis.

Archeolus dimicans in Hercule pro Dianya, cum uideret se multo inferiorem uiribus, in serpentē primò, deinde in taurum, postremo in fluium sese transformauit. Unde apud Ouid. lib. 9. sic loquitur: inferior uirtute, meos diuertor ad artes, elaborq; uiro longum formatus in anguem.

Perichymenus Nestoris frater beneficius Neptuni in quascunq; formas se commutabat. Idem lib. 12. Metra Perichymeni mors est, cui posse figuras sumere quas uellet, rursusq; reponere sumpas Neptunus dederat.

Eadem transformatio tribuitur Protheo Oceani & Teibios filio. Hinc adagiū, Protheo mutabilior. Vertumnus dicitur à Latinis. Ouid. lib. 2. Pastor. Ille suam faciem transformat, & alterat artes: Mox domitus uinculis in sua membra redit.

FORMOSI ET FORMOSAE, ex Historicis, Oratoribus, & Poëtis.

Achillus puer. Mar. lib. 5. Huic comes habebat dominum suum Achillus, in signis forma nequitiaq; puer.

Fuit Acharus puer speciosus, quem poeta fingunt in florem sui nominis conuersum fuisse.

Adonis Myrrhae fuit filius, Veneri ob speciosam formā dilectus. Verg. Ecl. 10. Et formosus oues ad flumina pauit Adonis. Ouid. lib. 10. & Proper. lib. 2.

Herodotus scribit, Agaristam, Clitennis filiam adeo formosam extitisse, ut ad habendas eius nuptias celebrata sint procorum spectacula & certamina, quod speciosissimi quique Græciæ adolescentes confluxerunt.

Aegle nymphe. Idem Eclog. 6. Aegle Naidum pulcherrima.

Aeginam Aesopi regis Bœotia filiam, ob excellentem pulchritudinem adamauit Iupiter, iacuitq; cum ea in specie ignis. Ouidius: Aureus in Danaen, Aesopida iussit ignis.

Forma in primis uisenda & amabili fuisse ferunt inter Græcos Alcibiadem, sicut

facit inter Romanos Scipionem, Deme-
trium cognomento. Plutarchus in eius ui-
ta: Hoc, inquit, Alcibiadi concessit natura,
sibiq; cum paucis commune, ut non modo
in pueritia aut adolescentia, sed etiam in
omni etatis gradu maximum semper deco-
rem, ac formosam hominis speciem præui-
lerit.

Alexis. Idem Eclo. 2. Formosum pastor
Corydon ardebat Alexim.

Afsus filius fuit Gygarum Danorū regis,
quem tam excellenti forma ac caesarie exi-
tisse scribit Saxo Grammaticus, ut argen-
teis nitere crinibus putaretur.

Amarum cum poetæ fingunt in herbam o-
doriferam mutatum, idq; propter elegan-
tem formam.

Amaryllis puella. Virg. Formosam reso-
nare doces Amaryllida syluas.

Amphimedon. Calætius: Formosum Phia-
le prius arserat Amphimedontem, Amphi-
medon Phiales maxima cura fuit.

Antinoos Bithynico, mira pulchritudine
adolescēti, tanta, tamq; elegans fuit forma,
ut Adrianus Imperator (à quo adamatum)
templum ei apud Mantineam constituerit,
& ciuitatem apud Nilum, eiuq; imago ē
fecerit in sculpi nummis. Propterea Hiero-
nymus Adriani cūcubinum eum uocat. Vo-
l. terranus.

Antiope filia Nyctei, & uxor Lycire-
gis Thebaum, speciosissimam propter for-
mam à oue adamata est, ex quo Zetum &
Amphionem suscepit. Propertius. Tu licet An-
tiopæ formam Nycteidis, et tu Spartanam
et seras laudibus Hermionem.

Argia Adrasti Argiuorum regis filia, et
uxor Polynicis, fuit itidē mirum in modū
speciosa. Stat. lib. 2. Theb. Egregia Argia,
nec solum laudibus secundam Deiphylem.

Ariadne filia Minos, forma fuit elegan-
ti, quam propterea Bacchus duxit in uxore-
m, eiuq; coronam stellis ornata in a-
stra retulit. Catullus de ea et Theseo loquens,
sic inquit: Hunc simul ac cupido conspexit
lumine uirgo, Regia quam suauis exprās
costus odores.

Asterius filius fuit Cereris, forma singu-
lari, omnium tamen amores respuens. Vnde
de Ouid. in Ibm: Filius ut Cereris frustra
bi semper ametur, Desistatq; tuas usq; peti-
titus opes.

Astur. Verg. Sequitur pulcherrimus As-
tur, Astur equæ fidens & uersicoloribus
armis.

Atalanta puella fuit in Arcadia uenatrix,
& lascij filia, liberali admodum forma. Ouid.
lib. 8. Venit Atalante Schenel pulcher-
rima uirgo &c.

Atys puer Phrygius, à Cybele (ut fabu-
lantur poeta) ob formam adamatus est. O-
uid. lib. 5. Met. Erat Indus Atys, quem su-
perrime Gange, &c.

Auentinus. Vergil. Victoresq; ostentat
equos fatus Hercule pulchro Pulcher A-
uentinus.

Sext. Aurelius scribit, Augustum fuisse
mitem, gratum, ciuilibus animi, toto corpore
pulchrum, sed oculis magis, quorū acies cla-
rissimorum siderum modo præmicabat.

Barynes meretricis formam commendat
Horatius. lib. 2. Car. dicens: Vlla si iuris tibi pe-
ierati Poena Baryne nocuisse unquam, Den-
te si nigro fieres, uel uno Turpior unquam,
Credere, &c.

Fuit & Batyllum Antereontis poetae
masius, liberali forma. Vnde Pont. de Stell.
Nireia sic perhibent. & amatum à uate Ba-
tyllum, Picum oculis, fuscumq; cœma, ro-
seumq; labellis.

Bellerophon

Bellerophon à Sthenobæa Procus Argi-
uorū regis uxore propter formam adama-
tus, et ad Venerem (cui tamen assentiri no-
luit) postulat est.

Bryseis fuit adeo formosa, ut Achilles
eius amore consensu grauerit, eamq; quamuis
ancillam, plusquam puellas omnes adama-
uerit. Horatius: Prius insolentem Serua
Bryseis niueo colore mouit Achillem. Pro-
per. lib. 2. Omnia formosam propter Bry-
seida passus.

Credibile est Bersabeam, Vriæ uxorem,
eleganti fuisse formam, quæ sapientissimum
illum regem, & prophetam sanctissimum
Dauidem usq; adeo titillauerit, ut solitæ re-
ligionis oblitus, adulterio & homicidio
(Vriam enim deuouit morti) suam conta-
minauerit sanctitatem. Strogon pater: Ille
sacri uates operis Iesseia proles, Praefecit
populo quem Deus ipse suo, Bersabeæ ca-
ptus forma, &c.

Calisto. Idem Ouid. lib. 3. Fast. Fœdera
seruasset, si non formosa fuisset.

Calypso Oceani & Theryos filia Ouid.
de Ponto: An graue sex annis pulchram fo-
uisse Calypson Aequeorūq; fuit concubus
se dea? Idem lib. 2. de Arte: Littore constite-
rant, illic quoq; pulchra Calypso.

De Castore & Polluce Ouid. li. 8. Met.
At gemini nondum caelestia sidera fratres
Ambo conspicui, niue candidioribus ambo
Vestabantur equis.

Catulla. Idem Martial. lib. 8. Formosissi-
ma quæ suere uel sunt, O' quam te fieri Ca-
tulla uellem Formosam minas, aut magis
pudicam.

Propertius formam suæ Cynthiae sic cō-
mendat: Et quascunq; tulu formosi tempo-
ris ætas, Cynthia non illas nomen habere
sinit. Idem: Illic formosæ ueniant choros

beronæ, Quas dedit Argiuis Dardanae
præda uirum: Quarum nulla tua fuerit mihi
Cynthia forma Gratiore, &c.

Herodotus ait, Candaules Sardinum Ty-
ranni uxorem foeminarum omnium fuisse
pulcherrimam.

Cænis puella Thessala à Neptuno com-
pressa. Ouid. lib. 12. Met. Clara decore fuit
proles Elateia Cænis Thessalidam uirgo
pulcherrima.

Cæsum puerum cōmendat à forma Mar-
tialis: Quanta tua est probitas, quanta est
præstantia formæ Cæse puri, pueri castior
Hippolyto, Te secum Diana uelit doceatq;
natari, &c.

Celeno. Idem lib. 4. Fast. Neptuno Hal-
cyonem & te formosa Celeno.

De Chione Dedalionis filia idem Ouid.
lib. 11. Met. Nata erat huic Chione, quæ do-
tissima forma mille prociis placuit bis se-
ptem nubilis annis.

Cytippe ab Acontio ob formam adama-
ta est. Ouid. in Epist. Aut esses formosa mi-
nus, peterere modestè Audaces facie cogi-
mur esse tua, &c.

Cyllarus. Idem li. 12. Nec te pugnantem
tua Cyllare forma redemit.

De Daphnide Ver. in Buc. Formosi pe-
coris custos, formosior ipse.

Deianira Herculis uxor. Ouidius li-
bro nono: Nomine si qua suo tandem per-
uenit ad aures Deianira tuas, quoniam
pulcherrima uirgo, Multorumq; fuit spes
inuidiosa procorum.

Deiopeia Nymphe. Verg. 1. Aen. Sunt
mihi bis septem præstanti corpore Nym-
phæ, Quarum quæ forma pulcherrima,
Deiopeiam Connubio iungam stabili, pro-
priumq; dicabo.

F e Deiphyle

Deiphyle uxor Tydei, Adrasti filia. Statius lib. 2. Theb. Egregiam Adriam, nec forma laule secundam Deiphylem.

Celcius scribit, Demetrium cognomēto Poliorce tenens, forma fuisse in primis amabili. Vide Plutarch. in eius uita.

Democles puer Atheniensis fuit adeo speciosus, ut ex pulchritudine sua pulcher Democles ab omnibus uocaretur. Cui (quod paucis admodum formosis contingit) tanta quoque extitit pudicitiae cura, ut ad declinandam uim Demetrii (a quo petebatur ad stuprum) se in plenum feruentis aquae lebetem (cum aliter effugere non posset) coniecerit. Plut. in Demetrio.

Diadimēnus Augusti fuit praegustator, puer adeo speciosus, ut in formae certamine (quod fiebat Elidi) meruerit palmam. Volaterranus.

Dido. Verg. li. 1. Aen. Regina ad templū forma pulcherrima Dido Incessit.

Endymion Lunae amafius fuit admodum speciosus. Val. Flaccus lib. 8. Tum quoque sidera clara procul ora iuuenta Lathmiae aethera residet uenator in umbra, Dignus amore. Deae.

Fuit in Ephesione augusta adeo facies, ut uicli Darij uxor eum pro Alexandro saluauerit. Ob quam formam ipsi quoque Alexandro fuit charissimus.

Euryalus Nisi amicus. Verg. lib. 3. Aen. Euryalus forma insignis, uiridique iuuenta. Idem lib. 9.

Eurydice Orphei uxor. Quintil. lib. 2. Orpheos: Haec fata Mercurio Eurydice formosa, puellas. Tam uisa est superare pares, coelestibus aulis. Quam iucunda Venus dominas superemines omnes.

De Fabulla Martiali lib. 2. Bella es non uimus. Et puella, uerum est; Et diues: quis

enim potest negare?

Galathea nympha. Ouid. lib. 13.

Candidior folio niuei Galathea Ligustri,

Floridior prato, longa procerior alno,

Splendidior uitro, tenero laesimior horto,

Leuio assiduo deiritis a quore conchis,

Solibus hybernis, aestiua gratior umbra,

Nobilior pomis, platano conspectior alta,

Lucidior glacie, matura dulcior uua,

Mellior et cygni plumis et lacte coactio,

Et (si non fugas) riguo formosior horto.

Non aliam ob causam poetae fabulantur Ganymēdē Ioui miscere pocula, quam ob elegantem speciem. Ouid. li. 4. Fast. Horat. lib. 3. Carm.

Galates fuit adolescens forma speciosus, decensque in primis, regi Ptolomaeo propterea usque adeo charus, ut Ptolomaeus ipse quibusdam (qui ad supplicium trahebantur) eiusdem patrocinio pepercerit. autor. Celius lib. 7. cap. 35.

Glycera. Hor. li. 1. Car. Vrit me Glycera nitor Splendentis Pario marmore purius, Vrit grata proteruitas, Et uultus nimium lubricus aspicit.

Veteres fabuloso confinxerunt inuolucro, Gorgonem propter eximium uetustatis decus, mentis mopes et stupidos reddentem, spectatores in saxa deformasse. Celius lib. 13. cap. 9.

Gygis pueri formam describit Horatius li. 2. Car. diuens: Ut pura nocturno reuident Luna mari Gnydiusque Gyges, Quae si puellarum infereres choros, Mirae fugaces falleret hospites, Discrimen obsecrum soluit Crimibus, ambiguoque uulsa.

Helene forma poeitis omnibus catanissima, laudem meruisset maximam, nisi ea Troiae ruinam, bellique decemualis causam attulisset. At nemo est, cui non sit oblitio, quum

tantae cladis et calamitatis uenit in mentem. Paris apud Ouid. formam illius ueneri comparat, dicens: His similes uultus (quantum reminiscor) habebat, Venit in arbitrium quum Citherea meum, &c.

Celebratur etiam Hermiones Menelai filiae pulchritudo. Vnde Propert. lib. 1. Tu licet Antiope formam Niobeidos, et in Spartanam referas laudibus Hermionem. Pont. lib. 1. Amorum.

Hiera fuit uxor Thelephi, mulier omnium (quas Prothesilas uidit) maxima et pulcherrima.

Proposita de muliebri pulchritudine certamina plerisque in locis legimus: sicut in Cereris Eleusinae festo prope Alpheum, ubi uictrix Herodice meruit palmam. Celius ap. 9. lib. 13.

Herodotus scribit, Hippoclidem Tylandri filium diuitijs et forma inter Athenienses praecipuum fuisse.

Fuit tam elegans et concinna Hippodamiae pulchritudo, ut ad impetrandas eius nuptias celebrata sint certamina procorum. In quibus quum uictor euassisset Pelops, puellam duxit uxorem. Propertius: Nec Phrygium falso traxit cantore maritum Aduesta externis Hippodamia rotis: Sed facies aderat nullis obnoxia gemmis, Quae Apellaeis est color in tabulis. Idem lib. 2. uocat Ischomachen.

Hippolytus Thesei filius, fuit etiam pulcherrimus. Virg. Ibat et Hippolyti proles pulcherrima bello Virbius.

Hyas Atlantis ex Aethra filius. Ouid. lib. 5. Fast. Nondum stabat Atlas humeros oneratus Olympo, Quum satus est forma conspiciendus Hyas.

Hylam Thyodamantis filium ob formam edamauit. Hercules, et Nymphae rapuerunt.

Mart. Pulcher Hylas teneram meris in ora manum. Propertius: Cuius ut accense Dryades calore puella, Mirata solitos desistere choros, &c.

Hypsiphile. Stat. lib. 4. Theb. Errantes subito pulchram in maeore tumentur Hypsiphilem. Fuit Thoantis filia, a quo Thontias appellatur.

Iason. Medea apud Ouidium Iasoni loquens: Et formosus eras, et me mea fata trahebant, Abstulerant oculi lumina nostra tui.

Ioseph. Mantuanus in Maria: Sic alacer Samson, sic et formosus Ioseph.

Iulius filius Aeneae ex Creusa. Verg. libro 7 Aeneidos: Primi que duces et pulcherrimus Iulus.

Iuuenius Catulli amafius. Idem Cat. Melitos oculos tuos, Iuueni, Si quis me sinat usque basiare, usque ad millia basiem trecenta, Nec unquam saturum inde cor suum est.

Lais Corinthia meretrix fuit speciosissima. Ouid. lib. 1. Eleg. Qualiter in thalamos formosa Semiramis isse dicitur, et multis Laïs amata uiris.

Lamia, autore Plutarcho, puella fuit speciosissima, a Demetrio adamata, quae et tibijs optime cecinisse dicitur. Haec primo canendi modulandique suauitate gratiam sibi apud omnes comparauit.

Laodamia. Catullus: Quo tibi cum casta pulcherrima Laodamia. Et Pont. libro 2. de Amore coniugali.

Lauinae forma fuit origo belli inter Aeneam et Turnum, quorum uterque eam sibi uxorem dari uolebat. Vergilius libro duodecimo flauos eius crines, et roseas appellat genas.

De Lauro Mezentij filio Vergil. lib. 7. Aeneid Filius hunc iuxta Lausus, quo pulchrior alter Non fuit, excepto Lauentis corpore Turni.

Leda. Sivez: filius: Formosæ meruit Iuppiter oscula Lede.

Museus poeta formam Lændri pueri ex Abylo (qui Ero puellam adamauit, et ab ea redamatus est) multis laudibus commendat.

Catullus de sua Lesbia sic inquit: Lesbia formosa est, quæ quum pulcherrima tota est, Tum omnibus una omnes surripuit Veneres.

Ligurinus Horatii fuit amastus, forma itidem eccellente, ut ipsius poetæ testimonio constat. Idem quoq; Lycum celebrat, dicēs: Et Lycum, nigris oculis, nigroque Crime decorum.

Lucretiæ formam tanti fecerunt Romani, ut eam suis monumentis ubique celebrauerint, et uindicauerint à mortalitate: nec solum ob eximiam pulchritudinē, uerum etiam ob castitatem, quod uim Tarquinij gladio sit ulta.

Lycaste Priami filia tantæ fuit pulchritudinis, ut Polydamas Anthenoris ex Theano Hecubæ sorore filius, illam ex concubina uxorem sibi copulauerit. Fuit et alia Lycaste, quæ ob pulchritudinem Venus uocabatur.

Lycoris Cor. Galli amastia. Mart. lib. 6. Fœmina præferri potuit tibi nulla Lycori. Propert. lib. 1. Et modo formosa quam multa Lycoride Gallus Martius inferna uulnera lauit aqua.

Magnes Smyrneus fuit adolescens, omnium sui seculi pulcherrimus, cuiusq; propterea gratissimus, sed maxime Gygi Lydororum regi. Quod fr̄es agrè parentes,

capillos ei totum serunt, ut aliquid de pulchritudine minueretur. Indignatus uerò Gyges bellum mouit in Magnesium. Pausanias apud Volaterranum.

Maia Atlantis filia. Ouid. libro 5. Fast. Quarū Maia suas forma superasse sorores Traditur, et summo concubuisse Ioui.

Tibullus Marathi amastij sui formam ueribus commendat.

Scribit Aelius Sabinus, tantam pulchritudinem oris fuisse in filio Maximini, ut etiam caput eius iam morte nigrū, iam maceratum defluentis tabo, pulcherrimum tamen uideretur.

Narcissus filius fuit Cephisi et Lyriorpes, à multis Nymphis ob pulchritudinem amatus: cuius desiderio quæ Nymphæ ipse intabescerent, mutatus est in florem sui nominis. Vergilius in Batarum: Non illinc Narcissus abest, cui gloria formæ igne Cupidino proprios exarsit in artus. Ouid. lib. 3. Met.

Nearchi formam commendat Horat. lib. 3. Car. Ode 30. ubi ait: Fertur et leuius creare uento Sparsum odoratis humeris capillum, Qualis aut Nireus fuit, aut aquosa Raptus ab Ida.

Nireus fil. Caropi et Alage, puer fuit à Naxo admodum speciosus, cuius formam Homerus suis carminibus dignatus est. Horatius lib. 3. Carm. Qualis aut Nireus fuit, aut aquosa Raptus ab Ida. Idem in Epodo: Formaq; uincas Nireæ. Ouidius lib. 4. de Ponto. Propert. lib. 3. et Pontanus lib. 3. de Stellis.

Nisus Megarensum rex ob pulchritudinem capillos aureos fertur habuisse. Tibullus libro primo: Carmine purpurea est Nisi coma.

Omphale regina Lydorū fuit facie adeo præstanti,

præstanti, ut ei se submisserit Hercules. Pro pert. lib. 3 Omphale in tantum formæ proest honorem, &c.

Panthea uxor fuit Abradæ uiri nobilis apud Persas, quæ Cyro expugnatis Assyriorum castris duxerat captiuam. Abradæ autem absente, et apud Bactrianos legata agente, Araspæ Medo seruanda tradita est, qui apud Cyrum affirmavit, nodum esse ortam, aut omnino inuentam totam Asia pulchriorem. autor Xenophon apud Cælium lib. 7. cap. 53.

Fuit et formosus Paris, dicente Ouidio: Dux Paris Priamide damno formose tuorum.

Parthenopæum Meleagri et Atalantæ filium, seu (ut alijs placet) Martis et Menalippes, forma fuisse liberali scribit Statius: Pulchrior haud illi: triste ad discrimen iuro Fons fuit in syluis, qualis iam castidmissa Parthenopæus erat.

Hominum pulcherrimum fuisse prædicant Phæon, quem inter lactucas occultari Venus. Dicuntq; oblatum eidem ab ipsa Venere alabastrum unguenti, quo quum se obliuisset, factus est omnium formosissimus, proptereaq; adamatus à Mitylenæorum mulieribus, sed maxime à Sappho poetria, Scamandræ filia. Cælius libro 5. cap. 43. Eius formam Ouidius sic scribit: Hunc ne pro Cephalo raperes Aurora timebam, &c.

Phædrus Eliensis, Socrati Platonicq; familiaris, à domino Lænone (dictu infandum) ob excellentem formam coactus est se prostituere, uoq; corpore questum facere. Volaterranus.

Plutarchus in Lucullo scribit, Præciam quandam fuisse in urbe Roma fœminam, asuustate formæ nulli secundam, quæ sua

pulchritudine Cethegum sibi deuinxerit, adeo ut nihil probaretur Cethego, quod Præcia non iussisset.

De Pyramo et Thysbe Ouidius lib. 4. Metamorph. Pyramus et Thysbe, iuuenum pulcherrimus alter, Altera, quas Oriens habuit, prælata puellis, Cõtiguas habuere domos.

Psammiticus rex Aegypti Rhodopen meretricem ob pulchritudinem matrimonio sibi iunxit.

Magnus Alexander, totius propè Orientis uictor et imperator, Rhoxanam Satrapis barbari filiam matrimonio sibi iunxit ob solam eius pulchritudinem. Vide Curtium libro 5.

Quæ Catullus poeta Epigrammaticus formam Roscij pueri amastij sui his uersibus celebrat: Constiteram exorientem Aioram fortè salutans, Quum subito à lauis Roscius exoritur. Pace mihi liceat cœlestes dicere uestra, Mortalis uisus pulchrior esse Deo.

Scribit Cælius, Scipionem, cognomento Demetrium, apud Romanos forma fuisse amabili et eleganti.

Fuit etiam in Semiramide eximia pulchritudo, et facies imperio digna. Vnde et mortuo marito Persis imperauit usque ad prouectam filij etatem. Ouidius lib. 1. Elegiarum:

Qualiter in thalamos formosa Semiramis isse dicitur.

Serranus. Vergilius lib. 9. Et iuuenens Serranum illa qui plurima nocte Luserat insignis facie.

Sisigambis uxor Darij nulli suæ etatis fœminæ pulchritudine cessit, teste Curtio: quam tamen uictor Dario Alexander non solum non uiolauit, sed et summam

adhibuit curam, ne quis captiuo corpori illuderet.

Spurina fuit egregius adolescens, qui quæ feminas uirosq; ad libi linem solo decoro aspectu prouocaret, pulchritudinem oris sponte uulnerib. deformauit. Val. Maximus de Verecundiâ.

Saxo Grammaticus li. 8. Danicæ historie scribit, Suauildam reginam tantæ fuisse pulchritudinis, ut quum uincta loris exposita esset equinis calcibus obterenda, ipsius quoque iumentis horrore fuerit, artus eximio decore præditos sordidis lacerare uestrigij.

Sulpitiæ formã comendat Tibul. lib. 4. Illius ex oculis quum uult exurere diuos, Accendit geminas lampadas acer amor. Ferunt Albium Tibullum poetã Elegio graphum corporis forma admodum præstanti fuisse. Vnde Horat. de eo loquens: Nō tu corporis eras sine pestore, Dij tibi formã, Dij tibi diuitias dederant.

Paulus Diaconus scribit, Theodotē puellam, genere Romanam, forma fuisse conspicua & mirabili, flauis promissisq; capillis ad pedes usq; pendentibus, eaq; pulchritudine inescatum Cunibertum regem, amore puellæ exarsisse.

Thetidem deam maris poetæ niueam et formosam faciūt, quod perpetuis aquis abluatur. Catullus: Tēne Thetis tenuit pulcherrima Neptunine.

Thybe amata Pyrami. Oui. li. 4. Met. Pyramus & Thybe iuuenem pulcherri- mus alter, Altera (quas Oriens habuit) prælatâ puellis.

Turnum à forma plerisq; in locis comendat Verg. ut lib. 7. Petit ante alios pulcherrimus omnes Turnus auis, atavisq; potens. Item: Ipse inter primos præstanti cor-

pore Turnus Vertitur arma tenens, & toto uertice supra est.

Tyro puella Salmoniæ filia ob formam Neptuno adamata est. De his Prop. li. 11.

Vioiantillam Stellæ portæ uxore, multis uerbis commendat Stat. lib. 1. Syll. Idem paulo post: At tu pulcherrima forma Itali dum, tantum merito possessa marito.

Habuit Xerxes in exercitu 68 myriades, quæ ratio habet bis & quinquages cētum octoginta tria millia hominum. Herodotus tamen scribit, in tantum mortalium numero neminem fuisse pulchriorem rege ipso, aut proceriore statura.

Sunt alij permulti pueri & puellæ, in quibus elegans fuisse pulchritudo memoratur, ut Pyramus, Pelops, Idas, Castor, Polylux, Iason, Artaxerxes, Cyrus, Troilus, Patroclus, Hymen. Ex fœminis Pasiphae, Ariadne, Berenice, Hermione, Bryseis, Penelope, Deidamia, Ersilia uxor Romuli, Ero, Virginia, Anaxerete, Antigone, Arachne, Arethusa, Arsinoe, Polyxena, Pelagia, Lycaste, Iacasta, Hecuba, Cassandra, Hesperie, Cleopatra, Chælia, Iia, Sibyllæ, Vestales, Heroine, et aliæ propè infinitæ. Quas qui scire uolet, auctores reuoluat.

DEFORMES.

BRotheus Vulcani & Mineræ filius, de formi facie dicitur fuisse. Ob quam dum plerisq; esset ridiculus, animi dolore se in rogum coniecit, teste Ouidio in Ibin: Quodq; ferunt Brotheum fecisse cupidine mortis, Des tua succensa membra cremantia pyræ.

Hipponaxi poetæ lambographi deformitatem suis tabulis expresserunt Bubalus & Anterimus pictores: eamq; imaginem, quod in notabili esset uuitus feritate, propotens in ridentium circulis magno ioco malo.

lo. Indignatus enim Hipponax utrunque suis Satyris tanto retaliauit sœnore, ut ambolaqueo se præfocauerint. Plinius cap. 9. libro 36.

Aiunt & Corytheum quempiam fuisse hominem notissimæ deformitatis, quiq; liberos suscepit patrem infelicissima forma referentes: unde fluxit adagium, Corytheo deformior. Erasmus.

Homerus scribit Thersitem omnium, qui ad Troiam uenerunt, foetissimum fuisse, totumq; hominem à capite ad pedes ita graphicè depingit, & corporis uicia, & animi morbos, ut dicas pessimum ingenium in domicilio se digno habitasse, inquit Erasmus. Vnde adagium, Thersitæ facies. Ouidius lib. 4. de Ponto.

Damon fuit pedotriba quispiam insigni clauditate deformis, qui quum crepidas retortis suis pedibus congruentes surto amississet, imprecatus est, ut eius pedibus conuenirent, qui surripisset. auctor Cælius.

Ferunt Aesopum è Phrygia fabulatore, omnium quoq; turpissimum extitisse. Fuit enim nigerrimus, unde illi datum nomen: Nam Aesopus, & Aetiops idem ferè significant. Corpore præterea gibbosus, uerum ingenio (quo deformitatem illam pensauit natura) clarissimus. Cælius lib. 8. cap. 474.

Aiunt Socratem philosophum fuisse simis naribus, recalua fronte, pilosis humeris, et repandis cruribus. Propterea quum duæ uxores Xantippe et Myrrha zelotypia quadam in contentiones uenirent, illis inter se iurgantibus dicebat: Quid propter me iurgia simul exercetis, quem adeo deformem peperit natura?

Epicetus uerò philosophus fuit clau-

du: unde ei hoc distichon à Macrobio posuitum, Seruus Epicetus genitus sum, corpore claudus, Paupertate Irus, dijs et amicis ego.

Hermippus poeta fuit Atheniensis, altero captus oculo. Volat.

Colomanus rex Pannoniorum post Ladislaum dicitur fuisse ore improbo, luscus, claudus, gibbosus, & lingua blesus. Volaterranus.

Vergilius scribit Polyphemum cycloperem Siculum fuisse in oculū, ubi ait, Et telo lumen terebramus acuto, Inges quod torua solum sub fronte gerebat. Atē, Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum.

Poetæ quoq; fabulantur Vulcanum claudum fuisse, ac toto deformem corpore, dicuntq; propterea parentes infanti non risisse, suoq; cubili admisisse. Verg. Incipe parue puer, cui non risere parentes, Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. Ouidius lib. 2. Eleg.

Martialis Philetem puellam luscam fuisse, & altero lippâ oculo uidetur innuere lib. 1 ubi ait: Oculo Philenis semper altero plorat, Quo fiat istud queritis modo? Lusca est. item libro 2. Cur non bastio te Phileni? calua es. Cur non bastio te Phileni? ruffa es. Cur non bastio te Phileni? lusca es.

Idem auctor lib. 3. ait, Vetustinam tres habere dentes, tres capillos, peclus cicadæ, crus formicæ, rugosam frontem, mammas aranearum castibus pares, os rictibus crocodili simile, cantum ranarum & culicū, noctuæ uisum, hirci factorem, & pleraq; alias deformitatis inhonestas notas.

Olim creditū est eos septem diebus formosos fore, qui leporem esitassent. Propterea

rea idem Martialis Gellie deformitati illudens, ait eam nunquam fuisse leporem, his uerbis:

Quā leporem mittis, semper mihi Gellia mandas,
Septem formosus Marce diebus ei is.
Si uerum dicis, si uerum Gellia mandas,
Edisti nunquam Gellia tu leporem.

Idem Martialis lib. 11. Zoili sui deformitatem sic depingit: Crimen ruber, niger ore, breuis pede, lumme laesus, Rem magnam prestatas Zoile, si bonus es.

Galba imperatori corpus fuit gibbo de forme, autore Macrobio.

Afferuntur et alia de forma philosophorum. Zeussippus dicitur fuisse ceruice curuus, Aratus panda, Zeno fronte contra cilia, Epicurus cute distenta, Diogenes barba comante, Socrates cadente, Aristoteles brachio exerto, Xenocrates crure collecto, Heraclitus oculis fletu clausis, Democritus labris risu apertis, Chrysippus digitis propter numerorum indicia confusis, Euclides propter mensurarum spacia laxatis, Cleanthes propter utrunque corosis, autor Sidonius libro nono.

MORBI DIVERSI.

A Crocodona ulcera sunt uerrucis similia, ubi sub cute coit aliquid duri, et interdum paulo asperius.

Albugo est macula quedam in oculo a colore subalbida, qui ex glutinosa pituita procedit. Plinius: Qua alligata oculo, albugines tolli dicuntur.

Alopecia morbus est in capite humano ex uitio humorum proueniens, dicitur a uulpe quam Graeci Alopecca dicunt, quod ex bro hoc genus morbi patiat: uel ex proprietate urinae eius animalis, qua ut aspersa herbae crescant, neque renascuntur nouae, ita quoque pilos decutit hic morbus, qui postea non succrescunt. Vocatur

aliter Alopeciasis, et Alopecades uasfer seu uulpio dicitur. Plinius ait, hunc morbum Linguae herbae radice combusta et trita emendari.

Plutarchus scribit Alphon morbum esse quemdam, quo quauis laboraret Atossa Artaxerxis filia, nihilominus a patre in uxorem ducta est.

Amaurosis morbus est uisum impediens in columi pupilla, ferè citra ullum dolorem.

Amblyopia idem propè est cum Amaurosi, quando ita premuntur oculi, ut exerciti persequerent, et plus iusto patentes sunt, ut contingit athleticis in certamine compresis.

Amphimerimon febris est quotidiana, quae ex humoribus corruptis, ac praesertim pituita, coalescit. Plinius capite decimo, libro 28.

Ancurysma tumor est arteriae praclusa, è sanguine et spiritu causam trahens. Fit autem, cum uulnerata arteria pellis nequaquam superinducitur.

Angina morbus est acutissimus, fauces occupans et strangulans, qui aliter Tonfa seu Tonfilla dicitur, ab Hippocrate et Galeno Synanche: tracto etymo ab angu uerbo, quod hominem angat. Plaut. Vellem me in anginam uerti, ut huic aniculae fauces praoccuparem. Fit autem quando nec tumor, nec rubor ullus apparet, sed corpus aridum, et uix spiritus trahitur.

Archeus medicus dixit, morbum hunc ex frigore frigidisque positionibus generari. Anginae genera tria sunt, Synanche, Cyananche, Parasynanche. Iulius Modestinus apud Macrobius testis est, Angerone deae olim sacrificatum, quod populus Ro. hoc morbo praemisit uotis liberatus sit.

Anorexia

Anorexia est morbus quidam, quo affectu cibum respiciunt, et fastidiunt, pelliturque olfactu aceti, et alijs odoribus acutis.

Apoplexia seu Apoplexis dicitur subita percussio, et uelut quaedam constrictio, quam qui patiuntur, dicuntur Apoplectici. Hoc morbo periit Valentinus subiti sanguinis eruptione. Si fiat in parte corporis tantum, Hemiplegia dicitur. Hunc morbum Latini Stuporem uocant. Galeus ait in Apoplexijs totum corpus sensu priuari ac motu, solumque superesse anhelitum, qui si prohibeatur, maxima est et acutissima apoplexia. Fit autem hic morbus interdum fulminans ictu, interdum morbo.

Apophthosis dicitur pruritus palpebrarum, quum pili earum decidunt, quarum Diabrosis, Distochiasis, Phibiriasis etiam sunt uicia.

Apostemata dicuntur corruptiones earum, musculorum, uenarum, et arteriarum, quae initio rubra et dura sunt, deum quum maturuerunt, multam emittunt saniem.

Apthe ulcera sunt in ore summo, infantibus plerumque peculiariter, uitio lactis (quo nutriuntur) calido humore corrupti. Oriuntur et in profectis aetate, quando humoribus calidis concurrentibus tumescunt ora aspectu sanguineo.

Argema est morbus oculorum, quum uelut circulum oculi infestat. Irim Graeci, et Leucoma a candore nominant. Latini Albuginem. Fit autem quando ex plaga tenui uenis fractis sanguis suffunditur toti oculo, deinde nigrescit.

Arquatus morbus dicitur a narietate colorum arcus caelestis, quos affectorum facies reddit. Plinius scribit, hunc morbum

et Isericum eundem esse cum Regio morbo, ab Iserone aue, quam nos Galgulum dicimus. De hoc Lucretius lib. 4.

Lurida praeterea sunt quaecumque tumentur Arquam, quia furoris de corpore eorum Semina multa sunt, similia Chris obuia rerum. Multaque sunt oculis in eorum denique mixta. Quae contagio sua palloribus omnia pingunt.

Arthritis dicitur articularum affectio, sicut Pleuritis, costarum: et Nephritis, renium.

Athrophia morbus est maciem contrahens, quando corpus non alitur, continuo alii quibus decedentibus, et nullis succedentibus.

Aurigo morbus est, qui et Regius dicitur. nomen habet a colore auri, quem bilis per totum corpus diffusa representat. Quo qui laborant, Auriginosi uocantur.

Batrachus est tumor sub lingua maxime pueros infestans.

Branchus species est Catharri guttur arripiens, quando fauces arteriarum asperitate lesae sunt.

Bubonocle morbus dicitur, quando in testinum usque ad inguen duntaxat eruperit, aut decubuerit.

Bulimus dicitur morbus, quum ob fauorem stomachus deficit, paulatimque adeo frigeat, ut extremae partes destituantur. Curatur autem aceti aut panis calidi olfactu: aut si extrema membrorum calida aqua abluantur.

Cachexia est malus corporis habitus, omne alimentum corrumpens, quando corpus longo morbo extenuatum reflectionem ob debilitatem non accipit. Prouenit etiam quandoque a retentione excrementi.

Cerium genus est ulceris, dictum a fauui similitudine quam habet. Plinius: Ramorum sicut teneri cauliculi cum melle ulceribus (quae Ceria uocantur) illinuntur.

Calculus morbus est in renibus, pro

ueniens ex defectu concoctionis. Fit etiam in uescica, tum appellatur Lithis.

Cancer canceris, morbus est nascens in omnibus ferè corporis partibus, sed maxime in mammis mulierum, quæ naturali menstruo non purgatur. Ouid. lib. 2. Met. Utq; multum late solet immedicabile cancer serpere, & illas uittatis addere partes. Cato de Rustica, Cancer, canceri, ponit in musculo. Eadem inquit brassica uulnera putrida, Cancrosq; purgabit. Alter Carcinoma, seu Carcinus dicitur. Crimetus ait Cancrum differre ab Elephantiasis, quod Cancer unicum duntaxat membrorum occupet, Elephantiasis uerò uniuersum corpus passim contagio depascatur.

Carbunculus est tuber, seu uilium proueniens ex inflammatione, diciturq; ab igneo carbone propter inflammationem. Super eum pustula eminet maxime nigra, interdum subliuida, aut pallida, in quibus sanies esse uidetur. Hunc morbum Graeci Anthracem uocant. Plinius libro 16. ait, Carbunculum in Italiam primum uenisse L. Paulo et Q. Martio censoribus, ac esse peculiare Narbonensis prouinciæ malum.

Carcinoma, sunt qui idem esse putent cum Cancro, nisi quod maxime in superioribus partibus circa faciem, nares, et aures prouenit. Cato ait hunc morbum sanari brassica trita.

Cardiacus morbus est in ore uentris, qui accidit cum febre acuta, & motu arteriarum frequenti, recreaturq; flabellu uentilatione.

Caros species est Lethargi, uehementem somnum inducens.

Catoche & Carbalipsis morbus est in aere Lethargum & Phrenesim medius, me-

lancholico humore cum febre ueniens, quum effectus oculos quandoq; apertos, quandoq; concretos & immobiles habet sine sensu.

Cephalea morbus est acutus & pestilens, qui totum caput infestat. Qui dimidia solum capitis parte laborant, hemicranici dicuntur. Cephale caput significat.

Chalazia morbus est precedenti similitudinis, quando tuberculum album modo grandius innascitur.

Chemosis morbus est oculorum, quando ex tumore uehementi utraq; palpebrae conueniuntur, ut uix liceat conuiuere.

Chiragra dicitur manuum morbus, quo qui laborant, Chiragrici dicuntur. Horatius: Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.

Cion seu Cionida tumor est in gutturo, quando scilicet exerscens caro in faucibus ex rheumate impedit uocem.

Cirfocele morbus est coelorum, quum tumescens uenæ scrotum implent, sitq; testiculorum alter maior altero.

Cœliacus uentris morbus, quum emolita aluo, liquida egeruntur causa debilitatis. Causa morbi est, superfluum et frigidus cibis, continua frigora, aut calores uehementes.

Comitalis morbus est tantam animi consternationem afficiens, effectumq; adeo mente alienatum et attonitum reddens, ut tremētibus membris, uenisq; palpitantibus in terrā decidat. Vnde et Caducus dicitur. Vocatur etiam Hercules, quod eo laborauerit Hercules. Itē, Morbus sacer, quod in eam maxime partem seuiat, quæ sit sanctissima. Comitalis autē, quod prius Romanorum (qui eo laborauit) effectus sit in comitijs. Huic morbo præcipue-

Jun

sunt obnoxij uiri qui atra bile uexantur, et ingenio clarent.

Condyloma tuberculum est insanabile, nascens circa coronam podicis. proueniens ex inflammatione: in quo sunt eminentes tumores, figura rotunda, nunc molles, nunc duri. Tres autem præcipui podicis morbi sunt Rhagadia, Hemorrhoids, Condyloma.

Cophosis aurium morbus surditatem affert.

Coridapsus morbus tenuioris intestini, quem iuniores iliacum nominant.

Coriago morbus est pecoris bubuli, quum pellis ita tergori adheret, ut apprehensa manibus à costis deduci nequeat. Prouenit hic morbus, si bos ex aliquo languore maciem contraxerit, aut sudans in opere, postea refrixerit.

Corix morbus humore nasum obturans, Latine Grauedo.

Crethe est tuberculum, quod nascitur in palpebra, hordei similitudine. Vnde & Hordeolum uocatur.

Cysanche dicitur pituita crassa in fauces & ceruicem delata, qua maxime laborant canes. Vnde etiam tractum erymum. Tunc uox nihil potest exprimere.

Diabetes est morbus renum, qui inuenteratus ex prauo humore congesto maxime mam inducit sitim. Curatur superflui humoris euacuatione.

Discoia appellatur difficultas auditus.

Dracontium morbus est apud Indos et Aegyptios, proueniens in membris musculosis, ut gutture, brachijs, coxis, cruribus.

Dysenteria est intestinorum exulceratio, qua qui laborant, uocantur Dysenterici; Latine Tormina dicuntur. Prouenit

quandoque ex cibo, aut acuto, aut minime concocto.

Dysuria uocatur urinae difficultas, dum uescicae passionibus urinam ipsam supprimit.

Dyspnoea est difficultas spirandi.

Ectropia morbus est oculorum Lagophthalmiae contrarius, dum palpebrae deorsum conuertuntur.

Elephantus, Elephantia, seu Elephantiasis, morbus est similis lepræ, crebras in summa corporis parte gignens maculas, ac tumores, rubore paulatim sese in atru uertente. Hoc affectus morbo omnes corporis partes neuulis quibusdam rubris inflantur. Nomen tractu ab elephanto animali, cuius cutis ulcerosis uallibus exaratur. Scribit Plin. morbum hunc in Italia non fuisse ante Cn. Pompeij tempora. De hoc Lucretius lib. 6. sic inquit: Est Elephas morbus, qui propter flumina Nilis Gignitur Aegypti in medio, neq; præterea usquam. Galen. Elephantiam inter infantiles morbos numerat. Differt à lepra, quoniam lepra habet cutis impetiginem quandam, et ueius scabiem. Elephantiasis uerò non cutem solum, sed neruos & ossa uitit.

Emphyisma est spiritus in flatu sub cute. Fit quandoq; in uentre & in intraneis. Empyema morbus est Thoracis, procedens uel ex sanguine commaculato, uel alii cuius uisceris ulcere.

Encephalitis morbus est oculorum, quum in ipso unguis tuberculum est, quod palpebras parum diluci patitur. Est autem nauis frequens.

Emphyisma seu Sympyosis dicitur tumor & in flatu palpebrarum.

Enterocella morbus est intestinorum diffusum in testiculos. Martialis li-

br. 3. bro.

bro 10. Enterocellarum fertur Podalyrius Hermes.

Ephialtes morbus est, quo affecti nocturne strangulari putant, aut membris aliquibus detineri, aut ex alto cadere, aut uoce et parata uenere prohiberi. Hic si inueterauerit, apoplexiam, aut epilepsiam afferet. Prouenit ex atra bile, et crassis humoribus ad cerebrum tendentibus.

Epialos species est febris ex pituita frigida procedens.

Epicauma ulcus est sordidum, ex cuius purgatione humida, quae sunt intus, effluunt.

Epimyctis ulcus est aciem hebetans, et in cingulo oculi perpetim humor emanans: quem morbum ait sanari illius porri sectiui folijs.

Epiphora morbus est oculorum, quum humoris descensu anguntur oculi. Plin. ait carnem peporum Epiphoris oculorum prodesse. Columella, Magadarim contusam conspersa polenta ipsum morbum suppressere.

Epneum atosis dicitur uentris inflatio humoribus pituitosis in uapores resolutis ex mediocri calore.

Epulis tumor est iuxta dentem geniuum, quandoq; cum febre et dolore uehementer, adeo ut hiscere hominem prohibeat.

Eros morbus est melancholice, ex nimia amoris aegritudine proueniens, qui curatur uini potatione, balneis, spectaculis, et alijs rebus iucundis, mentem ab eo tormento auocantibus.

Febres sunt uariae: Quotidiana, quae accidit pituitosis, quandoq; pueris hyemali tempore, et senibus ob nimium cibum, uel in uita maxime otioso. Hec certam habet periodum, et aliquando desinit. Hanc

Graeci uocant Aphemeriam. Putris febris cognoscitur ex pulsu arteriarum in aqua, calore magno et fumofo. Hec sanatur missione sanguinis, et humoris euacuatione. Continua non habet remissionem. Febris Acuta cognoscitur lingua affecti nigra, siccis extremis, lutea et uehemente siti, in quiete nocturna, et mens alienatione.

Tertiana uno die perflat, tertio postea redit. Habet originem a flaua bile, horroremq; ac sitim infert ab initio, ac propterea tempore aestiuo plerumq; uenit. Curatur alui decoctione, urinae prouocatione, et potione opiij. Quartana oritur a frigido humore, et atra bili. Calore tertiana inferior est. Propterea plerumq; solet esse autumnalis. Sanatur dieta, uno tenui et albo, ac trib. pl. peris gratis quotidie ex aqua sumptis. Dicitur aut febris a feritate. Ea affecti dicitur Febrile, Febricitare, et Febricitari.

Ficus uitium est oculis adnascens, quod non facile potest auelli. Nasciturq; ex nimio pruritu, in his maxime partibus, quae pilis conteguntur.

Furunculus tuberculum est cum inflammatione et dolore, quod in pus ueniat.

Gangilium est morbus in capite, quum humor quidam includitur. Est etiam nerui alicuius contorsio.

Gangraena est quaedam scabies curatu difficilis, quando itidem tumor ingens efficit aliquod membrum.

Genusam Plin. lib. 26. ait morbum esse inter digitos pedum nascentem.

Glaucoma genus est morbi cristallini humoris mutati in colorem glaucum.

Gonorrhoea est emissio urinae nimis uoluntaria, ex debilitate proficiens, cui occurritur abstinentia rerum inflatum.

Har-

Harpe est humor ex flaua bile proueniens, qui totum corpus late corrumpit.

Hæmorrhoidis genus est morbi, quo affecti sanguinis fluxum patiuntur. Plin. ait Alitum potu, uel cibo, uel illius priuam contra hæmorrhoidas prodesse.

Hæterocronia morbus est capitis, quum caput ipsum inaequaliter dolet tumetq; et inter pilos rotunda et tumida surgunt ulcera.

Herculanus morbus est ex eorum numero, quibus nulla medicorum ope succurri potest. Nasciturq; quoties caro in humorem crassum et spumidum colliquescit. Vocatur aliter Diuinus seu Sacer, quod diuinam, id est, rationalem animi partem uiolet.

Hydrocella morbus est, quum intestina desuunt ac colliguntur. Mart. lib. 12. Omnes quem modo coeli timebant, Dicentem tumidas in hydrocellas.

Hydrocephala est capitis morbus, ubi humor cutem inflat.

Hydron seu hyderon genus est morbi, quum distenditur aqua cutis.

Hydrops, seu Hydropisis est morbus aqueus subcutaneus, quando scilicet sub cute est aqua, quae facit uentrem turgescere et inflari. Quo morbo qui laborant, explere sitim nequeunt. Horatius: Crescit indulgens sibi dirus hydrops, Nec sitim pellit, nisi causa morbi fugerit uenis, et aquosus alio Corpore languor.

Hypisphasma dicitur ruptio uenas ex illa et uena plerumq; procedens.

Hyptasmus est conuersio stomachi ex humore imperante.

Icterus est diffusio bilis per totum corpus, quae interdum nigra, interdum flaua est: diciturq; ab ictero aue, cuius aspectu

sanatur. Cognoscitur hic morbus ex colore oculorum, quando quod album est, fit luteum. Procedit tam ex splene affecto, quam ex hepate. Eo laborans nulla cibi appetentia mouetur, alba egerit excrementa. Vocatur aliter Regulus, Arquatus, et Aurigo. Martial. lib. 11. Dicit et ictericam forsitan altera moeclia.

Ignis sacer numeratur inter mala alia cetera. Cuius duo genera: Alterum subrubicundum, quod fit in pectore, lateribus aut plantis: Alterum in summa cutis exulceratione, sed sine latitudine. Dicitur sacer, propter admirationem, quo nihil habet cum alijs morbis simile: uel ab Hercule, qui eo laborauit.

Ileos morbus gracilioris intestini, quo affecti dicuntur Ileos.

Impetigo est scedatio cutis cum pruritu. Afferit autem morbum squamosum scabies similem, totum corpus dehonestantem. Sere nus: Si uerò uitiū est quod ducit ab impetione, Hoc matutina poteris cohibere salua. Aliter Petix, et Petigo dicitur.

Intertrigo fit quando nerui in aliqua corporis parte contrahuntur. Cato ait morbum hunc sanari posse, si furculus absinthij pontici feratur sub anulo.

Lagophthalmia morbus est oculorum, quando contractis superne palpebris apertis dormitur oculis, instar leporis.

Leontiasis capitur pro Elephantiasis, quod hoc morbo affecti frontem Leonis modo corrugatam habeant.

Lepra morbus est idem cum Elephantia, aut non multum dissimilis. De quo intellexisse uidetur Horatius, dicens: Vt mala quem scabies, aut morbus regius urget. Hanc alio exulcerari, sanariq; cum erigano, testis est Plin. li. 10. Similitudinem habet

cum Psora, sed altius aliquando penetrat, pulmonemq; adeo corrumpit, & putrefacit, ut eo affecti rauescant, & greges loquantur, & respirent.

Lethargus morbus est Phrenesi contrarius, dormitans, & ex atra bile prouenit. Cui consanguineus Veterinus, alter obliuione, alter somno semisepultus. In lethargo præter somni appetentiã, est quedam mentis alienatio, et rerum propè omnium obliuio. Boetius: Lethargum patitur communem illufarum mentium morbum, sui paulisper oblitus est. Hoc affecti dicuntur Lethargici.

Leucomata macule sunt profunda in oculis.

Lippitudo uitium est oculorum, humorem et lacrymas emittentium, quo Horat. fatetur se laborasse, ubi ait: Hic oculis ego nigra meis collyria lippus, illinere.

Lithiasis uocatur morbus calcularis. Alij ocularem faciunt in conuersis palpebris. Si in renibus accidat, aut uesica, procedit ex defectu concoctionis.

Lycantropia species est melancholiæ, quum more luporum affectus noctu in somnus ululat.

Lychenes masculini generis dicuntur oris ulcera, fursurem cutis excitantia, Latine Mentagra dicuntur. Mart. lib. 11. Non ulcus acre, pustulae uel lucentes, Nec triste mentium sordidicq; Lychenes. Fuit hic morbus Romanis ignotus usque ad principatum Tyberij: autore Plin. libro 26. cap. 1. Aliter etiam uocatur Lychen.

Lyenteria uocatur intestinorum dissolutio, quum cibum non perficitur, sed egeritur incoctus. Lyenteriam qui patiuntur, dicuntur Lyenosi.

Melatheam Plutarchus in Phocione ait

esse morbum, quo laborauerit Dimarchus Corinthius: morbi tamen non exprimit qualitatem.

Mentagra est faciei morbus, nomē sortitur à mento, à quo oritur, occupatq; interdum totos uultus, oculis tantum immunibus. Descendit nonnunquam in colla, pedesq; ac manus, scdo cutis fursure. Vocabulo Græco Lychen seu Lychenis dicitur. Mentigo uerò morbus est pecorum.

Narce est alicuius membri torpedio, seu labore, seu frigore stupefcentis. Narcodes dicitur qui hoc patitur. A Narco pisce hoc malum inferente, qui & Torpedo appellatur.

Nausea uocatur stomachi fastidium, ob circumstante paruū humorē. Cui propè similis Anorexia, id est, ciborū inappetentia.

Nephritis est renum morbus, qui inter acutos numeratur, de quo fortè intellexit Horatius, dicens: Si latus, aut renes morbo tentantur acuto. Nephritici dicuntur omnes, qui hoc morbo laborant.

Otalgia est aurium morbus, quum intus fiunt quidam soni.

Ozenia morbus est, quum multa ulcera ac cruste sunt circa nares, quæ foetidū reddunt odorem, & olfactum impediunt.

Paralysis dicitur neruorū dissolutio, et uirium defectus, aliter Paresis. Hoc morbo qui laborant, nocantur Paralytici. Arguitur autem in hominibus, quum rectum seruare incessum non ualent, & crura uelut ardua conscendentes attrahunt, & in sinistram quandoque dextra circumferunt, quandoq; è diuerso.

Præstima morbus est gutturis & faucium, quando loca gulae angusta præcluduntur, aut nimia uini potione, aut haustu subito alicuius rei acorem habentis.

Paro-

Parotides morbi sunt nariū, qui nascuntur ex capitis humore huc descendente & congesto. Sunt & quandoq; sine tumore.

Paruulis dicitur tumor gingiuarum, cui nisi pharmaca occurratur, in pus ueniunt.

Pernio morbus est pedū ex frigore proueniens, & maxime calcaneum infestans, quem rapo domestico, si feruens imponatur, sanari, testis est Plin.

Petigo maculosus est morbus, totū plerumq; uultum præter oculos occupans. Aliter uocatur impetigo ab impetendo.

Phrenetis morbus est conturbans mentem, et insaniam plerumq; excitans. Fit autem, quum quis uanas imagines accipit. Possidonius scripsit, Phrenesim tumorem esse membranarum circa caput cum febre acuta, qui mentem alienat. Prouenit autem ex fluxu bile. Si humida est, somnos facit profundos: si secca, uigilias: si humida, cū paru frigore stultitiam.

Phthisis morbus itidem oculorū, quando pupilla angustior fit, aut latior ex aliquo capitis morbo, ex quo obiecta apparent esse maiora, quam sint. In hoc morbo fit exulceratio pulmonis ex pituita distillante à capite.

Phymosis uitium est membri genitalis, quando nudum est, aut contactum nudari non potest.

Pituita est morbus capitis proueniens ex catharro. Græcè Phlegma dicitur. Est autem origo omnium languorum, qui ex distillatione fiunt. Quū expirat extrinsecus, uarios humores producit. Intrinsecus uerò cohibita, urætes edacesq; morbos parit. Horatius in epistolis: Præcipue sanus, nisi quū pituita molesta est. Pituitosi hoc morbo affecti.

Pleuritis seu Pleuresis est dolor laterū, quo affecti dicuntur Pleuritici. Quo morbo perijt L. Crassus eloquentium iurisperi uisimus. Afferit plerumq; febrem, tussim, et anhelitus difficultatem.

Pneumonia morbus est pulmonis quando tumescit, proueniens interdum ex uehementi catharro uel pleuriteide.

Podagra est dolor pedum, quo affecti dicuntur Podagrici. Mart. Litigat, & podagra Diodorus Flacce laborat. Plin. ait, hūc morbum rarum fuisse in Italia patrum auroq; memoria, suaq; etiam etate, nec esse incurabilem. Nam in multis sponte desinit, & in pluribus curatur. Vide remedia lib. 20. cap. 12. Quamuis Ouid. lib. 2. de Ponto dicat: Soluere nodo sam nescit medicina podagram. Si est in genu, uocatur Gonagra ab Hippocrate.

Polyposus est narium morbus, ita dictus à similitudine Polyphi animalis. Qui ut acetabulis uenantes maudit, ita quoq; nares iste occupat, usq; ad sermoneis & anhelitus impedimentum. Ponitur inter Carcinomata penè incurabilia. Polyposi sunt, quorū nasus polypo morbo in fœtam magnitudinem excrescit. Martialis: Nasutum uolo, nolo polyposum.

Porrigo genus est morbi, qui crescendo porrigitur & extenditur, unde nomen traxit. Nasctur in capillo, barba, & supercilio. Lucilius: Triste & corruptū scabie & porrigine plenum. Qui hoc infestantur, dicuntur Porriginosi.

Psora species est lepræ, quæ in summa pelle uersatur. Hac qui laborant, ulcera siue pustulas supra modum contingere & scalpere cupiunt.

Psorophthalmia dicitur pruritus palpebrarum.

H Prid.

Priapismus morbus est, quo genitale membrum citra rei uenere cupiditatem extenditur. Cui rebus frigilis occurratur: quo perijt Michael Verinus poeta Hispanus. Alii Prurigo uocatur.

Pterygium membranula est neruosa, oriens sub angulo oculi, quae interdum ita augetur, ut pupillam operiat. Si inueterata sit, chirurgi manu indiget: si mediocriter, tantum collirijs.

Phthiriasis appellatur morbus pedicularis, quo Sylla, Pherecydes, & alij plerique (ut iam diximus) perierunt.

Pilosis oculorum morbus, quum pili superioris palpebrae coniectuntur, uel quum decidunt, aut ordine duplici supernascuntur ex crassitudine palpebrarum.

Pustula est tuberculum nascens in summitate cutis. Plin. Pustulas uocat eruptiones pituitae. Quandoque tamen pustula significat bracteam argenti. Martia. lib. 8. Et nimum felix pustula uincit ebur.

Ramex species est heruiae. Hoc affecti morbo uocantur Ramices. Sanatur solue striruta cum Axungia, autore Plinio libro 10.

Recluium morbus, quum circa unguentis se soluit. Huic similis est Rediuis, quam lana saecida sanat ex aqua frigida.

Regius morbus idem est cum Arquato, Aurigine, & Iberico: uide in praecedentibus. Appellatur autem Regius, quod eo morbo affecti, apparatus regio, ut conclaui cultore, ludisq; & lasciuia saeniuntur.

Sacer morbus uocatur Comitialis, seu Caluicium, quod eo laborauerit Hercules.

Satyriasis morbus est specie Elephantiasis. Quo affecti uulceribus scatent, terro sunt aspectu, ore squalenti non sine dolore.

& pigritia. Neque ulla cibi aut potus uoluptate mouetur. Sic autem dicitur, uel quod lasciuus hominibus (quales sunt Satyri) eneniat, uel quod ora Satyrorum pterorum referant.

Stotoma est morbus, quem nos Vertiginem appellamus, quum tenebrae ob oculos uoluuntur. Procedit autem ex uaporibus ad cerebrum delatis. Affectus solet esse oculorum hebetudo, aurum sonitus, semisurditas. Accidit plerumque, quum surgiunt eo ymno, uel quum fit circūactio corporis, aut ex ebrietate nimia & saturitate.

Styrium tumor est praedurus insensibilis, uixque curabilis.

Striasis morbus est puerorum, & inflammatio circa cerebrum, unde sequitur syncipitis & oculorum incuruitas, cum pallore & siccitate corporis. Plinius libro 22. scribit, Heliotropij folia, in fantium distillationibus, quod Striasim uocant, illi uideri.

Solerophthalmia est oculorum morbus, quando praeduritie palpebrae uix esse somnia aperiantur, & sordes in oculis siccatae remanent, oculique propterea fiunt subrucci.

Sonticum morbum ueteres pro uehementi ac grauisima aegritudine acceperunt, quam Plin. ait suffium lapidis (qui uocatur Gagates) seprehendi. Habet autem uim nocendi grauisimam. Nam Sontire uerbum, est uehementer nocere. Hinc & Sontes rei appellantur.

Spasmus morbus est, qui concreto sereno toto corpore, nascitur ex frigido humore maxime circa spinam masculorum. Ex anteriore corporis parte Hemioprotolō, et posteriore Epistoton. Signa morbi sunt, difficultas anhelitus, motus arteriarum paruus, tenuis rubor in uultu, oculi tumidi, urina

serena

ferè aqua, uel sanguinea. Spastici dicuntur, quibus aliquid intus conuulsus est. Et spasmus nihil est aliud, quam neruorum distentio, siue rigor procedens à siccitate nimia in euacuato corpore.

Sphacelus morbi genus est, quod ex immodica defatigatione solet accidere. Qui dam putant esse tormina articularum, qui dam ossium tabem, quum scilicet membrum aliquod usque adeo scabie corruptum est, ut sine sensu maneat.

Stranguria uocatur urinae difficultas, quando guttatae egeritur. Latine dicitur Substillum. autor Cato de Re rust.

Strophos appellatur intestinorum dolor.

Struma est tumor, sub quo concreta quaedam ex sanie & sanguine quasi glandulae nascuntur, maxime in ceruice, sub alis, & unguibus manus.

Sycosis morbus est, qui aliter Ficus, seu Marifea dicitur. Vide in dictione Ficus. Fit quando caro excrescit.

Synanche morbus est spirituum & fauces occupans, & strangulans, Angina Latine dicitur. Demosthenes pecunia à Mithelisi corruptus, cum postridie à concione flagitaretur, ut in eos orationem haberet, excelsauit Synanchen. Unus autem è turba suspicatus id quod erat, exclamauit non Synanchen eum pati, sed Argyranche, quasi dicas argere anginam. Quibus uerbis significat silentium Demosthenis pecunia à Mithelisi emptum.

Synchysis est oculi confusio, ad plagam aliquam ex qua pupilla turbatur.

Syntexis morbus est ueneris, quando humores eo descenditibus, simile quiddam flauae bilis excreatur. Generatur à febre, urente omnem inrimsecus humorem. Hoc qui laborant, dicuntur Syntectici.

Therionia ulcus est uirilium, interdum etiam aliarum partium, dum multo ac nigro sanguine mali odoris, arta fit caro, & corroditur.

Tonsillae morbus est faucium, carne durata circa guttur. Dicuntur tonsillae in homine, in suae glandulae, autore Plinio.

Tormina morbus à torquendo sumpsit nomen, quum dolore torquetur intestina, exulceratio. Ex his cruor manat, frequens deiecti cupiditas, dolor est in ano. Signum tunc est mortiferum, si carnes egerantur. Nonius Tormines dixit in masculino. Medici dicunt Tormina non esse aliud, quam quum permordetur aluus in intestinorum anfractibus. Si circa umbilicum affigit & lumbos, nescit medicinam.

Trachoma uocatur palpebrarum asperitas.

Trichiasis est eruptio pilorum praeter naturam in ordine palpebrae ex rheumate procedens.

Tussis morbus est arteriarum, qui gignitur uel ex frigore, uel ex pituita in pulmonem descendente. Prouenit quandoque ex uehementi conatu uocis. Interdum ex colore febris. Inueterata difficile tollitur. Sanatur herba, quae propterea uocatur Tussilago.

Tympanites morbus est de genere Hydropisis, quo affectus tamen, & tympani modo inflatur.

Veternus, morbus est somnum & mareorem inducens ex nimio otio & torpore. Hinc pro pigritia & somno plerumque ponitur. Hinc Veternosi.

Vnguis morbus oculorum, qui à Graecis Pterygium dicitur.

Vomica tumor est excrescens in corpore, sanie plerumque emittens. Vomica Plauti crumenam uocauit plenam pecunia.

Vredo morbus herbarū, arborum, fruticum, qui in vitibus dicitur carbunculus, in ceteris rubigo. Plinius: Adurit lacte; ceteros germinū oculos, quod in flore Carbunculum uocant.

Vermina sunt dolores corporis, qui quodam minuto motu, & quibusdam ueluti stimulus uermium instar scindere & pungere uidentur. Verminare est uermibus scaterere. Celsus: Nihil perniciosius pueris, dum uerminant.

Verruca sunt tumores in uultu, quos Graeci Myrmecias uocat. Festus Cossos appellat. Serpunt usq; ad ceruicem, quandoq; dolorem afferentes & pruritus.

Xerophthalmia est oculorum pruritus, tracto nomine a siccitate. Est enim arida lippitudo, quum nec tument nec fluunt oculi, sed grauescunt.

AVCTARIVM.

Alij sunt morbi numero propè infiniti, qui non doctrinam tantum & elegantiam in scriptore postulant, sed experientia quoque. Nam pleriq; omnes qui de his loquimur, sumum solum attingimus, & nebulas pingimus in pariete. Non est hæc nostra mensis. Et dum hoc scribendi argumentū sumimus, nihil aliud assequimur, quam quòd peritorum linguas in nos ipsos acutimus. Multi dum suæ doctrinae ac famæ dilatari uolunt pomæria, minus multò emerentur laudis, quam si quos nouerunt, remos impellerent. Quo fit, ut his relictis, ad mea licia redire uelim. Neq; hoc ipsum de morbis (quantulumcumq; est) delibassim, nisi fuisset animus, his quadantenus satisfacere, qui ex omni dolo aliquid studet pitiſſare, quiq; nihil indiscussum relinqui sibi uolunt. Pergamus, ergo, & finem facturi breuissimum consumamus.

Morbis induntur nomina quam loq; affecto membro, ut Pleuritis a latere, Peripneumonia a pulmone. A causis, ut Mania, Melancholia. A similitudine, ut Elephantice, Leo, Cancer, Ictericus, Polypus. Ab artifice, ut Chironium ulcus. Ab his qui laborarunt, ut Tylosia, Herculanus.

APPELLATIONES eorum, qui uarijs laborant morbis.

A Poplectici, Aurigmosi, Anorectici, A postemati, i, Asmatici, Alsiſi, Alumi, Carbunculosi, Carcinomatici, Chiragræci, Chälazici, Calcülosi, Cardiaci, Coelaci, Comitiales, Colici, Dysenterici, Elephantiaci, Epiphoretici, Estropici, Emphysematici, Enterocecellii, Erotici, Eliosi, Febricülosi, Glaucomatici, Hytropicici, Hydrocephali, Ictericici, Impetigmosi, Ischidiaci, Ischiaci, Leprosi, Lientericici, Lippi, Lagophthalmi, Leucomatici, Lycæbropici, Lethargici, Lymphatici, Mentagræci, Melancholici, Narcotici, Opisthionici, Orithopnoici, Phreneticici, Phthirici, Pituitosi, Pleureticici, Pedicosi, Podagræci, Porrigmosi, Pustulosi, Psorophthalmi, Polyposi, Pneumonicici, Paralytici, Peripneumonicici, Suspiriosici, Spatici, Syntectici, Scotomatici, Strumosi, Torminosi, Tetanici, Veterinosi, Verminosi, Verrucosi, Xerophthalmi.

Q VI MORBIS ALIQ VI bus infecti & affecti fuerunt.

Plotinus Philosophus Platonicus natione Aegyptius, morbo sacro fuit obnoxius. Crinitus lib. 25. Aristarchus grammaticus Alexandrinus (qui floruit sub Ptolomæo Philometore) hydropisi laborauit.

Hieroc.

Heraclitus philosophus hydropisi quoque laborauit, neque tamen uti uoluit medicis. Laertius.

Metrodorus philosophus, Epicuri socius, laborauit Tympanite. Est autem Tympanites species hydropiseos, ut iam diximus.

Ptolemæus Philadelphus rex Aegypti podagræ morbo fuit obnoxius. Plin. l. 7. flore (quum mortem in acie quaereret) medicinam inuenisse.

Idem Plinius scribit, perpetuam suffebre C. Mecænatæ, cui etiam triennio sumpremo; nullo horæ momento contigerit somnus.

Antipater Sidonius poeta omnibus annis uno die, natali tamen, corripiebatur febre, & ea consumptus est satis longa senectute. Plin. lib. 7.

Theopompus Phthirici morbo laborans ab Asclepiade medico sanatus est.

Diodorus podagræ fuisse docet Martialis, dicens: Litigat, & podagra Diodorus Flaccus laborat.

Cambyſes ab ineunte ætate morbo sacro affectatus, nunquam postea satis conuuluit. Nam pleriq; sibi familiares per insaniam occidit. Cælius cap. 20. lib. 9.

In eundem morbum (qui propterea dicitur esse Herculanus) incidit Hercules; uel propter immanes labores; aut imminente lunone, adeo ut in ipsa animi dementia filios interficeret. Crinitus.

M. Crassum ferunt surdastrum fuisse. autor. Cic. lib. 3. Quæst. Tusc.

Vatinius, autore Macrobio, quamuis podagra laboraret; uolebat tamen ut leriuum disceresset, & mille passus ambularet se gloriabatur.

Iulius Viator eques Romanus, coætaneus Volaterrani, laborauit morbo intercutis.

Manilius Cornutus Mentagra laborauit. Ad cuius remedium inueniendum ducens tæsesterita elocauit. Plin. cap. 1. lib. 26.

Seruius Clodius eques Rom. podagræ laborauit, cuius dolore coactus est ueneno crura perungere. Quo factis, sensu prouenit, & uomica laborasse, uulneratoq; pedore (quum mortem in acie quaereret) medicinam inuenisse.

Ennius poeta itidem fuit podagræ, neq; tamen propterea abſtinebat a musis. Pont. de fort.

Liuus Drusus Tribunus plebis, quum eo morbo laboraret, Anticyram profectus, sumpto ibidem Helleboro conualuit. autor Gell. cap. 25. lib. 17.

Iulius Cæsar extrema ætate animo linitus, qui consueuit, atque etiam per somnum exterreri. Comitali quoq; morbo bus inter res gerendas correptus est; autore Tranquillo.

Eunomius præsul Cyzicenus, Arriane hereseos sectator (qui sub Valente imperatore floruit) lepra & morbo regio laborauit.

Galla uidua Romana, Symmachi uiripatricij filia, laborauit ex carcinomate in mamilla. Volaterranus.

Medeus unus ex ijs, qui Ioannam puellam Gallicam Anglorum domitricem flammis adiudicauerant, lepra infectus, miserè expirauit. Valerianus Varianus libro 4.

Medeus siquidem longo sermone profectus; Ast. ut esse scelus flammæ & mortispiandum; Multaq; adulandi studio conſingit, ut Anglos sic sibi conciliet; sed paucis inde diebus Corpus tabifico respergitur ulcere lepræ.

Froila secundus, Alphonsi magni filius.

Hieroc. 3. l. 26. 4

lepra correptus, erumnos. morte uitam clausit. Volaterranus.

Andragisina uirgo, uxor Ausberti cuiusdam, qui fuerat domesticus Vandegisilli comitis Palatini, lepra laborans, cœnobio se inclusit. Volaterranus.

Maria filia Amædei Sabaudie ducis, uoluptate laborauit, ac propterea Philippo Mariae uicecomiti marito suo nunquam congressa est.

Amedeus secundus, filius Ludouici Sabaudie ducis, morbo comitali ad mortem usq; laborauit.

Carolus rex Pannonie articulari morbo plerunq; afficiebatur.

Genouesam beatam Volaterranus ait, ob uitæ abstinentiam multis annis ex lepra laborasse. Quod ego impium et fabulosum puto.

Beniamin Anachoreta (qui annis LXXX durauit in Eremitio) fuit hydropticus.

Pontanus scribit, Matthæum Aquilam pedibus et manibus captum fuisse: neque tamen à Theologie & Philosophiæ professione destitisse.

Cosmas Florentinus morbo podagræ coactus est domi se continere. Idem Pont.

Ioannes Venetus discipulus Theodori Gazæ, podagra plerunq; laborabat.

EVNUCHI ET SPADONES.

A Nanius, Azarias, & Misael pueri nobiles, natione Iudei fuerunt, quos Nabuchodonosor captos duxit Babylonem, & ibidem castrauit, deditq; Aphanam Eunuchorum præfecto.

Aristonicus fuit Eunuchus Ptolemæi. Phileterus Lysimachi. Dorotheus præsul Antiochenus natura fuit Eunuchus.

Fauorinus quoq; philosophus, Arelate oriundus, fuit Eunuchus, Hadriano principi maxime in sensus. Propterea tria de se mira prædicabat, se Gallum Græcissare, Eunuchum mœchum putari, Inimicum imperatori uiuere.

Narses fuit Eunuchus, Iustiniani principis cubicularius, & Cartulario et Bibliopola princeps copiarum factus post Belisarium, qui multis reb. præclare gestis, tandem sine inuidia, siue fortuna, siue populi accusatione, in odiū Iustiniani et uxoris eius deuenit, adeo ut imperator literas ad eum dederit plenas ignominie, quibus eum monebat, ut ad eum, pensum, et lanas rediret. Tum ille iratus: Ducam (inquit) tale pensum, talemq; ordiar telam, quam non facile sit uobis explicare. Itaq; ut iniuriam ulcisceretur, Longobardos Romam iamdiu inuadere cupientes conuocauit. Paul. Diac.

Paronetenus fuit Spado, quem Plinius ait ingenti precio fuisse emptum.

Arnaces Eunuchus fuit, quem Themistocles accepit in deditioem. Plutarchus in Aristide.

Tyreus Eunuchus fuit & cubicularius uxoris Darij.

Didymus fuit quispiam Eunuchus, qui uxoris suæ copiam omnibus faciebat, ut eoditefceret modo.

Photinus fuit Eunuchus Ptolemæi, qui in gratiam Cæsaris uictoris, Pompeiū suū sit interimendum. Lucan. Ausus Pompeium leto damnare Photinus.

Ganymedes fuit Eunuchus, et nutricius Arfinoes, de quo Lucan. lib. 10. A famulo Ganymede dolis peruenit ad hostes Cæsaris Arfinoe.

Bagoas fuit spado, qui Alexandrum obsequio corporis sibi deuincit. autor Cælar.

Fuit

Fuit Menophilus Mithridatis Pontici regis Eunuchus. autor Ammianus Marcellinus.

Hyacinthus & Prothus Eunuchi fuerunt Eugenie filie præfecti sub Maximiano.

Corn. Tacit. scribit, Pelagonem fuisse spadonem, quem Nero Centurioni et Manipulo ministrum regium præposuerit.

Halotus fuit eunuchus Agrippinæ, & prægestator Cæsaris Claudij. qui suasu imperatricis, bolero medicato domum interfecit. autor Suetonius.

Bocchis eunuchus fuit Satyræ & Roxane, fororum Mithridatis.

Posidius fuit eunuchus Messalinæ uxoris Claudij Tyberij, cui imperatrix ipsa post triumphum Britannicum inter militarium fortissimos arma insignia tanquam participi uictoriæ dono dedit. autor Sex. Aurelius.

Sporus fuit spado Neronis, quem Nero ipse exeslū formare in mulierem tentauerat. Hic domum inuit ad inferendam sibi mortem.

Hermotimus Xerxis. autor Herod.

Candaces Aethiops natione, fuit eunuchus, & Christi discipulus.

Sylla & Cotta cum unico testiculo nati sunt. autor Blondus.

Parthenius & Galocerus eunuchi Tryphonie uxoris Decij, martyres facti sunt sub eodem principe.

Amantius fuit eunuchus Iustini imperatoris.

BALBI.

Herodotus in Melpomene ait, Battum Polymnestri inter Theros opulenti, et Phronimæ filium, balbum fuisse, ac propterea consulisse Apollinem, qui hoc mo-

do responderit: Barte uenis uocis causa, Dux te iubet ire Lanigeram in Libyen habitatum Phœbus Apollo.

Euripides apud Cælium scribit, Alcibiadi in dicendo balbutiem fuisse, quæ uocis illius splendorem, & sermoni gratiam asferre uideretur.

Cicero in Philip. scribit, M. Fundanum nescio quem cognominatum Bambalio nem ab hesitantia linguæ.

Eodem nomine Fr. Philelphus Pogium Florentinum ob uitium linguæ infectus est.

Michael imperator (qui Leoni Armenio successit) lingua fuit balbus, dictus propterea Thraulus à Græcis. Egnatius.

MUTI.

Zoe uxor Nicostriati martyris septem annis muta fuit ex morbo. Demum à beato Sebastiano curata.

Aegles Athleta, quum sortitione inter pugiles facta uideret sibi fieri, ac dari uerba, repente in eum qui id faciebat, sese uidere quid faceret, magnum molamuit. autor Gell. Val. de Mir.

Atys Dæsi filius à principio mutus, uti uidit irruentem in iugulum patris sui Cyrum, O' homo, inquit, ne interficiam patrem. autor Herod. & Gell. lib. 5. cap. 9.

Q. Pedius, nepos Q. Pedij consularis, fuit natura mutus: quem propterea Messala orator pietura docendum censuit. autor Plin. lib. 35. cap. 4.

HOMINES MALE olentes.

Euripides poeta oris graucolentia laborauit, quod quum ei obiectum fuisset à Dechannico Archelai aulico, eo canuit poeta grauis, quam opinaretur quispiam. Cal. cap. 10. lib. 13.

De Gorgonio et Ruffino, Mart. Pastil-
los Ruffinus olet, Gorgonius hircum.

LIPPI.

Herodotus in Polyhymnia scribit, Euri-
tum & Aristodemum ob extremam lippi-
tudinem e castris a Leonida remissos.

Horatius Flac. uarijs in locis lippum se
fuisse docet, ut Sat. 5. Hic oculis ego nigra
meis Collyria lippus illinere. Item: Lusum in
Mecenas, dormitum ego, Vergiliusque: Naq;
pila lippis inimicum & ludere crudis.

Complexiones quatuor (ut dicitur) hu-
mani corporis, Phlegma, Cholera seu Bi-
lis, Sanguis, Melancholia.

STRABONES, LVSCI,

& monoculi.

Po'p'hemus Neptani ex Thosa filius,
quum duos Ulyssis comites deuorasset,
ab ipso Ulyssis simulata amicitia inebriatus
est uino, & altero (quia prius erat mono-
culus) priuatus oculo. Tibull. lib. 4. Cessit
& Aetnae Neptunius incola rupis, Victa
Maroneo fedatus lumina Baccho. Vergil.
lib. 3. Aeneid. Et telo lumen cerebramus a-
cuto, Ingens quod torua solum sub fronte
gerebat. Idem: Monstrum horrendum, in-
forme, ingens, cui lumen ademptum. Sido-
nius: Atque Ithaci ingenio fraudatum luce
Cyclopam.

Philippus Macedo ab Astere milite sa-
gitta percussus, alterum amisit oculum. Vn-
de & Aristides Philippum ipsum hoc ride-
bat scommate: Arimassus cognatus es. Ari-
massi enim populi sunt monoculi. Plin. li.
7. cap. 37.

Acacius orator socius Lybanij sophista
unico tantum uidit oculo.

Cocles Romanus alterum in bello oculo
amissit, nomine propterea inde sortitus.

De Phileni, ca, Mart. lib. 1. sic inquit:

Oculo Philenis semper altero plorat. Quo
fiat istud queritis modo? Lusca est.

CAECI, ET EXCAECATI.

Ora inter Iouem & Iunonem ludicra
questione, utri scilicet maior esset libi-
do, uirone an foemina? Tyresias Thebanus
iudex electus, quum pro Ioue sententiam tu-
lisset, dixissetque: mulier esse lasciuore, ab
irata Iunone excacatus est. Indignatus Iu-
piter, caecitatem uaticinio pensauit. Ouid.
in Ibm: Quaelis erat, postquam iudex de li-
te iocosa Sumptus Apollinea clarus in arte
senex. Idem lib. 3. Metam.

Politianus scribit, eum ideo excacatum
fuisse, quod nudam uidisset Mmeruam, ubi
in Ambra ait: Baculum dat deinde potentem
Tyresiae magni, qui quondam Pallada nu-
dam uidit, & hoc raptam pensauit mune-
re lucem. Sen. in Oedipode: Tyresias tremu-
lo tardus accelerat gradu, Comesque Man-
to, luce uiduatum trahens.

Antipater Cyrenaicus fuit pariter defi-
oculus. Cuius caecitatem quum muliercula
lamentaretur: Quid agitis, inquit? An uo-
bis nulla uidetur uoluptas esse nocturnas
autor Cic. lib. 3. Quest. Tusc.

Iulus quum in Troia Mineruae templum
arderet, demissum caelo Palladium eripuit,
statimque oculis captus est. Postmodum pla-
cata ira deae, pristinum recuperauit uisum,
autor Dercyllus apud Plutar.

Lycurgus a Thracibus (quibus princeps
batur) excacatus est, quod foeminas quas-
dam sequentes Bacchum, simulata cum Deo
amicitia, interfecisset. autor Diodo.

Diotorus Stoicus, itidem uisu priuatus
est. Versabatur tamen in philosophia, & si-
dibus Pythagoraeorum more utebatur, mu-
nusque tuebatur Geometriae, discentibus pra-
cipiens, unde quod, quaque linea scriberet,

Ascle-

Asclepiades nobilis philosophus, inter-
roganti cuidam, Quid ei caecitas attulisset?
Respondit, Ut puero uno essem comi-
tator.

Democritus quum existimaret, animi aci-
em impediri aspectu oculorum, oculos i-
psos sibi eruit, ut philosophiae, & rerum
naturalium causas profundius meditaretur.
Lucr. lib. 3. Denique Democritum post-
quam mitura uetusitas Admouit, memores
morus languescere mentis, Sponte sua lo-
tho caput obuius obtulit ipse. Terull. ait,
ideo Democritum se excacasse. quod mul-
ieres sine concupiscentia aspicere non pos-
set. Gellius lib. 10 de caecitate Democritum ex
Laberio Mimographo citat aliquot uer-
sus, quos potes legere.

Hypsea mulier fuit nota caecitatis. Vn-
de Horat. lib. 1. Serm. Ne corporis opilma
lynceis Contemplere oculis, Hypsea ca-
cior illa.

Thamyras Philamonis filius, excaca-
tus est a Musis, quas ad certamen cantus
prouocauerat. Prop. lib. 2, Me licet & Tha-
myre cantoris fati sequantur, Nunquam
ad formosas inuide caecus ero. Polit. in Nu-
tricia. Pont. lib. 3. de Stellis.

Stesichorus poeta quum Helenam suis
carminibus infamasset, excacatus est. Vbi
tamem primo diam cecidit, recepit uisum. Po-
lit. in Nutricia: Et damnaans Helenam, lau-
dansque uicissim, Amittit, recipitque oculos,
tuus imera ciuis Stesichorus. Suidas apud
Volaterranum.

Daphnis pastor, qui carmen Bucolicum
inuenit, luminiibus captus est, quod ebrius
cum quadam foemina concubisset. autor
Suid. apud Volater.

Homerum caecum fuisse fatentur omnes.
Vade autem caecitatem illam contraxerit,

non satis conuenit. Sunt qui dicant, hoc ei
ex morbo contigisse: alij ex longa senectute.
Ouid. in Ibm apum aculeus excacatum
scribit: & Pontanus de Stellis lib. 5.

Xenarchus philosophus peripateticus,
pauo ante mortem uisu orbatus est.

Sesostris rex Aegypti in extrema sene-
tute oculis captus mortem sibi consciiuit.
Michael Anglicus: Nulla tali caecus regio
ne Sesostris, Vltus a uulterij est facta nefan-
da grauis.

Herodotus in Euterpe scribit, Phero-
nem huius Sesostris filium, casu sortuito ex-
cacatum fuisse.

Herodotus itidem scribit, Anysim regem
fuisse Aegypti oculis captum. Pro quo Tor-
tellius Amasim legit.

Anchisam Boccatius caecum fuisse scri-
bit, ex Seruij testimonio, ac propterea Tro-
ianorum consilij non interfuisse. Caecita-
tem autem contigisse ait, quod gloriaretur
se Veneri concubuisse.

Phanus fuit usurarius quispiam caecus,
de quo Erasmi. meminit in illo adagio, Pha-
ni ostium.

Timoleon Corinthius (qui expulsio Dio-
nysio Syracusae redemit seruitute) etate
iam profectus, morbo cepit laborare, quo
caecus factus est. Plutar. in eius uita.

Opbioneum, Messeniorum uatem, Pu-
santias apud Caesium scribit, semper a nata
li statum de luminiibus captum, & priua-
tim & publice uaticinia peregrisse, & post
uehementem capitis dolorem uulere cae-
pisse, ac mox relapsum ad caecitatem de-
nuo.

Phoenix Amyntoris filius, oculis caruit.
Vnde Ouid. in Ibm. Id quo Amyntorides
uideas trepidusque minister, Praeentes bacu-
lo lumen orbis iter.

Oedipus ubi agnovit se Iocasti matri concubuisse, & patrem Laium dedisse morti, sceleris horrore oculos sibi eruit. Ouid. in Ibm. Seneca in Oedipo.

Phineus ira numinum excæcatus est, quod filios suavis Harpalices excæcasset. Sunt qui dicant, Phineum idæ filia Dardani, Scybarum regis, amore usq; adeo captum fuisse, ut eius suavis filijs ex Cleopatra susceptis oculos euulserit. Ouid. in Ibm. Martialis libro nono, Phineas mutes, affert et Oedipodas.

De Phinidis à Phineo patre excæcatis, idem Ouid. inquit: Ut duo Phinida, quibus idem lumen ademit.

Polymnestor rex Thraciæ, cum Polydorum Priami & Hecubæ filium, si sui tempe belli Troiani creditum, auri (quod ille habebat) cupiditate occidisset, indignata mater Hecuba eidem per simulatam amicitiam conuocato oculos eruit. Ouid. in Ibm. Euripides apud Plut. in Paral.

Polyphemus quum prius esset monoculus, ab Ulyse planè excæcatus est. Causam diximus. Ouid. in Ibm: Pastor ut Aetneus, cui casus ante fauros Thelemus Eurymenes uaticinatus erat.

Herodotus in Erato ait, Erizelum Athenensem in bello incerta causa luminibus captum fuisse, neq; saucium ulla corporis parte, neq; ictum.

Polixillus Atheniensis in bello contra Dardanium (aut Datim) ducem Persarum, in eorum casu cæcus factus est. autor Plutar. in Paral.

Metellus quoq; templum Vestæ incensum cõspicatus, Palladium eripuit, statimq; oculos capus est: postmodum dea placata, uisum recepit. idem autor.

Valerius Bestius dum Ruscium L. Ambrici

soceri sui filium, fidei suæ eradiu, cupiditate auri interfecisset, ab ipso postea imbricio correptus et excæcatus est. autor idem Plutar. archus.

L. Metellus orbam luminibus exegit senectutem, amissis in incendio, quum Palladium raperet ex aede Vestæ. autor Plinius lib. 7. cap. 43.

P. Cornelius Rufinus, Manij Curij in cõsulatu collega, dormiens oculorum usum amisit, quum is sibi accidere somniaret. autor Plin. lib. 7. cap. 30.

Appius Clauentius quamuis cæcus esset, tamen in illo suo casu, nec priuato, nec publico muneri desit. autor Cicero.

C. Drusus cæcus fuit, tamen domus eius impleretur consultoribus, qui in suis causis cæcum adhibebant ducem. idem autor, & Valerius Studio.

Cn. Aufidius prætorius in cæcitate, sententiam in senatu dicebat, nec amicis deliberantibus deerat, & Græcam scribebat historiam, & uidebat in literis.

Iustinianus Imperator ante Leontinum Gallinico patriarchæ Constantinopolitano (cuius dolo prius imperio fuerat detrusus) oculos eruit. Paulus Diaconus.

Constantinus Copronymus Imperator, Ariabasum primæ nobilitatis hominem, Imperatorem ab orthodoxis creatum, biennio post captum, oculorum uisu cum liberis priuauit. Egnat.

Constantinus Imperator Leonis & Irene filius, Nicephorum Imperatorij stemmatis hominem (in quem suffragia multorum inclinabant) oculorum & linguæ usum priuauit. idem Egnat.

Irene postea Imperatrix rerum potita, filium Constantinum in potestatem redactum, excæcavit. Egnat.

Belisarius

Belisarius præfectus copiarum Iustiniani Imperatoris, deletis Vandalis, aëto de Persis triumpho, Italia à Barbaris non semel liberata, propter prosperos successus ipsi Imperatori formidolosus & suspectus factus est, ac propterea ab eodè oculis priuatus. Quo factò Euguriolum in uia frequentibus mendicabat his uerbis: Viator da obolum Belisario, quem uirtus extulit, cæcavit inuidia. autor Propertius, & Crinitus cap. 6. lib. 9.

Lippum Florentinum Pontanus de fortitudine bellica ait, oculis captum fuisse, ac nihilominus in cæcitate rhetorum ac philosophorum auditoria frequentasse.

Isacius Angelus Imperator ab Alexio fratre (quem prius magna pecunia à Turcis redemerat) excæcatus est, & in carcerem coniectus. Egnat.

Dydimus Alexandrinus, præsul Cesarie, cæcus fuit à puero. Nilominus Dialecticam & Geometriam didicit, scripsitq; commentarios in Psalmos. Volat.

Lucilla uirgo, filia Nemesij tribuni, cæca fuit primò. Demum à Stephano pontificis recepit uisum. Hæc sub Valeriano passæ est. Volat.

Heraedum quendam principem fuisse scribit Saxo, qui præ senio amisit uisum. Quod etiam de Gormone testatur lib. 9.

Ariberius rex Francorum Sigibrandus Asprandi filium oculis priuauit, omnesq; eius propinquos uarijs tormentis affecit. Paul. Diaconus de gestis Long.

Nautulphus puer natura cæcus, precibus sancti Senoch uisum recepit. autor Gregorius Turonensis.

Salaberga puella ex agro Lugdunensi, quæ temporibus Dagoberti Francorum

regis uia & sanctitate floruit) cæcitatens ab utero matris attulit.

Antonius Pedianus annis suæ ætatis lxxij captus est oculis. Duo lectim tamen postea uixit annis.

Cedonius, unus ex discipulis Christi, cæcus natus est.

Kailla Pannoniæ regina maritum suum Vaxulem ex oculauit.

Endra filius Bazulis Pannoniæ regis, Petro itidem Pannoniæ regi oculos eruit. autor Volat.

Bela secundus Almi filius, rex Pannoniæ, à Boricho filio notho Colomani itidè Pannoniæ regis, excæcatus est.

Colomanus rex Pannoniæ post Ladislaum Almo fratri oculos eruit, & eundem occidit.

Fara uirgo (quæ sub Heraclio Imperatore floruit) dum ab Hagerico patre ad nuptias compelleretur, in tantis prorupit lacrymas, ut inde cæcitatens contraxerit.

Maiolus patria Auernensis, archidiaconus Matisconenensis, ex morbo luminibus orbatus est: uisum tamen compluribus prodigijs restituit.

CLAVDI.

Vulcanus à Ioue præcipitatus ob deformitatem, uel quòd matri opem ferre uellet, incidit in claudicatens. Ad quod allusit Valerius Flaccus libro 2 Argon. Accliuem scopulo inueniunt, miserentq; fouentq; Alternos agro cunctantem poplite gressus. Pontanus in libro Meteor. Vulcanum fama est cælo quum pulsus ab alto, sub terris sine honore diu, sine munere claudum Vixisse, & Sicula exilium traxisse sub Aetna. item Martianus Capella: Quidam etiã claudus faber uenit. Lactantius: Tum faber

ber claudus Mimeryæ nuptias postulauit. Germanus Brixius: Deumq; loripedem simul arma ad coniurata uocasse.

Epictetus philosophus Hierapolitanus claudus fuit. Unde apud Macrobium hoc modo inducitur loquens: Seruus Epictetus genitus sum corpore claudus, Paupertate Ierus, dijs & amicus ego.

Aristogiton Atheniensis fuit sycophanta, cuius conciones nihil non Martium spirabant, adeo ut uentosa sua lingua populū in discrimina plerumq; conijceret. Proinde cum die quadam exercitum parari, & milites deliqui intellexisset, innoxius baculo clauditate simulauit, ne ad bellum uocaretur. Unde adagium fluxit in uulgus, Aristogitō claudicat. De his qui morbum simulant, ne militiam, aut aliud oneris genus subeant. Cæli lib. 3. cap. 49.

Lambda mulier Corinthia, Amphionis cuiusdam filia, & Ectonionis uxor, fuit etiam clauda, autor Herod. lib. 5.

Philippus Macedo, accepto in coxa lasee ictu, incidit in claudicitatem, quod laudis sibi uertebat aduersus calumniatores. Cæli lib. 8. cap. 5.

Nicomedem Cælius ait fuisse quendam claudum, alium à rege Bithyniæ.

Perdix caupo fuit quispian claudus, cuius clauditas proverbio locum fecit. Perdix eis crura in loripedes & distortos. Aristophanes apud Erasmus.

Artemon faber fuit machinarius tempore Periclus, qui quā claudus esset, suas passim machinas circumferebat. Erasmus in Chiliad.

Colomanus rex Pannoniæ dicitur fuisse infusus, claudus, gibbosus, lingua bletsus, & ore improbo.

Damon Padotriba fuit quispian clau-

dicans, qui cum crepidas furto amississet, imprecatus est, ut suis pedibus maxime congruerent. Erant autem hæ non re-
ctæ nec accommodæ illi tamen pro pedum deprauatorum ratione in primis aptæ. autor Cælius.

Androclidem, idem Cælius ait, Laconē debilem crure & inutilem fuisse.

Cocles accepto uulnere claudus factus est, cui cum cruris uitium obiectaretur, Per singulos, inquit, gradus admoneor urium. phi mei. Pluarch. in Public.

FURIOSI ET maniaci.

Orestes Agamemnonis & Clytemnestræ filius, propter interfectam matrem furiosus factus est, donec ad aram Dianæ Tauricæ expiauerit scelus. Vergilius libro tertio Aeneidos, Et scelere furij agitataus Orestes. Ouidius libro primo de Tristibus:

Vi foret exemplum ueri Phocæus amoris,
Fecerunt Furia tristis Oreste tue.

Idem lib. 4.

Quo postquam dubium est, pius an sceleratus Orestes,

Exactus furij uenerat ipse suis.

Lucanus lib. 7.

Haud alios nondum Scythica purgatus in ara, Eumenidum uidit uultus Pelopeius Orestes. Horat. lib. 2. Serm. Nec ferro ut demens genitricem occidit Orestes, An tu re ris eum occisa insanasse parente. Stroza pater lib. 1. Eroticon: Arsit in Aegyptio furiosi mater Orestis.

Stat. lib. 1. Theb.

- Vel inanem mentis Orestem,

Opposito rapidam Pylade uitaſſe Me-
geram.

Cælius

Cælius scribit, Orestem uel furoris sibi digitum arroſiſſe & uorasse, eoq; facto, Eumenidas illi albas se ingeſſiſſe, quum prius nigro colore occurrerent formidolose. Adagium est apud Erasmus, Orestis pallium texere: in eum qui parat munus abusuſo. Nam Orestes per insaniam uestes dilacerabat. Verg. lib. 4. Aen. Aut Agamemnonius scenis agitataus Orestes Armata facibus matrem et serpentes atris, Quum fugit, ultricesq; sedent in lumine diræ.

Pentheus dum sacra Bacchi despicaretur, ulciscente numine in furorem raptus est. Vergil. lib. 4. Aen. Eumenidum ueluti demens uidet agmina Pentheus, Et solem geminum, et duplices se ostendere Thebas. Lucan. lib. 7. Nec magis attonitos animi sensere tumultus, Quū fureret Pentheus, aut quum descisset Agæue.

Milo Epyrota quū hastam in Laodomiam filiam Pyrrhi cōieciſſet, quæ ad aram Dianæ, uelut ad asylum confugerat, dea iudicante, in furorem raptus est, quo intra duodecimum diem periit.

Athamas Aeoli filius furij à Iunone immiſſus, usque adeo correptus est & agitataus, ut Learchum filium interfecerit. Ouid. lib. 6. Fast. Hinc agitur furij Athamas sub imagine falsa, Tuq; cadis patria parue Learchæ manu. Plin. lib. 34. cap. 14.

Agæue Cadmi & Hermiones filia, Bacchi: oſiſſe correpta, Pentheū filium interfecit. Lucan. lib. 1. Ingens urbem cingebat Erynnis, Executis pronam flagrantiuertice Pinum, Stridentesq; comas, Thebanam qualis Agæuen impulit, aut ſæui contorſit tela Lycurgi Eumenis. Idem libro 7. Nec magis attonitos animi sensere tumultus, Quum fureret Pentheus, uel quum descisset Agæue. Horat. li. 2. Ser. Quis caput

abscissum demens quum portat Agæue Natū infelicis, sibi tum furiosa uidetur. Seneca in Oedipode: Peior hac genitrix adest Euribunda Agæue.

Lycurgus Dryantis filius rex Thraciæ à Baccho (cuius numē aspernabatur) in furorem uersus, crura sibi amputauit. Lucan. Thebanam qualis Agæuen impulit, aut ſæui contorſit tela Lycurgi Eumenis. Ouidius in Ibin: Viq; Dryantida Rhodopeia regna tenēti, Ingenio dispar, cui pede claudus erat.

Marsyas dum Apollinem ad tibiæ certamen prouocasset, in furorem uersus, & ab ipso deo excoriatus est. Ouid. in Ibin: Mēs quoq; sic furij uerors agitetur, ut illi, Vnum qui toto corpore uulnus habet.

Hercules uisa apud inferos Megera, in furorem uersus est, unde regressus filios imprudens occidit. Lucan. lib. 1. Aut qualem iussu Iunonis iniquæ Horruit Alcides uisum iam Dite Megeram.

Alcæon Amphiarai & Eryphiles filius, propter interfectam matrem furij itidē agitataus est. Propert. lib. 3. Aut Alcæonia furia, aut ieiunia Phinei. Politianus in Nutricia: Onidaq; facem furij Alcæona pulsum.

Ajax Thelamonis filius, propter arma Achillis mortui data Vlyſſi in uirtutis premium, dolore animi & inuidia in furorem uersus, armenta loro cædebat, existimans se interficere Cecos. Apuleius lib. 3. Metam. In insani modum Aiæcis armatus, non ut ille uiuis pecoribus infensus tota lanauit armenta.

Cleomedes Astypalensis, prodigiosis homo uiribus, dum Laabum Epidemium, athenam, ictu pugni interfecisset, interfecit aperuisse latera, ac propterea iudices

tantam perosi feritatem in eum uellent a-
nimaduertere, indignatus, & in furorem
uersus, columnam (qua ludi literarij do-
mus fulciebatur) disiecit, eaq; ruina pue-
ros omnes adobruit. Sunt qui dicant, hunc
furorem eidem irrepsisse, quod uictoriae
praemio fuisset fraudatus. Plutarchus in
Romulo.

Cleomedes seu Cleomenes fuit alter,
quem Herodotus in Erato scribit, à Lace-
daemonijs (quibus imperabat) primò ex-
pulsus, demum pristinae dignitati restitui-
tum fuisse. Nec multo post in tantam insa-
niam incidisse, ut unicuiq; obuio sceptrum
in faciem impingeret. Quod eum facien-
tem propinqui soleis ligneis illigauerunt,
& in carcerem coniecerunt. Vbi arrepto
custodis & ergastularij gladio, ab ima
corporis parte ad uerticem capitis sese dis-
secuit.

Proetides seu filiae Proeti Argiuorū re-
gis, dum lunoni se praeferrēt, in furias uer-
sae, ac postmodū mutatae in uaccas singun-
tur à poetis. Verg. Proetides impleunt sal-
sis mugitibus agros. Vide Seruium.

Charem Plutar. in uita Artaxerxis scri-
bit, fuisse quēdam, qui in bello Cyrum uul-
nerauerit, succisa poplitis uena: quem ait
insania postmodum fuisse correptū, nimia
illatū Cyro uulneris arrogantia.

Gallus Vibius uir fuit magnae eloquen-
tiae, qui dū insaniam incideret, quod assu-
labat ad uerū redegit. Caelius lib. 6. cap. 35.

Euagorā regem Cypriorū Caelius scri-
bit repentino furore correptum fuisse.

Vlysses quum esset Graecorū prudentis-
simus, insaniam tamen simulauit, ne ad bel-
lum Troianum proficisceretur. Vt autem
persuaderet, se esse uerē insanum, solem se
minabat, uarijsq; animalibus arata iunge-

bat. Astum hominis explorauit Palame-
des, qui arantem Telemachum filium obie-
cit. Quem ne laederet ipse Vlysses pater,
aratrum suspendit. Vide in Ciceronem in li-
bro 3. Officiorum.

Timantes Cleonaeus athleta, quū senio
confectus, arcum non posset complicare,
quem intendebat iuuenis, dolore animi in
furorem lapsus est, ac propterea se inerse-
cit. autor idem Cael. lib. 6. cap. 15.

Acco mulier iam decrepita, quum fa-
ciem (quā ad speculum explorabat) senio
deformatam conspiceret, animi aegritudi-
ne in insaniam lapsa est. Alij aliter sen-
tiunt. Aiunt enim ipsam consueisse alloqui
suam imaginem in speculo, eique subride-
re, comminari, promittere, sublandiri, et
quicquid cōfabulantes solent dicere. Idem
autor.

Pisander eō uesaniae lapsus est, ut time-
ret, necubi anima sua occurreret, à qua
uiuus esset destituus. Caelius capite 26. li-
bro 9.

Cambyes quum Apin (quem Aegyptij
pro Deo colebant) uiolasset, ulciscente mi-
mine, lapsus est in furias. Quibus agita-
tus, uniuersam propē familiam deleuit. au-
thor Herodotus in Thalia. Postremo furo-
re uictus seipsum interfecit.

Ato filius Arichis ducis Beneuēti, mis-
sus à patre ad Rhotharem Longobardo-
rum regem, in Italia ueneno potus est, cu-
ius uirtute cepit insanire. autor Paulus
Diaconus de gestis Longobardorum.

Harthbenus fuit athleta qui spīa ex Hel-
syngia nouem cubitis procerus, quem Saxo
grammaticus in tantas furias testatur
cecidiisse, ut summās clypei partes corro-
serit, igneos carbones uentri mandauerit,
raptas ore prius in uiscerum uia trāsfer-
derit,

derit, crepitanā flammarū pericula per-
curren, & extremum in sex athletarum
suorum praecordia furentē manu ferrum
conuerterit.

T. Lucretius poeta Physicus, sumpto
amatorio poculo in furiam lapsus est, qua
impellente mortem sibi consciscit. Scattus:
Et docti furor arduus Lucreti. Caelius cap.
26. lib. 9.

Sparsus fuit quispiam, quē Seneca scri-
bit inter scholasticos insanum, inter insa-
nos scholasticum fuisse. Vide Caelium.

MORTE SVBITA mortui.

Andragoras periit subita morte, auto-
re Mart. qui lib. 6. sic inquit: Lotus no-
biscum est hilaris, coenauit & idem, inuen-
tus mane est mortuus Andragoras.

Argia sacerdos à Cleobi & Bithone
filijs ad Dianae templum in curru uecta,
quum deam orasset, ut illis praemium daret
pro pietate, & quod homini uideretur o-
ptimum: mortuos in lecto mane reperit.
Quod fuit argumento, matura morte nihil
esse melius. autor Cic. lib. 1. Quae. Tuscul.
& Plutar. in Solone.

Trophonius quoque, & Agamedes,
dum aedificatio apud Delphos Apollini
templo, Deum mercedem laboris postula-
sent, quodq; homini esset utilissimum, pau-
lo post itidem mortui inuenti sunt. Idem
Cicero.

Mithridates quoque senior rex Ponti,
morte repentina interceptus est.

Plinius lib. 7. cap. 53. Nullis euidentibus
causis obire, dum calciatur matutino, duo
Caesares, praetor & praetura perfunctus
dictatoris Caesaris pater: hic Pisis exanima-
tus, ille Romae.

Qu. Fabius Maximus in consulatu suo
pudis kalendas Ianuarij.

In cuius locum M. Orellius paucissima
rum horarum consulatum petijt.

Itē Vulcatius Gurges Senator. Omnes
ad eō sanē, atq; tēpestiui, ut de progredien-
do cogitarent.

Qu. Aemilius Lepidus iam egrediens,
incussō pollice lumini cubiculi.

C. Aufidius quum egressus in Senatum
iret, offenso pede in Comitio.

Legatus quoq; (qui Rhodiōrū causam
in Senatu magna cum admiratione oraue-
rat) in limine Curiae protinus expirauit
progredi uolens.

Cn. Bebius Pamphilus, praetura & ipse
suuictus, quum à puero quaesisset horas.

A. Pompeius in Capitolio, quum deos
salutasset.

M. Iuuenius Thalna Consul, quum se
crificaret.

Seruilius Pansa quum staret in foro ad
tabernam, hora diei secunda, in P. Pansam
fratrem inmixus.

Bebius iudex, dum uadimonium differ-
ri iubet.

M. Terentius Corax, dum tabellas in fo-
ro scribit.

C. Iulius medicus, dum inungit specil-
lum per oculum trabens.

A. Manlius Torquatus consularis, quū
in caena placentam appeteret.

L. Durus medicus Valla, dum mulsi po-
tionem haurit.

Ap. Saufeius scriba, quū à balneo reuer-
sus mulsum bibisset, ouumq; sorderet.

P. Quinius Scapula, quum apud Aquē-
lium Gallum coenaret.

Decimus Saufeius scriba, quum domē
suae pranderet.

M. Ofilius hilaru. histrio, sumpta post
coenā calida portione. Haecenus ex Plinio.

Caninius quoq; primo die sui cōsulatus interijt. Vnde exijt Ciceronis iocus: Vigilantem habuimus Caninium Cōsulem, qui somnum in suo cōsulatu non uidit. Macrobius & Cic. lib. 7. Epist.

Fuit & Cn. Carbonis mors multū in spe rata, qui dum uentrem exoneraret, in latrina occisus est. Plutar. in uita Pompeij.

Sertorium inter epulas incautum iugulauit Perpenna. Idem Plutar.

Aegeas proconsul post effectum martyrio Andrea. à malo spiritu correptus, momento expirauit.

Nicanorem Parmenionis filium subita correptum morte, scribit Curtius lib. 5. de gestis Alexandri.

Gandericus rex Vandalorum, dum capta Hispali, Beticæ urbe, templū uellet prophanare, mortuus repente concidit. Vol.

Alaricus imperator apud Consentiam morte subita defunctus est.

Alphosus septimus rex Hispaniæ in itinere sub arbore quadam repente excessit.

Andebuntus rex Anglorum, in cœna nimio uini haustu cecidit extinctus.

Ioannes Guilmericus Corbincus (Corbinium oppidum est in finibus Eduorum) uir potens opibus, augusta maiestate, & Catoniana prope grauitate, dum in templo ad sacrificium & orationem se reclinat, incerta causa, & inexplorato mortis argumento, repente expirauit, iam plenus annis.

Petrus Calceonus unus eorum, qui Ioannam puellam Gallicam Anglorum expultricem flammis deuouerunt, dum radendâ tonsori barbâ committeret, in ipsa tonsorina repente decessit. Valerianus Varianus: Sic & Calceonus (qui censuit esse cremandam) Pendula dum tonsor secat exere

menta capilli, Expirans cadit, et gelida telure cadauer Decubat. ultrices sic pendent crimina pœnas.

FEBRE MORTVI.

Antipater Sidonius die suo natali semper febre laborabat, eoq; morbo perijt ultima senectute. Valerius Maximus de Miraculis.

Alexander Iudæorū pontifex quartana. Antonius monach. febre itidē correptus quieuit in Domino, etate beati Greg.

Guido Petramala Vberuorum princeps, apud Nigrum montem hoc itidem morbo expirauit. Volat.

Columbanus monachus cœnobij Luxouienfis itidem.

Serena Diocletiani uxor, dolore martyrum à marito interfectorum in febre incidit, qua extincta est.

Tacitus imper. apud Tarsum febris itidem absumptus est. autor Sext. Aurelius.

Titus Vespasianus in agro Sabino.

Antonius Pius duodecim milibus passuum ab urbe, apud Loricos in uilla sua. idē Aurel.

Leo Constantini Capronymi filius eodem perijt morbo.

Gotfredus primus rex Hierosolymæ, anno uno post ipsam urbem captam.

VENTRIS PROFLVIO.

Raianus dum rediret ex Perside, apud Seleuciam Isauriæ ex profluuio decessit, anno imperij xx.

Henricus septimus Imperator itidem.

ARTICVLARI MORBO.

Eptimius Seuerus imp. decessit morbo articulari, septuagenario maior.

Iustinus iunior graui pedum dolore, anno imperij sui undecimo.

INTERCVS MORBO.

Eraclius Imperator perijt intercutis morbo anno imperij trigesimo secundo. Volaterranus.

Michael Paphlago eo morbo laborans, Michaelē Calaphatem heredem instituit.

Crantor Solensis, Xenocratis auditor, eadem perijt morte. Laertius.

PESTE MORTVI.

Fruus Camillus octogenarius, pestilentia Romæ interijt. Plutarch.

M. Antonius imperator decessit pestilentia, sexta quam egrotasset die.

Oppianus poeta (qui de piscibus scripti) Roma in Ciliciam patriam reuersus, ibidem ingruente pestilentia suffocatus est. anno etatis trigesimo.

Hosilianus Perpenna paulo post assumptum imperiū, eodem perijt fato. Sextus Aurelius.

Celius scribit Paralium et Xantippum eodem suffocatos exitio. Plutarch.

Ioannes Andreas Ioannis Calderini præceptor decessit Bononiæ ex peste.

Lucius secundus summus Pontifex anno sui pontificatus undecimo, peste consumptus est.

Fatius quoq; Pisanorum comes uir iustissimus, eodem perijt morbo.

Zoe imperatrix, & Constantinus Monachus eius maritus eodem ferè tempore pestilentia interierunt.

Volaterranus ait beatum Ludouicum à secunda expeditione in Saracenos redeuntem, pestilentia passim castra occupante unâ cum Ioanne filio perijisse.

Alphonsus undecimus rex Hispaniæ, dum Saraut et Zibatar oppida obsideret, eodem perijt morbo.

Michael Maurocenus dux Venetorum eodem perijt modo. Volat.

Domitius Calderinus patria Veronensis, natus annos xxx. decessit ex pestilentia. Volaterranus.

Hermolaus Barbarus, eodem modo Romæ expirauit, & in fata concessit: Crinitus libro primo.

PESTILENTIÆ memorabiles.

Constantinopoli Leone Isauro imperante, tanta in urbe seuitum est clade, ut tertia ex amplius ciuium milia peste & fame consumpta sint. Volaterranus & Egna.

Florentiæ annis à uirginis partu mcccc. pestis triginta hominum milia absumpsit. Porro scribit Plinius Locris & Crozone pestilentiam nunquam fuisse.

APOPLEXIA MORTVI.

Valentinianus imperator contra Sarmatas (qui Pontoniâ occupauerant) profectus, uoce aliquandiu amissa, apoplexia mortuus est. Paulus Dicit.

L. Annius Verus à M. Antonio ad imperij partem accitus, dum inter Alinum atque Concordiam iter faceret, apoplexia itidem extinctus est. autor Sextus Aurelius.

Paulus Secundus Pontifex, dum post cœnam cum architecto Aristotele sermonem haberet, obruente crapula repente ex apoplexia mortuus est.

Fr. Petrarca in agro Patauino, apoplexia itidem mortuus est.

SANGVINIS FLVXV mortui.

Rimoaldus decimus Longobardorum rex, dum nono die post phlebo-

comiam in brachio factam, dum sagittam in columbam direxisset, erumpente continuo sanguine expirauit. Diaconus de gestis Long.

Alexander imperator, Basilij filius, erumpente naribus sanguine.

Attila rex Pannonie multo uino potus, dum quiesceret, eruptione sanguinis (qui ei de naribus solitus erat effluere) suffocatus est. autor Paul. Diacon.

PODAGRA.

Lycón seu Glycò philosophus Socraticus periit podagræ morbo, annos natus lxxiiij. Laertius.

Tyrannion Grammaticus (qui tria librorum milia fertur habuisse) decessit iam senex morbo podagræ. Volaterran.

DYSENTERIA.

Albertus Austriae dux, Pannonie & Bohemie rex, dum à Turcis in Austriam rediret, dysenteriae morbo decessit, postquam biennio imperasset. Egnatius.

Theophilus imp. post Michaelē Balbum, dysenteria itidem periit anno xij. imperij sui. Idem.

Eodem quoque morbo periit eius pater Michael Balbus, seu Ibraulus.

Sansonem Chulperici regis filium dysenteria expirasse, testis est Gregorius Turonensis.

Idem scribit Austrigildem reginam eodem modo perisse.

L. A. T. E. R. V. M.

dolore.

Crassus Orator, Questor interijt ex dolore laterū, quū in senatu contra Philippiam consulē acerrimè declamasset. Cicero lib. 3. de Oratore.

Bonifacius nonus, anno 14. & mense nono sui Pontificatus, eodem periit fato.

MULIERES PARTVS dolore mortuae.

Viliola Ciceronis filia Dolabella pri mum locata est, demum Pisoni Crassij Pedi, sub quo in partu diem obiit. Vol.

Iulia Caesaris filia, & Pompeij uxor, cum intuta esset uesem coniugis humano cruore respersam, atq; ex ijs comitijs, quibus Pompeius & Crassus magna ciuili contentione consulatum obtinuerunt, domum temerè delatam, grauius aliquid uiro accidisse rata, subito paruo dolore concidit. Valerius de Amore coniugali.

Iunia Clandilla Caij Caligulae imperatoris uxor, & M. Syllani nobilissimi uiri filia, itidem in partu diem obiit. Sueton.

PEDICULARI MORBO mortuae.

Herodes rex Iudaeae post trucidatos innocentes, quum in Apostolos Domini seiret, ad extremum tantae feritatis luit poenas. Eruperunt siquidem in toto corpore uermes, qui dum uniuersum passim corpus eroderent, tyrannum coegerunt, ut desperato remedio gladium arripere, eoq; finiret uitam.

Speusippum Eurymedontis filium, Atheniensem philosophum, sunt qui dicant mortem sibi intulisse. Plutarchus tamen efferuescentibus toto corpore pediculis interijisse.

Pheretrimam Barceorum reginam, Herodotus in Melpomene scribit immant crudelitate foemnam, Deorum ultione, totam uermibus putruisse, eoq; morbo miseram euomuisse animam.

Antiochum Epiphanem Syriae regem, sunt qui dicant, quum Hierosolymas peteret, curru delapsus, in hanc sordem incidisse, uermibusq; fuisse absumptum.

Pherecydes

Pherecydes quoque rerum diuinarum scriptor, eodem periit morbo. Pherecydes Syrus (inquit) copia serpenteum ex corpore eius erumpente expirauit. De hoc extat Quærensi carmen: Sed quis non pauet Pherecidis fata Tragediæ? Qui nimio sudore fluens animalia terra Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt.

Alcman unus ex clarissimis Graeciae poetis hac etiam foeditate periit: autoribus Plin. libro 21. & Plutarcho in Sylla, scribete: Ex posterioribus autem, Alcmanem (qui mirificus componendis cantilenis artifex fuit) hoc morbo periisse ferunt. Pottianus in Nutricia.

Acaulium Peliae filium ferunt ex antiquissimis hoc morbi genere (quæ phthiriasim appellant) interijisse autor Plutarchus.

Calisthenes quoque Olynthus, à carcere custodia tenebatur: praereua & Mumiis inuisconsultus eadem tabe passim membrorum corrosi sunt. Idem autor in Sylla.

Traditum est (inquit idem Plutar.) eum qui in Cilicia belli seruilis autor fuit, Eunuus nomine, caprum, Romamq; perductum, ex phthiriasim mortem obiisse.

Platonem philosophorum haud dubie principum, sunt qui dicant in celebrandis amicis nuptijs, quum quietus decumberet, animam derepente exhalasse. Nonnulli in morbum incidisse, quem à corruptione pedicularum phthiriasim uocant. Inquit idem autor.

Plinius lib. 7. Nat. hist. scribit Syllam erodente seipso corpore, & supplicia sibi gignente interfectum. Plutar. huius scribit contra tractam carnis corruptionem in pediculos fuisse conuersam, adeo ut tunice omnes, therme, lauacra, dapes illius exundantis fordis implerentur, tanta uis epullulabat. Quo

circa per singulos dies ingrediebatur a qua, sed nulla erat utilitas. Celeriter enim inualescebat permutatio, & pedoris magnitudo omnia purgamenta superabat.

Honorificus Vandalorum rex, quum octo annis Christianam religionem in statu suo fuisset, morbo pediculari misere periit. autor Volaterranus.

Arnulphus imperator post Carolum Crassum, quum ad rapinas & templorum spoliaciones animam conuerteret, iussu minimum ira paulo post pediculari morbo interijt. Baptista. Egnatius.

CASIBVS ALIIS DIVERSIS mortui.

Hely sacerdos, quum in filiorum Ophni & Phinees delictis conueneret, eoq; relinqueret impunitos, de sella cadens, fracta ceruice expirauit, domo dissimulatione ulciscente. Sabellicus.

Amos propheta ab Oxia filio ueste per tempora transfixus est.

Aeschylus poeta in Sicilia in mœnibus urbis (in qua morabatur) egressus, aprico in loco refedit. Super quem aquila testudinem ferens, elusa splendore capitis (quod erat capillus uacuum) eandem perinde ac lapidi illisit, ut fractae testudinis carne uesceretur. Quo ita mortuus est poeta: auctore Val. Max. & Politian. in Nut. Aeschylus acrie casu testudinis ictus.

Orpheus Calliopes & Apollinis filius, quum propter liberalē formā à mulieribus adamareretur, ac nihilominus amore sui captas auersaretur, uel quod esset castissimus, aut (ut aliquibus placet) procliuiore in matres libidine, à Menadibus inter Bacchi sacra occisus est. Quicquid saxa et arbores cantu duxerat, & leones exarmauerat, duras mulierum ceruices emollire non potuit. Oui.

K a Dio

Diodorus Cronus sapientiae dialecticae professor pudore expirauit, lusoria quaestione non protinus ad interrogationem Stilbonis dissoluta. autor Plin. lib. 7.

Eupolis poeta, Niciae Atheniensis filius, primo die nuptiarum ruina lecti una cum uxore interfectus est. Ouidius in Ibin.

Lacydes philosophus Cyrenaeus excessit paralytici circa Olympiadem cxxxiiij. Diogenes.

Pericles Atheniensis, Thucydidis amulus, in administranda rep. excessit morbo lento. Plutarchus.

Procopius tyrannus insurgens contra Valentem principem, apud Natoliā, Phrygiae ciuitatē uictus, reflexis per uim arborum truncis alligatus & discerptus est.

Thimagenes Alexandrinus sub Pompeio captiuus Romam ductus, periit ex uoluntate post cenam. Volaterranus.

Alexander Magædo Bessum Bactrianorum ducem bello uictum, curuatis per uim arboribus alligauit: quas demum tanto impetu concitatas remisit, ut laniata passim membra disiecerint. autor Plutarch.

Dirce mulier dolens maritum suum Lycum Antiope amore captum, Antiope ipsam tauri cornibus alligauit, ad cuius uociferationem protinus accesserunt Zeuthus & Amphion, eiusdem filij, qui ad uiscendam iniuriam, matri factam, tauro indomito Dircem alligauerunt, eaque morte eximixerunt. Propertius lib. 3.

Ibycus poeta a latronibus correptus, spe praedae, dum cultros in gulo uidit instare, praeteruolantes grues obtestatus est. Aliquantum post tempore dum homicidæ sederent in foro, rursusque grues superuolarēt, per iocū inter se susurrabant in aurem: Ad sunt Ibyci ultores. Quo sermone audito,

homicidij suspectos habuerunt qui audire rant, correptosque tormentis ad uerū coegerunt, & ex eo quaestione exercuerunt. Atque re comperta scelus ulti sunt. Auson. Ibycus ut periit, uindex fuit. aliuolans grus. Plutarch. apud Erasmus.

Psammentum Aegypti regem scribit Herodotus potu sanguine taurino suffocatum.

Minya cuiusdam filias Caelius scribit eo furore percitas, ut humanis carnibus uescerentur, imò etiam filios ad eam rem fortirentur, ac Leucippam Hippasum filium (quem petierat fors) lanauerint.

Attilius Regulus Xantippi ducis Lacedaemoniorum insidijs ab Asdrubale captus, missusque ad populum Romanum legatus, ut ex se uno & sene Carthagenisum captiuum pensarentur, dato in contrarium consilio, ad inimicos iuxta praesentia fidem rediit.

A quibus in arcam ligneam coniectus, clauis introrsum adactis, efferatam Barbaræ gentis seuitiam expertus est. Demum palpebris oculorum infernè & sursum uersum cōsutus, Soli expositus, alijsque postmodum multis tormentis lento peremptus fatus. Claudianus: Prorogat aeternam feritas tibi Punica palmam. Regule. Cic. Offic. Gell. ca. 4. lib. 6. & Val. de Crudel.

Minutia Vestalis suspecta libidinis propter elegantem corporis cultum, uina deossa est. Linius libro 8.

Oppia quoque Vestalis, cōperta stupri, obruta est terra. Linius.

Constantinus Capronymus periit elephantiasi, quum annos triginta quinque impersasset.

Carolus Magnus Aquisgranum (ubi templum Sancti Martini extruxerat) decessit. pleuresi.

Adrianus

Adrianus quoque martyr extinctus est crucifragio, sub Maximiano imperatore.

Corona mulier sub Antonio imperatore arboris ramis per uim reflexis alligata, eisdem in aera remissis discerpta est.

Arcadio martyri manus primum, demum pedes, eoque modo cætera membra seriatiim amputata sunt.

Andronicum martyrem Maximus praeses circa uentrem papyris inflammatis fecit exuri, incensos clauos eius digitis apponi, ignitum ferrum in os immitti, dentes excuti, contractis maxillis linguam abscindi, ad extremum puniri.

Basilius episcopus a Perennio praefide in eculeo primum suspensus, demum laminis ardentibus circa latera appostitis excruciatu, sustibus & scorpionibus caesus, in ignem missus, duobus postremo uerbis a talo ad uerticem capitis confixus, spiritum Deo reddidit.

Anatholia uirgo iussu Faustianiani praefidis gladio per latera transfuerberata est.

Gregorius xi. Pontifex Maximus, dum annis octo sedisset, intolerabili uescicæ dolore concessit in fata. Platina.

Pius tertius Pont. Maxim. ulcere cruris (quo diu laborauerat) ad extremum periit.

Arrius Alexandrinus, Armodij filius, dum suam heresim (qua filium ab aeternae patris substantia conabatur abducere) passim disseminasset, acriusque serperet, et eundem uires acquireret ipsum contagium, suae tandem impietatis poenas luit. Etenim dum Constantinopoli secessum peteret, uentris exonerandi causa, fluentibus in foricam intestinis, miseram euomuit uitā, eius postea iudicium experturus, de quo perperam senserat. Volaterranus. Sabell.

Carolus paruus, Roberti Siciliae regis fi-

lius, Ioannam fratris sui Andreae uxorem puluillo ori iniecto enecauit, quod illa maritum suum interfecisset. Volater.

Ioannem Scotum, Christianae Theologiae disciplinae praestantem (dum erudien- dis in Britannia pueris operam daret) facta conspiratione discipuli sui graphijs occiderunt. Crinitus.

AQVIS SVB MERSI.

Pharao rex Aegypti dum Israelitas persequeretur, mare rubrum uirga Moysis diuisum ingressus cum toto exercitu periit, et submersus est. Politian. in Nutricia: Ut rubras sicco pede trāsijt undas, Demerso ingnem cecinit Pharaone triumphum.

Hylas Thyodamantis filius cum Hercule (cuius erat amasius) reliquisque Argonautis Colchos nauigans, dum aquam uellet haurire, urnae pondere submersus est, multumque clamoribus ab ipso Hercule, sed frustra acclamatus. Verg. Aegl. 6. His adiungit Hylam, nautae quo fonte relictum, Clamassent, quum litius Hyla Hyla omne sonaret. Iuuen. Et multum quaesitus Hylas, urnamque secutus. Fabulantur poetae eum a Nymphis ob formam excellentem raptum.

Propert. lib. 2. Tandem haurire parat demissis flumina palmis in nixus dextro pleura trahens humero. &c.

Orontes Troia diruta cum Aenea in Italiam nauigans, naufragium fecit. Vergilius libro 1. Aeneidos: Vnam, quae Lycios, fidumque uehebat Orontem, Ipsius ante oculos ingens a uertice pontus in puppim ferit: excutitur, pronusque magister Voluitur in caput: ast illum ter fluctus ibidem Torquet agens circum, & rapidus uorat aequore uortem.

Leucaspis quoque eadem procella obrutus est, eodem Vergilio teste, qui sexto

K 3 Aeneid.

Aeneid. inquit: Cernit ibi mastos, et mar-
tis honore carentes Leucaspum, & Lyciae
auctorem elisio Orontem.

Palinurus, gubernator nauis Aeneae,
dum obrepente somno dormitaret, incau-
tus decidit in mare. Neque tamen tunc pri-
mum submersus est. Sed quum portui (qui
Velinus postea dictus est) adnaret, ab inco-
lis pro belua marina obrutus est. Verg. in
fine quinti Aeneid. Idem in sexto: Ecce gu-
bernator sese Palinurus agebat, &c. Oui-
dius in ibi: Aut ubi uentosum superaris
naustragus aequor, Contraacta percas, ut Pa-
linurus, humo.

Aesacus Priami filius egrefrens Hesse-
riem puellam (quam fugientem insequenda-
tur) morsu colubri in herba latentis fuisse
interfectam, in aquis se demisit: mutatus
postea in Mergum, ut poetae fabulan-
tur. Ouidius lib. 12. Metamorph. Dixit, & e sco-
pulo (quem rauca subederat unda) Decidit
in pontum.

Tiberinum regem se in Tyberim praeci-
pitasse, & fluuio (qui prius Atibula diceba-
tur) nomen imposuisse memoriae traditum
est. Ouidius in ibi: & libro 4. Fastorum.
Idem lib. 14. Sed Capys ante fuit.

Anna soror Didonis se in Numycum
fluuium demisit. Causam mortis uide in eo-
rum historia qui se occiderunt. Ouid. lib. 3.
Fast. Corniger hanc tumidis rapuisse Nu-
micius undis Creditur, et stagnis occuluis
se suis.

Helle filia Athamantis regis Thebaru,
insidiis nouerca cum Phryxo fratre fugi-
ens, arietem aurei uelleris conscendit, ut eo
modo Colchos ueheretur. Quos quum per
mare ferret aries, contigit, ut puella perter-
rita in pontum caderet, & Helleponto im-
poneret nomē. Ouid. lib. 4. Fast. Dicitur in

si ma coram tenuisse sinistra Foemina quā
de se nomina fecit aquae. Idem in epistolis
Hero. Propertius lib. 2.

Icarus Dedal. filius à Creta cum patre
fugiens, frenus alarum (quas fecerat pater)
fiducia, dum altius in auras euolaret lique-
factus à sole pennis cereis in mare cecidit,
quod ab eius ruina Icarium coepit dici. Se-
neca in Hercule Oethæo. Ouid. lib. 1. Tri-
stium: Dum petit infirmis nimitū sublimia
pennis Icarus, Icareis nomina fecit aquis.
Idem lib. 8. Metamorph.

Leander speciosus puer ex Abydo, cum
in Seston urbem non multum remotam na-
uigaret ad amasiam suam Ero nomine, tem-
pestate suborta periclitatus est. Ouidius
libro 3. Tristium: Si tibi tale fretum quon-
dam Leandre fuisse, Non foret angusta
mors tua, crimen aquae. Strozza pater lib. 1.
Eroticōn.

Carelia mulier dum Baias nauigaret, &
quis obruta est. Martialis lib. 1. Dum petit
è Baulis mater Carelia Baias, Occidit in sa-
ni crumme mersa freti.

Aegeus Thesei pater se submersit. Cau-
sam uide in precedenti capite.

Sappho quoque è Leucade Epyri promon-
torio se precipitauit. Stat. lib. 5. Sylua. Sal-
tusq; ingressa uiriles Non formidata teme-
raria Leucade Sappho.

Eupolis Atheniensis poeta Comcedio-
graphus nauigans in Helleponto, quo
tempore Lacedaemones opprimebantur
bello, naufragio periit.

Ino uxor Athamantis se cū Melicerta
filio demersit. Ratio iam posita. Val. Flac.
lib. 8. Attonito qualis pede profluit Ino in
freta, nec parui meminit conterrita nati.
De Melicerta seu Palamone Statius libro
2. Sylua. Talis in Ichniacos ploratus ab
aequore

aequore portus Naufragus imposta iacuit
sub mare Palamon.

Milo Tyrannus Pise quā subditos mul-
tis afficeret tormentis & cruciatibus, ab
eisdem in mare demersus est. Ouidius in 1-
bim: Vtq; Milo, sub quo cruciata est Pisa
Tyranno, Viuis in occultas precipiteris
aquis.

Menander Graecus poeta Comædiogra-
phus, dum in exiguo nataret fluuio, ibidem
submersus est. Ouidius in ibi: Comicus ut
liquidis perijt (dum nabat) in undis, Et tua
sic Stygius stringulet ora liquor.

Misenus Aeneae tubicen, dum Trito,
nem deum marinum ad iube certamen irri-
tasset, ab eodem in mare deturbatus est. Vir-
gilius lib. 6. Aeneid.

Oenomanus ab oraculo monitus se tūc
periturum, quum Hippodamia nuberet,
prociis eam petentibus certamen proposu-
it, ut eum puella cursu contenderent, quae
propter Harpynnae & Psylta equorum ce-
leritatem uidebatur insuperabilis. Conue-
nerat autē, ut uicti interficerentur, uicto-
res eam sibi haberent. Quum ergo Pelops
puellam deperiret, eius aurigam Myrti-
lum largitione corrupit: quem propterea
Oenomanus in mare (quod ab eo Myrtoum
dictum est) iemerit. Alij uolunt Myrtulum
ab ipso Pelope precipitatum, dum suae
proditionis mercedem peteret. Ouidius in
1bim: Proditor ut saeni perijt auriga tyran-
ni, Qui noua Myrtioe nomina fecit aquae.
Seneca in Thyeste.

Turnum ab Aenea interfectū licet Ver-
gilius dicat, sunt tamē argumenta quae in-
ficiantur: imò uerò Aeneam à Turno ada-
ctum ad mortem inferunt, submersumq;
in Numycio fluuio, dum insequentem Tur-
num fugeret. Quod apud Vergilium fate-

ri uideatur Venus pro Aescanio Iouē orans,
desperato iam Aenea, ubi ait: Aeneas sanē
ignotis iactetur in undis, Et quaecumque
uiam dederit fortuna, sequatur: incolumē
Aescanium liceat superesse nepotem. Quā
mortem prius Dido ei imprecata fuerat,
ubi ait: At bello audacis populi uexatus &
armis, Finibus extorris, complexu auul-
sus Iuli, Auxilium impleret, uideatq; in-
digna suorum Funera: nec quum se sub le-
ges pacis iniquae Tradiderit, regno, aut o-
ptata luce fruatur: Sed cadat ante diē, me-
diq; inhumatus arena. Item Iuuenalis de
Romulo fulminato, & Aenea submerso lo-
quens: Alter aquis, alter flammis ad fide-
ra missus. Ouidius quoque in Metam. sic
ait: Littus adit Laurens, ubi tectus arundi-
ne serpit in freta fluminis uicina Numy-
cius undis. Hunc iubet Aeneae quaecum-
que obnoxia morti Abluere, & tacito de-
ferre sub aequora cursu. Corniger exequi-
tur Veneris mandata, suisq; Quicquid in
Aenea fuerat mortale, repurgat. Item Ti-
bullus lib. 2.

Britona filia Martis se in mare deiecit,
ut stuprum Minois regis posset effugere.

Cayx maritus Alcyones ad oraculum
nauigans naufragium fecit, in auem po-
stea mutatus, ut fabulantur poetae. Oui-
dius in 1bim, Nec tibi fit tumidis melior Ne-
ptunus in undis, Quam cui sunt uisa fra-
ter & uxor aues. Seneca in Agamem-
none:

Lycas quum uenenatam Herculi tuni-
cam attulisset, ab eo in mare Euboicum de-
iectus est. Ouidius in 1bim: Quam qui do-
na tulit Nestoreo tincta ueneno, Euboicasq;
suo sanguine tinxit aquas.

Phronyma puella ab Etearcho patre
rege Creta suasu nouerca in aquas praeci-
pitata.

cipitata est, Themifone quodam sceleris ministro. autor Herodorus.

Petum quendam Propert. lib. 3. scribit, in Aegyptium causa pecuniae comparandae nauigantem, fluctibus obrutum fuisse. Sic enim pecuniam alloquens ait: Tu Petum ad Pharios tendentem linthea portus, Obrutus in sano terq; quaterq; mari.

Argynus puer formosus (quem Agamemnon habebat in delicijs) itidem submersus est. Idem Propert. lib. 3. Sunt Agamemnonias testantia littora curas, Quae notat Argyni poena manantis aquae.

Marcus Marcellus missus ad Masinifsum in Aphricam, perijt naufragio paulo ante tertium bellum Punicum. Autor Livius. Cicero in oratione ad Pisonem: Marcus Marcellus, inquit, qui ter fuit Consul, summa uirtute, pietate, gloria militari, perijt in mari.

Decius Imperator a Gothis cum toto exercitu prostratus fugam arripens, paludis uoragine absorptus est, nec postea inuentus. autor Sextus Aurelius.

Fredericus Aenobarbus imperator ad expeditionem Hierosolymitanam profectus, quum aliquot Armeniae oppida iam cepisset, in annis transitu perijt.

Cesarius Apher genere, et Iulianus presbyter apud Terracinam sub Claudio in mare praecipitati sunt Calendis Nouembrijs.

Argyropylos imperator, Zoae uxoris et Michaelis Paphlagonis eius adulteri dolo, inter balneas aquis inmersus obiit. Bab. Egnatius.

Edmundum adolescentem Anglorum regem Ateftanus in nauigio sine remige fluctibus perendum exposuit, uno tantum comite. Volaterranus.

Astorgius filius Galeoti Foro iulienfium principis, quum longam obsidionem Caesaris ab Alexandro pontifice patre missi fuisse, ad extremum uictus, et Romanam ductus in Tyberim noctu praecipitatus est.

Clodomyrus Fraacorum rex Gundebaldo Burgundiae rege superato, Sigismundum eius filium una cum sorore in puteum demersit.

Sfortia Attendulus dum uni e ministris in Aterno fluuio periclitanti uellet succurrere, cum eo naufragium fecit. Fuit is pater Francisci Sfortiae.

Marullus poeta Pontani discipulus (qui a Politiano amulo et hoste suo Mabilius dicitur, et quem ipse Ecnomum uocat) in amne Cecina submersus est.

Quintianus praeses (sub quo passa est beata Agatha) dum flumen cum equis transiret, ab eorum uno excussus, et in aquis proiectus, miseram exhalauit animam.

Multi quoque ex martyribus, eodem mortis genere extincti sunt, ut Ascla, Anastasius Aquileiense, Florianus Hesychnus, sub Diocletiano: Theogenes sub Licinio, Claudius Tribunus sub Numeriano, Calixtus Papa sub Alexandro Imperatore, Symphorosa sub Adriano. Item Apollonius, Philemon, Bassus, Antonius, Protolycus apud Alexandriam, Calixtus et Charisius apud Corinthum, Iocudianus apud Africam, Palatinus et Maxima uirgo, et infiniti alij hac morte coelestem meruerunt lauream.

Roxana et Statyra Darij filiae, duae fuerunt Alexandri uxores seu concubinae. Quarum alteram Roxanae praegnatem Statyra in puteum demersit, solo ducta liuore, quod Macedones praecipuis honoribus eam cumularent. autor Plut. in Alexandro.

QVI

QVI SVIS CASIBVS AVT naufragio nomina aquis inposuerunt.

Aegeus Atheniensium rex, mari Aegeo. Eriubra rex mari Eriubraeo, seu rubro. Helle soror Phryxi, Hellefpon / to. Icarus Daedali filius, Icareo. Myrtilus auriga Oenomai, Myrteo. Hesperides puellae, Hesperio, Tyrrhenus rex Lydorum, Tyrrheno.

Tyberinus rex Tyberi fluuio Thusco / rum. Euenus Eueno. Marsyas libicen Marsye. Anius rex Thuscorum Anioni, qui et Anenus et Anien dicitur. Absyrus frater Medae Absyrtio Colchorum.

AB EQVIS OCCISI
et discerpti.

Hippolytus falso accusatus et sistratus stupri Phaedrae nouercae illati, dum patris Thesei furorem fugeret, arrepta fuga ab equis discerptus est. Ouidius lib. 5. Metam. Excitior curru, etc. ibidem lib. 3. Fast.

Hic later Hippolytus toris discerptus equorum, Vnde nemus nullis illud aditur equis. Idem lib. 5. Hippolyte infelix, uelles coluisse Dionem, Dum conternatis diriperes equis. Idem lib. 6. Exciderat curru, torisq; morantibus artus, Hippolytus lacero corpore raptus erat.

Idem in Ibin: Vel tu (ne poenae genus hoc cognouerit unus) Viscera diuersis scissa trahantur equis. Sabius in Epistola Demophontis ad Phyllidem:

No fratrem Hippolytum, cecidit miserabilis ille, Praeceptis aeternis per fieri raptus equis.

Seneca in Hippolyto quoque meminit. Fuit alter Hippolytus martyr Romanus, qui pro Christi nomine sub Decio principe, indomitus itum equis alligatus et discerptus spiritum deo reddidit.

Glaucus filius Siybi (qui apud Potniam regnauit) dum equis humana car-

ne ateret, ab eisdem postremo deuoratus est. Virg. lib. 3. Georg.

Scilicet ante omnes furor est insignis equarum, Et mentem Venus ipsi dedit quo tempore, Glauci Potniades malis membra absumpsere quadrigae.

Diomedes rex Thraeciae, dum equos suos humana carne ateret, ab Hercule illo lac iter faciente, equis ipsis datus est in pabulum. Ouid. in Ibin: Ut qui Threicij quondam praesepia regis. Fecerunt dapibus sanguinolenta suis. Seneca: Suisq; regem pabulum armentis datum. Clauitanius: Dirig; sanguinei uertit praesepia regis, Et Diomedaeo gramme pauit equos.

Neocles Themistocles filius equi morsu interijt. autor Plutarchus in Themistocle.

Hercules regem Eubaeae Pyrechmen Baeotij bellum inferentem, uictum equis discerptum exposuit apud Heraclium fluuium. autor Plutar. in Paralle.

Abierus unus fuit eorum, qui ab equis Diomedis Thraeciae regis interfecti sunt et deuorati. autor Aegrius Maserus in Valerij Argonautica.

Comminus a Gidica nouerca stupri falso accusatus, meum Comminij patris curru conscendit, et in fuga more Hippolyti ab equis raptim distractus est. Dositheus apud Plutarchum.

Caelius lib. ii. Lectorum antiquarum scribit, Taraxippum quendam fuisse in Isthmo ab equis interemptum.

Limone puella adulterij comperta, ab Hippomene patre datus est equo faelicico deuoranda. Ouid. in Ibin.

Metius Suffetius dux Albanorum. quoniam in bello Fidenatum pactum et societatis cum populo Romano perfiteri uerperat, captus postmodum uisus quadrigis in diuersa nitentibus, lacertus est,

L missus

iussu Tullij Hostilij. autor Lilius, & post
Lilius Gell. lib. 20. cap. 1. Vnde Verg. li-
bro 8. Aeneid.

Haud proci inde citę Meti in diuersa quadrigę
Distulerant (attu didis Albane maneres)
Raptabatq; uiri mendacis uiscera Tullus
Per syluas, sparfo rorabant sanguine uepres.

Licius imperator, quum Hermiam uir-
ginem filiam suam (quod Christiana esset)
equis dedisset conculeandam, ab eorū uno
morsu interfectus est.

Brunelchildis Francorum regina, post
multa flagitia spectante Clothario, indo-
mitis equis alligata, & membratim discer-
pta est. Hoc scribitur in Historia Adonis
Viennensis.

EQVORVM LAPSV mortui.

Nipheus. Verg. lib. 10. Quin ecce Ni-
phei, Quadrijuges in equos, aduer-
sāq; pectoratēdit. Atq; illi longę gradien-
tem et dira frementem Vi uidere, metu uer-
si retroq; ruentes, Effunduntq; ducem, ra-
piuntq; ad litora currus.

Leucagus. Virgil. Excussus curru mo-
ribundus uoluitur aruis.

Ligeris frater Leucagi eodem quoque
modo excussus est. Ver. ibidem. Frater ien-
debat inermes Infelix palmis, curru dela-
psus eodem.

Clonius. ibidem: illum in frenis equi la-
psu tellure iacentem Obiruncat.

Remulus. Idem lib. 11. Orsilochus Re-
muli (quando ipsum horrebat adire) Ha-
stam intorsit equo, ferrumq; sub aure reli-
quit. Quo sonipes iclu furit arduus, altaq;
iaciat Vulneris impatiens arrecto pecto-
re crura Voluitur ille excussus humi.

Thymetes quoque equo suo excussus in
bello interfectus est. Idem Virg. lib. 12. Et
sternacis equi lapsum ceruice Thymetem.

Amycus. Idem Virg. in eodem: Turnus
equo deiectum Amycū, fratremq; Diorem
Congressus pedes, hunc uenientem cuspi-
de longa, Hunc mucrone ferit.

Agenor lapsu equi inserta ori manu ex-
tinctus est. Ouidius in Ibin: Vtq; loquax
in equo est el: sus gutture Agenor, Sic tibi
claudatur pollice uocis ier.

Bellerophonem quum ad coitum non
posset inducere Stenobæa Proeti uxor, eum
corā marito stupri postulauit: Stenobæa
uerbis fidē adhibens Proetus, Bellerophonem
periculis obiecit, ac primum ad supe-
randam Chimæram misit. Quam cum ui-
cisset, elatus uictoria in cœlum Pegaso e/
quo alato uoluit conscendere: sed ulciscen-
te Nemese decidit. Ouid. in Ibin: Quiq; ab
equo præcepis alienis decidit aruis, Exitio
facies cui sua penē fuit.

Seleucus Calinicius Antiochi cogno-
mento dei filius, & Syriæ rex ex equo la-
psus excessit.

Philippū Ludouici Crassi filiū, eq; lapsu
itidē periisse in Gallorum Historijs lego.

Fulco Andegauenis comes, quintus
rex Hierosolymorū, equo in capui uerso
occubuit, quum regnasset annis undecim.

Bela rex Pannonorum frater Andreae
& filius Vazulus regum, decessit lapsus e-
quo membris luxatus et dilocatis, anno re-
gni sui tertio.

Antonius Vicus. Pamphil. Saxus: Non
equus Antoni leua te morte peremit, Vi-
ce, licet corpus prefferit ille tuum, Fræna
trahens sed tu mortis tibi causa fuisti: Non
poieras fato candidiore mori.

A SERPENTIBVS occulsi.

Laocon Troianus percussa in uterum
fatali machina, pœnam luisse dicitur,
duobus

duobus filijs à serpentibus occulis. Quibus
dum præstito ess. ueliet, eadem perijt mor-
te. Virg. lib. 2. Ouidius in Ibin: Quam puer
Hipsiphyles, quum qui caua primus acu-
ta Cuspide, suspectu robora fixit equi.

Eurydice Orphei uxor Arisæum (à quo
adamsbatur) fugiens morsu colubri in her-
ba latens interfecta est. Orpheus apud
Ouid. libro 10. Causa uia est coniunx, in
quam calcata uenenum Vipera diffudit,
crescentesq; abstulit annos. Idem: Occi-
dit in talum serpentis dente receptio. Idem
in Ibin.

Hesperie puella Aesacum Priami filium
(à quo itidem adamabatur) fugiens ser-
pentis morsu perijt. Ouidius lib. 11. Meta.
Ecce latens herba coluber, fugientis adun-
co Dente pedem firmavit, uulnusq; in cor-
pore liquit.

Orion cum se iactasset, nullum à terra
monstrum produci posse, quod non con-
ficeret, terra ipsa peperit scorpionem, à
quo interfectus est. Ouidius lib. 9.

Opheltes (qui alio nomine Archemo-
rus dicitur) filius Lycurgi regis Nemeæ,
dum negligenter ab Hipsiphyle nutrice cu-
stodiretur, serpentis morsu extinctus est.
Ouid. in Ibin: Quam puer Hipsiphyles,
quum qui caua primus acu: a Cuspide, su-
specti robora fixit equi. Statius lib. 2. Syl-
uarum, & lib. 5. Thebaidis.

Xanthus historiarum autor, tradit a-
pud Plinium lib. 25. Tilonem à dracone in-
terfectum, ac demum herba (quam Balim
dicunt) restitutum saluti.

Sulpitius in Lucanum ait Canopum gu-
bernatorem nauis Menelai, aspidis morsu
apud Canopum Aegypti urbem occisum.

Ampycidem Politianus in Nutricia scri-
bit in Libya serpentis morsu interfectum,

ubi ait: Ampycidemq; pium Lybici quē
stravit arena Vipera, sua sua famēs accen-
sa ueneno.

Demetrius Phaleræus, auditor Theo-
phraستي, & præfectus Bibliothecę Ptole-
mæi Soteris, excessit ex morsu aspidis. Ouidius
in Ibin.

Orestes furore liberatus, quum Thisa-
m mem filium imperio Mycenarum suffe-
cisset, serpentis itidem morsu perijt. Ouidius
in Ibin: Vtq; Agamemnonio, &c.

Seneca in Medea scribit Idmonem à ser-
pente in Libya caesum, ibiq; sepultum, ubi
ait: Idmonem (quamuis bene fata nosset)
Conscidit serpens Libycis arenis. Ouidius
tamen scribit ab apro interfectum, ut po-
etica docebitur.

Cleopatra ab Augusto superata mor-
dendum aspidi porrexit brachium, ne in
triumphum duceretur. Propert. lib. 3. Bra-
chia spectau sacris admorsa colubris, Et
trahere occultum membra soporis iter.

AB APRIS OCCISI.

Adonis Cynaræ ex Myrrha filius, Ver-
neri ob formam charissimus, dum ue-
naretur, ab apro interfectus est. Ouidius
lib. 10. Meta.

Fixerat obliqui iuuenis Cynaræius iclu,
Protinus excussit pandō uenabula rostro,
Sanguinetunda suo, trepidumq; & tuta petentem
Trux aper insequitur, totosq; sub inguine dentes
Abdidit, & fulua moribundum stravit arena.
Propertius lib. 1.

Dedalum quendam Martialis libro 1.
ait feris obiectum, ab apro laniatum fuisse.
Dedale Lucano quum sic lacereris ab
apro, Quam cuperes pennas nunc habuis-
se tuas?

Idmonem uatem licet Seneca dicat à
serpente interfectum, Ouidius tamen in
Ibin, et Politianus in Nutricia, ab apro oc-
cisum uolunt. Ouidius sic: Quiq; Lycur-
gidem

gidem laniavit ab arbore tractum. Iamonaq; audacem, te quoq; rumpat aper. Sic Politianus: Quid ue loquar te Grauci senex, plenumq; parente Idmona, sumineci prostratum sentibus apru.

Anceus filius Astypaleæ Phoenicis & Neptuni filia, rex Sami, dum uellet occidere aprum agros suos uastantem, ab eodem est interfectus. Volaterranus.

Bruthem Lycurgi filium ex arbore de tractu aper laniavit. Ouidius in Ibin: Quis Lycurgidem laniavit ab arbore tractum, Idmonaq; audacē, te quoq; rumpat aper. Volaterra. tamen facit Anceum Lycurgi filium. Dominus uero Calderinus hoc ad Bruthem refert.

A' LEONIBVS OCCISI.

Hyas Atlantis ex Aethra filius dum uenaretur, a leona interfectus est. Ouid. lib. 5. Fastorum: Dumq; petiit latebras foete catulosq; leonæ, ipse fuit Libyæ præda cruenta leæ. Mater Hyan, et Hyan moeste fleuere sorores, Ceruicemq; polo suppositurus Atlas.

Paphages rex Ambraciæ, dum occurrisset Leonæ catulis suis stipatæ, ab eadem interfectus est. Ouidius in Ibin: Foeta tibi occurrat patrio popularis in aruo Sitq; Paphagæ causa leona necis.

Satyrus & Perpetua martyres, quum nullis tormentis, nullisq; comminationibus ab orthodoxæ fidei cultu diuerti possent, leonibus deuoti sunt, & ab eis deuorati, Valeriani & Galeni temporibus sub præside Tanurtio. Volaterranus.

Ignatius Episcopus Antiochenus, quum neglectis tormentis constans in fide persisteret, iussu Traiani imperatoris leonibus destinatus est, & ab eisdem præfectus.

A' CANIBVS OCCISI.

Linus filius Apollinis ex Psamata Crotopij Argiuorū regis filia, a matre apud Nenum fluium expositus, ibidem a canibus laniatus est. Ouid. in Ibin: Quisq; uerecundæ speculariem membra Dianæ, Quisq; Crotopiateri diripuerit Lumum. Stalius lib. 1. Theb.

Neanthus propter chelyn Apollinis temerè affectatam, deo iudice a canibus discerptus est. Politianus in Nutricia: Improbus hanc stultè chelyn affectare Neanthus Ausus, Apollinea pendentem sustulit æde: Quem tamen indocto ferientè pollice chordas, Vindice discerpsit rictu nocturno canum uis.

Euripides postea noctu rediens a cœna Archelai regis Macedoniæ, canibus a Promero quodam amulo immixtis, extinctus est. Politianus in Nutricia: Quemq; tegit rabidis lacerum pia Palla molossis. Ouidius in Ibin:

Thrasius puer Delius, Dianæ charissimus, a canibus uidem interfectus est. Ouidius in Ibin: Prædaq; sis illis, quibus est Latonia Delos, Ante diem rapto non aduenda Thraso.

Consyngem reginam propter liberio rem cum marito Nicomede rege Bithyniæ ac lasciuio rem iocum, fuisse interfectam a regis cane scribit Plinius lib. 7.

Diogenes philosophus decessit ex morsu canis eodem die, quo Alexander Macedo in Babilone moriuus est. Volaterranus.

Heracletus philosophus quum esset hydropicus, ad remedium seuo bubulo se unxit, atq; soli siccandum præbuit. Sepulchrum itaq; somno, a canibus laniatus est.

Actæon filius Autonoes, dum inter uerendum Dianam in fonte nudam conspexisset,

xiisset, dea uiscerē in ceruum mutatus est, & a canibus suis laceratus. Ouidius in Ibin. Item lib. 1. Meta. Seneca in Thebaid.

Lucianus Sophista Samosatenus, qui Traiani temporibus floruit, a canibus laniatus est non sine diuinæ ulionis suspitione. Nam cum primum esset Christianus, a catholica fide postea deficiens, religionem insectari cepit. Volaterranus.

FERARVM MORSV extincti.

Milo Crotoniates, dum nimia roboris confidentia, arbore in geminas partes uellet diducere, manibus in medio conatū districtis, ibidem retētus est, et a feris comestus. Pausanias apud Cælum ait a lupis fuisse deuoratum. Ouid. in Ibin: Ut quæ Milo robur diducere fissile tentes, Nec possis captas inde referre manus.

Cratibum legimus a Sybarim, pastorem fuisse, qui quum in libitine esset procliuor, capellam omnium formosissimam deperire cepit. Quumq; Veneris incendio acris utillaretur, eam frequenter imbat, ac uti amicam gratè amplexabatur, non sine multa suauitate. Quinetiam munuscula ei offerebat, pabulum uidelicet lætius amoeniq; Molles quoq; substernebat ac cubitus, quib. uelut Nympha decumberet, & mollius quiesceret. Quod cōtemp'tatus dux gregis hircus cestro zelotypia agitata, dormientem adortus est, eiq; sinciput illisit. Hoc ex historijs Græcis aduocant Volaterranus & Cælius.

Pyrene puella Berycis filia, in Pyreneo monte ab Hercule compressa, atq; a feris ibidem laniata est & sepulta. A cuius nomine monti quoq; impositum nomen.

Gatis regina Syriæ (quæ postea Atergetas uocata est) pi. cib. data & deuorata

ta dicitur. autor Antipater Tarsensis apud Volaterranum.

Basilus Macedo Imperator, quum annis x x. imperasset, a ceruo in uenatione percussus cornu, interijt.

Reuocatus et Felicitas martyres, a leopardis comesti sunt, imperantibus apud Romanos Valerio & Galeno, sub Tarnutio præside.

Saturninus episcopus Tolosanus, cū acerrimè pro Christiana fide pugnaret, ferocis tauri cornibus alligatus, membris confRACTIS & illiso cerebro Domino spirituum reddidit.

Hatto archiepiscopus Moguntinus, è muribus in Rheno fluuio deuoratus fertur, non sine maxima diuinæ uindictæ suspitione; quod multitudinem pauperum (quibus se elemosynam daturum simulabat) tempore famis in horreo fecisset cremari.

Euphemia uirgo Philophronis senatoris filia sub procosule Prisco urbis & leonibus obiecta, ab eisdem interfecta est.

Sylvanus Tyri præsul, sub Diocletiano imperatore, amore Christianæ pietatis non grauat' est feris exponi.

Priscus, Malcus, Alexander martyres apud Cæsaream Palestinæ passi sunt sub Valeriani persecutione, & pro Christi nomine a bestijs deuorati.

Florellus martyr temporibus Antonij imperatoris passus est apud Augustudunum, & iussu Valeriani præsidis feris expositus, a quibus deuoratus est.

Germanicus sub M. Antonio, & L. Aurelio Smyrnæ passus est, ac post infinita propè tormenta, bestijs obiectus, a quibus fractim comminutus, uitam cum morte mutauit.

FUMO AUT VA-

poribus suffo-
cati.

Minos rex Crete quum Dædalum ad Siciliaem usque persequeretur, à Cocalo eius loci rege (quem Dædalus multis obsequijs sibi demeruerat) per prodicionem captus, & in therms suffocatus est. Ouidius in Iben.

Q. Lucilius Catulus orator, collega Marij in consulatu, ab ipso Mario mori iussus, inclusus in cubiculo cadentium carborum uapore suffocatus est. autor Valerius Maximus.

Zoe Nicostrati martyris uxor à beato Stephano ad catholicam inducta pietatem, criminibus suspensa, fumo subter suffocante periit.

Thurinum fumi uenditorem fumo necatum fuisse scribit Erasmus in illius adagij explanatione, Termeria mala.

IN LATRINIS

mortui aut occisi.

CN. Carbo dum in Sicilia uentris onus poneret, iussu Pompeij in latrina occisus est.

Lampridius ait Heliogabulum naturæ portentum, fato à tali monstro poenas repositente, in latrina occisum fuisse, dum uentrem exoneraret. Plutar.

Fœlicula uirgo quum nullis tormentis aut pollicitationibus à Christiana religione diuertere posset, iussu Etacæ comitis in latrinam detrusa est, & ibidem mori coacta.

Ireneum & **Abundium** martyres Valerianus in cloacam detrudi, & ibidem mori fecit, quòd à sanctæ Concordiæ corpore inde extraxissent.

GAUDIO ET

risu mortui.

Lacedæmonius Chilo immodice perijt Letitia, quum filium in complexibus uideret Olympiæ coronatum.

Sophocles & **Dionysius** Sicilia tyrannus, uterq; accepto Tragicæ uictoriæ nuncio. Plin. cap. 37. lib. 7.

Sophoclem **Lucianus** & **Sotades** apud **Criminum**, contra **Plinij** sententiam, dicunt acino uivæ perijisse. Val. Flac. tamen et **Volaterran.** fouent partes **Plinij**. Quorum uerbum sequitur **Politianus** in **Nutricia**, scribens: **Quemq;** senem merite rapuerunt gaudia palmæ. nisi fortasse de **Philippide** intelligi malis.

Philippides **Comædiographus**, quum in certamine poetarum præter spem uicisset, ac propterea lætissimè gauderet, inierit illud gaudium repente mortuus est. **Gell.**

Philistion **Nicæus** poeta **Comicus** (qui **Socratis** ætate floruit) nimio quoque risu mortuus est. **Politianus** in **Nutricia**: **Implicitusq;** **Sophron**, risuq; **Philistio** tandem **Perditus**.

Diagoras **Rhodijs**, quum tres filios athletas eodem die uincere, & uictores coronari uidisset, populusq; gratulabundus flores undiq; in eum iacerent, in sua uispectante populo in oculos & manibus filiorum animam efflavit: præ lætitiâ. autor **Cicero** lib. 1. **Quæst. Tusc.** & **Gell.** libros noct. Attic. quibus in hac re idem est opus sensus, præterquam quòd **Cicero** duos tantum filios **Diagoræ** coronatos, tres **Gellius** dicit.

Philæmon poeta uidēs asinū sicus mense paratas comedentē, tãto diffudit gaudio, ut eo expirauerit. autor **Val. Max.**

Aristoteles apud **Gell.** est autor, **Poly-**

cratam

eratam nobilem faminam à **Naxo** insula, bidine deprehensus, cum matrona interfectus est. **Paulus** **Diac.**

Ioannes xii. pontifex in adulterio comprehensus, itidem interfectus est. Cuius mors eò turpior est, quòd sanctiorem eum esse oportet, qui dignitate cæteros antecellit. **Platina.**

CIBO ET POTU
nimio mortui.

A Næcreon Teius poeta dum aliquando liberius Baccho indulgeret, acino uivæ passæ strangulatus est. **Politianus** in **Nutricia**: Tandem acino passæ cadis interceptus ab uivæ. **Valerius** **Maximus.**

IN VENEREO ACTU
mortui.

A Leibiades Atheniensis cum **Timandra** meretrice à **Lysandro** interfectus est in actu **Venero**, ut credibile est, incertum tamen. **Plutar.** & **Valer.**

Phaon quum esset hominum pulcherrimus, à **Mitylenæorum** mulieribus ardentè appetebatur. Unde factum, ut in adulterio deprehensus iugularetur. Autor **Cælius.**

Speusippum philosophum **Tertullianus** in **Apologetico** contra gentiles ait, de **Platonis** schola in adulterio perijisse.

Cor. Gallus & **Q. Heterius** eques Romanus in **Venero** obiit. autor **Plin.** lib. 7. Quorum autem (inquit **Valerius**) attinet eorum cauillari fata, quos non libido sua, sed frigiditatis humana ratio abstulit.

Tigillumum præfectum uigilum & prætorij inter supra concubinarum & osculata lectus noctacula faucibus inhonestam clausisse uiam **Cornelius** **Tacitus** ait.

Iouianus **Pontanus** in opusculo de **Obedientia**, ait, **Beltrandum** cognomine **Ferrarium**, **Barcellona** (urbs est **Hispaniæ**) in **Venero** expirasse.

Rodalwus **Longobardorum** rex, in li-

bidine deprehensus, cum matrona interfectus est. **Paulus** **Diac.**

Ioannes xii. pontifex in adulterio comprehensus, itidem interfectus est. Cuius mors eò turpior est, quòd sanctiorem eum esse oportet, qui dignitate cæteros antecellit. **Platina.**

CIBO ET POTU
nimio mortui.

A Næcreon Teius poeta dum aliquando liberius Baccho indulgeret, acino uivæ passæ strangulatus est. **Politianus** in **Nutricia**: Tandem acino passæ cadis interceptus ab uivæ. **Valerius** **Maximus.**

Archesilaus **Prytanæus** immodico haustu uini perijt, anno sue ætatis lxxv. **Hermitip.** apud **Diogenem.**

Domitium **Aphrum** **Eusebius** scribit, eibi superfluitate redundantem, in cœna perijisse.

Septimius **Seuerus** Imperator dum menabrorum omnium, maxime pedum, dolorem pati nequiret, loco ueneni, cibum plurimæ carnis incoctæ audidius deuorauit: quem dum concoquere non posset, crudelitatem passus, expirauit. autor **Sextus** **Aurelius.**

Valentinianus Imperator **Quadorum** legationi respondens, uoce impetu sanguinis amissa, sensu integer expirauit. Quod ex intemperantia cibi, ac saturitate, qua artus diffuderat, accidisse multi detulere. Idem autor **Sextus** **Aurelius.**

Iouinianum imperatorem ciborum in stomacho incoctorum cruditate perijisse ferunt testes **Bapt. Egnatius.**

Andebuntum Anglerum regem in cœna quandoq; tantum uini sumpsisse, ut suffocatus repente excesserit, à nobis dictum est.

Childericum Saxonem, quum aliquando ad ambas usq; aures cibo se ingurgitasset, eo suffocatum fuisse, & repertum in lecto mortuum, Gregorius Turonensis auctor est.

SITI ET FAME mortui.

Eristichō, ut iam diximus, propter neglecta Veneris sacra ad tantam famem adductus est ut propria membra corroserit. Ouidius lib. 8.

Sic epulas omnes Eristichonis ora profani Accipiunt, poscuntq; simul, cibus omnis in illo Causa cibi est, semperq; locus sitianis edendo.

Pausanias ab Agesilao patre media consumptus est, quod pecuniam à Xerxe accepisset, ut Spartam proderet. auctor Chrysermus apud Plutarchum.

Sithgambis Darij Persarum regis mater inedia extincta est, quum cibo aliquandiu abstinuisset. Curtius libro 4. de gestis Alexandri ait, eam itineris continui labore, animiq; aegritudine fatigatam, inter manus filiarum cecidisse. Demum lib. 9. die quinto extinctam, quo mori statuerat, cibo & luce dedita opera sibi substractis.

Eristhenes à matre inedia interfectus est, quod à male in bello pugnasset. Ouidius in Ibin:

Obstrictusq; famem patiaris limine testit: Vilem potare cui dedit ipsa parens.

Neocles Syconotorum tyrannus, à suis ob crudelitatem fame & frigore extinctus est. Ouidius in Ibin:

Aur ut olivifera quondam & Sicyone profecto, Sit fugus mortis causa, famesq; iura.

Aristo Poeta ab Atheniensibus fame extinctus est, quod suis carminibus eorum laudes fuisset infectatus. Ouidius in Ibin: Viri parum stabili qui carmine læsit Athenas, inuisus peras deficiente cibo. Solent luculentis scriptores his multum gloriæ cō

parare, quos suis dignantur monumentis. Contra vero inepti, qui suis modulis se non merentur, & multa supra vires audent, tantū probri et ignominie offerūt, quantum illi honoris & fame. Propterea non uerto crimini A exan thro, quod insulū uersificatorem Chcerilum (quem præconem suorum dedignabatur facinororum) inedia suffocauerit, dicente eodem Ouid. Includusq; necem cauea patiaris, ut ille Non profectura conditor historie.

Thaleta philosophorum (dum Gymnicum certamen prospiceret) estu et siti absumptum fuisse Volaterranus ait.

Cleantes philosophus Zenonis discipulus, dum cibum sibi subtraheret, ut euidam morbo (quo laborabat) mederetur, nimia inedia se peremit. Laertius.

Pomponius Atticus Ciceronis amicus, morbo quodam in senectute correptus se ipsum abstinentia cibi itidem suffocauit. Cor. Nepos.

Vgolmus Pisanorum comes, quum à suis expulsus patriam bello oppressisset, tandem captus per proditorem, unā cum liberis fame absumptus est.

Richardus Secundus Eduardi filius, puer admodum ab Anglis fame extinctus est, quod in utrisq; regno uideretur. O' dura ceruicis populum, cui semper fuit moris secundum aut tertium quemq; regum crudeliter enecare.

Gabinus presbyter ciuis Romanus insu Diocletiani Imperatoris in carcere coniectus est, ubiq; fame extinctus, quod Christianam profiteretur religionem.

Orator, Fortunatus, Felix, & Silius martyres, apud Alexandriam pro Christi nomine fame & inedia interfecti sunt.

Murita

Murita martyr ab Elphidoro quodam Arriano in exilium missus, ibidem fame & frigore extinctus, uitam cum morte mutauit.

Benedictus Sextus Pontifex à Cincio ciue Romano in carcerem detrusus, ibidem fame enectus est, uel (ut alij uolunt) strangulatus.

Bonifacius Octauus, dum inimicitias cum Philippo Gallorum rege exercebat, rex Sciarrem Columniensem in eum misit, qui captum Pontificem in carcere fame extinctum.

FAMES MEMORABILES.

Dia Syriæ rege Ioram in Iudæa obsidente, matres media coactæ, filiorum uisceribus famem expleuerunt. Tristis adeo fuit illa Samaritana fames, in qua etiam a fini caput uenit octogentis nummis argenteis.

Hierosolymis captis Romani milites (qui merebant sub Vespasiano) repererūt in domo cuiusdam mulierculæ puerilia membra minutim discerpta, quibus infelix mater occulte uescebat.

Cambyfes Cyri filius in Aethiopia iugum detrectantes copias mouit, quibus quum deessent commeatus & annona, coacti sunt milites, decimum quemq; ad cibum sortiri & occidere. Durauitq; tantisper illa calamitas, dum rex ipse sibi metuens receptui cecinerit.

Alexandri exercitus aduersus Bessum, Bactrianorum ducem, tanta laborauit fame, ut singulæ amphoræ succi ex sisama, uenirent ducentis quadragenis denarijs. Singulæ uero mellis amphoræ, denarijs xxx. Amphoræ uini totidem. Tritici nihil omnino aut exiguum admodum reperiebatur. Itaq; frugum penuria milites herbis & pi-

scibus famem leuabant. His demum alimentis deficientibus, iumeta (quibus onera portabant) interfecerunt, & eorum carne traxerunt uitam. auctor Curtius lib. 6.

Apud Laconas quodam tempore serpentum multitudo emergens, sequentem portendit famem, quæ tanta extitit, ut Spartani ipsi annonæ raritate serpentes illos in cibum commutauerint.

Melus oppidum est Thessaliæ, quod Nicias Atheniensium dux expugnauit, non tam machinis bellicis, quam fame. Hinc fames Melia, pro uerbis locum fecit.

Annibale Castinum oppidum (in quo erant Romani milites) obsidente, uenisse murem ducentis nummis, eumq; qui uendiderat, fame periisse, emptorem uixisse, tradit Plin. lib. 8. cap. 57.

Saguntus urbs Hispaniæ, olim amicissima Romanis, longa Pœnorum obsidione eod famis redacta est, ut ciues extracti in foro igne, suas res omnes in eum conijcerent, seq; ac suos postremo liberos eodem precipitarent, ne uenirent in manus inimicorum. Hinc, Saguntina fames, dicitur de extrema rerum penuria. Ausonius: Iam iam peresam iam Saguntina fame Lucaniacum liberet. Hanc autem famem triste prius portenderat prodigium. Nam quum ferè enixa mulier esset, infans in uterum regressus, ciuitatis excidium significauit. Eutropius.

Calagurium urbs est Hispaniæ, Quintilianus patria, cuius incolæ à Cn. Pompeio obsesi, ut filium Sertorio prestarent, intantam famem durauerunt, ut uxores suos ac liberos in usum extremæ dapis conuerterent, quum nullum aliud animal in urbe suaperisset.

Saxo ait, Hunnos quadam tempestate

in tantam famem redactos, ut nec canibus pepercerint, quibus ad pastum uterentur.

Perusia oppidum est Etruriae, in quo Antonius obsessus ab Augusto, quum extrema fame laboraret, annonae penuria coactus est deditorem facere. Hinc fames Perusina proprio uocatur Epitheto. Lucan. His Caesar Perusina fames, Mutinaeque labores Accedant fati.

Gothici cum opprimebant Italiam, scemina obscuri nominis filij a se interfecti carnes esitauit.

Sabellus ait, tantam suo tempore rei frumentariae caritatem incidisse in nonnullis Flaminiae regionibus, et Piceni agri locis, ut rude uulgus et plebecula arborum radicibus, herbisque uictitauerit.

Francisco Sfortiae filio Mediolani obsidente, modus tritici uenit uicenis aureis summis.

Barulo Apuliae oppido obsesso a Gallicis tanta laboratum est fame, ut milites detractas scutis pelles aqua emollitas absumerent, herbisque (si quas reperissent) uescerentur.

Athenienses a Sylla (qui postea fuit dictator) obsesi, Mediuum tritici molli draehmis emerunt.

Plebeij uero (quibus tanta erat argenti penuria, quanta annonae) graminebus circa urbem nascenibus, et calcis coctis uindictis uescebantur. Eadem urbs a Demetrio Antigoni obsessa, modicum tritici emit draehmis cccc.

Petelini a Paenis in Italia obsesi, coria ex scutis detracta corrosere, ut praestitam Romanis fidem conseruarent.

Ceterum Graeci olim consueuerant famem uirgis ex adibus eijcere, dicentes: Foras famem, intro diuitias, et sanitatem.

Magna fames uocatur Bulinus, Famem Ouid. lib. 4 Met. describit.

FVL MINATI, SEV FVLMI-
ne percussi.

CHORe filius Isabar, cognatus Moysis ex Leuitarum tribu natus, quum de sacerdotio cum Aarone contenderet, igne caelesti perijt.

Aesculapius Apollinis ex Coronide filius, Iouali fulmine percussus est, quum Hippolitum mortuum ad uitam reuocasset, ut ait Plin. lib. 29. cap. 1. Vnde et Verg. lib. 7 Aen. Tum pater omnipotens aliquem indignatus ab umbris Mortalem infernis ad limina surgere uide, ipse repertorem medicinae talis, et artis Fulmine Phoebigenam Stygias detrusit ad umbras.

Zoroastres rex Baetrianorum, Ormasi filius, et artis magicae repertor, igne quoque caelesti absumptus creditur. Volat.

Adimantus rex Philestorum, cum Iouem suis indignum sacrificijs indicaret, ab eo fulmine percussus est. Ouidius in Ibin. Quaeque in Adamanthum Philestia regna tenentem

A Ioue uenerunt, te quoque tela petant.

Alopus Oceani filius, dum propriae Aeginae filiam a Ioue stupratam bellum suis unctis in astra uellet gerere, ab ipso Ioue fulminatus dicitur. Sca. Donec uel tonitru sum motus et igne trisulco, et c.

Enceladus gygas Terra filius a Ioue fulminatus est cum ceteris fratibus, quod Iouem ipsum caelo detulere uoluisset. autor Aetnae: Surge Truacario morientem iuppiter Aetna Obruit Enceladum, uasti quoque pondere montis astituit, et petulans exspirat fauibus ignis. Virg. Fama est Enceladum semustam fulmine corpus, Urgeri mole

bas,

349
has, ingentemque insuper Aetnam impositam. Seneca Herculo Octeio, Scindetque laetus montis aperti, Nondum Enceladus fulmine uictus.

De Typhoeo gigante Ouid. lib. 2. Meta. Nec quo continuum deiecerat igne Typhoeos, Nunc armatus eo. Lucanus: Vndat apex Campana fremens, cui saxa uaporat Coditus Inrimis aeterna mole Typhoeus. De ceteris gigantibus Vergilius libro 6 Aeneid. Hic genus antiquum terrae Titanis pubes, Fulmine deieci fundo uoluuntur in imo. Seneca in Agamemnone: Quae le canebas, quum Titanas fulmine misso fringere dei.

Aiax Oileus ab expeditione Troiana reuens, a Pallade fulminatus est, quod in eius templo Cassandram uirginem stuprafset. Verg. lib. 1 Aen. Ipsa Iouis rapidum iaculata e nubibus ignem, Disiecitque rates, euertitque aequora uentis. Illum expirantem transfixo pectore flammis. Turbine corripuit scopuloque infixit acuto. Syllius libro 14. Val. Flaccus lib. 1 Argon. Ouid. in Ibin. Politian. in Ambra quoque meminit.

Phaeton Solis et Clymene filius, dum currum patris temere regem suscepisset, equis insolitum aurigam non audientibus, fecit ut totus conflagraret mundus, ac propterea fulmine percussus, in padum cecidit, qui ab eo Phaetontaeus dicitur. Lucretius li. 5. Ignis enim superauit, et ambiens multa perussit, et c. Claudianus in quartum Conf. Honorij: Sauriretque diuis terramque et stagna propinqui Haurirent radij. Plinius lib. 7. Padus a Graecis dicitur Eridanus, ac poena Phaetontis illustratus. Idem lib. 27. Phaetontis fulmine icti sorores mutatas in arbores populos poetae dixere: Ouidius in Ibin.

Remulus filius Tyberini regis fulmine percussus est. Ouidius lib. 14. Remulus maturior annis, Fulmineo perijt iniuriator fulminis ictu.

Semele Bacchi mater Iouali fulmine tacta est, quod Iouem ipsum orasset, ut secum tantus quantus cum Iunone taceret. Propert. lib. 3.

Capaneus maritus Euaenes in bello Thebano fulmine percussus dicitur. Quod ideo poeta fingunt, quoniam quum saltem ad mortis muros uellet descendere, iactu lapidum ab inimicis opprobriatus est. Ouidius libro quarto Tristium: Quum cecidit Capaneus subito temerarius ictu. Idem libro 3 de Ponto: Notior est factus Capaneus fulminis ictu. Idem ad Luuiam. Et Propertius libro 2.

Autolemi fulmine percussi mortem Marullus in Epigra. sic describit: Dixerat Autolemo flammis consultus aruspex Die caueudas postero. Credidit, et rerum dubius de mane, sub annis Delituit Ethrusci uadis. Sed neque sic factum effugit. Nam dum in natat Arno ictus crematur fulmine.

Salmoneus rex Elidis quum Iouis fulmen in aere mentiretur, ut propterea crederetur deus, ab ipso Ioue fulminatus est. Verg. lib. 6 Aen. Vidi et crudelis dantem Salmonea poenas, Dum flammis Iouis, et sonitus imitatur Olympi. Quattuor hic inuestis equis, et lampada quassans, Per Graium populos mediisque per Elidis urbem: bat ouans, et c.

Menius Lycionis filius, quum patre in lupum uerso, et domo conflagrante Iouem detestaretur, ab eodem fulmine percussus est. Ouid. in Ibin.

Proetus filius Hippomenis, quum deos detestaretur, inde fulminatus est. Sabellus,

Atrax quoq; quum Dositheo uiolam à Ioue prodidisset, deo ulciscente istius est si mine. De utroq; meminit Ouid. in Ibin: Aut Iouis infesto telo feriare trifulco, Vi satis Hippomene, Dositheosq; pater.

Porphyrio filius Sisyphi paternam in deos imitatus impietatem, itidem coelesti suffocatus est igne. Ouidius in Ibin: Ut ferus Aeclydes, ut sanguine natus eodem, Quo genita est, liquidas quæ caret Arctos aquis.

Mariam Plinius li. 2. ait, gravidam partu fulmine exanimato superuixisse circa ulum corporis incommodum. Idem scribit, M. Herennium decurionem, sereno die, fulmine ictum fuisse.

Tul. Hostilium L. Piso apud eundem Plinium autor est, fulmine itidem suffocatum, quod quædam parum rite fecisset, & sacrificio Iouè ipsum coelo deuocare uolisset. autor etiam Plut. in Numa Pompilio.

Aurelius Carus quum biennio imperasset, in castris supra fluuium Tygridem exanimatus fulmine, occubuit. autor Flaccus Vopiscus.

Anastasius Imperator, quum iam VII & XX imperij annum ageret, ictu fulminis percussus interijt.

TERRA ABSORPTI.

Chore, Dathan & Abyron, quum insurrexissent in Moysen & Aaronem, excitassentq; populum ad auferendum huic sacerdotum, illi principatum, protinus (ut scribitur Numeri cap. 16.) dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis et uniuersa substantia eorum, descenderuntq; uiui in infernum, aperti humo, & perierunt de medio multitudinis.

Amphiaras uates dum apud Thebas

præliaretur, terræ hiatu cum curru (cui in fidebat) absorptus est. Prop. lib. 2. Non Amphiaræ profunt tibi sacra quadrigæ. Idem lib. 3. Tu quoq; ut aurato gereres Eriphy la lacertos, Delapsis nusquam est Amphiaras equis. Ouid. lib. 3. æe Ponto quoq; meminit. Plut. in Paral.

Romæ quum ingens uorago paulatim excresceret, & terram absumeret, responsum est ab oraculo, hiatum non posse desinere, nisi quis intro se demitteret. Quo audito, Curtius equo infidens illuc desiiijt. Liuius libro 17. Propertius libro 3. Ouidius in Ibin.

Anechurus Midæ regis filius idem fecit, ut dicemus in eorum historia, qui se occiderunt.

Paulo Aemilio in Pyrrhum Epyrotarum regem rebellante, quum ab oraculo responsum fuisset, Romanos fore uictores, si quis eorum in uoraginem se demitteret: Val. Torquatus sponte se obtulit. autor Critol. laus apud Plut.

SCALARVM RVINA mortui.

Elpenor socius Ulyssis ebrius apud Ciræcen factus, scalarum casu periijt. Mart. li. 12. Penè imitatus obit saeuis Elpenora fati, Præcepit per longos dum ruit usq; gradus. Ouid. lib. 3. de Trist. & in Ibin.

Philostratum quum in Balneis Sinuesianis esset, nimio hauitu uini in ebrietatem lapsus scalarum casu, non tum primum, sed post extinguum Martialis ait.

Asclepiadem medicum Prusiensem superprema in senecta scalarum lapsu fuisse exanimatum, Plinius autor est lib. 7. Sic qui ægrotus mederi consueuerat, qui è funere retulerat mortuum, fati infidias uitare non potuit.

SAGITTÆ

SAGITTIS CONFOSSE.

Chillem poetæ fabulatur nullibi memororū præterquā in talo fuisse uulnerabilem, quod eam partē mater Thetis nō abluisset Strygij undis, ut cæteras. Huc ergo iaculatus Paris euerforem Troia peremit. Verg. lib. 6. Aen. & Ouid lib. 12.

Lycophron poeta Iambographus à quodam amulo trahentus est. Ouidius in Ibin: Vtq; cothurnatū perijisse Lycophrona narant, Hæreat in fibris fixa sagitta tuis. Volaterranus.

Anacharsis Scythæ, à Sauleo rege eodē modo extinctus est, quod alienæ gentis sacrificia imitaretur. autor Herod. Sunt tamen qui à fratre interfectum uelint.

De Procride sagitta à Cephalo confossa, in Patricidis plura dicemus.

Acron rex Ceninensium, à Romulo uiuus, & sagitta confossus est. Vide Tortellium.

Hyrene uirgo à Sisinnio pro Christi nomine hanc oppetiijt mortem.

Christina uirgo sub Iuliano hoc modo passa est.

Beatus Sebastianus ciuis Mediolanensis, sub imperatore Diocletiano.

LAPIDIBVS OBRVTI AVT murorum ruina.

Ebrion Priami filius à Patroclo in bello Troiano saxo obrutus est. autor Homerus.

Cygnus Neptuni filius quum à patre habuisset, ut ferro inuulnerabilis esset, ab Achille apud Troiam lapide extinctus est.

Atheniensibus in Eumolpum bellantibus, dum immineret famas, Pyrandæ quæstor à populo saxo obrutus est, quod tritici cum parce suppeditaret. autor Calist. apud Plutar.

Mardonius Persæ (quem Xerxes apud Salaminē uictus cum exercitu reliquit, ut belli reliquias confoueret) ab Arimnesto Spartiata saxo obrutus est. Quo fato præmonuerat eum periturum Amphiaras. autor Plut. in Aristide.

Neocles & Demopolis Themistoclis filij, quæ Atheniensium memoriæ refrigeruissent super legibus, quæ aduersus exules fuerant sancitæ, à paternis inimicis lapidibus obruti sunt. Cælius cap. 12. lib. 8.

Chrysantus Alexandrinus unâ cū Daria uxore sub Numeriano imperatore pro catholica pietate saxo obrutus est. Volaterranus.

Polydamas Herculani roboris athleta, dum sub saxo ruinam minate cum aliquot conuiuis cenaret, omnesq; sibi timentes diffugerent, solus uiriu confidentia remansit: fore sperans, ut eadem molem manibus sustineret, qua tamen oppressus est. autor Pausanias apud Volaterranum, & Valerium Maximum.

Pyrrhus Epyrota dum aduersus Antigonum Argos obsideret, tegula, uel (ut ma uult Trogus) saxo à uetula iacto interfectus est. Ouid. in Ibin: Aut ut Achillidē cognato nomine clarum, Opprimat hostili tegula iacta manu. autor Plutarchus in eius uita.

Alidice A'ebæ Lariffæ filia, unâ cum uiro Lycoride ruina domus extincta est. Ouidius in Ibin: Lapsuramq; domum subeas ut sanguis A'ebæ, Stella Lycoride cui fuit æqua uiro.

Tranquillus ait, Eidenis theatri ruina & uiginti hominum milia periisse.

Coem unum ex Alexandri duobus à Mætyenæis comprehensum, & lapidibus interemptum Herodotus scribit.

Lycidus senator Atheniensis a iure in-
terfectus est, quod pecuniam à Mardonio
Persa Athenarum inimico, accepisse crede-
retur. autor Herodorus lib. 9.

Romanis in Gallos bellum gerentibus,
dum annonae caritas inualesceret, Cinna
tratici largitione surripens, regnum affe-
ctasse creditus est, ac propterea saxis obru-
tus. Aristides apud Plutar. testis.

M. Posthumus Regiliensis, in Equos Ita-
liae populos bellum mouens, dum militibus
urbis praedam spondidisset, ac postea urbe
capta eosdem elusisset, certatim ab omni-
bus saxis obrutus est. autor Lilius.

Vatinius in ludis gladiatorijs fuisse la-
pidatum à populo, Macrobius autor est.

Athenaeus philosophus, quum Romanam
uenisset, ruina domus, quam habitabat, op-
pressus est. Strabo lib. 14.

Silvius & Falconius famuli Quin-
tiani Siciliae praefecti, eadem morte perie-
runt.

S. Stephanus martyrum primus, pro
Christi nomine lapidibus oppressus est. 10.
Fr. Mirand. Et lapides Stephano dulces,
torrentis amari Mancipij scelere.

Henricus Alphonfi octavi regis Castel-
lae filius, dum una cum pueris lusitaret, te-
gulae casu perijt apud Palantiam urbem.

Ioannes XXI pontifex, ruina cameræ
(quam edificabat) oppressus est.

Clemente v Pontifice Lugduni solenne
sacrificium celebrante, tantus agminatim
confluxit populus, ut Iohannes Britan-
niae dux cum multis alijs muri ruina occu-
berit.

Elphegus Cantuariensis archiepisco-
pus, pro Christiana pietate eandem subiit
mortem.

Vitalis quoque Mediolanensis, One-

simus, Meistranus, Mammes, Magnus, &
Cyriacus martyres, eodem oppressi sunt
tormento.

Eusebius Sardus, praeful Vercellensis à
Constantino principe factus, ab Arrianis
lapidibus oppressus est.

Paulina uirgo Romana, Artemij praefe-
cti filia, saxis obruta est sub Diocletiano,
cum Candida matre, idq; pro Christi nomi-
ne. Volater.

VENENO EXTINGUITI.

Socrates ab Atheniensibus iniusta de
causa morti deuotus, tritum in calice
uenenum hausit. Cuius uis dum in praecor-
dia & uenas serperet, iacuit resupinus. Ci-
cer. lib. 11. Quæst. Thuse. Ouid. in Ibin.

Marullus in Epigrammatis scribit, Bi-
liotum astrologum aspersis ueneno boletis
instar Claudij perijisse, ubi ait: Dum cauet
astrologus periturus sidera nautis, Dum
sibi boletis non cauet, ipse perit.

Anaxagoras philosophus, quum annis
LXXII uixisset, ab Atheniensibus in car-
cerem comectus, quod Solem (quem illi re-
uerbantur) ignitum lapidem uocasset, ibi-
dem epoto ueneno interiit. Hermippus a-
pud Diogenem. Plutarch. in uita Periclis
aliter sentit.

Aristobolus rex Iudææ captus à Gabi-
nio, & Romam ductus, in carcere porre-
ctum hausit uenenum.

Scribit Eratosthenes apud Celiã, Demo-
sthenem praesidio uiciorum casuum con-
fuisse ueneni gestare inclusum, quod etiã
intrepidè hausit, ne quid indignum sua uir-
tute à Macedonibus pateretur. Nam quum
in Antipatri (qui Alexandro successit)
odium uenisset, iunxerat Demades, ut capi-
te plecteretur. Plut. & Plin. lib. 32.

Philopomen Philopomenes magnus
Graecis

Græciae Imperator, quum apud Messenios
in domicilium subterraneum, neque auras
neque lucem exterius excipiens, fuisset im-
pactus, hausto ibidem ueneno perijt. Vene-
num autem porrexit Dimocrates Messe-
niorum dux, parata de illo uictoria. Plutar-
chus in eius uita.

Aratus dux Sicyonijs, quum multos ty-
rānos sua uirtute sustulisset, Philippo iu-
mori Macedoniae regi cepit esse formido-
losus. Propterea ueneno lento ac sensim da-
to ab eo potuatus est. Plutarchus.

Themistocles Atheniensis philosophus,
iussu regum tyrannorum instar Socratis
in carcerem deuotus, ibidem uenenum hau-
sit. Quo hausto, Propino (inquit) Critia:
quoniam is erat, cuius insidijs moriebatur.
Valerius de Fortit.

Alexander Macedo ab uola praegusta-
tore Antipatri ad regnum aspirantis filio,
ueneno potus est. Vis autem ueneni, quod
in Macedonia gignitur, tanta est, ut ferrum
quoque excurat. Curtius testis est, uenenum
illud per Cassandram allatum fuisse, tradi-
tūq; fratri Iolæ. Cōuenit inter scriptores,
Aristotelis infamia & maxima nota exco-
gitatum. Ouid. in Ibin: Nec tibi fida magis
miseri pocula possint, Quam qui contige-
ro de Ioue natus erat. Luc. 10.

Laodice regina Syriae, Antiochum, Deū
cognomento, maritum suum ueneno extin-
xit, ob superinductam sibi Ptolomei soro-
rem Berenicem.

Themistocles quum annum ætatis quin-
tum & sexagesimum absoluisset, spectanti-
bus amicis epoto sanguine taureno uitā fe-
niuit. autor Plut. in eius uita. Quod eū fe-
cisse dicunt, ne in patriā (quā tamē non pulsus
fuerat) pugnare ab Artaxerxe cogeretur.

Annibal Amilcharis filius post multas

clades Romanis illatas tandem uictus, quū
de Prusiae regis Bithyniae (ad quem confu-
gerat) fide dubitaret, uenenū hausit, quod
in annulo gerebat.

Lucillum Imperatorem clarissimum
amatorio poculo perijisse, testis est Plinius
lib. 23 cap. 3.

Conuenit, Casarem Claudium Impera-
torem ueneno ab Agrippina uxore occi-
sum: ubi autem, & per quem dato, discre-
pat. Alij ab Haloto spadone praeministra-
tum; alij domestico per ipsam Agrippinā
conuiuium, quæ boletum medicatum eidem
italium ciborum audio obtulerat. Quod
confirmare uidetur Mart. libro 1. Epig. di-
cens: Boletum qualem Claudius edit, edas.
Et Ausonius: Claudius ambiguo conclusit
fata ueneno. Itē Plinius de Boletis loquēs.
Item Cor. Tacitus lib. 12.

Conradus Imperator Friderici filius pe-
rijt ueneno, quod medici à Manfredo (quī
imperio successit) pecunia corrupti dede-
runt.

Carolus VIII Gallorum regem con-
stans fama est, atque etiam Volaterranus
scribit, ueneno suffocatum. Quod à uerita-
te non abhorret, quum in Sphaeristerio
praeter spem, ac nihili sibi timens, exanima-
tus propè concidisse, ac paulo post expi-
rasse dicatur.

Constantinus Imperator Heraclij filius,
quum annū unicum rebus praefuisset, Mar-
tinae nouercae dolo & insidijs uenenū hau-
sit, quo suffocatus est.

Carolus Caluus Imperator & Gallo-
rum rex ueneno à Sedechia medico Iudai-
co sanguinis dato interiit, quum Mantuae
in ualetudinem incidisset.

Henricus ex Luxemburgo Imperator
post Albertū à Clemente Pontifice designa-

us, dum superata Etruria, Florentinis salutem iam desperantibus immineret, ueneno in Eucharistia & precioso Christi sanguine dato perijt, anno Imperij quarto. Iulius autem uenenum datum est opera Roberti Siciliae regis. Egnatius.

Iulius Pollio tribunus, & uenefica, nomine Locusta, Britannico iussu Neronis fratris uenenum dederunt bibendum. Quod ita cunctos eius artus peruasit, ut pariter & spiritus eius raperetur. autor Cern. Tacitus lib. 13.

Dioeletianum ferunt e Dalmatia oriundum, post annum x x Imperij sui ueneno extinctum. Cuius autem opera, non constat. Volaterranus.

Ludouicus Balbus dum biennio cum Carolo Crasso fratre suo imperasset, ueneno sublatus est, relictis Carolo Simplice, & Carolo Magno liberis.

L. Vestius a Cesare subornatus, et praemijs inductus, ut se de inferenda Pompeio nece, a Bibulo, Curione, Catone, Lucullo, et Cicerone (quos oderat) sollicitatus profiteretur: quum unum atque alterum, non sine fraudis suspitione, nominaisset, desperato consilij euentu, ab ipso Cesare interceptus ueneno creditur. autor Suetonius, & Appianus lib. 2. bell. Ciuiliu.

Cosinus eques Romanus amicitia Neronis notus, quum Lichene laboraret, uocatus Aegypto medicus, ut eius morbo mederetur, quum Cambaridum potum praeparasset, interemit. Plinius libro 29. capite 4.

Seneca a Nerone praepceptore coactus, ut quod uellet genus mortis eligeret, uenas medico praebuit: ueneno demum in balneo hausto, perijt. Suetonius.

L. Tubulius sacrilegus ab exilio (quo

propter multa flagitia missus fuerat) reuocatus, ne in carcere necaretur, uenenum hausit. autor Asconius Pedianus.

Mahometes ex Arabia ortus, uastata Syria, expugnataque Damasco eius regionis capite, quum Scenitas & Arabas sus adiecisset dittoni, anno uitae x l ueneno a domesticis dato, perijt. Bap. Egnatius.

Ioannes Zimisces imperator, post Nicephorum Phocam Constantinopolim profectus, ibidem post annum Imperij sextum, & sex menses potionatus decessit.

Lotarius rex Gallorum, Ludouici quartii filius, decessit ex ueneno, ab uxore adultera (ut fertur) praeministrato. Eius quoque filius Ludouicus v. Blanchae coniugis opera eodem fato perijt. Volat.

Rosinunda Cunimundi Gepidarum regis filia, interfecto primo marito Alboino rege Longobardorum, secundum quoque Helmigem nomine, Rauennae principem, ueneno praesentaneo perdere conata est. Cuius partem quum hausisset, ubi sensit contagium per uenas serpente, euaginato gladio, eam coegit reliquam poculi partem bibere. Quo factio ambo suffocati sunt. Paulus Diaconus.

Antharis Longobardorum rex Theolida maritus, quum sex regnasset annos, insidijs domesticorum apud Ticinum extinctus est ueneno poculo. Nonis Septemb. autor Paulus Diaconus lib. 4. de Gestis Longobardorum.

Ladislaus rex Apuliae, dum Florentinis bello aggredi, suae dittoni submittere consiliuisset, eorum opera & insidijs ueneno suffocatus est.

De Cleopatra, Lucretio, Baudicea Britannorum regina, & quibusdam alijs ueneno illud praefocatis, consue uulsa de praefocatis.

Victor

Victor tertius Pont. Max. quum unicum annum sedisset, mortuus est non sine maxima suspitione dati ab Henrico ueneno in calice dum sacrificaret. Volater.

Guillelmus dux Veronensium nocte quadam cum Florentinis Veronam ingressus, a Carrariensibus captus, & ueneno sublatus est. Volater.

MORTEM QVI SIBI VA-

RIIS MODIS CONSCI-
uerunt, aut se alijs com-
miserunt occi-
dendos.

Iudas (ut omnes compertum habent) quum Deum Iudeis prodidisset, & exili pecunia exposuisset uenalem, tandem ad se rediens, & sceleris perpendens grauitatem, desperata uentia quae tamen proditi clementia sperari poterat) ad laqueum properauit, & notissimo diuina ultionis argumentum crepuit medius.

Quis ambigit diuina factum ultione, ut Herodes rex Iudaeae, Antipatri filius, post interfectos Alexandrum, Aristobolum, et Antipatrum filios, trucidatos item innocentes ad intercipiendum sacrum uirginis partum, uermibus ad extremum toto corpore scatentibus, mortem sibi consciuerit? Autor Iosephus.

Pontium Pilatum patria Lugdunensem, ferunt nefarie in Christum sententiae meritis dedisse poenas, sibi quoque mortem intulisse. Autor est Gregorius Turonensis: Tam tibi sit mitis Pontii Pilate Megara, Tamque moueant lacrymae Plutona ferocem, Quam merito perijt lato te iudice Christus.

Pyramus adolescens & Thybsa puella, incredibili amore flagrantem, quum impediendo parentum suspitione suis uotis satis facere nequirent, praepigerunt, ut certo die in remotum locum se reciperent. Quo quum

prior uenisset Thybsa, metu leanae ibidem reperta profugit in latebras, relicto capitis tegumento. Quod arripiens leana uenienti post Pyramo coniecturam praebuit & argumentum deuorata amasie, mortemque sibi propterea consciiuit. Thybsa paulo post reuersa, ubi mortuum amantem conspicata est, longioris uitae pertesa, suo se gladio conso lit, etc. Strozza pater lib. 1. Eroticon:

Pyramus exemplum praebet, miseramque Thybsam Quos rapuit simili mors uolenta modo. Item Calenius in Epigrammatis: Pyramus & Thybsa miser sine crimine amarunt, Occidit hic propria saeuus uterque manu. Et quos unus amor tergit, ne una peremit, Ensis & unus, & haec contegit urna diuos.

Item Archirenius lib. 4. ubi seruum Pyramus ense uixicat egressum, Thybsa lugubria fuit, etc.

Erisichonem post o fabulantur ob neglegentia Cereis sacra in tanta famem redactum, ut propria membra deuorauerit, sequi ipsam corrosit. Addunt et filiam eius Metram nomine, in uarias formas Neptuni beneficio mutari solitam. Unde natum a Iagium, Mutabilior Metra Erisichonis. Ouid. lib. 8. Metam. Ipse suos artus lacero diuellere morsu coepit, & infelix inuicendo corpus alebat. Idem in Ibin. Utque pater solita uarias mutare figuras, Plenus inextincta commociare fame. Item Pamphili. Saxus in Eleg. Talis erat genuia fames, Erisichona quondam Impleuit miserum quum fera peste sua.

De dalionis filia Lychione Diana (cui se praeferebat) sagittis confessa est. Cuius dum celebrarentur exequiae, pater in puella rogum sese coniecit. Poeta fingunt eum ab amicis (ne in ignem desiliret) impeditum, fuisse mutatum in uolucrum. Unde Ouidius libro 11. Metam. Ut uero ardentem uidit, quater impetus illi in medios fuit ire rogos, quater inde repulsus, Con-

cita membra fugae mandat.

Didonem suo gladio incubuisse pro cōperto est: sed non omnes eandem mortis causam asserunt. Scribit Ausonius (& ita se habet rei ueritas) hoc ab ea factum, ut mortuo marito Sychæo castitatem seruaret uidualem, & furias fugiens Iarba Gethylorum regis declinaret. Verba eius sunt hæc: Sed furias atq; arma procacis Iarbae, Seruati fateor morte pudicitiam. Ausonium sequutus Marullus Didonem sic inducit loquentem: Nec mihi Phryx nocuit, nec enim Phryga nouimus ullum, Cura sed antiqui casta tenaxq; tori, Quam ne coniugio Lybici uiolare tyrani Cogerer, hac cecidi fortiter usa manu. Virinq; succinit Rhēnius, seu (ut alijs placet) Priscianus in Geographia Dionysij de situ orbis, dicens: Quæ regnans felix Dido per secula uiuit, Atq; pudicitiam non perdidit carmine ficto. Contra uerò Vergilius hoc ipsum ascribit impatientiæ doloris, quem ex Aeneæ fuga cōceperat. Quod tamen fabulosum est. Ver / gilium pleriq; omnes Poetæ Latini secuti sunt. Ouidius in primis lib. 3. Pastorum, & in Epistolis sic ait:

Præbuit Aeneas & causam mortis & ensem,
Ipsa sua Dido concidit usa manu. Item 14. Meta-
mor. Item Syllius libro 2.
Ipsa pyram superingentem stans faucibus Dido,
Mandabat Tyrinjs ultricia bella fusuris,
Ardentemq; rogam media spectabat ab unda
Dardanus, & magnis pandebat carbasa fatis.
Item lib. 8. Item Angelus Politianus
in Manto:
At Phœnissa rogam sereno furiosa dolore
Incendet moritura, necesseq; in uota uocabit
Eumenidas, mox et Phrygiū (proh tristia dona)
Ah nixem per pectus ager miserabilis ensem.

Anna Belt regis filia post mortem so-
roris sue Didonis, Carthaginem ab Iarba
occupatam relinquens, ad Battum Melitæ
insula regem nauigauit. Quo demum re-
lictæ, mare ingressa in Laurentiū litus de-
lata est. Ibiq; ab Aeneæ cognita, & hospiti-

tio suscepta est, non sine mutui cum eo a-
moris suspitione, ad eò ut in odium Lau-
niæ uentret. Cuius insidias ut declinaret,
se in Numycum fluuium præcipitauit. Vn-
de Ouid. lib. 4. Fast.

Corniger hanc tumidis rapuisse Numycius undis
Credatur, & stagnis occupauisse suis.

Item alibi:
Placidi sim nympha Numyci,
Annæ perenne latens, Anna perenna nocor.
Euadue Martis filia in rogam mariti sui
Capanei apud Thebas mortui (dum cele-
brarētur exequiæ) se coniecit. Ouid. lib. 5.
Tristiū: Cernis ut Admeti rantetur, & He-
storis uxor, Ausaq; in accensos Iphias ire
rogos? Idem lib. 3. de Arte, Accipe me Ca-
pæne, cineres miscibimus, inquit Iphias,
in medios desiluitq; rogos. Item Mart. lib.
4. Epigram. Statius lib. 12. Propert. lib. 1.
Ouidius lib. 3. de Ponto, Iphias, & c.

Hylonome fœmina centaura & bisona
mis, mortuo marito Cyllaro, gladio suo in-
cubuit. Ouid. lib. 12.

Ut uidet extinctum, dictis quæ clamor ad aures
Arxuit ire meas, telo quod inhererat illi
Incubuit, moriensq; suum complexa maritum est.

Biblis Miletii filia ex Cyane, quum fra-
trem Caunum miserè deperiret, neq; eius
concupitum posset assequi, argentibus su-
rijs se occidit, & in fontem postea Noyadū
beneficio mutata est. Ouid. 1. de Arte:

Biblidæ quid referam? uetito quæ fratris amore
Arxuit, & est laqueo forsiter ultæ nefas?

Hercules induta tunica Nessi Centauri
eruere timida, in tantis furias raptus est,
ut præ impatientia doloris sese in Oeta
monte combusserit. Qui. ad Liviā, Quæ-
lis in Herculeæ colluxit collibus Oetæ,
Quum sunt imposito membra cremata
deo. Claudianus in iij. cōsul. Honorij. In-
ga deseris Oetes Herculeo damnata rogo.
Item lib. 12. Thebaidis.

Theseo in Cretam ad Minotaurum na-
uigantib

uiganti Aegæus pater Athenarū rex præ-
ceperat, ut si confectio monstro incolumis
rediret, ad lætitiæ argumentum albis ute-
retur uelis, ut prospectibus è portu ami-
cis superstitis uitæ fidem præstaret. The-
seï tamen cepit obliuio mandati. Propte-
rea cum ijsdē (quibus uenerat) remigraret
uelis, fecit ut pater nihil de filio sibi pro-
mittēs, è scopulo in mare se deturbarit, et
aquis nouū imposuerit nomē. Plutarchus.
Quam fabulam, uel (si mauis) historiam Ca-
tullus longo admodū prosequitur filo. Ca-
lent. quoq; lib. 1. Eleg. Item Ouid. in Ibin:
Ut qui Theseæ fallacia uela carinae
Vidit, & Iliacis missus ab arce puer.
Huius rei etiam meminit Cælius lib. 10. Le-
tionum antiquarum cap. 25.

Hæmon Thebanus iuuenis quū amore
incredibili Antigone Œdippiet Iocastæ fir-
liam deperiret, ad eius tumulum mortem
sibi consciuit. Fuerat autē Antigone iussu
Creontis (qui uetuerat Græcorum cadaue-
ra inhumari) iugulata, quòd Polynicē fra-
trem mortuū nocte sepelire uoluisset. De-
huius adolescentis morte Propert. lib. 2.

Sappho puella ex Lesbos insula, è Leu-
cade Epyri promontorio se præcipitauit,
quòd à Phæone liberati forma adolescente
(quem supra fidem hominum deperibat)
muruò non reclamaretur. Stat. lib. 3. Sylua.
Saltusq; ingressa uiriles, Non formidata
temeraria Leucade Sappho. Et Politianus
in Nutricia: Sed tandem Ambracias teme-
raria saltat in undas. Idem Polit. in Eleg.
Mascula quæq; suos cantat moritura calo-
res. Leucadij Sappho crimen honorq; fre-
ti. Vide Volater.

Græcis Thebas obsidentibus quum Ty-
resias uates prædixisset Thebanes expu-
gnatum iri, nisi eorū (qui serpentinis den-

tibus prognati fuerāt) aliquis se morti de-
uoueret: Menæceus ut patriæ salutem con-
suleret, in ipsis Thebarum moenibus gla-
dio se confodit, confossum ad hostes detur-
bavit. Quo uiso protinus abierunt Græ-
ci. Stat. lib. 1. Theb.

Iocasta filia Creontis, et uxor Laj, ui-
dens filios suos Etheoclem & Polylicem
mutuis uulneribus interfectos, horrore tā-
ti facinoris mortem sibi intulit. Statius li-
bro 21. Theba.

Annibale Saguntum urbem Hispaniæ
Romanis amicam obsidente, Mopsus Cre-
tensis fauens Saguntinis, ubi filios uidit
interfectos, tēperare sibi non potuit, quia
se præcipitaret è turri, & filijs comitē da-
ret. Syllius lib. 2. At pater gemino natorū
funere Mopsus.

Phædræ Hippolyti nouercam furie
Veneris usq; adeò torruerūt, ut laqueo spi-
ritum sibi interceptum, quòd priuigni (cu-
ius amore æstuebat impatienter, prurie-
baq; concubitus non posset exorare.
Moriens tamen scelerata mulier, literas
reliquit, quibus Hippolytum stupri accu-
sabat, suæq; mortis uocabat autorem. Au-
so. Suasi quod potui, tu alios modò consu-
le, dic quos? Phædra, & Elisa tibi dent la-
queum aut gladium.

Athamas rex Thebarum furijs agitated
Learchum filium dedit morti. Propterea
Ino Cadmi et Hermionis filia et eius uxor
sibi timens, cum altero filio Melicerta se
in mare præcipitem dedit. Quos in deorū
indigitamenta poetæ reuulerunt. Cypria
nus: Melicerta & Leucothea præcipitan-
tur in maria, & fiunt postmodum maris
numina. Ouidius lib. 4. Metamor. Seq;
super pontum nullo tardata timore Mit-
tit, onusq; suum.

Phyllis Lycurgi Thracum regis filia e-
greferens se relictam et spretam à Demo-
phoonte Thesei filio, quem unice deperi-
bat, & ab expeditione Troiana reditum
hospitio exceperat, uitam laqueo praesoca-
uit, in amygdalum postea (ut fabulatur po-
eta) conuersa. Pamphilus Saxus: Exem-
plum tribuit mortis mihi nobile Phyllis,
Pendeat longa corpus inane trabe. Pon-
tan. lib. 3. de Stellis.

Ajax Telamonis filius, egreferens mor-
tui Achillis arma (quae supra modum appe-
tebat) Vlyssi data fuisse, inuidia motus, &
in rabiem conuersus, mortem sibi intulit.
Ouid. lib. 11. Metam.

Hectora qui solus, qui ferrum, ignesq; Io-
nemq; &c.
Iphis puer liberali facie, quum Anaxa-
retem puellam incredibili amore prosequeretur,
neq; tamen redamaretur ab ea, la-
queo se suffocauit, atque onus infelix elisa
fauce pependit, inquit Ouidius lib. 14. De-
mum quum celebrarentur exequia, puellam
mortui miserata, se quoq; interfecit. Pon-
tanus de Stellis lib. 3.

Aucolia Vlyssis mater, quum falso nun-
cio audiisset filium apud Troiam occu-
buisse, laqueo uitam finiuit.

Amphion Iouis filius, interfectis ab A-
polline quatuordecim liberis, seipsum gla-
dio interemit. Ouidius in Ibin: Addidit ut
fidicen miseris sua funera natis, Sic tibi
sint uitae tedia iusta tuae.

Althea Thycstis (aliam Thestij) filia, &
Oenei Aetoliae regis uxor, quum audiuis-
set Meleagrum filium suis fratribus intu-
lisse mortem, se praecipitauit, combusto
prius fatali stipite, quo cremato Meleagru
ex fato periturum audierat. Boccacius in
Genealogia.

Britonia nympha Cretae quae esset for-
mosa, perpetuo uirginitatis uoto, uenatio-
ni uascaret, ad uim & stuprum Minois regis
declinandum se in aquas dedit praecipitem.

Broiheus Vulcani filius propter oris de-
formitatem illius in rogum desilijt, ibiq; ui-
tam in medio finiuit. Oui. in Ibin: Quodq; fe-
runt Broiheu fecisse cupidine mortis, Des-
tua successerunt membra cremanda pyræ.

Aeolus Rex uentorum audito Canaces
filiae cum Machareo fratre incestu, ad eam
gladium misit, ut scelus uoluntaria morte
dilueret, & ulcisceretur. Quod illa fecit.
Plutarchus in Paral.

Ceyx Alcyones maritus, ad oraculum
nauigans naufragium fecit, & obrutus est
equis. Quod indignanter ferens Alcyone,
mortem mariti secuta, in mare se deturba-
uit, & in auem sui nominis mutata est. O-
uid. in Ibin: Nec tibi sit tumidis melior Ne-
ptunus in undis, Quam cui sunt uisæ fra-
ter & uxor aues.

Deianira Herculis uxor, audita mariti
morte, superesse noluit, ac propterea do-
lore animi se peremit. Ouid. Impia quid
dubitas Deianira mori.

Hesperie nympha, Esacus Priami filium
(a quo adamabatur) persequentem fugi-
ens, morsu colubri in herba latens inter-
fecta, fecit, ut Esacus ipse uitam sibi acer-
tam putauerit, & aquis se obruerit.

Brigone audita patris Icarum morte, la-
queo se suspendit. Ouidius in Ibin. Stat. lib.
5. Sylvarum: Nec enim Marathoniam uirgo
Parcius extinctum saeuorum crimine agre-
stum Fleuerat Icarium.

Euenus egreferens Mopissam filiam
ab Ida filio Apharei in certamine curuli
superatam, ac propterea ex pacto nuptijs
copulatam, se in Lycormam Aetoliae flu-

uium demisit, cui & imposuit nomen. au-
tor Domitius Calderinus. Vnde Ouidius
in Ibin: Vtq; uel Euenus torrenti flamme
mersus, Nomina des rapidae, uel Tyberini-
nus, aquae. Ad hunc ferè modum Plutar-
chus, Euenus (inquit) Martis & Steropæ
filius, ex Alcippa Oenomai filia Marpisi,
sua suscepit filiam. Quam ab Aphareo in
chorea raptam insequens, dum compre-
hendere non posset, in Lycormam fluiuum
se praecipitauit.

Iturna Dauni filia post interfectum ab
Aenea Turnum fratrem suum, mceroris im-
patiens, se dedit in aquas praecipitem.

Ilice Ibyci Lydij filia, dum amores Mar-
tis contemneret, Deo factum ulciscente, in
furore uersa, se scopulo se demisit. Ouid. in
Ibin: Lydia se scopulis ut uirgo misit ab al-
tis, Dixerat inuito quae mala uerba Deo.

Athenienses dum mortui Herculis tu-
tarentur liberos, quos in seclabatur Eury-
stheus, ab oraculo acceperunt se ab Eury-
sthei liberatum iri incursatione, si quis e-
liberis Herculis semet inferis deuoueret.
Quo audito Macaria eiusdem filia sese
spontanea morti obtulit. Cælius, et Eras-
mus in Chil.

Alceste filia Perilai seipsam interfecit,
ut umbra sua contenti manes, a groto ma-
rito parcerent. Seneca in Medea: Coniu-
gu factum redimens Pheret, Vxor impen-
dit animam marito.

Tyro mulier Thessala mortuo marito,
sponte oppetit mortem. Baptista Pius li. 2.
Eleg. Carmine conspicua est Tyro Paga-
sea puella, Quae uoluit proprii fata subire
uri.

Hercules ab Iole conubio reiectus, Oe-
chali puella patriam diripuit. Dolore facti
Iole se praecipitem muro dedit, autor Pla-

Charodas Tyrius quum legem tulisset,
ne quis armatus ueniret in concionem, &
tamen ipse rure ueniens, praeter spem ali-
ter fecisset, monitus legis ab eo, qui proxi-
me sedebat, uitam sponte reliquit, & gla-
dio suo incubuit, quum tamen culpam dis-
simulare potuisset, aut defendere. Valerius
Maximus de Iustitia.

De Amata Lauiniae matre, quo modo et
quam ob rem spiritum sibi laqueo interce-
perit, uide in eorum historia, qui suspendio
& cruce uitam finiuerunt.

Quum L. Opimius Consul, C. Gracchum
Agrarias leges contra auctoritatem sena-
tus ferre molentem sustulisset, Herennius
Siculus (quo et aruspice & amico usus sem-
per fuerat Gracchus) comprehensus, dum
in carcerem traheretur, capite postea carce-
ris illiso spiritum deposuit, autor Valerius
Maximus.

Coma latro, frater Diogenis latronum
ducis ad P. Rutilium ductus, dum interro-
garetur de genere belli a seruis & latroni-
bus moti, capite in crura demisso, sibi ipsi
spiritum interclusit, autor Val. Max.

Cleombrotus seu Theombrotus ex Am-
bracia, quum legisset opus Platonis de a-
nimarum immortalitate a Socrate inscrip-
tum, sponte se praecipitauit. Oui. in Ibin:
Vel de praecipiti uentus in tartara saxo, Ut
qui Socraticum de nece legit opus. La-
ctantius: Quid (inquit) Ambraciotas ille,
qui quum eundem librum perlegisset, pra-

ecipitem se dedit, nullam aliam ob causam,
nisi quod Platoni credidit. Quod si scisset
Plato, ac docuisset a quo, & quo modo, &
quibus, & quae ob facta, & quo tempore
immortalitas tribuatur; nec Cleombro-
tum inepigisset in mortem, nec Catonem.
Cicero lib. 1. Quæst. Tusc. Callimachi, in

quit, Epigramma in Ambraciotam Cleombrotum est, quem ait, quum nihil ei accidisset aduersi, e muro se in mare abiicisse legito Platonis libro.

Annibal Amilabaris filius, dux Carthaginensium, post L. Cornelium Scipionem patrem Scipionis maioris superatum, Sempronium ad Trebiam, C. Flaminiū ad Trasimenum magnis cladibus affectos, P. Aemilium apud Cannas cum toto exercitu deletum, Claudium Marcellum occisum, a Scipione Iunioris postremo uictus et fugatus, ad Antiochum primū, deinde ad Prusiam Bithyniæ regem confugit. De cuius si de dubitans, quoniam uidebat Flaminiū legatum a Romanis missum, ac se paulatim a militibus circumseptum, uenenum (quod in anulo gerebat) hausit.

Asdrubal dux in tertio bello Punico a Scipione Aemiliano uictus, in medias urbis flammis sese cum filiis iecit. Sed quoniam multi eius nominis fuerunt, uide ut de quo loquaris intelligas.

Aristarchus grammaticus Alexandri nus, homo doctissimus, quum hydropisi laboraret, seipsum cibi abstinentia interfecit, annos natus lxxij. Hic ille est Aristarchus, qui sub Ptolemæo Philometore floruit, Olympiade clvi. cuius et filium erudit. Scripsit commentarios supra mille. Discipulus fuit Aristophanis grammatici. Fuit autem censura adeo critica, seueroque iudicio, ut prouerbio locū penē fecerit. eos enim uocamus Aristarchos, quum nihil non examinant, et omnia diligenter expendunt. Duos habuit filios Aristarchum et Aristagorū degeneres, et patri omnino dissimiles. Fuit alter eiusdem nominis Tegeates poeta, Euripidis contemporaneus, quem Aesculapius morbo liberauit.

Calanus Indus unus ex Brachmanibus (quo nomine dicebantur Indorum philosophi) ex ipsa India ad Persidē usque Alexandrum secutus, ultro et nullo cogente in rogam se coniecit. Quod uidens Alexander, percontari coepit, uellet ne aliquid mandare moriens. Tum ille, Nihil, inquit, prope diem te uidebo. Nec multis post diebus Alexander ueneno interijt. Cic. lib. 2. quest. Tusculan. Calanus Indus (inquit) indoctus ac barbarus in radicibus Caucafi natus, sua uoluntate uiuus combustus est. Idem lib. de Diuina. Ad mortem proficiscens Calanus Indus, quum incederet in rogam ardentem: O' preclarum discessum, inquit, euita, quum (ut Herculi contigit) mortali corpore cremato, in lucem animus excesserit. Quumque Alexander eum rogaret, si quid uellet, ut diceret: Optime, inquit, prope diem te uidebo. Quod ita contigit. Nam Babylonice paucis post diebus Alexander est mortuus. Testes etiam Val. Max. de Miraculis, et Plutar. in Alexandro.

Cleomenes dux Lacedæmoniorum ab Antigonō uictus, ad Ptolemaum se recepit, a quo benigne primū exceptus, postmodum a Nicagora proditoris accusatus, in carcerem detrusus est. Vbi cum aliquot alijs uoluntariam oppetijt mortem. Mortuum rex pelle nudauit, et affixit cruci, autore Plut. Herodot. ait Cleomenem a furis incipientem se detruncasse, carnesque e tibijs ad femora, e femoribus ad coxarum uertebras proficuisse, atque in rescindendo utero expirasse. Plutarchus.

Dinocrates Messenius uicto primū Philopomene Achæorum duce, ab ipsis postremo Achæis superatus, mortem sibi iniulit, ne eorum ueniret potestatem. auhor Plutarchus in Philopomene.

Demo.

Demosthenes Atheniensis, dum Antipatri (qui Alexandro successit) odium incurrisset, decerneretque Demades ut capite plederetur, aufugit in Calabriam Aegæi maris insulam. Vbi ab Archia Tyrio comœtiographo et Antipatri satellitibus deprehensus, sumpto calamo, quasi prius epistolam ad Antipatrum daturus, uenenum illi inclusum ebibit. Habuit Demosthenes patrem eiusdem nominis admodum pauperem, ut qui cultellos factitaret. Hic quum non esset apta satis pronuntiatione, multitudinemque et tumultum expauesceret, prope litoris marini sonitus dicere asuescebat. Literam R difficilē enuntiabat, quam calculis in os coniectis proferre conabatur. Nunquam dicebat, nisi premeditatus: propterea de eo Pythæas prædica-bat, Demosthenes Enthymemata lucernam olere. Non ignoro plerisque hoc uisum iri seruacaneum. Dabitur tamen uenia. Opera enim dedita excerpto, quæ ad doctrinam conferre uideo.

Eratothenes Cyrenæus, Callimachi Poeta discipulus, et præfectus bibliothecæ Ptolemæi, quum diuturno quoque morbo torqueretur, neque remedium inueniret, cibum sibi substraxit, et inedia se peremit, anno suæ ætatis lxx.

Menippus Phoenix Philosophus Cynicus, quum esset ex eorum numero, qui auri cupiditate pruriunt, et inexplebili rerum libidine torrentur, missis diuitijs laqueo uitam finit. Auctor Diogenes Laer.

Mithridates Iunior, qui annis lvi. bellum cum Romanis uaria gessit uictoria, post occupatam Asiam, Q. Oppium, et Aquileium in uincula coniectos, Rhodum oppugnata, Athenas per Archelam præfectum occupatas, a Lucullo primū, deinde a Pom-

peio superatus, postremo a Pharnace filio adolescente ingratisimo (qui a patre ad Pompeium defecerat) bello petitus et obsessus, uenenum hausit. Quo nihil ad mortem propter sumptum antidotum proficiens, auxilio Galli culusdam militis Vitigis nomine se interfecit.

Monyma Milesia, et Veronica Chia, duæ Mithridatis uxores, audita eiusdem miserabili fortuna, per Bochidem Eunu-chum ambæ uitam sponte reliquerunt. Monyma primam se suspendit. Sed quum corporis grauitate confractus esset laqueus, O' execrandum, inquit, diadema, quoneque in tam tristi ministerio uti possum. Bochidi postmodum se dedit iugulandam. Veronica uero calicem ueneni hausit, quo per uenas serpente, quum durius torqueretur et langueret, Bochidis quoque auxilio accelerauit sibi mortem.

Statyra quoque et Roxana Mithridatis sorores, quæ annos ferè xl. uirginitatem seruauerat, hausto ueneno fraternam mortem comitæ sunt. Potest tamen dubitari an eo perierint: quoniam Plutarchus scribit Roxanam a Statyra in puteum demersam, nisi fortasse hoc ad alias eius nominis sit referendum.

Critolam dux Achæorum uictus a Q. Cæcilio Metello apud Thermopylas, ueneno sibi mortem consciiuit. autor Liui. lib. 52.

Nicias Dux Atheniensis, Imperator contra Syracusanos cum Demosthene missus, rebus infeliciter gestis, captus est cum collega: amboque in carcerem detrusi, sibi manus intulere, ne hostibus essent ludibrio. Videtur autem hic Demosthenes alter esse ab eo, de quo iam sumus locuti.

Homertum poetarum omnium facile principem ferunt, quum iam senio conse-

factus ad quosdam nautas diuertisset, propositumque ab eis enigma nequisset dissoluere, pudore motum se suffocasse laqueo. Quod ego plane iudico fabulosum. Neque enim credibile est, uirum illum philosophiae peritissimum tanta rerum experientia praeditum, tam leui, tamque nullo argumento uitam relinquere uoluisse. Nam quae fuerat ignominia inanem et friuolam remigum quaestionem ignorare? Imò uero prudentiae maiori tribuitur, nihil abiectis et semitarijs hoc genus homunculis respondere, quum uulgò dici soleat, Asinum plura posse percotari, quam respondere philosophi. Quare neque hoc probò, neque comprobantibus pedariam fero sententiam.

Athenienses et Lacedaemonij quum de Thyreatiù agro inter se contenderent, tandem ita pepigerunt, ut trecentis militibus summam rei committerent, qui sua pugna omnium litem dirimerent. Vbi omnes interfecti sunt praeter unum Othryadem Lacedaemonium, qui ne solus in castra rediret, seipsum inter hostilia cadauera gladio confixit. autor Valerius Maximus de fortitudine.

Themistocles Atheniensis Nicoelis filius, inuidia ciuium relegatus, ad Artaxerxem confugit. A quo dum in patriam pugnare cogeretur, uitam cum morte uolens commutauit, hausto sanguine taurino: quem ideo pestiferum potu scribit Caelius, quòd celerrime coeat, atque obdurescat. Porro sanguis taurinus recens, anhelitus difficultatem ac praefractionem infert cum spasmo praenualido.

Midas Plutarchus quoque scribit, eòra etiam ex somniorum diuitate, animi aegritudine, quum formidabilis affectio indies auergeretur, nec occurreret remedium mali, tau-

ri sanguine copiosius hausto concessisse ab humanis.

P. Terentius amissis C. VIII Fabulis, (quas et Graecis Latinas fecerat, et conuerterat ex Menandro) se submersit. Quod quismuis plerique falsum opinentur, credibile est tamen. Si enim permulti amisso thesauro ad mortem properauerint, quanta mentis aegritudine uidentur tibi laborare, qui momento perdunt et in nictu oculi, quod improbo labore, diuturnis uigilijs, magna olei impensa, longo ante saeculo fabricauerunt, demum accuratiores studio in cudi redderunt, et ad ultimum reuocauerunt limam? Est (si periculum non fecisti lector) insania et rabies maior, quam ut si tem posse capere.

Theoxena mulier à Philippi Macedonum regis militibus in mari septa, quum nullum salutis effugium uideret, in mare se deiecit, maritum (qui prius eadem morte perierat) secuta. Idque ne in regis potestatem ueniret. Vide Bononiensem commentatorem in Suetonium.

Democles puer, dubium maiore pudicitia, an forma pulchriore, quum à Demetrio Poliorcete ad stuprum traheretur, neque uim tyranni posset effugere, se in proximum aque feruentis lebetem coiecit, atque ibidem enecauit. Pulchrum diu boni facinus, omniumque facundiarum magniloquentia dignum.

Hipponax poeta Tambographus et amarulentus, grauiter ferens et indignanter se à Bubalo pictore, deformi facie pictum, ad propellendam iniuriam tam grauiter in eum scripsit et inuectus est, ut laqueo uitam finire coegerit. Vnde Horat. in Epodo: Quis Lycambe spretus infido gener, Aut acer hostis Bubalo. Et Hipponaxum praconium pro infami nota posuit Cicero

in Epistolis familiaribus, ita scribès: Eūque additum iam tum puto esse Calui Licinij Hipponactæo praconio.

Cleanthes philosophus cognita animarum immortalitate, uitam sponte reliquit, et uoluntariam oppetijt mortem. Lactantius, Multi (inquit) ex his (qui aeternas esse animas suspicabantur) tanquam in caelum migraturi essent, sibi ipsis manus intulerunt, ut Cleanthes et Chrysippus, ut Zeno et Empedocles.

Cambyses et Zary Dianae sacerdotes et Magi, missi ad insinuandam Taurino episcopo idololatriam, quum operam lussisset, ac nihil proficissent, gladijs suis se confoderunt.

Sesostris Aegyptiorum rex, seu senio, seu morbo, seu alia fortuna, oculis captus, seipsum interfecit.

Decabalus rex Dacorum à Traiano secundum uictus, ne in Romanorum potestatem ueniret, sua manu usus interijt, mortuique caput Romam perlatum est. autor Dion Cassius.

Anaxagoras philosophus ab Atheniensibus in carcerem coniectus, quod Solem (quem illi pro deo habebant) ignitum dixisset lapidem, uenenum hausit.

Socrates Athenis capitis damnatus, uolens hausit uenenum. Vnde Ouid. in Ibin: Sollicitoque bibas, ueluti doctissimus olim imperturbato quod bibit ore reus.

Adrastus Gorgij filius, dum Athym Croesi filium suae fidei creditum in uenatione apri loco percussisset, se super eiusdem tumulum confodit. autor Herodotus.

Sargapises Thomyris filius à Cyro rege Persarum captus, dum manicas et brachiorum uincula eximi sibi impetrasset, seipsum interfecit. autor Herodotus.

Praxipsem idem ait, uirum inter Persas

opibus et dignitate pollentem, è turri praecipitem se dedisse.

Boges Persa, amicus Xerxis, ab Atheniensibus et Cimone Milciadis filio obfessus, licet accepta fide posset egredi, abnuuit tamen, et ad extremum perstitit. Inde ubi in mœnibus nihil commeatus fuit reliquit, accenso rogo, liberos, coniugem, concubinas, familiam interemit, eosque omnes in pyram coniecit. Deinde omne aurum urbis atque argentum è muris dispersit in Strymonem, ac postremo se in rogam coniecit. Author Herodotus.

Empedocles Siculus poeta immortalitatem nouo mortis genere affectans, se in Aetnam coniecit. Vnde Horatius in Arte: Dicam, Siculique poetae Narrabo interitum. Deus immortalis haberi Dum cupit Empedocles, ardentem feruidus Aetnam Influit. Item Ouid. in Ibin: Aut tu Trima cris salias super ora Gygaë, Plurima quae flammis Sicanis Aetna uomit. Item Lactantius libro 3 de Falsa sapientia, cap. 18. Multi ex his, qui aeternas esse animas suspicabantur, tanquam in caelum migraturi essent, sibi ipsi manus intulerunt, ut Cleanthes et Chrysippus, ut Zeno et Empedocles, qui se in ardētis Aetnae specum intempesta nocte deiecit, ut cum repente non apparuisset, abiisse ad Deos crederetur. Itē Politianus in Nutricia: Ceu maximus ille Aetnas, &c.

Sardanapalus Assyriorum rex ab Arbace, seu Arbace praefecto, ob molliciem, muliebresque mundicias (nam habitu mentitus foemineum, inter puellas fufos tractabat et pensa, omnesque lasciuia anteibat, et libidine) bello petitus, ubi uidit res suas profligari, et pessum ire, etiā ad triarios redigi, ne captiuus traheretur, pyram in regia

ingentem extrui curauit, atque unicum amicis domino superesse nolentibus, incendio se dedit: et hoc solo uirum se docuit, quod non expauerit mortem. Iustinus hæc. Ouid. in Ibin: Inq; pyrâ tecum charissima corpora mittas: Quem finem uitæ Sardanapalus habet. Sidon. Nō Medis caput Arfacē pro fabor, Nec q̄ diuite (cū refugit hostē) Arsit Sardanapalus in fauilla. Sab. in Hun. orig. Vltimus ille fuit regni corruptor auiti, Cuius delitias, et mollia sceptrâ superbus Nō tulit Arbastus, sed fortia cōparat arma. Aggrediturq; senē, uictūq; ad nobile fatū Compulit.

Archilochus poeta Parius, repudium ac repulsam passus in nuptijs Neoboles Lycæbis filia sibi promissa, Iambis a se primum reperitis satyricè adeo et grauius Lycamben ipsum deuouit, et insectatus est, ut eum cum filia ad furcâ impulerit. Vnde Horat. Archilochū proprio rabies armavit Iambis. Et Ouid. in Ibin: Post modo si perges, in te mihi liber Iambus, Tincta Lycambæo sanguine tela dabit.

Politianus in Nutricia: Licet acrem effusus in iram, Ori Lycambiadas rabioso occiderit ambas Archilochus.

Calluce filia Lyci hominis sanguinarij et hospites immolantis, relicta à Dionede (quem Troia redeuntem benignè suscepit, et paternis liberauerat insidijs) laqueo se suspendit. autor apud eundē Plut. Iudas lib. 3. rerum Africanarum.

Byssaltia quoq; puella à Calphurnio Cresso (quæ prodiu patris uictorē fecerat) relicta, sibi ferro iugulū transuerberauit.

Gidica Pomminij Laurentini uxor dum Comminum priuignū maximè deperiret, neq; tamen ad concubiū posset inducere, se suspendit. Dositheus apud Plut.

Quis rex Thuscōrū dum filiam Saliā

à Cartheo adolescente raptam non posset comprehendere, in fluuiū se demisit, quem à suo nomine fecit appellari Anionem.

Lactantius ait, Democritum sua sponte caput obtulisse morti.

Superatis ab Alexandro Magno Atheniensibus, Democrates Athenien. (qui Macedonū opibus semper obsiderat) uenia desperata, gladio se transfixit. Curt. lib. 5.

Dioxippus Atheniensis surrepti inter epulas aurei poculi falsò accusatus, dum colorū coniectū et iniuriā ferre non posset, gladio se interemit. Accusabatur autē nō sine inuidia. Nā agrè feribani Macedones, Horrâtam Macedonem armatū ab eo inermi, spectante rege, duello uictū, et re supinatum. autor Curtius lib. 8.

Idē Curtius ait, Boudicēā Britannorū reginā et Pœnū Posthumū eius præfētū à Romanis dnce Suetonio superatos, mortē sibi intulisse, hunc gladio, illam ueneno.

Milesias uirgines repente sine ulla euidenti causa, uoluntatē cepisse obeūde mortis, ac deinde plurimas uitā suspendio amississe. Cui malo ut mederentur Milesij, de creuerunt, ut quæ corporibus suspensæ de mortuæ forent, nudæ cū eodē laqueo esserentur. Quo factō ait, uirgines pudore itā inhonesti funeris deterritas, uoluntariam amplius non petiuisse mortem. Plut.

Hippo et Miletia Scedasi Bœoti filia à iuuenibus Spartanis stuprata, et in puteū cōiecta sunt, occidendi sceleris causa. Quod ubi rescituit pater, ad filiarum tumulos seipsum confecit. autor Cælius.

Cambleta Lydorum regē eō uoracitatis progressum, ut nocte quadā uxore quoq; absumpserit, quūq; summo mane illius manum in ore cōperisset, semet iugulasse Xanthus apud Cælium autor est.

Titus

Timægoras quū Meletem Atheniensem liberati forma adolescentem deperiret, eiusdem iussu se de lit in præceptis, ut qui in omnibus puero uellet obsecrari: cuius rei poenitētia auctus Meles, eandem quoq; subiit mortem. autor idem Cælius.

Timæthes Cleonæus athleta, quum et uiribus senio defectis, et desuetudine ingentem arcum nō posset intendere, quem iuuenis lunabat et fledebat, furori adeo inuulsi, ut eam tantum ob rem gladio se perfoerauerit. autor Cælius.

Tereum idem ait, perpetrato in Philome lam scelere ac llyn, sibi mortem consciuisse, mortuoq; sacra instituta anniuersaria, in quibus oriet loco, calculis utebantur.

Derceio Semiramidis mater, cum filiā ex adulterio cōceptam in deserto exposuisset, tandem fatū et sceleris poenitētia in laeū se precipitem de lit. autor idem Cælius.

Mithridates à Pompeio superatus, filiā nomine Diraptim Menophilo eunuchō seruandam commisit in castello quodam, Suthorio nomine. Quo Iquum Manlius prius obsidisset, de senioresq; dedit ionem parantes Menophilus sentiret, gladium in uiscera sua cōpegit, ueritus, ne captiua puella raperetur, et uiolaretur. autor Ammiānus Marcellinus lib. 16.

Ilba rex Mauritaniæ à Cesare superatus, sibi quoq; mortem consciuit. Cuius filius puer Romam in triumphū ductus est.

Circa Celenum Phrygiæ oppidū, quum hiatus terre, et ingens uorago multos absorberet, essetq; responsum ab oraculo, uoraginē ipsam non prius clausum iri, quāmpacanda numina aliquis eō se demitteret: Anchurus Mædæ regis filius, datis genitorum et cimotheæ uxori complexibus, equum ascendit, et intro se demisit. author

Plutar. in Parall. Qui de Curtio adolescente Romano idem commemorat.

Cyane puella à patre Cyanippo incognitō per uim stuprata, ubi tandem auctore sceleris agnouit, illū prius, demum seipsum interfecit. autor idem Plutarchus, testē aduocans Dositheum lib. 3 rerum Sicularum.

Lucretia puella rarum Romanæ castitatis lumen, agrè ferens purissimū suæ pudicitia florem ab infami et turpissimo tyranno Tarquinio uiniore, Tarquinij Superbi, Romanorū propterea regum ultimi, filio fuisse corruptū et stupratū, impatiens acceptæ iniuriæ palā se occidit, fecitq; ut populus scelus ulcisceretur, et regum principatum excuteret. Cuius mors quotiescunq; uenit in mentem, lachrymis nequeo tēperare, sed nec puellæ satis misereri, aut stupratorem conuicijs ad saturitatē aspergere, ac deuouere. Claudian. lib. 1 in Eutropium: Visceribus frustra castum Lucretia ferrum, Merfit. Strozæ pater lib. 1 Ergoticōn? Vlti nefas animo, propriaq; Lucretia dextra, inuictō occurret clara pudore tibi, Sabullicus: Nec ferro occumbens casto traiecta cruore Fœdasset patrios moriens Lucretia uultus. Liu. lib. 1. dec. 1.

Lucretius poeta Phisicus sumpto amatōrio poculo, eō furoris raptus est, ut manum sibi intulerit, natus annos plus paulo quadraginta. Quinetiā eo, priusquam moreretur, delirio diu antiē fertur laborasse: neq; ad scribendum carmen animum appulisse, nisi interfecta interuallataq; insania. Politianus in Nutricia:

Nec qui phyltra bibit, nimioq; insanus amore, Mox ferro occubuit, sic mentem amiserat omnem. Cæli. lib. 9. cap. 36. et Eusebius in Crinuum.

M. I. Brutus, unus ex his, qui Casarem
23 uulneribus in senatu confoderunt, ab
Augusto et Antonio Iulij mortem ulciscen-
tibus apud Philippos expugnatus, despera-
ta iam uictoria manum sibi intulit, iuuan-
te Stratonē rhetore, anno suae aetatis trige-
simo, ne in manus inimicorū ueniret. Pam-
philus Saxus:

Se gladio fodit Brutus, Cato fodit & ille,
Quē timuit Caesar, quem coluere patres.
Qui rei historiam auidius situerit, eat ad
Plutarchum.

Portia filia Catonis, audita morte Bru-
ti mariti apud Philippos interfecti, ferrum
poposcit ad inferendam mortem. Quod
quum amici recusassent, carbones hausit,
& inaudito mortis genere uitam finituit.
auctores Plutarchus, et Val. Max. Martial.
lib. 1. Epist.

Coniugis audisset fatū quum Portia Bruti,
Et subtraha sibi quæreret arma dolor,
Nondū scitis (ait) mortē non posse negari,
Crediderā satis hoc uos. docuisse patrē.
Dixit, & ardentis auido bibit ore fauillas.
Inunc, & ferrum turba molesta nega.

C. Cassius post interfectum Casarem ab
Antonio & Augusto bello petitus, castra
cum Bibulo iūxit apud Philippos. Verum
quum inclinatam uideret aciem, ultrò sibi
mortem intulit eodem pugione quo in Cæ-
sarē usus fuerat, auctore Plutarcho: uel (ut
alij malunt) Pindaro liberto iugulandum
se præbuit. Quod probat Iouianus de For-
titudine bellica, dicēs: Potuisset Cassius (e-
tiam si Brutus ceciderit) reparare exerci-
tum, nec tam repentino consilio, famulo iu-
gulum suum præbere.

M. Antonius audita per falsum rumo-
rem Cleopatrae morte, seipsum gladio con-
fodit, partim amore uxoris, partim despe-

ratione rerum, quòd ab Augusto uictum se
ægrè ferret. De hac morte Paulus Orosius
sic inquit: Antonius se ferro transuerbera-
uit, ac semianimis ad Cleopatram in monu-
mentum (in quod se mori certa cōdiderat)
perlatus est. Item Propert. lib. 3. Castraq;
Pelusi Romano subruta ferro; Antoni-
q; graues in sua fata manus. Itē Sueton. in Au-
gusto: Obsessaq; Alexandria, quòd Antonius
cum Cleopatra confugerat, breui potitus
est. Et Antonium quidem seras cōditiones
pacis tentantem ad mortem adiegit, uiditq;
mortuū. Item Eutrop. li. 7. rerum Roman.
Victus est, inquit, ab Augusto nauali pu-
gna clara & illustri apud Actiū, qui locus
in Epyro est, ex quo fugit in Aegyptum, et
desperatis rebus, quum omnes ad Augustū
transirēt, ipse se interemit. Hoc multis uer-
bis prosequitur Plutarch. in eius uita.

Cleopatra mortuo Antonio marito, u-
bi intellexit se ab Augusto in triumphum
reseruari, causa declinadæ eius ignominie
brachium aspidi mordendum præbuit, Cæ-
sare Psyllos ueneficos, qui serpentis uene-
num è uulneribus haustu reuocarent &
exurgerent, frustra admouente. Plut. scribit
eam habuisse uenenum in laminula quadā
concaua, quam cum crime occultabat: sed
tamen neq; corpus deformatum, nec aliud
illum apparuisse ueneni signum: nec aliud
dem ab ullo conspectam, sed tractus duntaxat
uisos, ipsiusq; brachium duas notas ha-
buisse leuiter impressas, & humidas. Qui-
bus Cæsar uidetur fidem dedisse. Nam tri-
umpho, Cleopatrae imaginem tulit cum a-
spide mordicis affixa. Prop. de ea lib. 3. sic
inquit: Fugisti tamen in timidi uaga flumi-
na Nil; Accepere tuae Romula uincta ma-
nus, Brachia aspectaui sacris admorsa co-
lubris, Et trahere occultum membra sopo-

ris iter. Item Horat. lib. 1. Car. Foris & a-
speras tractare serpentes, ut atrum Corpore
combiberet uenenum. Deliberata morte
ferocior sæuis Liburnis, scilicet inuidēs Pri-
uata deduci superbo. Non humilis mulier
triumpho. Vide Plin. lib. 21. cap. 3.

Neera et Charmione Cleopatra ancil-
le spontaneam dominæ mortem imitate
sunt, auctore Plutarcho. Ac semiuuæ reper-
ta, reginæ iam mortuæ coronam capite de-
lapsam reponentes, immodico magni ani-
mi argumento.

Cato Uticensis minor, primi prone-
pos, dolens & grauātē ferens Pompeium
(cuius partes fouebat) à Casare (cui ad-
uersabatur) superatum, suo quoque gladio
incubuit, lecto prius Platonis Phædone de
Animæ immortalitate, cuius audita morte
Casarem dixisse ferunt, & se Catonis inui-
dere gloriæ, & suæ Catonem inuidisse. Sic
autem abiit de uita, ut testimonio Cicero-
nis, causam moriendi natūm se esse gaude-
ret plurimum. Dicitur est Uticensis ab Uti-
ca urbe Africa, in qua se occidit, auctoribus
Plin. lib. 5. & Gell. lib. 13. De eius morte
pleriq; meminerunt. Laetantius: Multi er-
go, inquit, ex his, qui æternas esse animas
suscipabantur, tanquam in cælum migra-
turi, sibi ipsis manus intulerunt. Ex Roma-
nis Cato, qui fuit in omni sua uita Socrati-
cæ uanitatis imitator. Item paulò post, Ho-
micide, inquit, illi omnes philosophi, & i-
pse Romanæ sapientie princeps Cato, qui
antequam se occideret, perlegisse Platonis
librum dicitur, qui est scriptus de Aeterni-
tate animarum.

C. Carbo propter perpetuam in popu-
lari ratione leuitatem, morte uoluntaria
se à seueritate ciuium uindicauit. Quoniā
autem duo eiusdem nominis fuerunt, ambo

magni oratores, non constat mihi satis, u-
ter duorum uitam sponte reliquerit. Cice-
de cla. Orat. lib. 9. epist.

P. Crassus Crassi oratoris frater, iurisper-
ritus, quum factionem sequeretur Mariae
nam, ne in manus inimicorum intenderet, se
ipsum interemit. Volater.

P. Licinius Crassus Consul contra Ari-
stonicum Eumenis filium profectus, exer-
citu suo profligato, barbarum quendam ad
inferendam sibi mortem prouocauit, ne ab
hostibus traheretur captiuus. Volater-
ranus.

Appius Claudius Regillianus, stuprata
Virginia Virginij Centurionis filia, in car-
cerem à populo crimen ulciscente conie-
ctus, sibi manus intulit.

Cor. Merula flamen dialis, partium Syl-
lanarum, ingresso urbem Mario, uenas in-
Iouis æde sibi succidit, ut cōtumeliosæ mor-
tis damnationem effugeret. auctor est Vale-
Maximus. Liu. lib. 3.

Dolabella Casarianus, intersectorum
Casaris hostis acerrimus, multis præliis in
Syria cum Cassio congressus est, à quo po-
stremo uictus, gladio se transuerberauit,
causa declinadæ maioris ignominie. Ap-
pian. lib. 4. bell. Ciuium.

El. Fimbria ciuis iniquissimus, Asiama
prouinciam ingressus, arreptis imperij in-
signibus, à Sylla postmodum Pergami op-
pressus est, & à corrupto exercitu destitu-
tus. Itaq; rerum desperatione sibi mortem
intulit.

Vxor Aemilij adolescentis, zelotypiæ
morbo affecta, dum suspicaretur maritum
alterius puellæ rapi desiderio, in syluas
profecta secuta est. Vbi quum ad exploran-
dam rei ueritatem, in dumis & uepribus
delitesceret, à canibus feram esse opinati

bus laniata est. Re cognita, Aemilius seipsum interfecit. autor idem Plutarch. qui apud Sypherim Italiae oppidum hoc commemorat factum.

Licinius Macer praetorius repetundarum populatus, ubi per nuncium intellexit, Ciceronem sibi aduersari, faucibus laqueo constrictis uoluntaria morte poenam praenitit. autor Val. Maxim. de Mortibus non uulg.

T. Manlius, non is qui filium securi percussit, sed alter Iuris pontificij peritus, iudex inter Macedones accusatores et filium Silanum constitutus, audita causa ita pronunciauit: Quum probatum sit, Silanum filium meum pecuniam accepisse, ipsum Repub. et prole mea indignum iudico. Itaque Silanus a patre repudiat, dolore animi se suspendit proxima nocte: cuius exequijs neq; pater interfuit, neque suadentibus ut aesset, aures praebere uoluit. Autor Val. Max. de Seueritate.

L. Syllanus Claudij principis gener, erepta sibi Octauia, dataq; Neroni, praedolore gladio suo incubuit, idq; die nuptiarum, ad augendam inuidiam. author Corn. Tacit. lib. 12.

C. Marius Iunior a Sylla e Mithridatica uictoria reieunte cum toto exercitu suis, in oppidum Praeneste se recepit. Vbi obfessus, quum nulla effugij pateret rima aut uia salubris, se Pontio Telesino praebuit iugandum. autor Liuius. Priusquam autem Sylla rediret in urbem, Marius uniuersam propè nobilitatem interfecerat. Quae res fuit in causa, ut superatus ueniam desperaret. Ferunt, Syllam ex eiusdem exercitu duodecim milia morti dedisse.

Cn. Gnorbanus uictus a Sylla exulauit apud Rhodios. Vbi comprehensus seipsum

interemit. Ideo autem a Sylla bello peritus est, quod eius legatos de pace uiolauerat: autore Liuius.

Oppia Vestalis stupri comperta sibi mortem intulit, grauioris supplicij metu, ne scilicet uiua sub terra delectaretur instar Floroniae alterius puellae.

Orestilla M. Plaucium maritum in Asiam cum LX nauibus profectum secuta, Tarenti ex morbo decessit. Cuius dum celebrarentur exequiae, & cremaretur cadaver, Plautius doloris impatiens, & appetens mortis, in rogum se coniecit: quem torquatum calceatumq; corpori uxoris iunxerunt amici. Author Valerius Max. de Amore coniugali.

Pomponius Atticus eques Roma. Ciceronis amicus, in ultima senectute morbo correptus, seipsum cibi abstinentia necauit. Multa fuerunt in eo laude & commendatione digna, quae quamuis ab instituto sint aliena, placet tamen in medium afferre, ut legentium profint moribus. Tanta in primis fuit erga domesticos facilitate, ut iurauerit, cum matre nonagenaria se nunquam in gratiam rediisse. Cum sorore pariter nullam gessit simultatem, dicitans, cum his minime irasci oportere, quos diligas. Abstinentia praeterea singulari, uitaq; a luxu, ambitione & cupiditate rerum aliena, ut qui praeter patrimonium nihil unquam appetiuerit, nihil edificauerit, nihil emerit. Fuit & litium maxime fugiens: popularesque factiones Vatuniano prosequatur odio. Propterea quum uidisset, Rempub. tumultu Cimniano turbatam, Athenas concessit, ut illic tranquille uiueret, nemine studiamterpellante. Eruditus omnib. mirum in modum fuit, adeo ut pulsum ab urbe Ciceronem, & Brutum fugientem magna iuuerit

pecu-

pecunia. Maledacium nec dicebat, nec etiam poterat pati. Quapropter omnes inimici res suas ei curandas dabant, & seruandas. Cor. Nepos in eius uita.

Taurca Iubellius Campanus capta a Fulvio Capua, coniugem primum ac liberos, postremo seipsum ad pedes Imperatoris gladio transfexit, ne quid indignum aut ignominiosum captiuus pateretur. Autor Liuius.

Fannius Cephio deprehensus in conuersione aduersus Augustum, sibi mortem consciiuit. Martial. lib. 2. Hostem quum fugeretur, se Fannius ipse peremit. Hic rogo non furor est, ne mori aere mori?

Aria mater (nam fuit eiusdem nominis filia) danato Peto marito, fodit corpus gladio: quem uulnere educens ipsi Peto quaerenti dedit, ut idem post faceret. Martialis lib. 1. Cassa suo gladio quum traderet Aria Peto, Quae de uisceribus traxerat ipsa suis, Si qua fides, uulnus quod feci non dolet, inquit, Sed quod tu facies, hoc mihi Peto dolet.

Vestus Domitiani amicus, dum mentagra usq; ad desperationem remedij laboraret, gladio se traiecit, prius tamen amicos consolatus. Quam eius mortem Martialis lib. 1 sic describit: Indignas premeret pestis quum rabida fauces, inq; ipsos uultus serperet atra lues, &c.

Cor. Gallus poeta elegiographus, Virgilij amicus et coetaneus, ab Augusto praefectus Aegypti designatus, Thebarum ciuitatem spoliasset dicitur. Propterea quum repetundarum postularetur, furtiq; & populata accusaretur pecuniae, nobilitum indignationem formidans, sibi mortem intulit, anno suae aetatis XLII. Autor Ammianus Marcellinus, qui lib. 17 reru gestarum

sic inquit: Longè autem postea Cornelius Gallus res tenens Romanas, Aegyptij procurator, exhaustis ciuitatem plurimis interceptis. Reuersusq; quum furtorum arces feretur, & populatae prouinciae, metu nobilitatis acrius indignatae (cui negocium spectandum dederat Imperator) stricto incubuit ferro. Item Ouidius lib. 3 Eleg. Tu quoque si falsum est temerati nomen amici Sanguinis, atq; animae prodige Galle tuae. Item Politian. in Nutricia: Ceu Galli Mima Citheris Personam false lasciuia Lycoridos affert In scenam, & docto clausana se iacet amanti, Dum miser ipse suo fodiat praecordia ferro. Item Propertius lib. 2. Et modo formosa, qui multa Lycoride Galus, Mortuus inferna uulnera lauit aqua. Alia tamen causa ad inferendam sibi mortem motum uolunt, plerique, quod scilicet Augusti domo ei fuisset interdictum, ut scribit Tranquillus. Alij ob linguam nimis infrenem. Quod & Ouidius uidetur probasse, ubi ait: Non fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo, Sed linguam nimio non tenuisse mero.

Syllius Italicus poeta, incurabilis morbi taedio, uoluntariam oppetit mortem annos natus LXXV. Politianus in Nutricia de eo sic scribit: Ipse obiit plenusq; aui, natoq; superstes, Aspera congenito fixus uestigia clauo.

Sophronia Romana, Christiana Lucretia, quum uim Decij principis sibi quotidie insidiantis non posset declinare, arrepro gladio per consensum mariti se confodit. autor Eusebius.

Nero Domitij & Agrippinae filius, fax totius orbis, impuraq; scelerum omnium sentina, post matorem numero flagitia hostis patriae a senatu iudicatus, ne quid

suis meritis dignum pateretur, aut collo in
furcam coiecto uirgis caderetur (ut ait Eu-
trophius) urbem ingressus, sequentibus Phao-
ne, Epaphrodito, Neophitoq; & spadone
Sporo, semet ictu gladij transiegit, ad quar-
tum urbis miliarium, adiuuante trepidan-
tem manum impuro Eunucho. Perijt autē
anno etatis suae 32. Cuius interitu uniuersa
Roma adeo gausa est, ut plebs induta
pileis manuumissionum, tanquam seuo e-
xempta dominio triumpharet. Ausonius:
Matricida Nero proprij uim pertulit en-
sis. Sidonius: Matricida Nero proprio se
percutit ense. Pontanus de Stellis lib. 3. Sic
errant miseri manes, atq; umbra Neronis:
Sic Otho, quiq; in se ferrum strinxere ne-
fandum. Suetonius ait, eum in inferenda si-
bi morte adiutum fuisse ab Epaphrodito à
libellis, Eutrophius à Sporo.

Otho Imperator quamuis mollis fuit
semper uiuisset, adeo ut ad muliebres acce-
deret mundicias, uictus tamen à Vitellio a-
pud Bebriacum, ausus est sibi mortem con-
sciscere, quamuis multas haberet copias,
possetq; uictoriam sperare. Quod fecisse
odio bellorum civilium dicitur. Propterea
Martialis lib. 6. eius mortem Catonianę
anteponit. Cato enim interfecit se Vitia,
copijs iam profugatis, ne in hostes incide-
ret. Otho uero adhuc integro exercitu, ne
bella civilia gererentur. Verba Epigram-
matice sunt hæc:

Quum dubitaret adhuc belli cinis Enyo,
Forsitan & posset uincere mollis Otho:
Dammavit multo saturum iam sanguine Martem,
Et fodit certa pectora nuda manu.
Sic Cato (dum uinit) sanè uel Cæsare maior:
Dum moritur, nunquid maior Othone fuit?

De huius imperatoris morte alij quoq;
meminerunt. Iouianus lib. 3. de stellis, ut su-
pra. Item Sextus Aurel. Victor: Hic (in-
quit) à Vitellio primum apud Placentiam,

dehinc apud Bebriacum uictus, semet gladi-
o transiit, anno etatis suae 37. Adeo da-
mabilis militibus proprijs, ut pleriq; cor-
pore eius uisu suis manibus mortem sibi co-
sciuerint. Item Ausonius: Mox Otho famo-
sus, sed clara morte potitus. Tranquillus
quoque in eius uita sic inquit: Post hæc se-
data siti, gelida aquae potione, duos arri-
puit pugiones, & explorata utriusq; acie,
quum alterum puluino subdidisset, foribus
adopertis arctissimo somno quieuit. Et cir-
ca lucem demum expergescens, uno se tra-
iecit ictu infra læuam papillam. Irrumpen-
tibusque ad primum gemitum, modò ce-
lans, modò detegens plagam, exanimatus
est, & apud Veliternam (ita præceperat)
funeratus, XXXVIIII etatis anno, &
XCV die Imperij.

Petreius dux Pompeianus à Cæsare in
Hispania superatus, se ferro & in media inte-
remit. Appian. lib. 2.

Labeo Marsus in calamitate Macedo-
nica (quum celer hostis premeret) se na-
tumq; gladio traiecit, ne uictoris Octauij
uultum sustineret. autor Pontanus de For-
titudine bellica.

Gordianus senior audita filij morte
(qui pro patria in bello occubuerat) la-
queo se suspendit iam octogenarius: partim
dolore amissi filij, partim ne traheretur ca-
ptiuus. Ammianus Marcellinus lib. 26. In
Africa (inquit) superior Gordianus in im-
perium raptus, aduentantium periculo-
rum angoribus implicatus, uitam laqueo
spiritu intercluso profudit.

Galerius Imperator, quum Christia-
nos omnibus (quibus potuerat) tormentis
affecisset, tandem in morbum incidit, cu-
ius impatientia, gladio sibi latus aperuit.
Baptista Egnatius ait, illud tedium uite

eius

ei irrepsisse ex genitalibus paulatim putre-
fcentibus.

Valerius dum cum Valeria Tusculana
filia ne scius concubisset, agnita postmo-
dum culpa, se precipitauit. autor Aristides
apud P. uarich.

Papirius Romanus quum sororem Ca-
nustiam gravidam fecisset, & illa gladio à
patre missa sibi corpus confodisset, se ipsum
quoq; mori uxor dedit comitem. autor
Chrylippus lib. 2. Rerum Italicarum apud
Plutarchum.

P. Catienus Philotimus patronum adeo
dilexit, ut hæres omnibus bonis institutus,
in eius rogum se coniecerit. autor Plinius
lib. 7. cap. 36.

M. Lollius infamatus regum muneribus
in toto Oriente, interdicta amicitia à C. Cæ-
sare Augusti filio uenenum bibit. Plinius
lib. 9. cap. 35.

Idem Plinius lib. 36. cap. 24. scribit, Cn.
Procleium Augusti Cæsaris familiarem in
maximo stomachi dolore, gypso potu con-
sciuisse sibi mortem.

Catulus Lucilius orator, qui Marij
collega fuerat in consulatu, et de Cymbris
una triumphum egerat, ab eodem postea
mori iussus, inclusus domi, accensis carbo-
nibus se suffocauit. autor Plutarchus in
Mario, & Valerius Maximus.

Agrippina à Trierarcho, alijq; Neronis
satellitibus interfecta, Mnester eius liberius
se ferro transiegit. Incertū charitate in pa-
tronam, an metu exitij. Cor. Tac. lib. 4.

M. Portium Latronem præstanti uirum
memoria, duplicis quartanæ tædio manum
sibi admouisse, atq; ita functum fato, anno-
tatum in Chronicis.

Labienus poeta uidens libros suos ob-
nimiam carpenti libertatem publico de-

creto comburi, suis superuivere non potuit
monumentis, ac propterea spontaneam op-
petijt mortem.

Messala Coruinus orator, ante biennium
quàm moreretur, ita memoriam ac sen-
sum amisit, ut uix pauca uerba coniungeret.
Ad extremum uero enato circa os ulcere,
in media se confecit. autor Cælius.

Longinus Adriani Imperatoris legatus
à Decebalo Daconum rege (in quem certa
bat) circumuentus ebibito ueneno se ipsum
interemit. autor Dion Cassius.

Adrianus Imperator Mastorem quen-
dam barbarum (quo propter robur & au-
daciā plerumq; usus fuerat in uenationi-
bus) partim minis, partim pollicitationi-
bus impulit & coegit, ut cædem sibi infer-
ret, circumscriptiq; locum sub mamilla,
quem Hermogenes medicus demonstraue-
rat. Quo letaliter percusso, sine dolore
expirauit. testis idem Cassius. Hoc autem
fecit incredibili membrorum omnium cru-
ciatu impulsus, qui etiam morbi subtercu-
tanei dolore multos è senatu prius extim-
xerat, ut scribit Sextus Aurelius.

Sabina imperatrix eius iè Adriani uxor,
feruilibus prope iniurijs ab eo affecta, ad
mortem cucurrit uoluntariam, quod tam
immane ingenium, humaniq; generis perni-
ciem pertulisset. autor idem Aurelius.

Florianus imperator, qui Tacito succes-
sit, dolens Probum militiæ peritum à ma-
gna exercitus parte fuisse electum, sibi ipsi
uenas incidit, effusoq; sanguine consumptus
est. autor idem Aurelius.

Julianus imperator factus in Italia, acto
per costas pugione, in ignem se abiecit, eo-
dem Aurelio teste.

Diocletianus Imp. à Licinio & Con-
stantino grauiter literis obiurgatus, quod

P Maxen-

Maxentio diceretur fauisse, metu ignominiose mortis uenenum hausit. testis Aurel.

Magnentius à Constantino imperatore apud Lugdunum superatus, admota parieti gladio (ut iclum uiaueret) corpus sibi confudit. Quo audito Decentius eius frater præpostera laquei morte uitam finiuit apud Senonas. auctor Pompon. Latus.

Pater Licinij Cecinae, uir prætorius, ob diuturnæ ualitudinis tædium ac dolorem, sese opio necauit. Plin. lib. 20. cap. 17.

Petrus Thraseas Patauinus, uir Catoiana disciplina & seueritate, propter suspitionem affectatæ libertatis à Nerone damnatus, sibi uenas soluit.

Neera quoq; uirgo in Salentinis ægre ferens se ab eo repudiatam, cui pro coniuge pacta erat, eodem mortis genere uitam finiuit. auctor Pont. de fortitud.

Argobastes quum Valentinianum iuniorum apud Viennam dolo strangulasset, ut eidem in imperio succederet, à Theodosio mortem ulciscente superatus, sua se manu percussit. auctor Paulus Diaconus.

Asmunda rege Danorum in pugno occiso, Gummilda eiusdem uxor spiritum sibi ferro surripuit, uirumq; fata insecuta est. auctor Saxo grammat. li. 1. hist. Danicarum.

Hadingus rex Danorum suspendio se uulgo spectante suffocauit præ dolore, quem ex Hadingi Sueriun regis morte conceperat. auctor idem Saxo.

Rolinc quoq; Danorum rex exprobrata sibi turpitudinis dolore, uoluntaria morte se consumpsit. Idem auctor.

Starcatenus iunior rex Danorum pœnitentia ductus, quod Lennum quendam per nefas occidisset, eius filio Hathero se præbuit occidendum.

Galcaius Mantuanus, Pupie quæ hyber

naret, puella (quæ unicè amabat) per iocum imperante, se in fluium deiecit. aut. Pont.

Ecelinus tyrannus post infinita propè flagitia & crudelitatis exempla, tandem in bello (quod contra Martinum Turianum Mediolani principem susceperat) uulneratus, more frendentis beluæ uulnus discepfit, eoque miseram euomuit uitam.

Petrum de nineis ex Capua iurisperitum fuisse, Volat. scribit, qui dolens se ob suspicionem coirrationis à Federico secundo (cui prius erat charissimus) relegatum, capite parieti illiso, mortem sibi intulerit, cõposito prius de consolatione libello.

Laurentianus Florentinus citra ullum corporis incommodum, citraq; euidentem morbi causam in puteum se coniecit, auctore Celio & Crinito, qui ait se auditorem eius aliquando fuisse. Qua etiam morte se extinxit Petrus Leonius uir in philosophia excellens, & insigni prudentia. Idem Crinitus.

QVI DIV VIXERVNT.

Vixit Adam annis 930. Eua totidem Seth 912. Enos filius Seth 905. Caynam filius Enos 910. Malalehel filius Caynam 895. Jared filius Malalehel 962. Et noch filius Jared 965. Mathusalem filius Enoch 969. Vnde Mantuanus: Nestoreos annos & Mathusalemia secla. Lamech filius Mathusalem 777. Noe 905. Sem filius Noe 600. Arphaxat filius Sem 338. Sala filius Arphaxat 433. Heber filius Sale 467. Phaleg filius Iectã 239. Raul seu Ragau filius Phaleg 302. Saruch filius Ragau 230. Nachor filius Saruch 148. Thare filius Nachor 205. Aram pater Loih 205. Isaac Abraxæ filius 185. Iacob filius Isaac 175. Aaron frater Moysi 123. Iosue 110. Heli iudex 98. Salomon 94.

Iob 123. Abraham 175. Thobias 112. Sara 127. Iudith 105. Moyses 110. Ex Plinio, Arganthon Tarsessorum rex 150. Syllius lib. 3 ait eum uixisse 300, ita scribens: Argantoniacos armat Cartea nepotes. Rex proauis fuit humani ditissimus cui, Ter de nos decies emensus bell. ger annos. Man / tuanus in Alphonso: Et uetus ille auridines, ditissimus cui, Hesperijs quondam rex Arganthonius oris. Cyntras rex Cypriorum 160. Aegimius 200. Epimenides Gnostus 157. Pistorius Aetolus 300. Reges Arcadum 300. Dando Illyricus 590. Impetrus Pulamorum uersala rex 800. Eius filius 600. Perpenna 98. M Valerius Corui / nus 100. Metellus Pontifex 100. Liuia Rutilij 97. Statilia 99. Terentia Ciceronis 107. Clodia Ophelia 105. Luceia Mima centum annis in scena pronunciauit. Emolia tria uixit 104. Sammulla 110. Steph. mio ultra centum. Hero rector Siciliae 80. Masinissa rex Numy iæ supra centum. Gorgias Leontinus 107. Xenophilus Chalcidensis 105. Herodotus scribit Aethiopes 130 annos transgredi. Hippocrates Cou 104 uel 105. Isocrates 100. Orbilius Benueuantanus 100 Sibylla Cumana diuturnam uitam ascribit Ouidius libro 14 his uerbis: Nam iam mihi secula septem acta uides: superest numeros uel pulueris quem: Tercentum menses, tercentum musta uide. Tempus ei it, quum de tanto me corpore paruum Longa dies faciet, consumptaq; membra senecta. De ea Statius libro 1. Tu Troica dignus Secula, & Euboici transcendere pulueris annos. Fertur enim annos ab Apollinae petiisse pro numero pulueris, quem manu prehenderat. Vnde idem Statius alibi: Vei quantos ego Delium poposci. Ouidius patrem suum 90 an-

nos uixisse ait libro 4. Tristium, dicens: Et iam compleat genitor sua fata, nouemq; Adiderat lustris altera lustra nouem Nestor præsul Hierosolymitanus 116. Nestor 300. Iuuenalis Satyra 10. Rex Pylus (magno si quicquam credis Homero) Exemplum uitæ fuit à cornice secundæ Felix heu nimium, qui per tot secula mortem Disulit, atq; suos iam dextera computat annos. Tibullus libro 4. Vixerit ille senex quamuis dum terna per orbem Secula fertilibus Titan decurreret horis. Idem: Terna minus Pylæ miretur secula uitæ. Propertius libro secundo, Nestoris est usus tria secla cinis. Idem, At me ab amore tuo deducet nulla senectus, Sive ego Tithonus, siue ego Nestor ero. Ouidius in Metamorphos. — Et si quem potuit spaciost senectus Spectatorem operum multorum reddere, uixi Annos bis centum, nunc tertia uiuitur ætas. Antonius abbas 105. Alexander episcopus Alexandrinus 98. Alexander episcopus Constantin. 94. Agilus abbas 100 Titus Pauli discipulus 104. Democritus 309. Paulus primus heremita 115. Pacionus abbas 110. Prosdocimus episcopus 114. Vandegillus comes Palatinus 92. Florentinus presbyter 123. Guarinus præsul Bononiensis 110. Viuentius confessor 120. Homerus poeta 108. Hieronymus 98. Helias abbas 101. Heroimus 304. Ioannes de temporibus 361. De hoc Ioanne intelligit Mantuanus in Alphonso, dicens: Et quem fama refert hyemes uidisse trecentas. Maurus abbas 92. Maurilius episcopus 90. Romualdus heremita 120. Antonius Castor 100. Syrus episcopus 132. Zancles Somothracenus 104. Pollio Romulus 100. Saturnius Volusius 136. Tullonius 137. Artaxerxes 94. Pla-

so 81. Cælius scribit Marin quendam uixisse annos 123. cuius antica corporis humana fuerint. postica equina. Hyperborei populi mille annis uiuunt. Galenus uixit 140. Tithonus (ut fabulantur poetæ) ab Aurora adamatus, & in cælum relatus, illiusq; succo perfusus, ad tantam peruenit senectutem, ut tandem optauerit uerti in cicadam. Lucianus: Atq; ultra Tithonum uiuebat senex. Statius lib. 4. Sylua. Annos perpetua gerens iuuenta, Quos fertur placidos obisse Nestor: Quos Tithonia computat senectus. Propertius lib. 2. At non Tithoni spernes. Aurora senectam. Dorotheus præsul Antiochenus 119. Tyro Tullius Ciceronis libertus 100. Theremon heremita 100. Carneades philosophus 100. Cirnæ Indorum uiuunt 140. Terentius Bononiensis 100. L. Tertuleia Ariminensis 137. Symon Cleophæ episcopus. Hierosolymitarum 120. Cronius Anachoreta 155. Apollonius Thyaneus 180. Seneca Cordubensis 114. Patricius secundus Niuernensis episcopus 122. Gartius Aretinus 104. Richardus quidam temporibus Caroli Magni 400. Helix Anachoreta 120.

Hugo successor S. Bernardi 117. Porro pleraque sunt animalia, uitam hominis longè superantia, ut Cornices, Cerui, Corui, Phœnices. De quibus sic apud Erasimum scribit Hesiodus:

Ter tria secula hominis transmittit garrula cornix. Quattuor at peragit cornicis secula ceruus. Ceruinam ætatem coruus ter præterit ater, Coruinos annos nouies agit Indica phœnix. Atqui crispicomæ soboles Ionis alma tonantis, Egredimur decies Phœnicia secula nymphæ. Item: Ter binos deciesq; nouem superexsit in annos. Iusta senescentum quos implet uita dierum. Hos nouies superat uiuendo garrula cornix. Et quater egreditur cornicis secula ceruus. Alipedem ceruum ter uincit coruus: at illum Multiplicat nouies Phœnix reparabilis ales. Quam nos perpetuo decies præuertimus uero. Nymphæ Hæmadyades, quaru longissima uita est.

VIRI CELEBRES MORTVI in aliena terra.

S Amos genuit Pythagoram, textit Metapontus. Ciceronem Arpini ortum, nutritum Romæ, Sinus Catetanus uidit exanimem.

Plinium infantem lauit Athesis, grandæuum extinxit Veseuus.

Vergilium dedit Mantua, Brundisium abstulit.

Genuit Ouidium Sulmo, ponticum exilium suffocauit.

Terentium Carthaginensem, quem Roma docuerat, Arcadia sepeliuit.

Horatium Apulum, Ennium Calabria, Statium Narbonensem, Ausonium

Burdegalum, duos Senecas & Lucanum Cordubenses, Plautum Arpinatem, Lucilium Aruncum, Pacuuium Brundisium,

Iuuenalem Aquinatam, Propertium Veronensem, Varum Cremonensem, Gallum

Forliuensem, Actium Pisarensem, Cassium Parmensem, Claudianum Florentinum, Persium Volaterranum. tumulauit

Roma.

Alexandrum Pella genuit, Babylon peremit.

Cyrum Persis tulerat, Scythia truncum tulit.

Crassum & Pompeium tulerat Roma. Hunc Aegyptus, illum Assyria sustulit.

Catoni principium & nomen dederat Roma, finem & cognomen Utica.

Cornelios Scipiones Roma genuit, Hispania obruit.

Decij extra patriam ceciderunt, pater cum Latinis pugnans, cum Eihru, cui filius.

Aemilium Paulum. Cume, Claudium Marcellum.

Marcellum Venusia, Tiberium Grachum tumulauit Lucania, omnes natos Romæ.

Drusus obiit in Germania, Marcellinus Baionæ, Tarquinius Cumis, Sylla Puteolis expirarunt. Augustus Cæsar apud Nolam Campaniæ.

Tiberius apud Campaniæ Misenum. Traianus in occidente natus, in Oriente mortuus est.

Septimius Seuerus ortum habuit in Aethiopia, imperiū in Italia, tumulum in Britannia.

Theodosium ortum in Hispania, Meiodiolanum terra operuit.

An nibalem Africæ lumen cepit urna Bithynica.

Thefeum, Themistoclem & Solonem Athenienses sepelierunt Syrus, Persis, Cyprus.

Hæc exempla debes Petrarchæ lector optime, qui in dialogo de moriente extra patriam hæc assert. Factamus nunc auctarium nostro labore.

Sextium Turpilium Romæ natum abstulit Sinuessæ. Hermolaum Barbarum natione Venetum, Romæ pestilentia suffocauit. Qu. Cornificium Ro. militaris factio foris abstulit. Aemilius Macer Veronensis obiit in Asia. Cn. Norbanus à Sylla uidus, apud Rhodios uoluntariam oppetiit mortem. Nero extra urbem seipsum confodit. Orho apud Bebryacum mortuus est. Labeonem Marsum. Romanum tumulauit Macedonia. Magnentium imperatorem uidit Roma, Lugdunum habuit mortuum. Cleomeni Lacedæmonia tumulum præbuit Aegyptus. Demostheni Atheniensi Calabria. Critolao. duci Achaorum Thermopylae.

Themistocles Atheniensis in Perside

stentum.

Leandrum Abydenum, Aegæum Atheniensem, Aegyptium Pharaonem, Menandrum poetam Palinurum, & Misenum non sua, sed piscium extinxit patria. Repetrem huiusmodi exempla numero propè infinita, nisi timerem ne nimia copia saturis plus æquo stomachis nauseam excitaret.

MORTVI QVI REuixerunt.

Glaucum quempiam mortuum ferunt præter omnium expectationem, gustato mellito pharmaco reualuisse. Alij multis accurrentibus medicis, herba (quæ Draconem uocant) uitæ restitutum diūt. autor Eras. in explanatione illius adagij. Glaucus potio melle resurrexit.

Aesopum ex Phrygia fabulatore, Tyndareum quoq; & Herculem reuixisse, testis est Cælius libro 8. Lætionum antiquarum.

Palicos Iouis & Thalia filios, mortuos semel iterum reuixisse, Aeschilus apud Volaterranum scribit. Vide Macrobius lib. 5.

Athena Cataldi (qui postea fuit episcopus) mater in partu mortua, ab ipso Cataldo primum nato ad uitam solo amplexu reuocata est: Quod si uerum est, mirum in eo futuræ sanctitatis fuit ostentum.

P. 3. Auiola.

Aniola uir consularis, autore Plinio, in rogo reuixit. Et quoniam subueniri non poterat, prævalente flamma uiuus crematus est. Valerius de Miraculis. Idem de L. Lamia traditur.

Celium Tuberonem sanctum præfectura à rogo relatum, idem ait ex testimonio Messalæ.

Confidium funere locato reuixisse, & locatorem funeris ab eo relatum, idem ait.

Gabienus fortissimus cladium Caesaris à Sexto Pompeio captus, eiusdem iussu in cisa ceruice iacuit in littore tota die. Deinde quum aduerserasset, petijt ut Pompeius ad se ueniret, testatus se ab inferis remissum habere, quod nunciaret. Plinius capite 52. lib. 7.

QVI IN MORTUOS seuerunt.

Achilles Hectorem Patrocli sibi charissimi interfectorem occidit, occisum ter circum Troiæ muros raptauit curru. Quumq; instar frendentis beluæ immantatem expleuisset, Priamo patri uenale cadaver exposuit. Propertius lib. 2. Et Vergilius alibi.

Cyrus rex Persarum, dum Sarzapisem Thomyris Scytharum reginæ filium bello captum ad mortem impulisset: irata mulier non prius finem fecit furori, quam mortuum ulta sit. Contractis itaque copijs ita confligit, ut maximam inimicorū partem, cum etiamnum rege occiderit. Nec tamen hoc euentu propterea emollita est animi rabies. Mortui enim caput in atrem humano cruore plenum demisit, his uerbis insultans: Filij mei sanguinem hausisti, & meum sitiisti Cyre. At ego te cruore saturabo. autor Herodotus lib. 2.

Cambyfes rex Persarum, mortuo Psam-

meto Aegypti rege (quem uictum ad bellum cruoris taurini coegerat) è Memphis in urbem Sam abiit, ibiq; Amasis cadaver è conditorio reueli, reuulsum uerberibus cedi & uellicari, stimulis deniq; pungi, et contumelia infestari, ac postremo comburi iussit. Herodotus autor.

Idem Cambyfes Sisamenè iudicè (quod iniuste, pecunia corruptus, iudicasset) interemit, interempto corium detraxit, detractum in lora concidit, eoque tribunal (in quo perperam & iniuè iudicauerat) operuit, atque Otanem eius filium ibidem sedere iussit, & periculo patris ab iniuè iudicio cauere. Idem autor.

Cleomenes dux Spartanorum fugatus ab Antigono, ad Ptolemaum se recepit. A quo benè primū exceptus, mox Nicagore cuiusdam calumnia insidiarum suspectus, se interfecit. Interfectum rex pelle nudauit cruciq; affixit. Plutar.

Tarquinius Superbus Seruium Tullum sextum Romanorum regem (ut regno succederet) morti dedit, cuius filiam nomine Tulliam in uxorem prius duxerat. Scelerata mulier eadem regnandi libidine, qua maritus pruriens, ubi intellexit patrem interfectum, uehiculo se prope ferri iussit, ut interfectori gratularetur. Quum autem inter eundem, comperito caduere, equi & auriga constiissent, erubescerentq; mortuum conculcare, mulier nefaria curru super faciem mortui parentis ducti iussit. Seneca in Octauia: Quid in ibim.

Apuleius Saturninus Tribunus plebis, quum Gracchorum leges Agrarias uellet asserere, à Caio Mario & Lucio Valerio consulibus in Capitolio obsessus, deditio nem tanquàm facere coactus est. Captus aut, fustis-

fustibus & saxis coopertus, ibidem expirauit. Mortui caput C. Rabirius senator per eonuiua in ludibrium circumtulit. Vide Suet. & Plin. de illust. uiris.

M. Crassus facile docet inexplebilem hominum auiditatem nullis auri cumulis, nulla bonorum myrmecia, aut drachma grandine expleri, sed crescere semper, & augeri copia. Nam quum esset ditissimus Romanorum, haberetq; tantum agri, quantum nec miluus oberret, sibi tamen modum præscribere, aut temperare non potuit, quin Paribos (quorum opes sitiebat) aggrediretur. A quibus cum toto exercitu susus, immodice libidinis dedit pœnas. Non solum enim à Pomaxarte occisus est, uerum mortuo quoq; insultarunt inimici. Causam siquidem agnoscentes, qua bellum susceperat, in caput interfecti aurum liquauerunt, hisq; irriserunt uerbis: Aurum sitisti Crasse, aurum ad saturitatem bibe. L. Florus & Sex. Rufus.

Sylla rerum potitus corpus Marij iani defuncti reuehit, atque disiecit. Quapropter talionem formidans corpora cremari instituit. autores Plinius, et Cic. lib. 2. de Legibus.

Antonius odio Ciceronis usq; adeo exarsit, ut mortui caput in mensa apponi uoluerit, perq; diè illud aspexerit, quousq; tali spectaculo animum exatiasset. autor Apianus lib. 4. bell. ciuil. Antonij quoq; uxor Fulvia caput ipsum maledictis primū, ac diris execrata est. Deinceps inspuens, gremio suo apposuit, acriusq; despiciens, linguam illi faucibus extraxit, samq; acicula plerunq; confixit. Vnde Quintianus in Cleopoli, Latia foderet nec Fulvia linguam.

Septimius Seuerus Clodio Albino (quæ Caesarum dixerat) tumultuanti caput ab-

scidit, reliquumq; eius cadauer equo refigenti dedit conculcandum. Spartianus & Capitolinus autores.

Onesilus Gorgij Salaminiorem regis frater, quoniam Cyprios induxerat, ut Dario se submitterent, comprehensus ab Antiochus (quibus id uolebat persuadere) obtruncatus est: eiusq; caput supra urbis portas suspenderunt. autor Herodotus.

Aroldus rex Anglorum, Cuntonis filius nothus, patri successit: quod egreseris Andebunthus (qui erat legitimus) mortuum Aroldum refodi iussit, refossam in mare proijci. Volaterranus.

DE VARIO IN HV mandi ritu.

Inexpiabile quondam scelus creditum est sepulchra uiolasse, adeo ut lex sacratum esse locum iusserit, ubi corpus hominis demortui iaceret, dicereturq; minuisse in patrios cineres, cui omnia sinistra cadebant, & inauspicatè. Apud nos quoq; Christianis damnatur ceremonijs, qui aut lotrū in sepulchretis egresserit, aut aliquid aliud ibidem fecerit immundum. Neq; hoc ipsum apud nos solum religiosum est. Nam nulla propè tam efferata gens est, que non senserit habendam sepulchrorū rationem, præter paucos Barbaros, qui quum beluino propè ritu inter se degat, nihil mirum, si aliorum uestigijs nequaquam insistant. Nunc de utrisque loquendum: his scilicet quibus nulla est funerum cura, & illis quibus maxima.

Lothophagi suos in mare defunctos abijciunt, asseuerantes parum interesse, burmone, an aqua, aut igne absumentur. Cælius cap. 4. lib. 9.

Albani olim nefis putabant curam mortuorum agere. Cælius.

Sabat corpora defunctorum eodē quo
fletum modo, dicebant: quin etiam reges
requebant inter sterquilina. Cælius ibid.

Trogolo:æ mortui ceruicem pedibus
alligabant, & rapim eum iocis et risu ef-
ferebant, nullaq; habita loci ratione, man-
dabant terræ.

Seytharum uerò mos longè melior, qui
mortuos inter epulas uorare causa hono-
ris consueuerant.

Hircan non ad alium usum nutriebat
canes, quàm ut eis sanctos uita uorandos
obijcerent. autor Cicero.

Atheniensibus tanta fuit sepulchro-
rum cura, ut si quis dux bello peremptos
sepulchro honestare neglexisset, capite
plecteretur.

Macedonibus nullum fuit tam solenne
militiæ munus, quàm suos sepelire.

Apud Hebræos cautum fuit lege, ne in-
sepulium hostem relinquerent. Cæl. lib. 9.
cap. 43.

Aegyptij in domorum ædificatione ne-
gligentes, miro sumptu superbaq; magni-
ficentia construere sepulchra consueue-
rāt, operaq; prodigiōse pyramides, quod
existimarent, defunctorum domos sempi-
ternas: uiuorum uerò domicilia esse uelut
uitæ momenta transierunt diuersoria. U-
dem mortuos condunt, & eos domi ser-
uant. autor Cicero libro 1. *Questionum*
Tuscul.

Perse cæra circumlitos iidem con-
dunt, ut magis diuturna sint cadauera. au-
tor Cicero.

Mos erat Magorum, non humare cor-
pora suorum, nisi prius a feris laniata. au-
tor Cicero.

Pleraq; Assyriorum corpora in locis
palustribus fuisse cōdita feruntur. Cælius.

Apud Gerros, Seytharum populos, quā
rex sacro concessit, corpora auferunt inte-
stina, positiq; cum aromaticis herbis uen-
trem demū consumunt. Idem cap. 4. lib. 9.

Perfarum in lectu mos est descendere in
lugubri ueste coniuges ac liberos. ibidem.

Indi pulchrum putant diem fieri præue-
nire: imò uerò se uiuos cremari iubent, co-
ronatiq; deorū laudes concinunt. Nullus ho-
nos solutus senectute corporib. exhibetur.

Solebant pleriq; tribus diebus nouem
mortuos flere, unde Nouendialium sacro-
rum manauit consuetudo.

Apud Tauros quum rex moritur, cha-
rissimi quiq; sponte simul commoriuntur.

Sindi tot pisces in sepulchra mortuo-
rum mittunt, quot hostes interfecerunt.

Phryges marmoribus pro sepulchro
suspendunt.

Massagetæ eos qui morbo pereunt, tan-
quàm impios canibus dant in prædam. Bel-
lo uerò interfectos honore maximo prose-
quuntur.

Mos fuit pleriq; populis mulieres cō-
ducticias (præfixæ uocabantur) compara-
re, quæ in eorum morte lugerent, quibus
deessent parentes.

Mortuo apud Græcos uel principe, aut
quouis alio magnæ auctoritatis uiro, duos
decim hostes uelut uictimæ occidebantur,
quemadmodum quosdam Troianorum Pa-
troclo contumulauit Achilles.

Syllius Italicus lib. 12. uarios funerandi
ritus describit his uersibus:

Tumuli, & cinerum sententia discors,
Tellure (ut perhibent) is mos antiquus Ibera,
Exanima obscœnus consumit corpora uitur,
Regia quæ lucem posuerat membra, probatum est
Hircanis adhibere canes. Aegyptia tellus
Claudit odorato post finus stantia saxo (gram-
Corpora, & a mælis exanguem haud separat um-
Exhausto instituit Pontus uacuare cerebro
Ora uirum, & longæ myrrhata reponit in æuum.

Quid

Quid, qui reclusa nudos Garamantes arena
Infoliunt quid, qui seuo sepelire profundo
Exanimis mandat Lybicis Nafamones in oris:
At Celitæ, uacui capitis circumdare gaudent
Olla (nefas) auro, & mensis ea pocula feruant.
Cecropidæ ob patriâ Miuortis forte peremptos
Decreuerē simul communibus urere flammis.
Argente in Seythici suffixa cadauera truncis
Lenta dies sepelit putri liquentia tabo.

Porrò lege fuit olim sanctum, ne quis
sepulchrum faceret operosius, quàm quod
homines triuuo possent absoluere. Cicero
lib. 2. de Leg.

Demetrius lege sanxit, ut mortui ante
offerrentur. Cicero ibid.

Funerare in bello corpora primus do-
cuit Hercules.

In exequijs cupresso fores ornare fuit mo-
ris, quod hæc arbor sit Plutōi sacra. Blon.

Solon mortem suam lugeri iussit: contra
uerò Ennius ueluit.

Cyrus apud Xenophontem inhihet, ne
corpus suum auro aut argento includatur,
sed terræ mandetur protinus.

Thobias sepeliendis mortuis uacabat.

Machabæus inimicorum intersectorum
cadauera sepeliri iussit.

Alexander Darij interfecti corpus ma-
tri tumulandum præbuit. Plutar.

Antiquitus nemini licebat in urbe Ro-
ma sepeliri, nisi his tantum, qui optimè de
Repub. meruissent. Propterea ferūt, Adria-
num imperatorē aureorū quadraginta pœ-
nam statuisse in eos, qui in ciuitate sepul-
chrum fecissent. Crinitus lib. 21. cap. 12.

Pauli Aemilij cadauer Annibal hostis
sepeliuit.

DE ANIMI SUBSTANTIA
diuersæ philosophorum o-
pimiones.

Empedocles Animum esse censet cordi
suffusum sanguinem.

Zeno Stoicus ignem. Cicero & Tuscul.

Aristoxenus musicus Corporis intentio-
nem quandam, uelut in cantu fidibus, quæ
harmonia dicitur.

Xenocrates numerum, cuius uis in natu-
ra maxima esset.

Plato triplicem posuit animā, Rationē
in capite, Cupiditatem subter præcordia,
Iram in pectore.

Dicæarchus introducit differentem nihil
esse animā, nomen inane, nullamq; esse ani-
mam in homine, aut bestia. Idem eodē m.

Asclepiades Sensuū coexercitamentū, ani-
mam esse dicit.

Thales naturam irrequietam.

Plato Substantiam intellectuam. Plu-
tarchus de placitis philosophorum.

Heraclitus Humidorum quæ in mundo
sunt expurationem.

Euripides Deum. Cic. 1. Tuscul.

Alij corpus. Idem eodem.

Alij Partē quandā cerebri. Idem eodē.

Aristoteles post quatuor principia quin-
tum naturam ponit, è qua sit Mens. Idem
eodem.

Esset iudæi philosophi animas putat im-
mortales, & de æthere subtilissimo instim-
tu naturali in corpora permeantes: à cor-
poribus uerò absolutas, ultra oceanū dege-
re in locis peramœnis. Cælius lib. 3. cap. 9.

Pythagoras numerum seipsum cientem.
Plutar. in placitis philosophorum.

Hipparchus animas nostras dixit partē
esse cœli. Plin. lib. 2. cap. 26. Cicero corpus
modò animæ sepulchrum, modò carcerē,
modò ergastulum uocat.

Aristoteles entelechiam. Becichemus in
Plinium.

Non tacendū interim duximus Auerrois
sententiam, quo toti hominum spectet uni-
tam esse animam adserit, & præter hanc

Q
hominum

hominum quemq; unam habere sensiuā, brutali paulo perfectiorē. Multaq; alia dixisse eundem & foeda, & falsa, quae uidebis apud Caelium lib.lectionum antiquarū secundo, cap. 2.

Sed praeter haec Seruius (in illud 4. Aen. Et nunc magna mei sub terras ibit imago.) non uenit silentio praetereundus: Tria esse dicens, quibus homo cōstet: Animam, quae supernam suam petit originem: Corpus, quod in terram deficit: Vmbra, quam Lucretius sic definit: Supra spoliatus luminis aer: quae si ex corpore creetur, unā cum eo perit: deinde aliquod dicitur simulacbrū, quod inferos petit. Plutar. in placitis philosophorum.

ANIMAE PRINCIPATVM
in qua corporis parte philo-
sophorum iudicia ponant.

Democritus, in toto capite esse censet. Strato, in superciliorum interstitio. Erasistratus, circa membranam cerebri. Herophilus, in uentriculo cerebri. Parmenides, in toto pectore. Epicurus, in toto pectore. Plutar. de placitis philosophorum. Stoici, in corde. Diogenes, in arteriaco uentriculo cordis. Empedocles, in sanguinis concretionē. Pythagoras, Viuificā uim circa cor, intellectuā uerō circa caput posuit. Xerxes Persarum rex, animam dixit in auribus habitare. author Berolph. in Apuleium

Democritus & Epicurus rationē in pectore, irrationabilitatē uerō per totius corpaginē sparsam esse dicunt. Plut. de placitis Philosophorum.

ANIMA QUID RECIPIT AB
influxu Planetarum

A Saturno, Ratiocinationem & intelligentiam.
A Ioue, Vim agendi.
A Marte, Animositatis ardorem. Macro. de Somnio Scipionis.
A Sole, Sentiendi opimandiq; naturam.
A Venere, Desiderij motum.
A Mercurio, Pronunciandi, et quae sentiat interpretandi uim. (corpora.)
A Luna, Naturam plantandi, & augendi.

ANIMA CORPORIS ABSOLUTA uinculis quō pergat, ex multiplici ueterum iudicio.

Democritus et Epicurus mortalē cēsent, & unā cum corpore emorientē, quod & Plinius sentire uidetur li. 7. cap. 55. Plutarch. de Placit. Philosoph.

Plato immortalem esse censuit. Idem. Stoici si inuaidior sit, unā cū incrementis subsistere, cuiusmodi sunt imperitorum animae: sin strenua, quales sunt sapientum, ad flagrantes usq; naturas euadere. Platonicus animā uiuere dixerūt, dū immutabili parte mūdi consistit: mori uerō, quā ad partem mundi cecidit mutabilē. Est autē Luna mutabilis & immutabilis confiniū. Macrobius in Somnium Scipionis.

Dryades opinati sunt, defunctorū animas non descēdere ad inferos, sed in alio mūdo aut parte eius alia corpus aliud informare. quā opinionem sic primo Pharsaliae describit Lucan. Vobis autorib. umbræ Nor tacitas Erebi sedes, Ditisq; profundi Palli da regna petunt: regit idem spiritus artus Orbe alio.

Pythagoras in alia post mortem corpora migrare. Vnde Plotinus eandem opinionem sequens, dicit: Eos qui humanam proprietatem

seruarent, futuros iterum homines: qui uerō sensibus defecerunt, in bruta redituros. Crin. lib. 11.

Alij iustorū animas ad campos Elysios migrare credūt. Verg. in 6. Defunctorum animae quae sepultura caruerunt, priusquā ad inferos uebantur, centum errāt annos. Idem eodem.

Esse Iudaei philosophi animas à corpore absolutas ultra oceanū degere putāt, in locis peramoenis. Cael. 2. cap. 2. Circulus est splendidissimo candore inter flammās elucens, quem uocant orbem lacteam, quae sedes est heroum, & ubi beati sempiterno suo fruuntur. Cice. de Som. Scipionis.

Aegyptij primi extiterunt qui dicerent, animam hominis esse immortalem, quae de mortuo in aliud atq; aliud subinde corpus, ut quodq; gigneretur, introiret: atq; ubi per omnia se circūtulisset terrestria, marina, & uolucra, rursus in aliquod hominis corpus genitum introire, huncq; ab ea circumulum fieri intra tria annorum millia: quā opinionē ut suam nonnulli Graecorū usurparunt. Herod. lib. 3.

Zoroastrem refert Caelius dixisse, aliatā esse animam, fractis alis in elementa ferri praecipitem, tum illis succrescentibus ad superos euolare. Cael. lib. 9. cap. 38.

Porphyrius adserit unam Animam sensibus, Memoria & Ratione praeditam, et habere orationem interiorem exterioremq; quae inter se loquatur animalia bruta, quorum uerba à nobis nō intelligi, non mirū, quum barbarum multorum sermonem nō discernamus, neq; tam loqui quā indistincte uociferari putemus. Addit, ueterū multos brutorum inter se colloquia et audiuisse, & intellexisse. Idem eodem.

Qui per diuersas gentes in cōstituendis

sacris caeremoniarum fuerunt aulores, aliud esse negant inferos, quā ipsa corpora, quibus incluse animae carcerem foediū tenebris, horridum sordibus & cruore patiuntur, & omnia quae illic sunt secundum fabulosam persuasionem, in ipsis humanis corporibus adsignare sunt conati: Lethen nil aliud esse adserentes, quā errorem animae, obliuiscētis maiestatem uitae prioris quae fruebatur, priusquam in corpora dileretur: Phlegetonem, ardores irarum, et cupiditatem: Acherontem, eorum quae fecimus, aut diximus, poenitentiam: Cocytum, quicquid hominem ad luctum et lacrymas compellit: Stygem, quicquid humanos inter se animos odij discidere facit. Vulturē immortale Titij iecur rodētē, remordētis conscientiae tormētā intelligentes. Tartalum inter cibum & potum fame & siti tabescētē, eos significare, quos magis atque magis acquirendi desiderij cogit praesentem copiam non uidere, & in affluentia inopes, egestatis mala per peti. Per Ixionae rotae radijs distractum, eos qui ratione, uirtute, & consilio, nil moderantes, & actus suos fortunae permittētes, fortuitis casibus semper rotantur. Per Saxum ingens Sisyphi, eos qui inefficacibus, laboriosisq; conatibus uitam conterunt. Macrobius in somnium Scipionis.

ANIMARVM SEDES APVD
inferos nouem.

Prima, Infantium animas tenet. Secūda, Eorum qui sibi per simplicitatem adesse nequiuerunt.

Tertia, Eorum qui cuitantes arumnas sibi lethum peperere.

Quarta, Eorum habet animas, qui amauerunt. Vergilius per totum sextum Aeneidos.

Quinta,

Quinta, Virorum fortium.
Sexta, Noctentium, qui à Iudicibus puniuntur.
Septima, Vbi purgantur animæ.
Octaua, Vbi animæ ita purgatæ sunt, ut redeant.
Nona, est campus Elysus.

FVRIAE TRES.

Furias poetæ Acherontis ex Noctis filias uocant. Vergilius: Dicuntur geminæ pestes, cognomine diræ, Quas & tartaream nox intempesta Megaram, Vno eodemq; tulit partu. Propterea Galterus in Alexandreide decenti epitheto eas uocat Noctigenas, lib. 12. ubi ait: Hoc ego si dea sum, quam nulla potentior inter Noctigenas, si me ueram bene nostis alumnam. Eadem ratio ne Mantuanus eas uocat Acherontigenas. Apud inferos dicuntur Canes. Lucanus: -Iam uos ego nomine uero Eliciam, Stygiæque canes in luce superna Destituam. Apud mortales uocantur Furia, quod furoris stimulos hominum præcordijs inculcent. Propterea etiam finguntur ijs colubros immittere, quod ad Maniam trabunt. Vnde Vergil. Ceruleis unum de crimibus anguem Coniecit, inq; sinu præcordia ad intima subdit, Quo furibunda domum monstro permisceat omnem. Dicuntur & Eumenides sensu contrario, & per antiphrasim. Eumenides enim Beneuolens dicitur. Ouid. Eumenides tenuere faces de funere raptas. Feruntur & capillorum loco, redimitæ serpentibus et colubris. Catullus: Quare facta uirum mulcantes uindice pœna Eumenides, quibus sanguineo redimita capillo Frons expirantes præportat pectoris iras, Huc huc aduētate, meas audite querelas. Statius lib. 12. Et Anguicomæ ducēt uexilla sorores. Mantuan. in Apoll. Exhibant de sede Erebi teterrima monstra, Tisi-

phone, furiaq; aliæ multo angue comantes, Quippe quibus dominabantur Plutonides umbræ. Appellatur etiā Diræ. Verg. At procul ut diræ stridorem agnouit & alas, Infelix crimes scindit Iuturna solutos. Idem li. 4. Aen. Vtericesq; sedent in limine Diræ. Lactan. lib. 6 de Vero cultu, de his in hunc modum scribit: Tres sunt affectus, qui homines in omnia facinora præcipites agunt. Propterea poetæ tres furias esse dixerunt, quæ mentes hominum exagitent. Irationem desiderat, Cupiditas opes, Libido uoluptates.

Furiarum prima est Alecto, quam Vergilius depingit lib. 7. Aene. Luctificam Alecto dirarum à sede sororum, &c. Quod autem sit Noctis filia, testis est apud eundem Verg. Iuno, hoc modo loquens: Hunc mihi da proprium uirgo fata nocte laborem, &c.

Tesiphone seu Tisiphone, secunda Acherontis filia, hoc modo ab Ouid. describitur: Nec mora Tesiphone made factam sanguine sumit Importuna facem. fluidoque cruore rubetem Induit pallam, tortoque incingitur angue, Egrediturq; domo: lucis commitatur euntem, Et pauor, & terror, trepidoque insania uultu. Ouidius lib. 4. Trist. Fecit inde adiectiuum Thesiphoneus, ubi ait: Cupiasq; eradere uitæ Tæpora, si possis, Thesiphonea tue. Hanc filiam esse noctis docet Syllius libro 2. dicens: Et palmas tédens, hos inquit noctis alumna, Hos muros impelle manu, populumq; ferocē, &c. Mantuanus libro 4. Agelar, dicens: Ite, cænes adsunt Herebi, crinita colubris Thesiphone, spiransq; uenenum, ignemq; Megera, &c.

Megeram tertiam Acherontis & Noctis filiam, Claudianus de Laudibus Stiliconis descri-

describit: Improbamox surgit tristi de se, de Megera, Quam penes insani fremitus animiq; profanus Error, & undantis spumæ furialibus iræ, etc. Mantua. lib. 2 de Calatemporum: Per medias urbes colubris crinita Megera, Sanguineisq; caput uititis inorta, flagello, &c.

IUDICES INFERORVM.

Iudices inferorū poetæ faciunt, quorum arbitrio et sententia puniantur animæ, & cogantur fateri, quæ piacula in seram noctem distulerunt, ut inquit Maro. Castigant, dolos audiunt, umbris suas sedes constituant, nullum scelus relinquunt impunitum. De his Seneca: Et qui fronte nimis crimina tetrica Querunt, ac ueteres excutiunt reos. Eorum nomina sunt, Mimos, Aecus, Rhadamanthus.

Mimos rex fuit Cretensium, pater Androgei & Ariadnes, qui propter extremam seueritatem (quam uiuens exercuerat) post mortem Iudex inferorum factus est à poetis, ut alij duo iudices. De hoc Virgil. lib. 6. Aen. Quæstor Mimos urnam mouet, ille silentum Consiliumq; uocat, uitasq; & crimina discit.

Aecus Iouis et Europæ filius propter incorruptam æquitatem iudex quoq; inferorum factus est. Proper. lib. 4. Aut si quis posita iudex sedet Aecus urna.

Rhadamanthus Iouis fuit filius & Europæ, frater Aecaci, quem æquissimū fuisse, & incorruptæ seueritatis ferunt. Hinc adagium, Rhadamanteo pollere iudicio. Propterea orta est fabula, constitutum fuisse illum umbrarum iudicem. De hoc Verg. li. 6. Aen. Gnostus hæc Rhadamanthus habet durissima regna, Castigatq; auditq; dolos, subigitq; fateri, Quæ aquis apud superos furio latatus inani. Dissulit in seram commissa piacula noctem.

SVPPLICIIS APVD INFVROS DAMNATI SECUNDVM POETAS.

Fabulabantur poetæ, Tantalum dijs hospitio susceptis, Pelopem filium appuisse comedendum, ut eorum experiretur diuinitatem, ac propterea ad inferos perpetua siti ac fame torqueri, aquis et pomis oris imminuentibus, quæ nõ possit arripere. Proper. lib. 2 & 4. & Horat. in Epod. Seneca in Octauia.

Sisyphus Aeoli filius, quoniam ex hospitibus alios saxo perimebat, alios calcem in aquas præcipitabat, hanc apud inferos luit pœnam, ut relabentem semper scopulum ad uerticem montis cogatur uoluere. Ouid. lib. 4. Met.

Ixionem Thesalium rota perpetua uoluit dicunt, quod se Iunoni gloriaretur concubuisse. Tibull. li. 1. Sen. in Hercule furente. Tityus Iouis filius propter tentatam stupri Latonam, ab Apolline sagittis confossus est. Hoc autem supplicio nunc torqueri dicitur, ut renascentes eius fibras iecurq; uultur semper dilaniet. Ouid. 4. Metam. & li. 1. de Ponto, & in Ibin.

Filiæ Danaï (quæ ab auo Belo dicuntur Belides) propter maritos noctu, excepto Lino, interfectos, perforatis urnis, aquas apud inferos æternum hauriunt. Ouid. in Ibin. Tibull. lib. 1.

Prometheus Iapeti filius propter ignem Ioui surreptum formatumq; luto hominē, à uulnibus roditur sub Caucaso. Proper. libro 2.

Theseus Aegei filius perpetuo dānatur otio, quod cum Pirithoo Proserpinam rapere uoluisset. Vergil. libro 6. Sedet, æternumq; sedebit, Infelix Theseus. Seneca in Hippolito: Rota resistat membra torquēs,

Tangat Ixion humū, etc. Idem in Agamemnone: Vbi ille celeri corpus euictus rotæ In se refertur. Vbi per aduersum irritus, &c.

DE MAGISTRATIBVS. Titulus V.

REGES DIVERSARVM GENTIVM QVIBVS NOMINIBVS appellatur.

ARginorum reges dicuntur Abantiadae, Persarum Achæmenidæ, Aegyptiorum Ptolemæi & Pharaones, Latinarum Murrhani, Albanorum Syluij, Syriæ Antiochi, Arabum Arabarchæ, Lybicarum Lybiarchæ, Thebanorum Labdacidæ, Parthorū Arfacidæ, Romanorum Imperatores, Augusti, & Cæsares.

TYRANNI PLERIQVE.

AGathocles tyrannus fuit Syracusis: Alexander Pheræus tyrannidem exerceuit in Thessalia: Busiris in Aegypto: Vterq; Dionysius, Syracusis: Hieronymus, in Sicilia: Hipperchus, & Pysistratus eius pater, Athenis: Periander, Corinthi: Melanus eius filius, Ephesi: Polycrates, & Syloson fratres, in Samo: Procopius, Constantinopoli: Phalaris, Agrigenti: Candaules, Sardibus: Creon, Thebis: Clearchus, Heraclæ: Crabrimus, Cremonæ: Milo, Pise: de quo Ouid. in Ibin: Vtq; Milo, sub quo cruciata est Pisa tyranno, Cæsus in aquoreas præcipiteris aquas. Gelon, & Hiero, in Sicilia: Aristocles, & Erginus, in Orcomeno: Cypselus, Corinthi: Aristomachus, & Aristippus fuerunt Argiuorum tyranni: autor Plutarc. in Arato. Critias, tyrannus Atheniensis: Hecathæus, Cardiorū: Hippo, Messæne in his: Machanidas, Lacedæmoniorum: Demercus, Catane urbis Sici-

lie: Nicoles, Sicyoniorum: Onabis, Lacedæmoniorum: Arideus, Pamphiliæ: Aristogoras, Mileti: Clisthenes, Sicyonis: Anaxileus, Rheginorum. Inter tyrannos numerantur Tetrici duodecim, Ecelinus, Histieus, Mnason, Nabis, Aristonicus, Nicocreon, Hegesistratus, Stenesor, Cleander, Sabyllus, Strates, Aristratus.

RITVS CANDIDATORVM, seu magistratus petentium.

Qui magistratus populi suffragijs petebant, albam uestem induere, et urbem supplicantes ambire soliti sunt: quanquam legem à Tribuno in contrarium aliquando latam ait Liuius lib. 4. Blon. lib. 3 Rom. triumphorum.

Absq; interiore tunica in forum teste opteriti descendebant, ut eo habitu ad supplicandum modestiores accederent. Plutar. in uita Coriolani.

Deprehensos dextra ciues benignis opterabant uerbis. Idem eodem.

Multi candidati nobiles fecerunt, ut quibus minus suffragijs ualissent, prosternerent se populo, fracto animo atq; humili supplicarent. Cicero pro Plantio.

Candida ueste induti ambiunt, ad animi integritatē denotandam: nam solus hic color syncerus & purus, & minimè inquinatus est. Blon. ubi supra.

Qui consulatum petitori in campum Martium candidati descendebant, deducto res, suffragatoresq; suos circa se habebat. Liuius lib. 4. decad. 2.

Consuetudine candidati qui cicatrices haberent ad allicienda populi suffragia, nudato corpore manifestè ostendere. Plutar. ubi supra.

In candidatorum ambium his uersibus
Lucan.

Lucan. inuehitur: Nunc rapti fasces precio, fectorq; fauoris Ipse sui populus letalisq; ambitus urbi Annua uenali referens certamina campo. Vbi fectorē fauoris polum intelligit uenditorem suffragiorū. Annua uero certamina, quia, ut Plut. ait, non suffragijs, sed arcu, gladio, fundaq; pro largitore ad comitta descendente, & decertare populum cerneret, et tribunali sæpenumero sanguine fœdante. Adde translatione admodū eleganti ad rerū aliarū petitionē transferri candidatum, ut annotauit Beroaldus in primum Asini aurei, sicuti Plinio panegyrista gloriæ & immortalitatis candidatus fidei: Quintiliano candidatus eloquentiæ, qui eloquentiam auspiciatur: & Apuleio lib. 2. Asini aurei lepido dicto candidatus crucis appellatur, qui petit crucem, qui ut futurus est ianiam crucifixus.

LEGES SCRIPTAE QVOMODO, & à quibus primum propositæ.

Primi qui leges scriptas proposuere, æquandæ libertatis causa, Zephyrij suere, Atacis Oilei socij: deinde Zeleucus, Spartanorū & Cretensium placita imitatus (q; à Minoe uetustas leges acceperat) acerbiores leges cōscripsit, pœnasq; iure debitas, iuris atq; iniuriæ regulas scripto præstinuit, ut metu iudiciorū et pœnarū à criminibus abstinerent. Antea enim omnis animaduersio criminis, nō scripto iure, sed iudicis arbitrio edebatur. Postea Athenienses à Dracone et Solone scriptas leges in Prytano ab eo fixas et propositas, iuraq; et iudicia acceperunt. Demū Romani moderando iura summis infimisq; æquālo, illorū exemplis scriptas promulgauerunt.

LEGISLATORES DIVERSARVM GENTIUM.

Ceres dea frugum legem dedit Siculis,

unde & legisera à poetis dicta est.

Moses dedit Chaldeis, Prophetæ Aegyptijs, Chaldæi Babylonijs, Magi Pessis, Zoroastes Bactrianis, Zamolsis Scythijs, Trismegistus & Bochorus Thebanis, Gymnosophista Indis, Minos Cretensibus, Philolaus et Andromodorus Chalcedensibus, qui sunt in Thracia, Phido Corinthijs, Hippodamus Milesijs, Charonda Carthaginensibus, Druidæ Gallis.

Philolaus Corinthius leges dedit Theophrastus, Andromodorus Rheginus leges condidit Chalcedensibus.

Prothagoras autem Thurijs, quibus postea abrogatis et inductis, Metellus deuicta Cræta, illas cum Romanis commutauit. Lacedæmonij uerò non iure scripto, sed moribus tantum usu annorū comprobatis, pro lege usi sunt. Ideoq; Lycurgus leges scriptas spartanis nullas dedit, sed omnium consensu mores, tanquam si lex edita fuisset, experiundo obseruarunt. Indi quoq; literas non nouere, sed æquissimos mores legis uice habere, hisq; adeo tenaces fuere, ut omni scripto iuri anteirent.

Charandes Tyrius apud Athenienses legem tulit, ne quis armatus ueniret in concionem.

Clisthenes Atheniensis primus tulit legem de exilio, primusq; exulauit.

Plato suis legibus docuit, quales deberent esse in Rep. ciues. Instituit & Remp. imaginariam, inuentu difficilissimam, ut est perfectus orator Fabij. Vini usum usq; ad annū 18 nō probabat. iubebat ut iuuenes coram senibus uino uterentur, ut carperentur si indulgētius potassent. Volebat pueros operam dare musicæ, ut seria negotia honesto recrearent ocio. Laudabat ueritatem, ut omnium bonorum ducem.

Draco suis legibus (quas Atheniensibus dedit) unicuique uel minimo furto extremum supplicium irrogauit. Unde dicebat Demades, eum sanguine, non atramento leges conscripsisse.

Bocchorus Dymastes Aegyptijs iura constituit.

Solon Atheniensibus leges dedit, abrogatis illis quas Draco tulerat. Legem tulit Sisachthiam, qua prohibebat, ne creditores ius haberent in corpora debitorum, sed bona duntaxat.

DE AEGYPTIORVM diuersi generibus.

Primum apud Aegyptios periurij poena erat maxima ac grauissima: qui enim hoc crimine conuictus erat, capite multabatur, tanquam qui duplici teneretur scelere, ut qui pietatem in Deos uitolerent, et fidem inter homines tollerent, maximum uinculum societatis humanae.

Si quis iter faciens, aut homines a latronibus caedi comperiret, aut quamlibet iniuriam perpeti, neque ueniret auxilio, si posset, mortis erat reus. Si auxilium ferre non posset, denunciare latrones tenebatur, et iniuriam accusatione prosequi: qui ea negligeret, plagis ad certum numerum plectebatur, triduoque carebat cibo.

Falso quempiam accusans, si postmodum ad iudicium delatus foret, poenam calumniatoribus statutam subibat.

Si quis iniusto questu uiueret, aut mentiretur, in mortis poenam incidebat. Ideoque cogebantur Aegyptij omnes scripta sua nomina ad praesides regionum deferre, et quo exercitio uiuerent, rationem reddere. Quae deinde lex a Solone ad Athenienses de uicta est.

Si quis sponte aut liberum, aut seruum

occidisset, morte danari leges iubebat, quae non fortunae conditione, sed consilium facti perpendentes, homines a sceleribus deterrebant, et simul uinculata morte serui, reddebantur liberi securiores.

Parentibus qui filios occiderent, non erat poena mortis indicta, sed tribus diebus noctibusque continuis edictum, ut circa defuncti corpus assisteret, publica custodia astante. Non enim iustum putabant, eum priuari uita, qui uiae filijs autor fuisset. Sed potius continuo dolore factique poenitentia affligi, quo caeteri ab simili facto auerterentur.

Exquisitam imposuerunt poenam paricidis. Nam articulatum praecutis calamis caesos iubebant uiuos supra spinarum acerrimum comburi, maximum inter mortales iudicantes scelus, ei mortem per uim inferre, a quo uitam accepisset.

Mulierum morti destinatarum, si praegnantes essent, foetus expectabatur, quam legem multi Graecorum acceperunt, existimantes penitus iniquum esse, eum qui nihil commississet, una cum facinoroso poenam pati, aut duos plecti, quum unus deliquisset.

In bellis qui aut ordinem reliquissent, aut non parerent ducibus, non plectebantur morte, sed maxima omnium ignominia, qua postmodum uirtute et recte facto deleta, ad priorem statum redibant. Ea lex et homines assuefaciebat, ut id de decus pessimum malum, morteque ipsa grauius censerent: et simul admonebat, mortuos nil iam uitae mortalem prodesse: ignominia affectos, plurimorum bonorum uirtutis desiderio causam futuros.

Aegyptij, qui belli consilia, aut secreta hostibus reuelassent, linguam eruebant,

ac

ac abscedebant, ne posthac nocua lingua licentia patriae concubus damno essent.

Et qui monetam circumcideret, aut adulterinam custeret, aut pondus uel signa immutaret, aut literis inscriberet, aut descripto demeret, aut falsis signographas afficeret, ambae amputabantur manus, ut quae corporis pars peccasset, per uniuersam uitam lueret poenam.

Ei qui mulierem liberae uiolasset, uirilia execrabantur, quod uno crimine tria haud parua scelera complexus esset: uirilitatem, corruptelam, et liberorum confusionem.

In adulterio spontaneo deprehensus, uirgis cadebatur ad mille plagas, mulier naso mutilabatur, quo dedecore uultus incontinentia maculatus ea multaretur parte, qua maxime facies exornatur. Foenus quod ex scripto contraheretur, prohibebant ultra contracti mutui duplum exigi: solutio ex bonis debitoris solum fiebat, corpus non poterat adduci creditori: putabant enim oportere bona tantum subdita esse debitis. Corpora uero opera et bella et pace uerentur, ciuitatibus addicta esse.

Lex praeterea priuatim apud Aegyptios haec erat, quae iubebat eos, qui furere uolebant, nomen suum apud principem sacerdotum scribere, atque uestigio sursum ad eum deferre. Similiter quibus res furto crederetur, ad eum demeret sublatam rem, diem ac horam scribere tenebatur. Hoc modo facile inuenio furto qui rem amisisset: quarta multabatur parte, quae daretur furi.

DE LACEDAEMONIORUM legibus.

Lycurgus Lacedaemoniorum legislator, uelites ab ancillis praebere satis putauit esse. Sed liberis quidam mulieribus, cum procreationem liberorum magnum quiddam

esse censuisset, primum nihilominus foeminae quam in marem exerceri corpore instituit. Deinde cuiusque uirium, uelut uiris, ita et foeminae certamina inuicem posuit. Existimabat enim ex utriusque robustissimo uirum quoque robustiorem gigni.

Cum uero mulier ad uirum uenit, inuitans ille alios primo tempore immoderatus uxoris commisceri, sanxit et huiusce rei contraria.

Constituit namque et ingredientem ad uxorem uirum et exeuntem, ne ab alijs uideretur, pudore affici. Si autem coeuntes necesse est, tum suauius sese auidiusque appetere, tum prolem si quam generent ualidiorem reddi hoc modo: potius quam si ad satietatem usque coniungantur.

Statuit praeterea ut nemo pro uoluntate uxorem duceret, nec nisi cum in adultam aetatem peruentum iam esset nuptias celebraret, id enim plurimum ipsi foecunditati ac robori conducatum arbitratus est.

Atque si quidem contingerit, ut senex aliquis iuniorem uxorem haberet, sanxit, ut cuius uiri corpore animoque senior ipse magis caperetur, eo adducto ad uxorem susciperet prolem. At si quis uxorem rursus nolit, ingenue aut proles desiderio tangatur, in hanc quoque rem legem iulit, ut si quam quis foecundam generosamque prospexerit, persuaso eius uiro ex ea susciperet natos.

Pro seruis et paedagogis, quos priuatim pueris quisque praeficit, uirum illis praefesse uoluit ex eorum numero, e quibus maxime magistratus censeat, quos quonia pueros moderentur, paedagogos appellauit.

His potestatem dedit, ut et pueros congregarent, et delinquentes pro merito caederent.

Dedit etiam illis ex puberum numero, qui flagra ferrēt, ut uerberibus, cum opus foret, pueros afficerent, quo factum est, ut & multa pueri uerecundia tenerentur, et iustus facile parerent.

Ne quando autem absente pædonomo pueri sine magistro sint, fecit ut is, qui semper adesset ex ciuibus, ius haberet, qui quidquid factum optimum uideretur, pueris imperaret, ac si quid delinquerent, pleteret.

Ad hæc uolens quasi naturalem his pudorem conciliare, imperauit ut in uijs manus intra pallium haberent, silentio incederent, ac nusquam circumspicerent, sed humi defixos oculos tenerent.

Præcepit etiam ut in conuiujs honestis ad interrogata tantū paucissimis uerbis responderent, ac loquentibus alijs studiose auscultarent.

Cum puberem ætatem superassent, ad magistratus munia honestiores promoueri sanciuit, atque huius ætatis homines ueneratione uti statuit.

Pro calceamentis autem pedum nuditatem instituit. Censebat enim huiusmodi exercitatione longè facilius & locum accliuem ascendere quæmpiam posse, & tutius decliuem descendere, saltare, resiliere, & celerius discalceatum currere.

Instituit præterea ut à superfluis uentimentis absterent, & uno amictu quotannis affucferent, ratus & aduersus frigora & calores melius hoc utique pacto muniri.

Cibi autem tantum habendum statuit, ut & nunquam crapula grauaretur aliquis, et indigentiam ferre expertus sciret.

Verum neruis sumo premeretur, fura ad quedam simabat, ut iames uaretur, ut

sic & stomachum latrantem conciliarent, ac ad insidias, bellicosq; artes redderentur instructiores.

At cum efficere uoluisset, ut ciues inuicem nihil officientes in uero bono aliquo fruorentur, statuit pueris quæq; suis alienisq; iusta imperare.

Liberos homines uelut quicquam attingere, quod circa rem pecuniariam uerfaretur. Quæcunq; autem libertatem ciuitatibus afferebant, hæc sola magni ab omnibus facienda putauit.

Dignum est præterea & hac in re Lycurgum Spartanorū legatorem admitteremur, qui apud Lacedæmonios suis legibus & institutis id effectum, ut honestam mortem turpi anteponerent.

Perpulchrè et in hac re legibus sancifese uisus est, qui ad ipsam usq; senectutem uirtutem excolendam uoluerit.

Permisit eos qui pubertatis annos transcendissent, ut ire comam, ratus hoc patet & maiores illos, liberaliores, gratius uideri.

DE ROMANORVM LEGIBUS diuersis.

A Condita urbe ad annum serè trecentisimo, populum Romanum ancipiti bello distractū, sine legibus certis, suis tantum moribus uixisse, neq; externas leges conquisisse, satis constat. Trecentesimo demum exacto anno, post finitimos superatos bello, quietis rebus, cum respublica legibus formanda uideretur, Decemuiros legum ferendarum causa creauerunt, qui Athenas profecti ad iura statuenda, ut peregrina instituta, scita, moresq; noscerent, diuino cōsilio leges Duodecim tabulis in æscifas, in foro propofuere, excerptas à Solonis legibus, quæ axib. lignis cōtinuebantur,

In his boni æquiq; iussa, prauis deuiorū depulffio, tum iudiciorum ordo & bene ueniendi norma pœnæq; ac præmia constituerant, à quibus postea omnis diuini humaniq; iuris sententia manauit. Quæ quidem leges cum longo temporis abusu aniquatæ essent, & uetustate consensuissent, nouis postea editis, quæ eadem illa continerent, licet mutatis uerbis, eadem tamen scita & constituta mansere. Labet igitur præcipuas leges à tribunis Romanis latas enumerare, quarum hystoriarum studiosis, in autorū lectione subinde mentiones subobscuræ occurrunt; recitabimus autem ordine alphabetico, ut promptius lector legem quam querit, inueniat.

Acilius igitur Glabrio, de repetendis pecunijs legē tulit, quæ Acilia uocata est.

Aelia et Fufia lege cautum erat, ne quis per eos dies quibus cum populo agi liceret, non nisi de cælo seruasset, quicquam ageret.

Aemilia lege non solum cœnarum sumptus, sed ciborum genus & modus præfixus est.

Amaria lex annorum modum præscribat, quibus magistratus capiendi potestas dabatur.

Annonia lege à Clodio Tribuno lata, frumentum quod anxia senis æris ac tritremibus in singulos modios dabatur, gratis suppeditabatur.

Apuleia lege cauebatur, si quis publicam maiestatem nunuisset, capitis reus esset.

Aquilius legem tulit de dolo malo, de fraude, de deceptione, de dissimulatione.

Aterina lex constituit, ut quæ mos prisca fuisse irrogata multa per magistratus, quis aut bonus nomine, quis ære dene,

vos autem ære centeno desiniri intelligatur.

Aurelia lege communicata sunt iudicia senatui, equitibus Romanis & tribunis ærijs.

L. Calphurnius Tribunus pl. primus legem tulit de repetendis pecunijs, Censorino, & Manlio consulibus.

Cassia lege statutum erat, ut populus per tabellam suffragia ferret. Et quem populus damnasset, cui ue imperium abrogasset, in senatu non esset.

Cimbria lege cauebatur antiquitus, ne quis ob causam orandam donum pecuniam ue acciperet.

Clodia lege cautum erat, ne quis pereos dies, quibus cum populo agi licet, de cælo seruaret, contra legem Fufiam & Aeliam.

Cornelia lex, quæ & testamentaria dicta est, lata est in eos, qui testamenta aut tabulas alias falsas scripssissent, recitassent aut signasset. Seruos etiam ultimo affectu supplicio, liberos autem deportatione.

Falcidia lege cautum erat, ne plus lege liceret quàm lege Clodia.

Fannia lex ludis Romanis, item Plebei & Saturnalibus, in singulos dies centenos æris usum concessit, decemq; alijs diebus, in singulis mensibus tricenos. Cæteris autem omnibus diebus denos.

C. Fannio & M. Valerio Messala consulibus, principes ciuitatis iuramento adacti sunt, uerbisq; conceptis obligati, non amplius in singulas cœnas sumptus facere, quàm centenos uicenosq; æris, præter olus far, & uinum: neq; uino alienigena, sed patrio uti. Neque argenti in conuiuio plus pondo quàm libras centum inferre.

Gabinus legem tulit, qua bellum Cn. Pompeio de persequendis Piratis datum est, aduersus L. Trebellij tribunipl. intercessionem.

Corneii alia lege cauebatur, ne quis legatis externarum nationum pecuniam expensam ferret. Item ne quis in senatu legibus solueretur, nisi ducenti adfuerent. Ne quis cum solutus esset, intercederet, cum ea de re ad populum ferret. Ut praetores item edictis suis ius dicerent.

Corn. Cinna Tribunuspl. legem tulit de reuocandis exilibus. Vnde à Cn. Octauio collega pulsus, bellum urbi intulit.

Cotta orator legem tulit, ut liceret Tribunispl. alios accipere magistratus.

Flania lex de plagiaris lata est contra eos qui dolo seruum aut pecus à domino, aut filium à patre subtraxissent.

Frumentaria lex à Sempronio Graccho lata est, qua frumentum è publico distribueretur populo Romano.

Fabius adiecit poenam ijs, qui non certo numero, ut ante fuerant definiti, deducerent & se starentur candidatos in campum Martium, in quo comitia habebantur.

Hortensia lex praecipiebat, ut eo iure quod plebs statuisset, & patricij et omnes Quirites tenerentur.

Iulia lex contra adulteros lata est, item alia eiusdem nominis de peculatu, in eos qui temp. uel sacra furati sunt, uel furantibus auxiliati sunt, uel furta scientes susceperunt. Alia huius legis capita enumerantur à Iurecōsultis, quos cōsulare cōueniet.

Iunia lex à M. Iunio Siluio lata est consule, bello Cimbrico seuiēte, quod diu praue simul & infeliciter gestum est, propter diminuta militie stipendia.

Latoria lege cautum erat in eos qui pu-

pillorum bona diriperent, aut eorum bona in illis artibus alienarent.

Lectoria lex, cum adulescētes in cōtribus circumueniri solerent, lata est à Q. Lectorio, qui à lege poenam deceptoribus adiecit.

Licinia (quam L. Crassus diues tulit) erat, ut Calendis, Nonis, et Nundinis, cuique liceret triginta tantum asses in cibis consumere, reliquis aut diebus ne amplius apponeretur, quam carnis aridae pondo tria, & fuscamentorum libra.

Licinius Stolo, genere Fabij Ambusti, legem tulit, ne quis plus quam quingenta agri iugera possideret. Quam quā postea infringisset comparatis mille iugeribus, ac cūcatus est à M. Popilio Lenate.

Manilia lex illos etiam ad magistratum gerendos admittebat, quorum maiores in Romana Rep. magistratum non exercuisent.

Metellus Macedonicus in censura legem tulit, ut omnes uxorem ducere cogentur.

Oppia lex de superfluo mulierum ornatu lata est, prohibens ne immodico uelitu incederent, ne ue pilentis, id est, rhedis pensilibus uterentur, ne ue plus untiæ in auribus appenderent.

C. Orchius Tribunuspl. legem tulit, qua numerum conuiuarum praescribebat, iubebatq; ut ianuis patentibus cenaretur.

Othonis lex prohibebat, ne quis cum ordine equestri in spectaculis sederet, nisi sestertia quadraginta possideret: quod si contingeret, quisquis esset ingenuus siue libertus, inter equites in gradu quatuordecimo locum haberet.

Lege Papia cauebatur, ut pontificis maximi arbitrato uirgines è populo ui-

ginti legerentur, sortitioq; in concione ex eo numero fieret in contrahendis matrimonijs.

Apud Romanos Papyrius regias leges in unum uolumen contulit. Cl. Regillanus decemuir autor fuit conscribendarū duodecim tabularum. M. Mutius, L. Brutus, & P. Manlius ius ciuile fundauerunt. Q. Mutius pōsfix maximus ius ciuile in xviii lib. redegit. Seruius Sulp. clxxx libros de iure ciuili reliquit.

Plotius Tribunuspl. legem tulit, ut qui cum Lepido fuerant, redire in patriam possent impune.

Pompeius Strabo ueteribus incolis Transpadanis ius Latij dedit, & quod caetera coloniæ Latinae habebant (id est petendi magistratus et ciuitatis Romae ius adipsicerentur) concessit.

Portia lege non licebat interfici eiuem Romanum, uerum uirgis uerberari. Hoc autē significatur, quod ea retolleretur dignitas ciuilis, & redigeretur in seruum, quia tandem faciebat seruum.

Roscii Otho Tribunuspl. legem tulit, ut equitibus Romanis in theatro xiiij gradus primi assignarentur, atque esset qui spiam, qui auderet praeripere. Vnde lex ipsa uocatur Roscia, ab Horatio.

Statinia lege masculorum concubitorum graui supplicio afficiebantur, quos uocabant arseno coctas.

Sempronia lege statutū erat, ut frumentum è publico, populo Romano, penuria rerum laboranti, distribueretur.

Sumptuarias leges uocabant Romani, quae ad cohibendum rerū omnium luxum, & prodigas mensas prohibebant: cuiusmodi sunt leges Orbia, Licinia, Fannia, Acrylia, & quaedam aliae.

Lex talionis iubeat reos eadem puniri poena, quā alijs intulerāt, si dedita fecissent opera. Ictus enim consultus et fortuitus, nō cadebat sub eiusdem talionis similitudine.

Tutelari lege cauebatur, ne quis tutor per simulationem pupillum defraudaret.

Valeia lege, quae à Publicola lata erat, nulli magistratui licebat corpus Romani ciuis indicta causa cōdemnare, licebatq; iam damnatis ad populum prouocare.

Varia lex lata est, ut quaereretur de ijs, quorū ope consilioue socij cōtra populum Romanum arma sumpsissent. Promulgata est autē haec lex à Q. Vario trib. pleb.

Voconia lege cautum erat, ne quis census, hoc est pecuniosus, heredem unicam filiam relinqueret. Erat autem census ille, qui centum millia sestertium in possessionem detulisset.

Q. Volumnius Tribunuspl. legem tulit, ne quis mulierem heredem institueret.

TRIBVNITII MAGISTRATUS IURA & POTESTATES.

Tribuni soli magistratuum purpurati non sunt. Plut. in Problem.

Tribunorum ianua die noctuq; patet. Idem eodem.

Tribunis non licebat unum diem ab urbe abesse. Gellius lib. 3. cap. 2.

Tribuni senatum non intrant, sed positus subsellis ante ualuas curiae, decreta patrum attentissima cura examināt. Vale. tit. de instit. antiquis.

Consulem à tribuno in carcerem duci posse constat. Liui. li. 4. 1. decad.

Tribuni in ius uocandi potestatem non habent, sed prebendendi. Gell. lib. 13. ca. 12.

Tempus comitorum declarare in potestate tribuni est. Blon. lib. 2. Rom. triumph.

Si alicui cum tribuno lis intercessisset, iudices erant collegæ. Gell. lib. 13. ca. 12.

Si quis tribuno nocisset, eius caput Iouis sacrum erat, familia ad ædē Cereris, liberi uero uenundabatur. Blon. li. 4. Ro. trium.

Tribuni nec lictores habent, nec in sella curuli sedent ius dicturi. Plut. in Problem.

Tribuni signatorum numerorum habent potestatem. Crmit. lib. 17. cap. 7.

Senatusconsultum non prius ualida sunt, quam interueniente tribuni consensu, quæ subscripta T litera à Tribuno uisa, & approbata ostenduntur.

IVRA ET POTESTATES censorum.

Censores creati ab anserum sacrorum cura incipiunt, alimeta locando, et imaginum splendorem reparando. Plut. in Probl.

Populi partes in tribus distribuunt, & pecunias in ciuitatis ordines partiumur. Cicero 2. legum.

Vitam hominum & morum disciplinam obseruant. Plut. in uitam Ca. Censorij.

Censura maxime omnium magistratum reuerentia est, plurimæque potestatis, cum in alijs rebus, tum maxime ad morum emendationem. Plut. in uita Pauli Aemylj.

De nuptijs, de liberorum procreatio, ne, de uiuendi ratione, & de conuiujs diligenter inquirunt censura. Idem in uita Cato nis censorij.

Sacrificiorum precia curare, Censorum est. Idem eodem.

Descriptionibus genera & reipublice officia distinguere possunt. Idem eodem.

Censorum est, eos qui maiores honores gesserunt, in ordinem referre senatorum. Valerius de insti.

His templis, uis, aquas, ærarium, tuentur. Cic. 2. leg.

Equitum, pedumque sobolem censores distribuunt, & coeibes esse prohibent. Idem eodem.

Alio ex censoribus mortuo, alterum se oportet magistratu abdicare. Blon. lib. 3. Rom. trium.

Compieto quinquennio censores iustabant, & Taurilia sacrificia de suis, oue, & tauro faciebant. Pom. Lat. de magist.

Cum alij magistratum Romanorum annui sint, censura quinquennium durat. Vide Crmit. lib. 4. cap. 3. Cicero de legib.

CENSORIA POENA IN quos, & qualis ferebatur.

Qui agrum passus fuisset sordescere, censoria animaduersione puniebatur.

Qui equum graciliorem aut parum nitidum haberet.

Qui ioco usus fuisset intempestiue.

Qui in censorum auditorio sonore nimis oscitasset. Gell. lib. 4. cap. 12.

Senator senatu abijcitur.

Eques publicum equum perdit.

Plebeus sit ærarius, & capite census. Crmit. lib. 4. cap. 3.

Huc spectat tabulas carites fuisse, in quas referri censores iubebant, quos notæ causa suffragijs priuabant: unde eruditè Flaccus in epistola ad Nunicium dignos carite caradicit Romanos, quonia luxu & uoluptatibus turpissimis tenerentur. autor Gell. lib. 16. cap. 17 & Crmit. lib. 7. cap. 6.

IVDICIORVM, ET SVFFRAGIORVM NOTÆ.

Alculus Albus in solutione, in damnatione Niger, dicente Ouidio, Mos erat antiquis niuis atrisq; lapillis, His damnare reos, illis absolueret culpa. Ouid. 15. Met. Fabæ. Sic Plut. de liberis educandis.

Litera K in damnatione nota fuit. Crmit. lib. 6. cap. 6. Litera

Litera A in absolutione. Idem eodem.

Litera L et N in cause ampliatione, quibus notabatur Non liquet. Idem eodem.

Litera T, Quum tribuni senatus consulta sibi placere notabant. Val. de insti. antiq.

Thita Damnationis nota (Persio dicente) Et potis es nigrum uitio præfugere Thita. Persi. Saty. 4.

In comitijs circumferri tabella consueuit, in qua puncta adposita significarent, cui candidatorum suffragarentur. Erasmi. in adagijs, Omne uult punctum.

T otium absolutionis nota fuit. Aconius Ped. in suis commentarijs.

Pollex pressus fauoris signum est. Poli. in Miscellan. cap. 17.

Pollex uersus, Denegantium. Item eod. Cera mimatula, quæ parum probantur in librorum correctione, notari solita sunt. Cicero lib. 26. ad Atticum.

Creta notarunt ueteres, quæ sequenda forent: quæ uicissim fugienda, carbone. Persi. Saty. 5.

Pedibus nonnunquam ferri iudicia solita sunt, quæ à suo loco discedentes Senatores ad illorum sedes pedibus ibant, quorum sententiam uolebant sectari. unde Pedarij fortasse dicti sunt: quæquam non me fallit, aliter sentire Gellium. Blon. lib. 4. Ro. trium.

Obelo, id est signo oblongo, in modum haste, improbantur & notantur codicum errores. Cicero epist. 162.

Signo unguis appositum ubi quod non placet obseruatur. Erasmi. in Ada. Unguis notatur.

Aegyptij iudices senectutem ferunt impresso ueritatis signo, quod aurea cathena ex iudicum principis collo pendet. Dioid. li. 2.

Cicero cõsul (ut autor est Becthemus in præfatione facta in Plinium) docuit per signa quædam, & notas multarum simul litera

rum uim habentes senatorum dicta colligere.

Britannicus, Persij interpres, à Crimitis opinione multum recedit. Dicit enim K in absolutione scribi solere, quod interpretatur ealon, id est bonum.

SVPLIICIORVM DIUERSA GENERA.

D Raco apud Athenienses unicuique quantum locumq; furto extremum supplicium, id est mortem irrogauit.

Pausanias Anchoram ferream eorum uicibus adalligabat, quos crudelius uellet castigare, eaq; affectos ignominia uniuerso populo uidendos exposebat.

Aporaphanidos supplicium erat, quo Rapheni in pudendas reorum partes impungebantur.

Archium seu Archium, locus est, ad quem damnati ducebantur, in quo qui legum placita risui habuisset, diebus uiginti uinctus Cyphone perseuerabat nudus, mel le & lacte delibutus, quo molestæ essent illi apes & muscæ.

Ad bestias damnari etiã supplicium erat apud antiquos, quo rei cum bestijs, ferisq; agrestibus & icuinis depugnabat. Propterea apud Gellium legimus, Androdam à domino datum ad bestias. Bestiarijerant, qui bestijs obijciebantur, aut in eas decertabat. Terrul. Iupiter est Roma, quem ludis suis proluunt sanguine bestiariorum.

Colasis genus erat poenæ, quæ adhibebatur causa castigandi, aut emendandi.

Colus masculi generis, tormentum erat carnificinæ seueritatis, quo rei flagellabantur. ipsum erat Coriaceum, autore Festo.

Cruisfragium supplicium erat, quo cruera maleficus muliebantur, et in frangebantur. Apul. lib. 9. Tunc uxor egregia diuitas in eum deuotiones deprecata, & cru-

fraxinum esse abominata ex angui formi-
dine trepante adulterum abscondit. Eo
dem modo Plautus Lumbifragiam uocat
Lumborum fracturam in Amphit. dicens:
Nam si me irritas sis, hodie Lumbifragium
hinc auferes à me.

Culeus saccus erat, in quo Simia, serpens,
canis, et gallus gallinaceus cum parricida
includerentur, ac demum precipitabantur
in aquas. Iuu. Sat. 8. de Nerone: Cuius sup-
plicio non debuit una parari Simia, nō ser-
pens unus, non culeus unus. Valer. scribit,
M. Tullium dum uirum culeo infutum in ma-
re abijci iussum esse à Tarquinio rege, ob li-
brum secreta sacrorum cōmentem, quem
exscribendum dederat.

Cyphon lignum erat uinculum aut fer-
reum, quo malefactorum colla inuolueban-
tur. Cynophismus ipsum est supplicium.
Hoc adhuc nostra etate uisitur.

Exilium seu mutatio patrie, numeratur
inter pœnas reorum. Exules aliter dicun-
tur Relegati et Deportati. Differunt tamen.
Relegatis enim licebat uti bonis proprijs
in exilio. Deportati uerò nihil posside-
bant ex suis bonis.

Fustuarium dicitur castigatio fustium,
uirgarumq; supplicium. T. Liuius: Fustua-
riū meretur, qui signa relinquit, aut pre-
sidio decedit. Antiquitus in militari disci-
plina duo fuerunt suppliciorū genera, Fu-
stuarium, et Decimatio. Eum qui uirgis ce-
dit, Plautus Virgatorem uocat. Liberum e-
rat, cedi fustibus: uirgis feruile. Erat et
Crates supplicium apud priores, quo quis
deiectus in aquam, Crate superne miccta,
faxis congestis obruebatur.

Gemonia Scala seu Gemonij gradus, lo-
cus erat eminens, qui gradibus quibusdam
conscendebatur. Eo traherentur damna-

torum corpora. Legimus enim M. Clau-
dio (quod scilicet cum Coris pacem fecis-
set) ademptam libertatem, mox et spiritū
extinctum. Corpus demum contumelia car-
ceris et deestanda gemoniarum scalarum
nota foedatum. Dicuntur autem Gemo-
nia à loco gemitus et calamitatum. Sueto-
nius in Cesare Fibiō: Imputauit etiam,
quod non laqueo strangulatum abiecerit
in gemonias.

Gyaros est insula in mari Aegeo, quā
mittebantur noxij. Iuuen. I. Saty. 1. Aude
aliquid breuibus Gyaris et carcere di-
gnū, Si uis esse aliquid.

Ierion erat instrumentum, quo marty-
res cruciabantur.

Ad metalla damnari supplicium fuit.
apud antiquos, quo uin si fontes in opus
metalli traherentur, seu in metallicas mit-
tebantur fodinas. In Calcariam quoq; et
Sulphurariam damnabantur aliqui. Nam
Iurisconsulti inter pœnas metalli nomināt
Sulphurariam et Calcariam: hoc est fodi-
nas calcis et sulphuris. Item Lathomiam,
ubi caduntur lapides. Plaut. Tyndarus in
Lathomias Lapidarias ab Egitone damna-
tur. Fuit et Lathomiae locus carceris Ro-
mae, et Syracusis carcer. De Metallorum
pœna Tranquillus in Cal. gula: Multos ho-
nesti ordinis deformatos prius stigmatum
notis ad metalla et munitiones uiarum, ut
ad bestias condemnauit, aut bestiarum mo-
re quā irapedes cauea coercuit, aut medi-
os ferro dissecuit. Plinius in Epist. Erat fu-
stibus casus, damnatus ad metallum, stran-
gulatus in carcere.

Neruus ferreum erat uinculum, quo im-
pediebantur pedes. Eo etiam ligabantur
cervicēs. Hinc Cato apud Gellium festi-
nè dicit, priuatos fures in neruo et com-
pedi-

pedibus uitam agere, publicos in auro et
purpura uisi.

Paratimos supplicium erat, quo paupe-
res in adulterio deprehensi puniebantur.
Diuiores enim se pecunia redimebant, ut cō-
stat ex uerbis Ciceronis, qui scripsit, Salu-
stium uenale expoisse domum paternā,
ut se adulterij crimine purgaret.

Rota tormentū est Germanis peculiare.
Aristophanes apud Celiū: Rota torquere
te illic necesse est, ut exculpatur, quod ppe-
ram fecisti. Erat aut ferule supplicium. Ro-
ta inserebatur noxij, et membratim radijs
rotarū conuulsi lenta morte perimebant.

Stigma dicitur nota, quā inuritur fronti
reorum in perpetuum probri monamentū.
Mart. Frons haec stigmatē nō me notando
est. Iuuen. Sat. 10. Mitius id sanè, quod non
et stigmatē dignum credidit. Quintianus
in Cleopoli: Nota nulla dolosi Crimnis,
hanc presso signabat stigmatē frontem. Suet-
onius de Augusto: Valerium Catullum (à
quo sibi uersiculis de Mamurra perpetua
stigmata imposta non dissimulauerat) sa-
tis facientē eadem die adhibuit cœna. Vbi
stigma metaphoricè posuit pro infamia et
fugillatione. A' Stigma fit stigmaticus, i. pu-
blica notatus infamia. Cicero: O' miserum,
qui si: eltorcem et barbarum et stigmati-
cum putaret, quā coniugem. Plinius scri-
bit, columbino fimo deleri stigmata.

Suspendiū est supplicij genus, quo ducti
ad furcas malefici faucibus laqueo constri-
cti infelicem reddunt spiritum. Quae mors
maximè erat probrosa. Nam in pontifica-
libus libris cautum fuerat, ut tales in sepul-
cribus obijcerentur. Vnde et Verg. de Amata Lau-
nia matre sic ait, Et nondum in formis lethi
trabe necit ab alta. Pleriq; mortem hanc
prepostera uocant. Ea hodie apud nos pu-

niuntur latrones et homicidæ.

Vncus, etiam nomen est tormenti, nane
infames multiq; flagitijs adobruiti, post
mortē unco traherentur in sentinas, et for-
diū receptacula. Mortuo Commodō imp.
senatus hunc in modū acclamauit, Qui se-
natus occidit, unco trahatur: Qui temple
spoliasti, unco trahatur. Hoc et alia instru-
menta Carnificinae quem ostentaret Carni-
fex, ferunt Neronem ad uoluntariā mortē
coactum. Sueton. de Vitellio scribens ait:
Tandem apud Gemonias inuolutis uisceribus
excarnificatus, et cōsecratus est, et in-
de unco tractus in Tyberim.

Cyprianus apud Celiū prolii, Vngu-
lam fuisse tormenti genus, autq; A' cias et
Runcinas inter seuitiae tormenta reperiri.

IN EXILIIUM

missi.

Clisthenes Atheniensis (qui primus le-
gē tulit de exilio) primus exulauit.

Conon dux Atheniensis impatiens cla-
dis, quā à Lyandro Lacedaemonio in con-
flictu nauali acceperat, spontaneam dele-
git exilium. Eugenijs ad Artaxerxem regem
Persarum in Cyprum, cuius auxilio liber-
tati patriam asseruit, cuius prius seruitu-
tem attulerat.

Demarathus Lacedaemonius, quū apud
Athenienses exularet, non potuit tamē sur-
tim nō monere patriam bellici apparatus,
qui Athenis fiebat.

Dion Syracusanus quum plerunq; mor-
nuisset Dionysium (apud quem in summa
dignatione et familiaritate uuebat) ut pa-
triae libertatem restitueret, factus eius spe-
ctus, et in exilium pulsus est. Vbi tamen ad
liberandas Syracusas animū semper adie-
cit. Nunc in sacro Apollini sacrificio, habitaq;
ad milites conuocato, contra tyrannum o-

pias mouit, quem facta deditioe coegit exilium capere, quod prius alijs dabat. Hinc adagium natum: Dionysius Corinthi. De his, qui à prospera fortuna ad humilem redacti sunt.

Demosthenem Athenienses in exilium miserunt, quod pecunia fuisset corruptus ab Harpalo, qui fugerat ab Alexandro, et Athenas se receperat.

Egestratus Ephesus ob tribulis sui necem exulauit.

Aristides Atheniensis post multa in Rep. beneficia, tandem sua uirtute incidit in odium malorum, quorum inuidia pulsus in exilium: ubi tamen deos precatus est, ut omnia Atheniensibus pro uoto & animi sententia bene succederent.

Hippias dux Atheniensis pulsus in exilium, Darius in patriam commouit. Iustinus lib. 2.

Xenophanes an. 63. exulauit à patria.

Prothagoras Abderites, Menædri filius, & auditor Democriti, accusatus ab Atheniensibus, quod Perfarum magiam & religionem didicisset, sponte exulauit.

Philistum Syracusanum (qui res Siculas libris duodecim complexus est) Dionysius senior in exilium pepulit, ubi tamen bonâ historiæ partem absoluit.

Thrasylbulus dux Atheniensis regebatus est à triginta tyrannis, Athenas per uim occupantibus: quos demum collecta aliorum exulum manu, iuuante Lyfandro Lacedæmoniorum duce, expulit, patriamq; libertatem peperit.

Thucydides Atheniensis missus Amphipolim (quam rex Philippus per uim occupauerat) quum in proditiōis suspicionem uenisset, actus est in exilium: quam tamen fortunam constantissime tulit.

Sponte Pythagoras Samon liquit, Athenas Solon, Lycurgus Lacedæmona, Romanam Scipio.

Interrogatus Socrates cuius esset, respondit se ciuem mundi.

Tarquinius Superbus, qui occiso Seruio Tullo regnum scelestè occupauit, missus est in exilium cum Tarquino Collatino filio suo, propter stupratam ab ipso filio Lucretiam.

Tullia Seruij Tulli filia, acta est in exilium, quod super faciem parentis mortui currum traxisset.

M. Marcellus Pompeianarum partium, ubi uidit Cesarem uictorem, Athenas profugit in exilium. Vnde proconsul Africæ, Domitiani tempore damnatus repetundarum, quod Africam diceretur expulisse, actus est in exilium.

Liuius Salinator, quum de Illyrijs triumphasset, inuidiâ sibi gloria comparauit. Iudicatus enim reus peculatus, in uoluntariis exilium profectus est, postea tamen reuocatus, Annibale Italiani opprimente.

M. Aemilius Lepidus, quum uellet exules in urbem reuocare, ipse urbe detrusus est: Reuersus demum ad obsidionem urbis, à Catulo consule & Pompeio pulsus, & hostis patriæ iudicatus, exulauit in Sardinia, ubi dolore animi periit.

L. Apuleius Saturnius tribunus pl. cum propter Agrariam legem (quam per uim tulerat) aliaq; ite factiones uideret se odio sum plerisque summatis, Rhodum profectus est in uoluntarium exilium. Liuius libro 69.

P. Rutilius Cons. Cn. Manlij collega, relegatus est à Syllanis. Deinde quum reuocaretur: Malo, inquit, ut patria exilio meo erubescat, quam reditu mereat.

L. Opti-

L. Optimius post Ful. Flaccum uirum consularem & C. Gracchum tribunum oppressos, iudicio circumuentus, & in exilium actus est.

M. Pompilius Romanus in exilium egerunt, quod missus contra Numantinos, rem sua culpa male gessisset.

Decius Magius quum Annibali Capuam intrati solus assurgere nollet, ab eodem relegatus est. Quum autem in exilium traheretur, aperto capite uociferans: Habebis, inquit, libertatem Campani, quam petiistis. Semper enim patriæ deditioem diffusse. rat. Liuius lib. 25.

P. Nigidius Figulus, quæ Lucanus Astrologie peritum fuisse scribit, mortuus est in exilio, teste Eusebio.

Meilius Numidicus (qui de Iugurtha triumphauit) relegatus est, quod in legem Apuliam per uim latam iurare nolisset.

T. Annius Milo Missiliæ exulauit, quod cliens fuisset Ciceronis, in causa cædis Clodiane.

Cicero ob Ciceronij inimicitiam actus est in exilium. Quo tempore adeo tulerunt Romanum, ut uiginti hominum milia uestem mutauerint. Tandem tamen redijt magno omnium plausu, & uniuersa propè Italia illi suis humeris reuehente.

Montanum Vatenum oratorem, patria Narbonensem, Tiberius relegauit ad Bætares.

In exilio supra septem annos uersatus est Ouidius, ubi tamen herbaras gentes a seo si bi demeruit, ut in eius obitu Gethæ ac Tomitani lachrymas cohibere nequuerint.

Boetius imperantis Zenonis exilio damnatus est à Theodorico rege, ob affectuē liberalitatis suspicionem.

Hofstadius Rauennæ dominus à suis ci-

uibus relegatus est, quod in ocio et ignauia torpesceret, publicæq; administratione ineptus uideretur.

Berengarius Imperator, & Albertus eius filius, ab Othone uicti, & in exilium pulsati sunt. Benedictus Pont. Maximus ab Othone Imperatore relegatus est, iussu Leo Leone octauo.

Lucifer præsul Caralitanus à Libero Pont. ad Imperatorem Constantinum missus, relegatus est. Patas nam.

Eusebius Vercellensis præsul et religiosem & doctrinam à Constantino principe missus est Cappadociam in exilium.

Hylarius præsul Piclauensis, qui scripsit in Arrianos, relegatus est in Phrygiam.

Ioannes Gothus præsul Gerundenfis, quum sub Phoca principe Arrianam sectam oppressisset, ab hæretico relegatus est.

Meletius præsul, Arrianae hæresis sectator, sub Diocletiano pulsus est in exilium, quod præter opinionem si'em nostram defendisset, quum tamen Arrianam uellet turbari.

Eustathius Pamphilus, præsul Antiochenus, sub Constantino principe in exilium pulsus est Traianopolim Thraciæ ciuitatem, quod Arrianorum placita rescripsisset.

Oribasius Sardinus mortuo Iuliano principe, quo cum in summa familiaritate uixerat, inuidia succedentium principum & bonis spoliatus est, & in exilium detrusus: ubi tamen in omni calamitate constanti mansit animo, seq; philosophum uerum exhibuit.

Pauus Diaconus Aquileiensis à Carolo Magno relegatus est ad Diomedis insulam, quod Desiderio Longobardorum regi eiusdem Caroli inimico iaueret.

IN CARCERIBVS
mortui.

S yphax rex Numydarum, quum à Romanis ad Carthaginenses defecisset, uictus à Scipione, & in triumphum ductus, Tyburi in custodia mortuus est.

Aristonicus ab Aquilo cōsule in triumphum ductus, & in carcere suffocatus est.

Ingritha Manastibalis filius nothus, Micipsæ regis Numidarum nepos, propter Aaherbalem & Hyempusalem fratres regni consortes occisos, à Mario bello petitus, uictus, & in triumphum ductus, postremò in carcerem coniectus est, ubi expirauit. Plut. in Mario.

Henricus tertius imperator, ab Henrico filio captus, & Leodij custoditus, pædore carceris miseram exhalauit animam. Baptista Egnat.

Aldegisius Desiderij Longobardorum regis filius, à Carolo Magno uictus, & in carcerem coniectus est, ubi & clausit uitam.

Celestinus V. quum summo pontificatu se abdicasset, à Bonifacio octauo (cui rei summam commiserat) successore, in carcerem detrusus, & ibidem extinctus est.

Ioannes primus Pontifex, à Iustino in carcerem coniectus, ibidem pædore emarcuit, & extinctus est.

Ioannes 14. à Romanis inedia & pædore in carcere interfectus est.

Agatha uirgo Catanensis, sub Quintiano consule in carcere extincta est.

Romanus martyr sub Asclepiade prefesto in carcere suffocatus est.

IUGVLATI ET
strangulati.

D inarchus Corymbius iussu Polypercondis iugulatus. Plutarch. autor.

Darius Candemū Atheniensem (quem

de apparatu exercitus percontatus fuerat) recta monentem iugulari fecit. Curtius l. 3. de gestis Alexandri.

Antistius, autore Plut. in senatu iugulatus est, quòd ob Pompeium Syllanam sequi factionem uideretur.

Sergius Galba, quum Pisonem in consuetate inuidie remedium adoptasset, in medio foro ab Othone iugulatus est.

P. Cor. Lentulus Prætor urbis comprehensus in coniuratione Catiline, iussu Ciceronis iugulatus est in carcere. Sallust.

Cethegus, Statilius, Gabinius, & Lentulus Catilinarij, in carcere iussu Senatus strangulati sunt. Sallust.

Commodus post tertiumdecimum Imperij annum strangulatus est, Læto autore & Martia concubina. Sextus Aurelius ait, Martiam prius tentasse, ut eum ueneno perderet.

Apries ab Amasi superatus, datus est Aegyptijs iugulandus. autor Herod.

Ganau'phus martyr, suafu uxoris adulteræ (cum qua diuortium fecerat) noctu ab adultero iugulatus est.

Lucilla Nemesij tribuni filia, Romæ in uia Appia sub persecutione Valeriani iugulata est.

Albanus martyr à latronibus hoc mortis genere suffocatus est.

Galsonda Athanagild di Gothorum regis filia à Chilperico marito noctu iugulata est. suafu Fredegundæ pellicis. Valat.

Amalasantha Gothorum regina, Atalarici mater, à Theodato (quem mortuo filio regni socium afeuerat) in balneo iugulata est. Paulus Diac.

Gerontius Comes à militibus suis iugulatus est, quòd Constantem Constantini filium fecisset perimi. Idem autor.

DEA

DECOLLATI.

A Lebas rex Larissæ urbis Theffalix, à suis satellitibus ob crudelitatem obruncatus est. Ouid. in Ibin: Quosq; putas fidos, ut Larissæus Alebas, Vulnere non fidos experire tuo.

Cantharus fuit quispiam Atheniensis caupo, quæ Athenienses ipsi ob maleficia & imposturas supplicio capitis affecerunt. autor Zenodotus apud Erasmum. Valer.

Timagoras Atheniensis capitali supplicio affectus est, quòd Darum (ad quem legatus missus fuerat) more Perjarum adorasset. Plutarch.

Sp. Cassius affectatæ dominationis suspectus, supplicio capitali affectus est, domo eiu diruta. Valerius de Seueritate. Lilius lib. 2.

Sp. Melius ordinis equestris largitione frumeti ex Ethruria aduecti in plebem facta, ad regnum aspirare creditus est, ac propterea à Seruilio Hala obruncatus. Lilius lib. 4.

Didius Iulianus imperator à Septimio Seuero successore suo in abditas palatij balneas ductus, extenta damnorum modo ceruice, decollatus est. autor Sex. Aurel.

Opilius Macrinus ab Heliogabalo uictus, quinquagenario maior obruncatus est.

Patricius Senensis in factione urbis Romæ securi percussus est. Pleriq; martyrum hoc supplicio uitam finiuerunt, ut Anfanus, Agathon, &c.

Theodora uirgo Antiochena, sub Diocletiano hac extincta est morte.

Iulia comes Eulaliæ sub præfide Diocetiano capite truncata est. Volater.

Margarita uirgo Antiochena, sub Olybrio eadem morte affecta est. Volat.

Victor Præsul Carteie urbis Hispaniæ sub Maximiano non procul Mediolano hoc supplicio uitam finiuit. Sabel.

Philippus Maria dux Mediolanensis Italianum Forolinensem unum ex suis ducibus securi percussit, quòd cum Florentinis (in quos bellum gerebat) diceretur clam consentire. Volater.

PRÆCIPITATI.

T Roia diruta, Troianisq; profligatis, ne quid superesset reliquiarum, quod in posterum urbis & populi ruinam ulcisceretur, Vlysses Astyanactem Hectoris filium in præcepis dedit, mira quidem immunitate. Ouid. lib. 12. Met. & in Ibin. Et Seneca in Troade.

Lycas ab Hercule præcipitatus est, quòd ei tunicam cruore Nesti tinctam, & ueneno imbutam attulisset. Sabellicus. Ouid. in Ibin.

Lycurgus Thracum rex (teste Lactantio) à suis in mare præcipitatus est, quòd primus uero aquam miscuisset.

Aesopus fabulator Phrygius, quum uenisset Delphos, ibidem furti ab æmulis falso accusatus (phialam enim argenteam inter eius sarcinulas clam posuerant) de rupe insons præcipitatus est. Plut. de sera nūminis atrecta.

Nauplius Palamedis pater, quum intellexisset Diomedem & Vlysses naufragio liberatos (quibus tamen hoc malum per insidias machinabatur) seipsum præcipitauit. Seneca igne fallaci moriturus Argis Nauplios præcepis cadit in profundum.

Theffalix (à quo Theffalia nomen sumpsit) Hæmonis filius, ab Euryalo quodam aduena ex Ossa monte præcipitatus est. Ouid. in Ibin: Viq; dedit saltus è summo Theffalus Ossa, &c.

Sabinis Romā obsidentibus, quum Tarpeia uirgo Capitolū prociidisset ob armillarum & anulorum (quos illi gerebant) passionem, ubi in arcem introducti sunt, obsequi immemores puellam precipitauerunt. Plutarchus & Linius testes.

M. Manlius (qui Gallos in obsidione Cariboli obrepentes per ardua depulerat) conuictus de regno occupando consilium inisse, damnatus, è saxo Tarpeio præceps datus est. autor apud Gellium M. Varro. Cor. Nepos scriptum reliquit, cum uerbando fuisse necatum.

CRUCE ET SVSPEN- dio. mortui.

Omniū qui cruce perierūt, nemo maiori ludibrio affectus est, nemo plurius tormentis afflictus, nemo frequentioribus plagis mutilatus, quā intemerate uirginis innocens fuit. Nulla in eo peccati semitilla reperta est, nihil deliquit unquam, mundus ex mīda matre natus est. Munde uixit, iustitiam & equitatem uerbo semper & opere docuit. Neg; tamen puduit uerpos illos & recutitos canes, liuore & inuidia tabescētes, causam machinari, quae eum morti traderent. Quam licet nullam reperissent, agnum tamen primū flagellus ubiq; membrorum mutilauerunt, frontem coronae spines perforauerunt, faciem immundis deformauerunt spinis, colaphis immanibus totum caput conuderunt, latronis more uixerunt, uinculum ad maiorem ignominiam traxerūt compitatum, & ad extremū inter latrones ueluti latronem suspenderūt. Quod quum ad mortem non pararent sufficere, manus & pedes clauis, laeue ianices confoderunt.

Item ego c. Lybia uinum iurabo leuata,
Asadina; q; iure delinuisse lupas i

Cui in cruce lachrymas non mouerit d bone
Christe.

Ille erit & ferro durior & chalybe.

Disinas Aegyptius natione, unus fuit eorum latronum, qui cum Christo patibulati sunt. Hunc aurem dominus in cruce percit, & statim post mortem sua clementia ad cœlum euocauit.

Beatus Andreas & Petrus pro Christi nomine arboribus suffixi sunt: h c sub Nerone, ille sub Aegea proconsule: h c capite deorsum demisso, ille sursum uersum erecto. De utroq; Ioannes Fran. Mirandula sic scribit in hymnis: Exrenitq; alacer, figendaq; brachia lætus porrigit Andreas, uersaq; sub arbore pendet: Et caput in terram simui sub stipite Petrus præbuit, atq; lubens protendit in aere plantas.

Polyrates tyrannus Samiorū, et pater Sijonitis, quum tota uita felicissimus fuisset, ad exitum ab Oræte Persa cōprehensus, & in furcam erectus, docuit eum Solone, nihil omni ex parte beatorum. autor Herodot. in Thalia, & Strabo lib. 14. Mantuanus de Fortuna Gonzage: Inuenies unum toto qui uixerit auro, &c.

Sataspes Persa et Theaspu filius à Xerxe rege cruci affixus est, quod à Zopyri filij Megabysi filiam uirginē uitiaisset, quodq; eam totam Africā non peragisset, quod se truisse ad diluendum stuprum dixerat. autor Herodotus.

Idem Xerxes Leonidem Spartanorum regem ac principem bellica uirtute clarum iussit absisso capite in crucem tolli. autor Herodotus.

Achæus rex Lydiae, quum nouis tributis à populo uellet extorquere, in fictione populari suspensus est, pedibus sursum uersum erectus, & capite in aquas missus.

missus. Ouid. in Ibi: More uel intereas capti suspensus Achæi, Qui miser auriferā teste pependit aqua.

Dario in Græcos bellante, Histæus Milesius, ab Hapago Darij tribuno captus, & cruci affixus est. autor Herodotus.

Artayctes uir Persa Sesti præfectus, ab Atheniensibus Xantippo Antiphronis filio duce captus, stipiti suffixus est. autor idem Herodotus.

Arachne Lydia puella, lanificij peritissima, ægre ferens opus suum à Pallade (qua cum certamen suscepit) fractum, laqueo ingulum præfecit. Ouid. li. 6. Met. Non tulit infelix, laqueoq; animosa ligauit Guttur: appendentem Pallas miserata leuauit, atq; ita, uince quidem, pende tamen improba, dixit.

Marsya tibicen ab Apolline uictus, pependit laqueo. Quod innuit Plin. lib. 16. cap. 45. Ibi, inquit, platanus ostenditur, ex qua pependit Marsya uictus ab Apolline.

Daphitas Græmatius quū reges conuictus aspergeret, & probris notaret, cōprehensus in Thorace monte itidē erectus est in crucem. Vnde est adagium: Cauere Thoracem. Strabo lib. 14. Eras. in Chiliad.

Helena post mortem Menelai à Megapentho & Nicostrato filijs Orestis fugata, in Rhodum ad Polyxo uxorem Tleopolemi peruenit. Cui quū suspecta esset ob uiri zelotypiā, eiusdem mandato arbori suspensa est. autor Pausanias apud Volat.

Alexander Macedo mortuo Ephesione (quem unice diligebat) medicū eius Glaucom cruci suffixit. autor Plut. in Alexan.

Amata Lanina mater ægre ferens filiam Aeneae copulatam, quam contra uoluntatem patris Turno nuptam dari uolebat, ipsam suspendit, & uitam laqueo finiuit.

Amabat enim Turnum, adeo ut cum existimaret eum mortuum, ad mortem ipsa currerit. Verg. 12. Infelix, &c.

Bomilchar Amilcharis filius, Poenorum dux, ueniens in suspicionem Carthaginensium cum Agathocle cōspirasse, in medio foro patibulatus est. Ferunt autē, eum cruci iam affixum magnis clamoribus, multūq; conuictis, subditorum ingratitude oburgasse, & inter clamores spiritum emisisse. Iustinus lib. 2.

Hanno Carthaginensis (qui Philippi regis Macedonum floruit ætate) quum ob potentiam tyrannum uellet induere, captus à ciuibus, uirgis primum cæsus est, deinde effosis oculis, fractisq; cruribus & manibus cruci affixus. autor Trogius.

Val. Beatus à L. Imbrico affixus est cruci, quod Ruscium ipsius Imbrici filium, sua fidei commissum interfecisset, ut eius auro potiretur. Aristot. apud Plut.

Capromia uirgo Vestalis stupri comperta, suspensio affecta est. Oportebat enim eas in uirginitate persistere, quae ministerio Vestæ allegabantur.

Symeon filius Cleophae, post Iacobum fratrem Domini Hierosolymarum episcopus, sub Traiano imperatore, crucis patibulo spiritum emisit.

Zoe Nicostrati martyris uxor in furcā erecta, ibidem cum morte uitam mutauit: partim crucis tormēto, partim fumo (quae carnifices ad arboris radicem posuerant) suffocata.

Petrus Aulanus tempore Diocletiani & Maximiani imperatorum, supplicio crucis uitam finiuit, sub Seuero præside.

Alexander et Epipodius martyres passi sunt apud Lugdunū, sub Antonio Vero, et pro Christi nomine patibulo crucis affixi.

Claudius quoque, Asterius, & Menon, dum Christianam profuerentur religionem, & gentilem insectarentur heresim, post multa suppliciorum genera, tandem in crucem erecti sunt, eaq; morte spiritum Domino reddiderunt.

S. Agricola Vitalis magister, itidē pro fide oritho toxā suffixus est patibulo, & emporibus Diocletiani & Maximiani imperatorum. Sabellicus.

Iulia uirgo Carthaginensis, dum idola & simulachra deorum contemneret, Christianamq; profiteretur religionem, eodem mortis genere animam efflavit.

Nemesius martyr sententia Aemilianii iudicis apud Aegyptum inter latrones patibulatus est.

Nestor episcopus eandem subiit mortem sub Decio Imperatore, & Pollione praeside.

Ludovicus Hutinus Philippi Pulchri filius, rex Gallorum, Enguerranum quendam inter Gallos autoritate & opibus potentem crucifigi fecit.

Pleriq; alij uitā suspendio & furca clauerunt, ut Lycambes, Biblis, Phyllis, Momyris Mithridatis uxor, Calluce, Anaxarete, Auctolia, Bubalus, Silanus T. Man'ij filius, Iudas, Erigone. De quibus quoniam iam sumus locuti, nihil hic repeamus.

Simon puer Tridē inus, se lente Sixto 4. Pōt. fice, die Veneris (quo Christus pro nobis in cruce immolatus est) à iudeis clā comprehensus, omnibusq; tormētis prius affectus, demum cruci affixus est.

Dorotheus & Gorgonius martyres pro Christiana pietate uitam suspendio finiuērunt, sub Diocletiano imperatore: mortuorumq; corpora famelicis canibus obiecta sunt, quae illaesa remanserunt.

Narxes rex Italiae Sindualdum Brentorum regem prius uictū, donatumq; uenia, quum iterum rebellasset, captum in trabe suspendit. autor Paul. Diac. lib. 2. de gestis Longobardorum.

Arnulphus 7. Gallorum imperator, Bergamo capta, Ambrosiū eius loci principem suspendio enecauit. Sabellicus.

Hadingus rex Danorum regressus è bello Sueuico, ubi et riuū pecunia spolijsq; bellicis furto uolauit cōperit, custodem eius Glumerum suspendio effecit. autor Saxo Grammaticus.

COMBUSTI.

Medea agriferens se ab laione relicta, sibiq; Creulam seu Glaucā Creontis filiam superinductam fuisse, noue nuptae dona quaedam misit nuptialia, quae eidem & toti domui incendium attulerunt. Propertius lib. 2. Aspice quid donis Euriphyla inuenit amaris, Arserit & quantis nuptae Creusa malis. Nigidius tamen apud Marsesium ait, Corinthi fontem esse Glaucen nomine, in quem se illa praecipitauit, quum aduersus Medae ueneficia ignesq; id sibi speraret profuturum.

Alexander Milesius, Polybistor cognominatus, libertus Cor. Lentuli grammaticus apud Laurentes ex incendio crematus est, Syllae temporibus. autor Suidas apud Volaterranum.

Alcibiades Clyciae filius, dum in Phrygia ab Atheniensibus exularet, percussorum (qui imm si fuerant) decreto uiuus in cubiculo crematus est. Ouid. in Ibin: Clyciae q; modo circūdatus ignibus aris, Mimbrya feras Stygiae semicremata neci. Iust. libro 5.

Perillus rogatus à Phalaride Tyranno Agrigentino, ut nouum tormētū genus

ad plestendos reos comminisceretur: taurum eneam excogitauit, quo inclusi flammis suppositis periret, & boum mugitus imitarietur. Quā pōnā primus expertus est. Ouid. in Ibin: Aere Perillae ueros imitare iuuenos, Ad formam tauri conueniente sono. Idem lib. 5. Tristium: Ipse Perillae Phalaris permisit in aere Edere mugitus, & bouis ore queri. Plin. cap. 8. li. 34.

Phalaris tyrannus Agrigentinus, dum ciues suos multis torqueret supplicijs, à populo unā cū liberis & coniuge crematus est, & in eodem tauro, quo reos puniebat, lege talionis suffocatus. Ouid. in Ibin: Vig. ferox Phalaris lingua prius ense resecta, &c.

Nicias fuit inter uenatores quispiam uenandi ardore cōcitator, dum feras immisfis canibus ardentius insectaretur, in carbonarium praecipit decidit fornacem. autor Caelius cap. 59. lib. 12.

Plutarchus scribit Pythagoram philosophum uiuum fuisse à Cylonijs exustum. Laertius ait hoc factum fuisse in Nicoclis Crotoniae domo, à quodam, quem in disciplinam admittere noluisset.

Macedonia mulier (à cuius nomine Macedonia dicta est) igne coelesti unā cum marito absumpta est. Ouid. in Ibin: Ut Macedonia ista est rapidis cum coniuge flammis, Sic precor aetheri iudicis igne cadas.

Scribit Plinius lib. 7. Natu. histo. Auio lam cōsularem in rogo reuixisse. Sed quoniam subueniri non poterat, praualente flamma uiuum fuisse crematum.

Plinius secundus quum nihil in maiore negotio haberet, quā rerū naturalium causas scrutari, perijt in Veseui montis incendio, dum rationem uellet inquirere.

Fama est Caesium Bassum postam lyri

cum in suis praedijs, ardente Veseuo, lateq; uagantibus flammis, cū uilla sua conflagrasse.

Nigrinum quendam Ammianus Marcellinus fuisse scribit, qui propter excitatum bellum uiuus sit exustus.

Valens Imperator frater Valentiniani, praelio superatus à Gothis, in tugurio (quod spe salutis confugerat) ab eisdem crematus est. Sex. Aur.

Eustathius Traiani aulicus, dum ceruum in uenatione sectaretur, uiso inter eius cornua crucis simulachro, auditaq; hac uoce, Cur me persequeris? statim conuersus est unā cū Theophila uxore. Quod ubi postea resciuit Traianus, ambos in tauro a neo comburi iussit. Volat.

Polycarpus totius discipulus et Smyrnae praesul, pro Christiana pietate patam et spectante populo in amphitheatro combustus est. Volat.

Laurentius et Tyburtius martyres pro Christi nomine incendium uolentes pertulerunt. Io. Fr. Mirandula lib. 2. Hymn. Iucunda incendia Laurens suscipit, Emphyrea multū irroratus ab unda, Atq; per ardentem prunus illaesus abibat, Maiores in corde ferens Tyburtius ignes.

Emerita Lucij Anglorum regis soror, pro Christiana itidem pietate flammis extincta, spiritum domino reddidit.

Fuerunt & alij permulti, qui incendio finiuerunt uitam, ut Empedocles, Dido, Euadne, Hercules, Sardanapalus, Catullus, Lucretius, Astrubal, Portia, Dædalion, Brotheus. Quorum mortem reperies in eorum Historia, qui se occiderunt.

Martyrum quoq; plurimi hoc mortis genere uitam reliquerunt, &c.

Innocentius tertius iussit Americum

hæreticum (qui dicebat Ideas in mente diuina creare, et creari) apud Lutetiâ com-
buri. Volaterranus

Clotarius rex Gallorum cum Conabro
Britonum duce bellum gessit, uictumq; in-
terfecit, et Crominum eius filium noibum,
una cum uxore & liberis cremauit.

Saxo lib. 7. Historiarum Danicarum ait,
Eroihonem regem incendio consumptum
fuisse, & in aniro, quò confugerat, flam-
ma & fumo fuisse suffocatum.

EXCORIATI.

Marsyas ab Apolline (quem ad tibie
certamen prouocauerat) uictus, &
excoriatus est. Ouid. in Ibin: Mens quoq;
sic furij uercors agitetur ut illi, Vnum qui
toto corpore uulnus habet. Idem: Nuda ue
direpta pateat tua uiscera pelle, Vt Phry-
gij, cuius nomina flumen habet. Claudia.
libro secundo Eutrop.

Manes hæreticus (qui diuinam solum
in Christo naturam ponebat) à rege Per-
sæ cute direpta interfectus est, quod e-
ius filium morbo laborantem interfecisset,
quem tamen sanaturum se promiserat. au-
tor Suidas apud Volaterranum.

Bartholomæus Apostolus, regis Sy-
riæ filius iussu Astyagis excoriatus est. Vn-
de Ioan. Fr. Mirandula in Hymnis: Hinc
etiam pellem Ptolemæi filius ardens De-
posuit.

NUNCII ET LEGATI.

Iris fertur esse nuncia Iunonis. Virgil.
Iris de caelo misit Saturnia iuno.

Mercurius ionis & omnium deorum.
Ouidius libro 2. Metam. Hinc sese iustule /
rat paribus caducifer alis.

Cyneas legatus fuit Pyrrho à Mionem Ae-
neæ. Idmon Turni. Vergilius lib. 12. Nun-
cius hæc Idmon Phrygio mea dicta tyrans

no Haud placitura refer.

Pontius Caij principis. Plin. Pontius le-
gatus Caij principis eas tollere conatus
est libidine accensus.

Longinus legatus fuit Traiani. autor
Dion Cassius.

Agis legatus fuit Arfacis regis Par-
thorum. autor Plutarchus in Crasso.

Proculcius Augusti Caesaris, ut etiam
Thyreus, quem Antonius post mutuum cū
Cleopatra sermonem uerberari iussit dolē
suspicione.

Clathris Darij, Hippocrates Chalcido-
nis, Thasiles & Isidorus Mithridatis, Syl-
lus Agefilai, Turullius Antonij, fuerunt la-
gati & præfeci copiarum.

NOMINA ET VALO- res ponderum.

Siliqua primum minimumq; pōdus gra-
num tece inclusum. Scrupulus, Latine
Obulus, sex siliquis constat. Dragma tri-
bus scrupulis conficitur. Vncia Octo dra-
gmis conflat. Libra Italica undecim ha-
buit uncias. Sextertium antiquum Dipon-
dium & semis.

Sextertium antiquum paruum libras uī-
ginti quatuor habens.

Talentum Aphricum libras quinqua-
ginta.

Talentum Aegyptium quindecim pone-
do. Blon. lib. 9. idq; ex Varrone.

Talentum Atticum magnum octogim-
ta libras & quatuor uncias.

Deunx, uncias undecim. Dextās, uncias
decem. Dodrans, Nouem. Bessis, octo. Se-
ptunx, Septem. Seunx, Sex. Quincunx,
Quinque. Triens, Quatuor. Quadrans,
Tres. Sextans, duas. Semiuncia, Dimidium
uncia. Sexticula, uncia sexta pars.

Reliqua nomina ex cōpositione nescun-

1647

tur satis, ut Tnesis, Decusis, Vicefis, Tri-
cesis, Centusis, id est, tres, decē, uiginti, tri-
ginta, centum asses cōtinens. Sed aduerte,
multa alia fuere talenta, ut Rhodium, Eu-
boicū, Antiocheum, Babylonicum, Ptole-
maicum, & c. quæ, quia libræ apud alios
maiores, apud alios minores fuerunt, non
idem ubiq; ualent. Estq; de eorū ualore o-
pinionum cōfusa diuersitas: nec me fallit,
Plinium libro naturalis historie 21. capite
34. de Græcis pōderibus dixisse, Dragma
denarij argentei pondus habet, Denarius
sex continet obulos, obulus 10. calchos.
Cyathus pendet per se dragmas decem, He-
mina dragmas sexaginta, Mina, quæ Minā
uocant, dragmas pendet Atticas centum.
Præter hæc, Nota nummum argenteum
Romanum quatuor scrupulis equipolle-
re, & inde reduc pondera ad nummorum
usum, & ualorem. Hæc & multo plura
tibi suggeret Budei nostræ ætatis doctissi-
mi lectio in lib. cui titulum fecit de Assē &
partibus eius.

MENSURAE QVAEDAM.

Actabulū mensura est cōtinens quar-
tā heminae partē, id est, drachmas 15.

Artaba mensura 72. sextariorum, de
qua Herodotus, Artaba, inquit, Persica
est mensura, capatior quam Atticus Me-
dianus tribus Chœnicibus Atticis.

Batus Hebraicum est uocabulum. Capit
sextarios 72. Sabellicus: Cui quamdiu o-
pus tenuit, ex Iudæa quotannis Coros tri-
tici uiginti millia dono misit Salomon, to-
tidemq; Batorum olei.

Ceramium Græci amphoram uocant.
Chus mensura est Attica capiens hemi-
nas octo.

Chœnix mensura est escæ diurnæ. Hinc
Chœnici insidere dicuntur, qui super futu-

ro uictu curiosi sunt. Herodotus in Erateo:
Regibus ad cenam non euntibus mittan-
tur binæ Chœnices farinae, & uini singu-
la cotylæ, id est Sextarij. Est & Chœnix
femodium. Grammatici aiunt Chœnicas
48. modio contineri. Homerus in Odyf.
Chœnica accepit pro cibo, ubi ait: Nam
quæcunq; mea dignabor Chœnice, pror-
sus Haud cessare sinam, quæquam procul
aduens fertur. Citantur biuersus à Budeo.

Congius mensura est sex sextariorum,
& est pars amphoræ.

Cotula est tertia pars Chœnicis.

Cubitum sesquipedale est, constatq; di-
gitis 14. Græci uocant Pygnon.

Culeus mensura est continens uicenas
amphoras, uel urnas quadragenas. Plin.
de uinea Palemonis grammatici loquens:
Quando & postea septennero septenos
culeos singula iugera, hoc est amphoras cē-
tenas quadragenas musti dedere.

Cyamus Aegyptius grammata 12. Scæ
alia sunt mēsurarum apud nos uocabula.

Decempeda decem pedū mensura. Ci-
cero: Quam iam peritus metator, & cal-
lidus, decempeda sua, saxa diuiserat. Hora-
tius: Nulla decempedis Metaia priuatam
Porticus excipiebat Arcton. Hinc decem-
pedator, qui pertica decem pedum utitur.

Dolichos stadiorum 12. Hinc Diaulo-
dromi & Dolichodromi.

Drachma Attica pondus habebat de-
narij argentei, efficiebatq; sex obolos pon-
dere. Obolus decem calchos, autor Plini-
us libro 12.

Gruma est mensura, qua flexa uia ad li-
neam diriguntur. Hinc Degrumari, uiam
dirigere, & Exgrumari, à uia recedere.

Hemihædium seu Hemihæctum, dici-
tur semisextarius Medimni.

T 2 Hemina

Hemina mensura dimidiū sextarij cōti-
net. Gellius: Si ex sextario hemina suā est.

Hexapeda sex pedū pertica aut mēsurā.

Libra uncias 12. Vncia drachmas 111.

Drachma grammata 111. Gramma obo-
los duos. Obolus ceratia 3. & chalcos
1111. Ceratium chalcos duos.

Mina Græca habet uncias 240. Ro-
mana 200.

Medimnus sex modios continet. He-
rodotus: Singulis quoq; calendis instantis
mēsis singula pecora utriq; è publico den-
tur Apollini immolanda, & farina Medim-
num, id est sex modia, & uini Laconicus
quartarius.

Metreta decem congios cōmet. Et ca-
pitur pro amphora uinaria. Mar. Pluri-
mus Hispanas mittat mihi nauta metretas.

Modius continet duo & uiginti fester-
tia. Hinc Semodius & Trimodius. Colu-
tiam quatuor modijs, nonnunquam tri-
bus, etiam duobus ac semodium iugerum
occupat.

Orygia senum pedum, & quatuor cu-
bitorum mensura.

Palmus maior est digitorum 11. Græ-
cè uocatur Spithama, et Latine Dodrans.
Minor 4. digitorum; Græcè Palestes. dici-
tur etiam Palmum, in neutro genere.

Passus quinque pedum est, id est duorum
gressuum.

Parasanga apud Persas erat mensura
quinquaginta stadiorum. Plinius li. 6. In
constantiam mensuræ autorum diuersitas
facit, quum Persæ quoq; Schoenus & Pa-
rasangas alia mensura determinent.

Pes est 1111. palmorum seu 240. digi-
torum: sed hæ sunt uiarum mensuræ.

Plethrum mensura est centum pedum,
& sexta pars stadij.

Schoenus Aegyptiorum est mensura, ca-
piens stadia 12. teste Herodoto.

Semis mensura est dimidiij assis. Se-
missim hominē, uocamus uilē & abiectū.

Sextarius continet octo Chœnticas.

Sitometra mensura est frumentaria.

Stadium pedum 125.

Stathmos, id est mansio, millia conti-
net 240. semis, & est mensurarum
maxima. Stathmi etiam dicuntur diuer-
soria tabellariorum cursorum, id est certa
spatia, quæ uno actu solent conficere.

Triēs seu Hecteus, sextarius est Medim-
ni, capitq; Chœnticas octo. Porro aut cul-
pam me oportet deprecari, quod hic uia-
rum mensuras, liquorum & aliarum rerū
mensuris considero: Scribēbam enim ut
occurrerent uariæ lectiones. Præterea ne-
mo est, ut opinor, adeo simus & expers
nasci, qui prima statim fronte discrimē non
intelligat. Varia mensurarum genera le-
ges apud doctissimum Budeum: Pleraque
etiam in antiquis lectionibus Celsij.

STADIA DIVERSA.

Stadiū xij. nostros efficit passus. Hoc
est pedes 125. Hoc Censorinus
Italicum uocat. Olympicum pedibus 125.
constat. Pythicū circiter mille. Vitruuius
stadias domorum porticus appellat præ-
longas, & magnificas.

DE NUMEROSO

exercitu.

Mose exercitus habuit 600.000. millia:
imbellis autem populi 600.000. millia. To-
ta summa millies mille & centū quinquā-
genta. Ioseph. lib. 3.

Hieroboam rex Israelitarum in exer-
citu (quem contra Abyam Iudeorum re-
gem duxit) habuit 800.000. millia bellatorum.
Abyas uero Bela quarto Andreae Hie-

rosolymitani filio apud Pannonios regnate,
Tartari cum quingentis armatorū millib.
Pannoniā ingressi sunt, à quibus superatus
Bela aufugit. Volaterranus.

Sesostris rex Aegypti (qui insuetā serui-
tij Arabiam subegit, maximā Libyæ partē
occupauit) habuit in pedestribus copijs sex
centa peditum millia, equitum uero 220.
curruum bello aptorum octo millia & ui-
ginti. Diogenes lib. 2.

Ninus Assyriorum rex, armauit in Ba-
ctrianos decies septies centena millia pe-
ditum, equitum ducenta, curruum centum
millia.

Xerxes rex Persarum, in Græcos dimi-
caturus, habuit de regno suo septingenta
millia, de auxilijs trecenta, Rostratas na-
ues mille & ducentas, Onerarias ad tria
millia. Toto numero habuit tria millia na-
uium, in quibus fuerunt hominum Myria-
des 220. Terrestris autem exercitus fue-
runt centum & septuaginta Myriades, &
curruum octo. Herodotus lib. 7.

Ad uindicandum Helenæ raptum Græ-
ci armauerunt in Troianos 886. bellato-
rum millia. Contra uero Troiani habue-
runt 676. millia. Carinas circiter mille. au-
tor Dares Phrygius.

Mardonius Persæ (quem Xerxes apud
Salaminem reliquit, ut dispartatos milites
resarciret) habuit in exercitu peditum du-
centa millia, equitum uiginti millia. Vi-
ctus est tamen apud Plateas à Pausania La-
cedæmonio, turmis longè minoribus stipa-
to. Cælius cap. 62. lib. 16.

Acheorum exercitus in Cleonem du-
cem Spartanorum, fuit uiginti millium pe-
ditum, equitum mille.

Athenienses in Syracusanos certaturi
duos Alcibiades, habuerunt supra 140. tri-

remes, centum et quinque millia peditum,
tum sagittarios et funditores mille & tre-
centos. Tormentorum præterea ac machi-
narum expugnandis urbibus copiam in-
gentem. Plut. in Alcibiade.

Artaxerxis exercitus regis Persarum
in Cadusios habuit triginta peditum mil-
lia, equites mille. Sabell.

Certaturus in Alexandrum Darius ha-
buit sexcenta hominum millia. Plutarchus
scribit, Dario fuisse decies centena millia
militum.

Alexandri copiarum qui minimum as-
serunt numerum, trecenta millia peditum,
equitum uero quinque fuisse tradunt. Fertur
in Asiam tratesse cum millibus armato-
rum non amplius 48. Iustinus lib. 2.

Antigonus Philippi filius, & pater De-
metrij Poliorcetes Macedoniae regis, habu-
it in exercitu contra Seleucum Syriae prin-
cipem, & alios reges supra 70. millia pe-
ditum, equitum uero decem millia. Item
Elephantos 75.

Seleucus uero, & Antiochus eius fili-
us, armauerunt in ipsum Antigonum 92. mil-
lia peditum, equites supra decem millia, e-
lephantos quadringentos, curruum centum
& uiginti.

Pelopidas dux Thebanorum, duxit con-
tra Syracusanos septuaginta millia mili-
tum.

Carthagenenses Siciliam cum septua-
ginta millibus militum, ducentis triremi-
bus, & mille nauibus inuaserunt. Quos
tamen superauit Timoleon dux Corinthio-
rum, eorumq; castra diripuit, desideratis
decem millibus.

Demetrius Antigoni & Stratonices
filius, & Macedoniae rex, habuit in eo-
pijs peditum decem millia, equitum decem,

naues quingentas.

Antigoni exercitus habuit peditum uiginti millia, Equites trecentos.

Antiochi exercitus 300. millia armatorum, quibus Romanos inuasit. Falcatis etiam cruribus, et Elephantis aciem instruxit. autor Plut. in Ruffo.

Idem ait, certum non esse quantae fuerint Annibalis copiae. Alij centum millia peditum, et uiginti equitum fuisse dicunt. Quidam aiunt addita ex Gallis et Liguribus 80. millia peditum, decem equitum. Quamuis autem exactus ad fidem numerus dari nequeat, hoc tamen argui potest, numerosum habuisse exercitum, quod amissis in Alpium traiectu triginta millibus, adhuc Romanorum potentiam non expauerit.

Perseo Macedoniae regi in Paulum Aemylum dimicaturum fuisse quatuor millia equitum, peditum uero 48. millia.

Tigrani regi Armeniae fuisse ducenta quinquaginta quinq; armatorum millia contra Romanos, qui e tanto exercitu peditum centum millia, equitum uero quinquaginta Lucullo duce interfecerunt.

Mithridates rex Ponti habuit peditum centum millia, equitum decem, currus falcatos nonaginta. Caelius ad hunc modum de Mithridate: Habuit (inquit) equitum quinquaginta, peditum 250. millia: machinarum uero ac omnis bellici instrumenti pars eius summa. Depugnabant cum eo reges Dynastaeque Armeniae, ac Scytharum, qui circa Pontum incolunt, supraque Moeotidem paludem.

Eumenes rex Pergami habuit in exercitu contra Macedones 36. millia bellatorum.

Terentius Varro consul, et Aemylus

Pauli collega, habuit in exercitu octo et octoginta hominum millia contra Carthagenenses.

Quintius Flaminius in bello contra Philippum Macedoniae regem habuit 26. millia hominum.

L. Aemilius et Atilius consules, principio sui consulatus quatuor legiones urbanas in Gallos armauerunt, quarum singulis quinq; millia et ducenti pedites, equites uero trecenti miserant. Habebant et ex sociorum auxilijs triginta millia peditum, equitum uero duo millia. Cui numero Thufci et Sabini septuaginta addiderunt millia, ubi primum Galli Apenninum transire nunciati sunt. Post hos Umbri et Sarsenatae Apennini incola uiginti millia contulerunt. Samnites 70. millia peditum, Equitum septem millia. Iapygenses et Messapij quinquaginta millia peditum, Equitum 16. millia. Lucani 30. millia peditum, Equitum tria millia. Marfi, Maricini, Ferrentani, et Vestini peditum uiginti millia. Eoq; modo caeterae totius Italiae urbes suas suppetias contulerunt, ita ut numerus excreuerit ad septies centena millia peditum, Equitum uero 70. millia. autor Polybius.

Exercitus Marij et Catuli contra Cimbro habuit quinquaginta hominum millia cum 300. millibus. Plut.

Exercitus Crassi contra Parthos habuit peditum legiones septem, Equitum quatuor millia, ac totidem uelites.

Senonum dux Brennus (qui primus Romanam superbiam retudit) habuit 300. millia.

Bellans in Parthos M. Antonius habuit 60. Romanorum peditum millia, et his auxilia equitum adiuncta Hispanorum et Gallorum decem millia. Caeterarum nationum

tionum equitum peditumq; trecenta millia. Plutarchus.

Parthorum uero exercitus in Antonium habuit 6000. millia equitum.

Exercitus Antonij contra Caesarem habuit peditum centum millia, equitum 22. Naues quingentas.

Exercitus Caesaris contra Antonium habuit naues ducentas quinquaginta, peditum 80. millia, equitum xxij. Plutarchus in Caesare.

Pompeij in Caesarem dimicantis acies habuit 40. millia peditum, equitum in sinistro cornu septem millia, in dextro quinq;. Praeterea Orientis auxilia, totam urbis nobilitatem, Senatores, Praetorios, Consulares.

Caesar in acie habuit peditum xxx. millia, equites non amplius mille. autor Eutropius.

Pompeius in bello contra Pyratas habuit quingentas naues, peditum cxxx. millia, equitum quinq;. Plutar.

Neruij (quos Lucanus rebelles uocat, quiq; nostro tempore Tornacenses uocantur) in bello contra Caesarem sexaginta hominum millia amiserunt.

L. Luculi copiae in Mithridatem Armeniae regem, fuerunt triginta millia peditum, equitum duo millia cum quingentis.

Obsessis a Vespasiano Hierosolymis undecies centena millia ferro et fame perierunt. autor Iosephus.

Radagasus Gothorum rex (qui floruit Arcadij et Honorij imperatorum temporibus) habuit in exercitu supra ducenta bellatorum millia. autor Paulus Diaconus.

Theodoricus Clodouei primi filius in Italiam cum 80. millibus traiecit, quibus impetu repentino Belisarij copias fregit,

omnemq; transpadanam subiugauit regionem. Volaterranus.

Tamburlanus Scytharum rex Euphratem fluium cum sexcentis peditum millibus, equitum uero trecentis traiecit, quo numero Asiam minorem obtinuit, Regem Turcarum Pazaitem captiuum duxit, Scythas, Medos, Albanos, Mesopotamiam, Parthiam, Persiam, Armentiam sibi subiugauit. Volat. in Geog.

Vestiges rex Gothorum, post Attalaricum filium Amalasinthe reginae, ad obsidionem urbis Romae cum ducentis armatorum millibus profectus est. Volat.

Soli Aruerni (modica Gallorum portio) ducenta bellatorum millia obiecerunt Aemiliano Maximo ad Isarae et Rhodani confluentia. Strabo.

Helustiorum in Galliam Aquitanicam irrumpere uolentium, tempore Iulij Caesaris, exercitus habuit trecenta hominum millia. Volat. in Geog.

Credibile est Ariouistum Germanorum regem numerosas habuisse copias, uel hoc uno argumento, quod a Caesare uictus octoginta militum suorum millia amiserit. Autore Plutarcho.

Carolo Marcello Gallorum regi fuerunt trecenta armatorum millia.

Porro autem Lacedaemones prodibant in bellum cum tibiarum modulatione, ut suavissimo cantu delinuit non reminiscerentur periculi.

Pari modo Cretenses canebant cithara: Massagetae rubras induebant tunicas, ne uulneratorum cruor terrorem caeteris afferret.

Parthi in fuga sagittas a tergo iaculantur. Lucanus: Ocyor et missa Parthi post terga sagitta.

**BELLA IN QVIBVS MVL-
TVM CRVORIS EFFV-
sum est.**

A Bias Iudeorum rex bellans in Hiero-
boam regem Israelitarum, quin-
genta millia ex eius exercitu deleuit. Iose-
phus libro 8.

Phaceas rex uno die deleuit ex copijs
Achæ Iudeorū regis post Ioatham cxx.
millia bellatorum, & ducenta utriusq; se-
xus millia captiua duxit.

In bello Bernadab Syriæ regis contra
Achab Israelitarum regem perierunt fer-
ro hominum centum millia.

Gedeon nocte una apud Iordanem cen-
tum & uiginti millia Madianitarum in-
terfecit.

Cyrus Persarum rex, traiecto Araxe
eum ducentis millibus in Scythas profe-
ctus, tam infelicitate bellauit, ut ne nuncius
quidem tantæ cladis superferret. Idem.

Milciades Atheniensium dux, in Ma-
rathone Atticæ campo centum millia ex
Darij Persarum regis exercitu profliga-
uit. Sunt etiam qui ducenta dicant delota.
Sabellicus.

Cosroes rex Persarum, Palestinam cum
Hierosolyma, ac nongentis millibus Chri-
stianorum euertit.

Vscodoniæ seu Hadrianopolim, Thra-
cie urbem, quum cepissent Scythæ, in ea
centum hominum millia iugulata sunt.

C. Casar dictator prædicare solitus di-
citur undecies centum & nonaginta mil-
lia, præter eos qui ciuilibus bellis perij-
sent, suo ductu & auspicijs cæsa. Sabelli-
cus in exemplis.

M. Claudius & C. Cornelius consules,
quingenta Gallorum millia profliga-
runt. Volaterranus.

Claudius princeps ccc. millia Sarma-
tarum cecidit ad Martinopolim.

Claudius Nero & Liuius Salinator se-
xaginta Pœnorum millia apud Metaurum
Vmbriæ fluium ceciderunt, dum Astru-
bal fratri suo Annibali suppetias ferre co-
naretur. Plutarchus.

Q. Fabius Allobrox de exercitu Bituiti
Aruernorum regis cxx. millia hominum
cæcidit. Liuius lib. 6.

Cæsa sunt ab Alexandro ex Darij exer-
citu supra undecim millia. Cæsa sunt à
Crasso duodecim millia de Spartaci exer-
citu. Cæsa ad Cannas Romanorum L. mil-
lia. Cæsa ad Granium flumen à Lucullo ex
Mithridatis copijs hominum uiginti mil-
lia, præter captos. Cæsa sunt à Pompeio
ex liberis Lx. millia. Cæsa à Sylla ex Ma-
rianis xx. millia. Decem millia ex Mithri-
datis exercitu à Pompeio. Cæsa à Ptole-
mæo ex Demetrii exercitu L. millia. Cæsa
ab Alexandro Persarum cxxi. millia. Cæsa
à Parthis Romanorū decem millia, duce
Crasso. Cæsa ex Scipionis & Catonis e-
xercitu à Casare quinq; hominum myria-
des. Cæsa à Mithridate septem Romano-
rum millia. Cæsa à Lucullo ex Tigranis Ar-
menie regis exercitu peditum centum mil-
lia, equitum quinquaginta. Cæsa octo mil-
lia Cilicum à Lucullo. Cæsa Lxxx. millia
Germanorū sub Ariouisto duce à Casare.

Cæsa Pœnorū xl. millia à Scipione. Cæsa
xv. millia Romanorū ad Thrasymenum.
Cæsa lx. millia Neruitorum à Casare. Cæsa
xxx. millia hominū de exercitu filiorum
Pöpeij à Casare. Cæsa in bello Macedonū
cōtra Lacedæmonios quinq; millia, et trecē
ti, ex Macedonibus trecenti et nō amplius.
Cæsa in urbis Hierosolymitanæ excidio
undecies cētena millia. Cæsa à Britānis Ro-

manorum

manorum

manorum

manorum 70 millia, Lucibus Petito &
Sueonio autor Cornel. Tacit. Cæsa pau-
lo post à Romanis Britannorum 80 millia.
Quam cladem egrefere Boudicca eorum
regina, ueneno clausit uitam. Cæsa à Gra-
tiano impera. triginta Alemanorū millia,
apud Argentarium oppidum. autor Sext.
Aurelius.

Friola filius Alphonsi Cathalici regis
Hispaniæ 50 millia Sarracenorum in bello
accidit.

In bello Eduardi 4 Anglorū regis, con-
tra Scotos, perierūt Scotorum 60 millia,
Anglorum 7 s. lam.

In agro Tholosano Athila rex Hunno-
rum congressus est cū Etio et Theodorico
Gothorū regibus. In quo conflictu 180 mil-
lia uiuorum decubuerunt. Paul. Diac.

Quantam suorum stragem acceperit La-
dislaus rex Pannoniæ, dum in Amuratem
regem Turcarum confliget, hinc auspica-
ri licet, quod ex ipsi etiam uictoribus qua-
dringenta millia post pugnam desiderata
sint. Sabell.

Carolus Martellus Gallorum rex, Abidi-
vanum Visigothorum regem (qui in Galli-
am hostiliter irruerat) ad Burdegala do-
muit, cæciditque eius exercitus 350 millia,
quum tamen Franci non amplius mille pe-
rierint. Sabell.

In bello Roderici regis Gothorū con-
tra Sarracenos 700 millia hominū utri-
que perierunt.

**BELLICOSI VIRI, CVM
illustribus uictorijs.**

G Edeō iudex Hebræorū percussit qua-
tuor reges Madianitarū, Oreb, Zeb,
Zebæ, et Saiman. Interfecitq; ex eorū
exercitu 120 millia hominum apud Iorda-
nem nocte una. Iosephus lib. 5.

Cyrus Astyagem regno Persarū expulsi-
o translato in Persas Medorum imperio. B-
bylonios cū Croeso Lydorū rege domuit
quem primo uenia donatum, ac secundorū
bellantem uita et regno spoliavit. Subacta
Asia, ac toto Oriente, aggressus est Sey-
thas, ubi à Thomiri eorū regina uictus est,
& interfectus.

Darius Istaspis filius Babylonios perdo-
muit. Ionas nauali prælio superauit. Ather-
niensibus congressus est, sed magno suo in-
commodo.

Xerxes rex Persarum centena millia ar-
mauit in Græciam. Athon montē acetō di-
rupit, diruptum fecit peruium uelis. Cum
Themistocle congressus est, & apud Sala-
minē ab eodem uictus. Post aliquot annos
cū Cimone Atheniensium duce manu con-
ferens, quū fortunam ubiq; nouercam ex-
periretur, uoluptati se dedit.

Arsaces obscura conditionis homo, col-
lecta Scytharū exulum manu, Parthos sub-
egit. Syriæ regem Seleucum & Hircanōs
redegit in seruitutem.

Cleomenes dux Lacedæmoniorum Ara-
tum ducem Achæorum multis affecit cladi-
bus. Argos antea nulli expugna: in pote-
statem recepit. Annos 14. felicissimè impe-
rauit, reliquit multas illustres uictorias.

Demetrius Poliorcetes, Antigoni Mace-
doniæ regis filius, traiecto Euphrate Baby-
loniam occupauit, Athenas à Cassandri et
Ptolemæi imperio redemit. Cyprum, expu-
gnato Ptolemæo, nauali bello recepit. Bœ-
otios accepit in deditiōnem. Pyrrhum ab
oppugnatione Thessaliæ repressit. Ad ex-
tremū fortuna insidiante uenit in manus
Antiochi.

Epaminondas Thebarum princeps, cum
Lacedæmonijs cōgressus, multas uictorias

uoluit. Traiectus lancea, et in castra fami-
anionis relatus, ubi audiuit se esse se-
cum suū, nec ab hostibus captum. Bene res
habet, inquit, mortem hanc morior lubēs.
Atq; ita ueluti gratulabundus expirauit.

Lysimachus Agathocles filius, leoni fame-
lico, Alexandri iussu, datus in prædā (quod
Calisteni captiuo ad remedium calamitatis
dedisset uenenū) manū amiculo inuolutum
in os leonis intulit, arreptaq; lingua ferā
exanimauit. Quo illustri facinore concilia-
tus est Alexandro. Trogus lib. 15.

Leonidas Spartanus quatuor, nec ampli-
us, suorum milibus stipatus, ausus est ma-
num conferre cum numerofo illo, omniū
post homines natos populosissimo Xerxis
Persarum regis exercitu, apud angustias
Thermopylarum, ubi parta uictoria, im-
mortale quoque sibi nomen peperit. Idem
quoq; milites solebat hortari, ut prande-
rent, tanquam apud inferos cœnaturi: quo
uerbo iubebat eos esse uacuos metu. Iusti-
nus lib. 2.

Fecit Themistocles filiū suum Cleophan-
tam in equestri facultate adeo strenuum, ut
aquis redius insisteret, et redius iaculare-
tur, aliaq; per multa efficeret stupenda. Cæ-
sius cap. 12. lib. 8.

Conon dux Atheniensis fuit bellica uirtu-
de clarissimus, qui Lysandrum Lacedæmo-
norum ducem terrestri prælio uicit, et A-
thenarum restituit libertatem. Vnde factū
adagium, Bellum Cononi curæ fuerit. Iusti-
nus lib. 5.

Timoleon dux Corinthibus Syracusas à
Dionysij tyrannide liberauit, tyrannū in
exiliū misit. Leonimorū principē, nomine
Icetū, bello captū interfecit. Mamerçū Ca-
tanē tyrannū in fugam uertit. Leptikum
(qui Apolloniam per uim ceperat) captum

et uindictam Corinthiam misit. Carthaginienses
in Siciliam irumpentes superauit, eo-
rumq; castra diripuit.

Ceneus Thessalus quū mulieris in uulnere
set prælijs, nunquā tamē ledi potuit. Hinc
natum pro uerbum, Inuulnerabilis ut Cey-
neus. Nestor apud Ouid. lib. 12. Vester fuit
unicus auro Contemptor ferri, nulloq; fo-
rabilis ictu Cyneus: at ipse olim patientem
uulnera mille Corpore nō læso Perhabū.
Ceneauidi, Ceneau Perhabum, qui fatis
inclutus Oihryn incoluit.

Archidamus Lacedæmoniorū princeps,
Methonem ad Atheniensis deficiētiore rece-
pit. In bello cōtra Pylo primus ē nauis pro-
filiens, nec uulneratus est, nec scutum ami-
sit. Aduersus Amphipolim strenuē decer-
tauit. Tandem instimulatus, quod Agnonē
Thraciæ regi faueret, damnatus est.

Bodrus Atheniensis rex, cū in bello Po-
loponesiaco accepisset ab oraculo, uicti-
cem fore gentem, cuius princeps bello peri-
ret: relictis uerbis imperatorijs, grega-
rium se finxit militem, eoq; modo inimicis
occidendum se præbuit.

Idanthyrsus Scytharū rex, bello res ma-
gnas gessit, multum Asia sub iugauit, ex ta-
tam propē Aegyptum peruigatus est.

Aratus dux Sicyonijs, collecta cōiurato-
rum manu patriā feruente liberauit, expu-
litq; Nycocleē tyrannum. Cōposito patriæ
statu dux Achæorū factus, corū Rempubl.
an. 14. felicissimē administrauit. Locridem
et Calydoniā depopulatus est, Acrocorin-
thum expugnauit, Macedonib; inde repul-
sis. Argæorū tyrannos Aristonicū primō,
deinde Aristipponē bello sustulit. Aetholos
Achæis inimicos plerūq; debellauit. Subla-
tus demum dicitur, et ueneno potus à Phi-
lip. Macedonē rege, cui erat formidolosus.

Seleucus

Seleucus Nicanor, Rex Syria, Babylo-
nā cepit. Badrianos expugnauit, penetra-
uit ad Indiam. Compositus in Oriente reb.
Lysimachū domuit, et interfecit. Trogus
lib. 15. et Volat. in Georg.

Antiochus Maximus Syriae rex, Babylo-
niam, Aegyptum, et Iudæam patrio adiecit
imperio. Graciam cum sexaginta milibus
intrauit.

Mithridates Phraatis filius Parthorum
auxit imperium, Armenios nunquā antea
sub iugum missos adoratus est. Babylonios
accepit in deditiōne fratre interfecto, quē
subditi regno præfecerat ob ipsius Mithri-
dati crudelitatem. Cum Romanis bellum
gerens Crassianum cum filio, ac toto exercitu
deleuit.

Gylippus uir Lacedæmonius, bello stre-
nuus, Athenienses multis bellis multisq; cla-
dibus affecit. Tibull. lib. 4. Non magni po-
tior sit fama Gylippi.

Sunt et alij pleriq; uirtute bellica memo-
rabiles, ut ex Troianis Priamus, Aeneas,
Hector, Paris, Deiphobus, Troilus. Ex
Græcis Agamemnon, Menelaus, Achilles,
Ajax uterque, Patroclus, Ulysses, Nestor,
Diomedes. De Achille, Catullus: Non illi
bello quisquam se conferet heros. Horat.
Scriptor honoratum si forte reponis A-
chillem, Impiger, iracundus, inexorabilis,
acer, iura neget sibi nata, nihil non arro-
get armis.

Bellicam Aeneae uirtutem Diomedes a-
pud Vergil. lib. 11. his aperit uerbis:
Munera, quæ patrijs ad me portastis ab oris,
Veritate ad Aeneam: stemus telia spera contra,
Contulimusq; manus: experto credite, quantus
In clypeū assurgat, quo turbine torquetur hastā, etc.

His adduntur, Atrastus rex Argiuorū,
Agésilas, Brennus, Catespes, Carilmas, Ci-
mon Atheniensis, Cræsus, Euaudet, Iugur

tha, Iason, Hercules, Pacorus rex Partho-
rū, Perseus, Theſeus, Pyrihous, Pyrrhus,
Achyllides, Tibeus, Thrasibulus, et alij
pleriq; poetarum carminibus cantatissimi.

Pyrrhus Epyrotarum rex, Leuinū con-
sulem apud Heracleam bellorum nouitate
turbauit. Ad uigesimum ab urbe lapidē ca-
stra posuit, Curio et Fabritio congressus
est, Argos obsedit, ubi tegulae iacta ad ex-
trēmum fertur perisse.

Philippus Macedo Athenienses uicit. Tra-
iecit in Illyricū, Larissam urbem cepit, ex-
pugnauit Thessaliam, et Methonem Ma-
gnesiæ urbem. Dux Thebanis delectus con-
tra Phocenses, eos diripuit. Olynthios de-
leuit, Arisbam Epyri regem regno deiecit.
Byzantiū obsedit, ubi longa mora consum-
ptus ad Pyratia se conuertit. Scythas stre-
tagemate superauit. Rebellantes iterū A-
thenienses domuit.

Alexander Macedo, Philippi ex Olym-
piade filius, tantum nomen bellica uirtute
sibi comparauit, ut recēs quoq; sit semper
eius memoria. Viginti natus annos The-
bas euerit. Traiecit in Hellesponto illū pro-
fectus est, ubi animaduēso Achillis sepul-
chro, Achillem ipsum felicem prædicauit,
quod laudum suarum præconem habuisset
Homerū. Darium Persarū regem ad Gra-
nium flumen perdomuit, caesis uiginti Per-
sarum milibus, ubi Darium ipsum cum u-
xore et filiabus captiuum duxit, quem ta-
men iterum donauit uenia. Verū ubi ter-
tiō rediret, grasset copias, uictio regnum eri-
puit. Eius tamē interfectorem Bessus sup-
plicio affecit. Scythas deum læcessit. In
India Porum regem numerosis armatū col-
pjis, et quatuor cubitis cum palmo proce-
rum sudit, cui et pepercit. Curtius et Plu-
tarch. autores.

Annibal Amilcharis filius, uiginti annos natus, Saguntibum expugnauit. In Italian quinto mense superatus Alpibus, ab Hispania peruenit. Apud Ticinum Corn. Scipionē, patrem Africani maioris, occurrentem superauit. Sempronium consulem apud Trebiā ingēti clade affecit. C. Flaminium quoq; prostragauit ad Thrasymenū, interfectis ex eius copijs 25. millibus. P. Aemylium, & Terentium consules cum exercitu deleuit apud Cānas, ubi senatores 90. alij ad 45. millia perierunt, ubi & annulorum modij tres reperti sunt. Inde omnium metu, accessit proximē Romam, & ad tertium usq; lapidem Claudium Marcellū Romanorum ducem iterum fudit: & ad extremum uictus à Scipione, Romam liberauit metu. Liuius.

Manlius Torquatus Gallum prouocantem, scuto & gladijs duobus armatum, ornatumq; torque & armillis, uiribus, adolefcentia, magnitudine, & uirtute antestantem ceteris, occidit, mortuo torquem detraxit, eamq; sanguinolentam collo suo impofuit. Quo facto, ipse, posteriq; eius Torquati cognominati sunt. autor Sell. ca. 13. libro 9.

Attilius Regulus consul fufis Salentinis triumphauit. Primus Romanorum ducum in Africam classe traiecit. Quassata Amilcharis classe, naues longas 63. oppida 200. ac totidem hominum millia cepit. In Africa portentosa magnitudinis serpentem occidit. Captus demum infidijs Xantippi Lacedemonij mercenarij militis, miserabili exitu ab inimicis enecatus est.

C. Acilius Caesaris miles, nauali ad Mastiliam praelio, iniecta in puppim hostiū dextra, & obrucata, eam leua apprehedit. Nec ante dimicare desijt, quam captā pro-

fundo mergeret, Atheniensem illum Cyne- girum imitatus, qui in cōsecranda Xerxis classe, idem legitur fecisse. Herod. lib. 6. Achilinus Belisarij miles, solus ad portā Pintianam Gothorum repressit impetum. Procopius.

Furius Camillus Faliscos obsedit. Veios decenniali obsidione domuit. Gallos Senones Roma pepulit, eisq; uexilla Romanorū extorsit. Quinto dictator Celtas iterū Romam petentes ad Anienem fluium superauit.

M. Curius Dentatus triumphauit de Samnitibus. Iterū de Sabinis. Tertio de Lucanis ouans urbem ingressus est. Pyrrhum Epyrotarum regem ex Italia pepulit. Legatis Samnitum aurum offerentibus, respondit, se malle imperare aurum habentibus, quam accipere.

T. Q. Flaminius (eius Flaminij filius, qui ad Thrasymenum Annibali inauspicata congressus, cecidit cum exercitu) Philip-pum Macedonae regē praelio fudit, castris exiit: Thessaliam, tuuantibus Aetholis & Acarnibus, uexauit. Ciuitates quae sub Philippo erant, per praecōnē liberae esse pronūciavit. Demetrium obsidem accepit, quē postea pecunia multatum in regnum restituit. Nabin Lacedemoniorum tyrannum subegit. Legatus in Graeciam contra Antiochum & Aetholos ad confirmandas in fide Romanorum ciuitates missus est.

T. Sempronius Gracchus, Gracchorum pater, Celtiberos in deditiōnem accepit. Praetor Galliam domuit. Subiugauit Sardinia, cuius incolae plurimos exposuit uenales.

Manlius Capitolinus ob Capitolium à Gallis defensum, nomen sortitus, annos 15. natus militem uoluntarium se obtulit. Mi-

litaribus donis 37. à suis ducibus donatus est. Cicatrices habuit 33. in corpore. Plinius.

M. Claudius Marcellus Gallos (qui se in subribus iunxerant) iuxta Padum uicit, interfecto eorum duce Viridomaro. Annibalem inuictissimum ducem primus apud Nolam superauit. Contra Syracusas profectus, triennio urbem oppugnauit. Tandem interfectus est ab exercitu Annibalis apud Venusiam.

C. Marius septies consul, Iugurtham captum in triumphum duxit. Cimbro in Gallia, Teutones in Italia suppressit, deq; his triumphauit. Apuleium & Glauclia praetores seditionis interemit. Syllam uictum coegit Minturnis delitescere inter paludes. Spiculatorem Gallum ad infrendam sibi mortem missum, uultus maiestate deterruit. Plutarchus, & Liuius.

Scipio Africanus annum agens 17. primipio secundi belli Punici ductus in castra, circumuentum ab hostibus patrem liberauit. Post Cannensem cladem quum iuuentus de relinquenda Italia cogitaret, ipse gladio supra capita erecto iurare singulos coegit, se non relicturos patriam. Mortuo in Hispania patre, quum omnes id bellum re-fugerēt, sponte se obtulit, natus annos 24. ubi Carthaginem nouam undie expugnauit. Asdrubalē superauit. Masinij nepotem in bello captum, auro remisit. Syphacē regem ui cepit. Annibalem ex Italia accersitū superauit, Carthaginemq; Romanis fecit tributariam. Reuersus Romam triumphauit. Consul in expeditionē Asiaticam profectus, omnia suis auspicijs rexit. Antiochum sub iugum misit. Accusatus demum, quod praedam Asiaticam non totam in uerarium contulisset, Linternum secessit in-

uillam suam, pertesus ingratiudinem uer- bis. Liuius.

Scipio Aemilianus, Pauli Aemylj filius, Numantiam euertit, Carthaginem pentus sustulit.

Paulus Aemylus, Aemylj Pauli consulis, collegae Terentij Varronis, filius, de Liguribus triumphauit, Perseum Macedonae regem cepit, demum in triumphum duxit. Proconsul in Hispania cum Vascetanis & Lusitanis aduerso Marte pugnauit. Anno tamē sequenti Lusitanos fudit, caesis ex eorum exercitu octodecim millibus. Capti uerò 530.

L. Sicius Dentatus propter ingētem fortitudinem Achilles Romanus uocatus est. Pugnauit in hostem 120. praelijs. Cicatricem auersam nullam, aduersas 45. tulit. Coronis donatus est aureis 8. obsidionalibus una, Muralibus tribus, Ciuicis 14. Torquibus 83. Armillis plus centum & sexaginta, Hastis 18. Phaleris item quinque uicesq; Triumphauit cum imperatoribus suis triumphos nouem. autor Plinius, & Gellius.

M. Sergius (ut scribit Plinius) secundo stipendio dextram manum perdidit. Stipendijs duobus, ter et uicies uulneratus est. Bis ab Annibale captus. Bis uinculorum eius profugus 20. mensibus nullo non die in ca-thenis & compedibus custoditus. Sinistra manu sola quater pugnauit, duobus equis insidente eo suffossus. Dextram sibi fecit ferream, atq; religata praeliatus est. Cremonam obsidione exemit. Placentiam tutatus est. Duodena castra hostiū in Gallia cepit. Vicit etiam Fortunā Solinus & Pontanus de uirtute bellica.

Porfena rex Etruscorum dum Tarquinius in urbem restituere tentans, Ianicu-

lum cepisset, Horatius Cocles pro ponte sublicio stetit, sustinuitq; hostilem impetum, donec pons a tergo frangeretur, quo cum in Tyberim decidit. Sabell. Quisq; sibi pontem passus post terga reuelli, ipsa licet contra staret Ethrusca phalanx.

M. Scruua Centurio Cæsaris in Gallia solus in acie restitit. Quis in hostes rueret, et iam telo femur transfixus esset, cõtus usq; caput ictu saxi, clypeo et galea disiectis, gladioq; fracto, duplici lorica munitus, se in mare proiecit. Et quis natando peruenisset ad suos, Parce (inquit) imperator, arma perdidisti. Tranquillus scribit, eum effosso oculo, transfixisq; humeris et femore, ac clypeo centum et uiginti foraminibus terebrato, castelli commissi portam non reliquisse.

Pompeius Magnus Syllæ primum partibus adhaesit. Domitium expugnauit. De Iarba rege Mauritaniae triumphauit, nõ in patientibus annis. Contra Sertorium in Hispaniam profectus, Metelli copijs se cõiungens, eum cum tota factione sustulit. Pyratum bellum trib. cõfecit mensibus. Triumphauit de Mithridate rege Ponti. Tigranem uicit regem Armeniae, quem tamen ad genua sua prouolutum regno restituit. Iberos, Albanos, Iudeos debellauit, capto eorum rege Aristobolo, et in triumphum unda cum filio Tigranis ducto. Reuersus ex Oriente triumphum egit biduo, prænотatis uictarum gentium titulis. Ad extremum uero fortuna zephyro, uictus a Iulio Cæsare in capis Philippicis, coactus est uelut profugus ad Aegypti regem Ptolemæum se recipere, ubi hospitium (qui se commiserat) perfidia interfectus est.

Victor Pompeij Cæsar Galliam omnem decennio subegit, eamq; rediguit in prouinciae formam. Germanos, ponte super Rhenum

fabricato, maximis affecit eladibus. Aggressus est Britannos ignotos antea, superatisq; pecunias et obsides imperauit. Macedoniam transgressus, Pompeium per quatuor penes menses, maximis obsequijs operibus, ad extremum Pharsalico prælio fudit, et fugientem Alexandriam persecutus, occisum ut deprehendit, cum Ptolemæo rege bellum difficilissimum gessit. Victor Aegypti uergnum Cleopatrae, fratrisq; eius minori permisit. Ab Alexandria Syriam, et inde Pötum transijt, urgentibus de Pharnace nuncijs, quem Mithridatis Magni filium, multis et successibus præferoecia, intra quintum (qua affuerat) diem una prestigauit acie. Deinde Corn. Scipionem, Pompeij focerum, et Iubam reliquias partium Africae refluentes deuicit, et Pompeij liberos in Hispania. Cõfecit bellis quingentes triumphauit. Primum triumphum egit Gallicum. Sequentem Alexandrinum, ex uictis et interfecto Ptolemæo. Huic proximum Africanum ex Iuba debellato. Deinde fonticum de Pharnace. Nouissimum, Hispaniensem de Pompeij liberis. Restante demum Fortuna, quum optimatum partibus esset formidolosus, Bruti, Cassij, et aliorum cõiuratione, tribus et uiginti uulneribus in senatu confossus est Sucton. et Plut.

M. Antonius Triumuir, interfecto Cæsare, foedus cum Lepido et Augusto contraxit. Brutum et Cassium Cæsaris interfectores uicit in Macedonia. Profectus in Asiam, multos in Oriente reges debellauit. Antigonum Iudeorum regem securi percussit. Phraati Medorum regi congressus, cum uictor euassisset, uictum ad Araxem usq; persecutus est. Armeniae regem, Alexandriam duxit in triumphum. Quum ergo uidit se positurum in gremio luxuriantis Fortuna (in quo

quo parum sibi conuenientissimum) felicis capitus, incidit in amoris Cleopatrae, quam repudiata Octauia Augusti sorore sibi copulauit. Hinc orta fax belli ciuili. Hinc Augusti nata indignatio, cui apud Actium congressus, et ad extremum uictus profugit in Alexandriam, ibiq; gladio se confecit.

Augustus Imp. Cantabros, Aquitanos, Rhetos, Vindelicos, Dalmatas Romano subiecit imperio. Sueuos, Cattosq; deleuit. Sicambros in Galliam transtulit. Pannonios stipendiarios adiecit. Getarum populos, Basternasq; laesit bellis ad concordiam impulit. Obstitit accepit a Persis, creandiq; regis arbitrium. Ad eum Aethiopes, Indi, Scythae, Garamantes legatos cum donis miserunt. Bella ciuilia quinq; gessit, Mutinensem et Asiaticam aduersus M. Antonium. Philippensem in Brutum, et Cassium. Perusinum aduersus L. Antonium Triumuirum fratrem. Siculum aduersus Sextum Pompeium Cn. Pompeij filium. In bello Mutinensi non modo ducis, sed etiam militis finis est munere. Nam aquilifero legionis suae gradibus uulnerato, ipse aquilam humeris subijt, diuq; portauit. Quod fuit argumentum et indicium magnae fortitudinis.

C. Tacitus prodit, Vespasianum consueuisse anteire agmen, locum capere, cibo fortuito, ueste habituq; uix a gregario milite differre, legiones habuisse exercitibus bello, noctu stesisse in excubijs, militibus stratagematibus dolisq; bellicis instruxisse.

Probus imperator, bello Sarmatico tribunus, transmissis Danubio multa fortiter fecit. Donatus est hastis puris quatuor, coronis uillaribus duabus, ciuica una, uexillis puris quatuor, armillis aureis duabus, torquibus aureo uno, patra una librarum quinque ad rem diuinam. Sabell. Cuius in Elegijs Romanas quosdam delucosos his uerbis enumerat.

Et quem decepte praesentem crimina dexterae
Cernere nigrum nimis Porfena non potuit.
Tercennum Fabios, assentoresq; Camillos,
Nec quibus agnomen Africa terra dedit.
Non Catulos Deciosq; duos, geminosq; Catones,
Non Capitolium nomina magna Iaris,
Nec taceat Cossus, nec te Marcelle relinquit,
Non Curios porcos, Fabriciumq; senem.
Tollat in immensum Syllam Mariosq; feroces,
Pompeiosq; duos, Cæsaremq; domum.

Aurelianus Imp. irrumpentes in Italiam Sarmatas bello fudit, e quibus uno die octo et quadraginta sua manu interfecit. Zenobiam quoq; Palmyrae reginam in triumphum duxit. Profectus in Galliam, Tetricum subiugauit. Mox in Aegyptum traiciens, regionem pacauit, sublato Firmo, factiones ibidem suscitante. Romam postremo reuersus, de his omnibus triumphauit. Fl. Vopiscus.

Iustinianus Imp. Persas domuit. Vandalorum gentem deleuit. Africam Rom. imperio totam restituit. Gothos iterum in Italiam irrumpentes fudit. Mauros Africa intrantes cum Attila rege subiugauit. Quae magna ex parte auspicijs Belisarij gessit. Propter tot uictorias dicebatur Alemanicus, Gothicus, Alanicus, Vandalicus, Africanus. Paulus Diaconus lib. 8 rerum Rom.

Clodoueus Gallorum rex, Alemanos domuit, Gothos regno suo expulit, Alaricum eorum regem cecidit, aliaq; permulta egit facinora, quibus docuit gentem suam ad arma natam.

Huius filius Theodoricus, Turingia cum rege subiugauit. Traiecit in Italiam cum 80 millibus armatorum, Belisarij copias repetito fregit impetu. Transpadanam regionem uicit. Decem Burgundiorum millia Gothis auxilio misit.

Carolus Martellus Pipini primi filius, Aurelianos uno impetu fudit. Traiecto Rheno Alemanos, Sueuos, Bawaros, regno Francorum adiecit. Saracenos ab Eu-

donec duce in Aquitaniam uocatos profli-
git, ut, caesis ex eorum exercitu 385 milli-
bus Amorreū alterum eorum regem, sup-
petas Athimo apud Marbonem obfesso fe-
rentem, deleuit Gothos (qui Hispaniam ci-
teriorē Gallie partem annos iam 300 tur-
bauerant) profugauit. Omnem postremo
Galliam Francorum regno subiecit. Vola-
terranus.

Carolus Magnus Pipini secundi filius,
euidens uirtutis Gallicę reliquit argumen-
tum. In primis Aquitanorū regem Himul-
dum in deditioem accepit. Accersitus ab
Adriano Pont. Lōgobardos cum duce De-
siderio Italia expulit, quā annos iam 104
possederant. Domum reuersus bellum Sa-
xonum (quod annos propē 34 durauerat)
quamuis interpolatum, prosecutus est.
Quos sub iugum redactos, ad Christianę
quoq; pietatis cultum induxit. Aigolandū
Sarracenum, Hispanosq; malē de Christo
sentientes, subiugauit. Bencuentanorum
(qui duce Araiso in Romanum Pont. tu-
multum parabant) repressit. Taxilonē Ba-
narię ducem, res nouas molientem, sola pa-
cauit legatione. Hunnos (qui Pannoniam
occupauerant) magnis affecit cladibus. Go-
defredum Normanorum ducē, Francorum
socios uexantem, in potestatem suam rede-
git. Leonem tertium Pont. a Romanis ex-
pulum, suę feli restituit. Cui tantę uirtuti
adiecit amorem literarum, quas usq; adeo
et amabat et mirabatur, ut Parrisiensem
Academię primus instituerit. Erat cor-
pore procero, uastis præter consuetudi-
nem uiribus.

Tamburlanus Scyrbauū rex, Mætos, Al-
banos, Mesopotamiā, Persiam, Parthiā, et
Armeniam subiugauit. Traiecto cum 600
millibus peditum, equitum uerò trecentis

Euphrate, Aflam minorem obtinuit. Regē
Turcarum Pazaitem captiuum in laqueos
coiecit, tanta feritate, ut eum instar beluę
clatris inuoluitum secum semper duxerit et
sub mensa, in modum canis, micæ et fru-
stilla comedere iusserit, equumq; ascensu-
rus, eius humeros pro scabello pedibus cō-
culcauerit.

Amurathes rex Turcarum, Thessaloni-
cām urbem uicaptam diripuit. Epyrum et
Aetholiā subiugauit, Pannoniā cum centū
armatorum millibus ingressus est, Panno-
nios bello bis fudit.

Arturus rex Britanię, adeo bellica uirtu-
te excelluit, ut quadringētos et sexaginta
uiros in prælio solus interfecerit, ac regna
plurima suę adiecit diuioni. Viebatur ga-
lea aurea, in qua sculptum draconē præst-
rebat. Ferebat clypeum, in quo picta erat
Christiparę genitricis effigies, ut omni di-
scrimine, rebus omnibus, eam semper habe-
ret præ oculis, uelut adiutricem. Viebatur
lancea ardua, et mistati ponderis, quam
secum deferri semper uolebat. Cātatissima
est eius uirtus, et recens propē memoria,
frequensq; fama in ore omnium.

MACHINAE QUÆDAM bellicę, et tormenta.

Arcuballistę et Carroballistę diceban-
tur minores machine, quę curri: uilis
ferebantur.

Ballista bellicū erat tormentū ex ferro,
aut taxo, aut osse, quo magni lapides emit-
tebantur, ut ait Sulpitius. Ouid. libro 1 de
Tristib. Quā graue ballistę mœnia pul-
sat onus Cicero lib. 2 Quęst. Tusculan. Ut
enim ballistę lapidum, ita reliqua tormen-
ta telorum. Ballista formabatur eama-
nitudine, ut lapides 120 pondo eiaculare
tur. Ballista maior saxa contorquet. Hęc a
Phœnijs

Phœnicibus reperta est. De hac Syl. lib. 1.
Phocais effundit uastos ballista molares.
Ballista maior hastam iacit, et parua spi-
cula. De hoc uidetur intellexisse Luca. lib.
3. dicens: Nec enim solis excussa lacertis
Lancea, sed tenso ballistę turbine ra-
pta, &c.

Bombardam Galli uocant machinam a
hombo et ardeo, ut autumt noster Nico-
laus Beraldus, execrabile profusus inuen-
tum, quo nihil fulmini magis simile, luce,
impetu, et odore teterrimo. Cuius inuen-
tori (ut inquit ille) robur et æs triplex cir-
ca pectus erat, illum parentis credi terim
sui Ceruicem, et penetralia sparsisse no-
cturno cruore Hospitis, &c.

Graphicam tormenti huius descriptio-
nem, uide apud eundem Beraldum in Rusli-
cum Politiani, ex uersibus Ioannis Marię
Catanei. Ricardus Bartholinus Bombar-
dam uocat turrisfragam, nouo, sed tamen
conuenienti epitheto. Volater. ait, Bombar-
dam primam a Germanis dono Venetis da-
tam, quum hi apud Clodiam fossam Genu-
enses obsiderent.

Cochleę dicebantur rotundę machi-
nę, in quibus per circuitum obfessores con-
scendebant in muros inimicorum.

Exostropa erat turris ambulatorię,
per quem obfessores in muros obfessarum
urbium transmeabant.

Falces et Harpagę armorum genera
sunt apta murorū oppugnationi. Sisenna
apud Noniū, Falces iniectas comminuunt,
Putcos propius collocatis Harpagis dei-
ciunt, mittunt in turribus.

Malleoli erant quedam missilia, quę ar-
cu iaciebantur, materiam habentia ad com-
burendum. Liuius: Aliqui uenerunt feren-
tes stuppam, picem, et malleolos.

Musculi dicuntur minores machine,
quibus protecli obfessores urbis fossatum
(uerbum est Vegetij) comportatis lignis et
lapidibus complent, et solidant, ut turres
ambulatorię sine impedimento admouean-
tur, et applicentur muris. Minores sunt ui-
neis, et pluteis firmiores. Vocantur autem
a similitudine musculorum piscium. Nam
quemadmodum illi quum minores sint, ta-
men Balenis auxilium adminiculumq; ex-
hibēt: ita quoq; hęc machine subsidio sunt
ambulatorijs turribus ad parandam uiam,
præmuniendaq; itinera.

Phalarica genus erat telii, quod ex pha-
lis, id est, turribus ligneis intorquebatur.
Erat autem præfixa ualido ferro in modū
hastę intra tubum, cuius hasta sulphure,
resina, bitumine, et stuppis conuolueba-
tur, infuso oleo, quod incendiarium uoca-
bant, et a ballista emittebatur.

Plutei conuehebantur ad similitudinem
cassidis e uimine, cilicij: protegebantur, co-
rijs, ternisq; rotulis, quarū una in medio,
duę in capitibus oponebantur, ad moue-
bantur in quancunq; partē, more carpen-
ti, et applicabantur muris: horum mun-
itione protecli obfessores, sagittis, fundis, et
missilibus obfessos de propugnaculis ciui-
tatis exturbabant, ut scalis ascenden-
li facili-
lior pateret occasio.

Sambuca fiebat ad similitudinem citha-
re. Nā ut in cithara sunt chorę, ita in tra-
be, quę turri admouebatur, erāt funes, qui
pontem de superiori parte trocleis laxa-
bant, ut descenderent ad murum, exibantq;
statim bellatores, et per eam transeuntes
mœnia urbis inuadebant.

Scorpiones machine sunt, quę Vegetij
tempore dicebantur Manuballistę. Ideo au-
tem nomen hoc traxerūt, quod a manu sub-

tilibusq; spiculis inferrent mortem. Aliter Scorpio uocatur Onager, quod a fini fori quum a uenantibus agitantur, ita eminus lapides post terga calcitrando emittunt, ut perforent pectora sequentium, aut perforent osibus capita ipsa disspodant. Saxis autem per Onagrum contortis, non solum equi elidebantur & homines, sed etiam hostium machinamenta frangebantur.

Telena machina fiebat hoc modo: Trabs una in terram praecili defigebatur, in cuius uertice coniecebatur altera longior, dimensa medietate eo libramento, ut depresso uno capite, erigeretur alterum. In unoquoque capite cratibus, & tabulatis contexebatur machina, in qua pauci collocabantur milites. Depresso itaque per fines altero trabis capite, altero uero (in quo erant) eleuato, imponebantur in murum.

Testudinem machinam fuisse bellicam, Vegetius ait, de materia ac tabulis contentam, quae ne exureretur incendio, corijs, uel cilicijis eentoniibusq; uestiebatur. Haec intrinsecus accipiebat trabem aduncam prefixam ferro, quod Falx uocatur, ab eo quod incurui est, ut de muro lapides extrahat. Idem ait, caput eius uestiri ferro, appellariq; Arietem, quod frontem habeat durissimam, quae subruat muros, & arietum more uero cedat, ut cum impetu uehementius feriat. Habet autem testudo machina similitudinem cum testudine uera: nam sicut haec modo reducit, modo praefert caput, sic illa interim reducit trabem, & quandoque exerit. Vide Amianum Marcell. quoque. De Ariete Verg. - Labat ariete crebro lanua, & emoti procumbunt caridine postes. Ouid. lib. 11 Met. Nec leuius pulsata sonat, quam ferreus olim Quum laceras aries balistae concutit arces. Hinc Arietare uer-

bum, id est, cum impetu percutere. Vergil. Arietas in portas, & duros obice postes. De Ariete Pampylus: Rumpo fores, muros quatit, demolior arces. Cornua ferrata subtrabe dura gero.

Turrae ambulatoriae, sunt machinamenta trabibus tabulatisq; compacta, crudis corijs, & centoniibus communita, ne hostibus crementur incendio. Fiebant interdum tanta proceritate, ut & muros, & lapideas turres altitudine superarent. Voluebatur multis rotis arte mechanica suppositis. Quum muris admouebantur, praefenserat ciuitatibus periculum. Nam sursum uersum habebant scalas, quibus irrumpebatur in urbem. Deorsum uersum arietes, quorum impetu diuellebantur muri. In earum fastigio collocabantur sagittarij, qui obessos contis, & saxis missilibus protrudebant, & ita capiebant ciuitatem sine mora. Obessos enim nullus spes erat auxilij, quum supra se aspicerent altiore hostium murum.

Vinea (quae aliter Cattos uocant) fiebant hoc modo. De lignis leuioribus machina colligebatur, lata pedibus octo, alta pedibus septem, longa 10. huius testum munitione duplici tabulatis cratibusq; contexebatur: latera sepiiebantur uimine, ne saxorum telorumq; impetu penetrarentur: extrinsecus autem, ne immisso concremaretur incendio, crudis ac recentibus corijs ac centoniibus operiebantur, multas in ordinem iunctis se supponunt milites, qui tuti penetrant ad excavaula murorum fundamenta. De Vineae Prop. lib. 4. Dumq; aries murum cornu pulsabat ahenis, Vineaq; inductum longa tegebat opus.

Inter machinas etiam numerantur Tribaces, Cataphractae, Plumbatae, Tribali.

Inter nostri temporis machinas habentur

Colubrina, & Serpentina, quod oblongae fiant, habeantq; effigiem prope Serpentis & Colubri. Pampylus Saxus: Vis, sonitus, rabies, motus, furor, impetus, ardor sunt mecum, Mars haec ferreus arma timet.

ARMORVM VARIA GENERA, ET BELLORVM INSTRUMENTA.

Ancyle dicitur breue scutum Nonio. Hoc ex utroque latere recisum erat, ut nullus uideretur angulus, & summum infimumq; latus eius medio pateret. Ferunt, ancyle principante Numa Pompilio caelium fuisse demissa. Ouidius libro 5 Fastrorum: Ecce ancyle uocant, quod ab omni parte recisum est. Quaeq; oculis spectes, angulus omnis abest.

Capistrum, & Frenum, uincula sunt capitis equorum. Martialis: Pareat purpureis aper capistris.

Cetra scutum est loreum, quo utuntur Afri & Hispani. Lucan. lib. 7. Illic pugnaes commouit Iberia Cetras. Verg. Leuas Cetra tegit. Cetrati dicuntur, qui utuntur huiusmodi scutis.

Ephippia sunt stragula, quibus equi integuntur, uel selle, eis ad insidendum posita. Cato: Fuit mihi equus sine ephippio. Equi ephippiarum dicuntur, quibus imponuntur selle, ne graui incessu uulnerent seffore. Ephippiati equi, suis phaleris ornati. Horatius adagium fecit, Optat ephippia bos, piger optat arare caballus: ubi quis uult ea curare, quorum est ignarus.

Galea dicitur cassis, seu ferreum instrumentum, a galero, quo ueteres usi sunt. Ouid. in Epist. Et galea pressa sustinuisse coma. Ea et nata crinis & pennis maiorem solet in-

cutere terrorem. Vnde Verg. li. 8 Aen. Terribiler: cristas galeam flammisque uocantem. Idem significat Cassis. Dicimus etiam Cassida. Prop. Aurea cui postquam nudauit cassida frontem.

Lorica dicitur ferreum corporis munimentum, quale apponebatur antiquis regum & imperatorum statuis. Dicitur autem Lorica, uelut connexa loris. Squallebat ferri laminis, ut aristis cochlearum. Vitruuius: Non patietur lorica testacea ladi latera. Modestus: Centuriones nimium bellicosas loricas transuersis cassidum cristis (ut a suis facilius noscerentur) habebant. Martialis: Inuia Sarmaticis domini lorica sagittis. Hinc Loricare est armare, seu loricam induere. Plinius de Ichneumone in Aspidem certaturo: Mox (inquit) ubi pluribus eodem modo sese corijs loricaui, in dimicationem pergit.

Ocreae dicuntur crurum munimenta. Apuleius: Ille galea caput, ille crura Ocreis involuit. Hinc Ocreati, ocreis ornati. Plin. Ad reliquos usus laboriose euehitur ocreatis cruribus. Vegetius: Pedites scutati praeter cataphractas, & galeas etiam ferreas, Ocreas in dextris cruribus cogerentur accipere. Verg. lib. 7 Aen. Aut ocreas leues leuato ducunt argento.

Parma fuit breue scutum, pedibus cultiare. Verg. lib. 11. Ense leuis nudo, Parla maq; inglorius alba. Dicimus & Parmula. Horatius: Tecum Philippos & celerem segam Sensi relicta non bene parmula.

Pelta dicitur Chlypeus Amazonum, in modum Lune recuruus. Vergilius: Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis. Stat. lib. 5 Syl. Hinc peltiferae dicuntur Amazones. Ouid. Qui modo peltiferas sudit Maeotidas, &c.

Phaleræ ornamenta sunt equorum, qui in de dicuntur phalerati. Vergil. lib. 5 Aen. Præmum equum Phaleris insignem uictor habebat.

Pharetra repositorium sagittarum, quamquam et pro sagittis interim capitur. Cuiusdam i. Sætam.

Strepentes machinule sunt ferree, quibus pedes sustinent equitantes.

Thorax dicitur ferream pectoris munitamentum, et quicquid à collo ad coxendicem protenditur in anteriori corporis parte. Thoracati, thorace induti. Plin. Parthastus pinxit Naurechum, thoracatum. Fiebant olim thoraces cratibus costarum ferreis, unde et nexiles uocantur Statio, et multiplices, lib. 12. Multiplicem tenues iterum thoraca eaturæ.

Umbo dicitur pars eminentior. Capitur et pro toto clypeo. Verg. li. 10. Sed sustinet æreus umbo. Stat. lib. 18. Euboicum duris punct umbonibus agmen.

NOMINA DIVERSA AD MILITIAM SPERTANTIA.

Exercitus dicitur magnus militum numerus, ab exercitatione. Cui præ est qui legiones cum suis auxilijs comministrat. Eius officium consistit non solum in danda, sed etiam obseruanda disciplina. Is uocabatur à Romanis tribunus militaris, cui inbebantur parere milites. Eius intererat milites in castris continere, ad exercitationes producere, clauas portare, uigilias intercedere, circuire, annonæ et comæatibus consulerè, cõpescere tumultus militares, delicta secundum auctoritatem castigare, audire commilitonum querimonia, et multa id genus alia. Dicebatur autè tribunus à tribu, quoniam Romulus primus milites ex tribu legit. Tribunorum militarium alij dicebantur

Ruffuli, qui creabantur in exercitu: atque Comitiati, qui designabantur in comitijs. Dicitur et Rutili, quod Rutilius Ruffus legem de his creandis ab exercitu, quandoque uulsi. Equestris ordinis nomen sepe mutatum est. Nam qui ad equitatum trahebantur, primum Flexumines, et Trossuli dicitur sunt, quoniam oppidum in Thuscis eo nomine soli sine pediatu cepissent.

Miles suberat Centurioni. Centurio, Tribuno. Tribunus, Legato. Legatus, Consul. Dictatori. Centurio ceterum pedibus præerat. Is erat, quem nunc primipilum dicimus. Myriades continebat decem milia. Hinc Myriarches, qui decem milibus præest.

Legio à defectu militum dicta est, auctore Nonio. Romanorum legiones habebant singule sena milia, et interdum amplius, ubi res postulabat. Differebant autè ab Auxiliatoribus. Nam Auxiliatores conducebantur ad prælium ex diuersis locis, nec disciplina inter se, nec notitia, nec affectione consentientes, alijsque institutis utentes, et dissimili armorum usu iungebantur que legionibus adnuculi, non principalis subsidij loco. Legio autè proprijs cohortibus constabat, habebatque grauis armaturæ principes Hastarios, Triarios, et Antesignanos. Itaque leuis armaturæ Ferentarios, Sagittarios, Fuditores, Ballistarios, ut proprios unquam animo, et pari consensu castra munientes. Erat in legionibus tanta armorum exercitatio, et fiducia, ut nusquam legantur phaleres fuisse legiones, quam due. Qui legionum matriculis inseri uolebant, hoc est, numerari inter legionarios, solebat iurare, idque sacramentum dicebatur. Iurabant autem per Deos, et Impera maiestatem, se fide seruaturus inuolant, eternumque formula-

turæ

tum suo principi exhibituros, militiam nunquam deseruiros, nec recusaturos mortem pro Rep. Habebat Legio decem Cohortes. Quarum prima habebat pedites M C V. Equites loriceatos C X X X I I. Secunda pedites D L V. Equites itidem 66. Quarta pedites D C. Equites 66. Quinta totidem. Hæ autem primæ et dinabantur in prima acie, itaquam magis strenuæ. Sexta pedites 333. Equites 66. Septima pedites 333. Equites 66. Octaua, Nona, et Decima singule totidem. His decem cohortibus perficiebatur legio, quæ habebat peditem sex milia, Equites D C C X X I I. A numero et ordine legionum milites dicebantur Primani, Secundani, Decumani, primæ et secundæ, aut decimæ legionis.

Cohors diuidebatur in quinquaginta manipulos. Manipulus in X X V milites. Manipulum autem Varro ait, esse minimum exercitus manum, quæ unum sequitur signum. De quo uerbo Ouidius: Illa quidem sceno (sed erat reuerentia sceno, Quæ tunc nunc aquilæ cernis habere tuas) Peruica suspensus portabat longa manipulos, Unde Manipularis nomina miles habet. Lucanus lib. 1. Conuocat armatos extemplo ad signa manipulos. Hinc Manipulares milites dicti, à manipulo sceni, quod sequebantur.

Centuria dicebatur centenarius militum numerus, cui qui præerat uocabatur Centurio.

Constabat Turma ex 32 equitibus. Varro turmam ait dictam esse mutata in u, quasi ternam, quod terdeni milites ex tribus tribubus, Lucærum, Rhannensium, et Tatiensium fiebant.

Phalanx dictio est Mæcedonica, quæ erat aciem, et cuneum militarem pro-

prie significans, quando pes pedis, clypeus clypeo, uir uiro in acie conferebatur: qui mos erat Mæcedonum peculiari. Curuius: Mæcedones, inquit, phalangem uocant peditem stabile agmen, quum uir uiro, et armis arma conferta sunt. Capitur tamè pro quouis exercitu. Vergilius libro 6. At Danaum proceres, Agamemnonicæque phalanges. Quoniam autem uocabulum est Mæcedonicum phalanx, proprio epitheto uocatur Sarisigera, à Sarisissis, Mæcedonum hastis.

Porro autem Hastati dicuntur, qui pugnant hastis: Pilani, qui pilis.

Ordinarij dicitur, qui in prælio præ sunt, et primos ordines ducunt.

Augustales dicebantur, qui ab Augusto ordinarijs iuncti fuerant.

Aquiliferi, qui portabant aquilam Romanorum in signo. Lucan. Pares aquilas, et pila minantia pilis.

Imaginarij uel Imaginiferi, qui impetratorum portabant imagines.

Signiferi, qui signa portant.

Tesserarij, qui tessera per contubernia militum nuntiant. Tessera autem uocatur præceptum ducis, quo ad bellum aut aliquod aliud opus mouetur exercitus.

Campigeni dicuntur antesignani, id est quod eorum opera atque uirtute exercitij genus crescit in campo.

Metatores, qui præcedentes locum deligunt castris.

Beneficiarij, qui tribunorum beneficio promouentur.

Librarij, qui in libros rationes referunt ad milites pertinentes.

Tubicines, Cornicines, Buccinatores, qui tuba, æreo cornu, uel buccina committere soleat prælium: ut Liticines, qui lituo

canunt. Marcellinus: Post exactum iam diem occidente liticime, reuocatus in uicissimus miles, prope supercilia Rheni tendebat. Dicitur etiam Mensores. Suetonius in Cesare dictatore: Inter eos (inquit) et enatores rapti ab uno tuba profiliuit ad flumen. Marcellinus: Quum superesset exitum noctis enatorum clangore ductore urbem, ut mox casuram terribili corona cinxerunt. Buccinatores, autore Vegetio, ornamentum erant totius legionis in ingressu conficiunt, et eius reditu. Hinc per metaphoram Buccinator pro laudatore solet accipi.

Mensores, qui in castris demetiuntur loca, in quibus tentoria milites figant, uel hospitium in ciuitatibus praestent.

Torquati simplices, et Torquati duples, quibus torquis aureus solidus uirtutis fuit premium, quem qui meruisset, praeter laudem interdum duplas consequentur annonas, duples duas.

Candidati milites dicuntur, qui priuilegijs muniuntur: reliqui uocantur muniti praes, quod propter munera facere militiam cogantur.

Antesignani dicebantur milites, qui erant ante signa, quos tanquam duces reliqui sequebantur. Apul. Antesignani nostri partem (qua manus humerum subit) istu per articulum mediu temperato prorsus abscidimus.

Vexillarij et Vexilligevi, qui uexillum gerunt. Idem Apul. Tunc itaq; (inquit) sublimis ille uexillarius noster Lamachus. T. Liuius, Ordo, inquit, sexagenos milites, duos centuriones, uexillariu unu habebat. Idem autor est, sub uno uexillo fuisse homines 280. Vexillationes antiqui nominauerunt alas equitum. Eadem ratione Aquiliferi dice-

cebantur, qui aquilas, Romanorum signa, ferebant. Suetonius in Cesare Dictatore: Inclinatam (inquit) aciem solus saepe restituit, obstitens supientibus, retinensq; singulos, et contortis faucibus conuertens in hostem, et quidem adeo perunque trepidos, ut aquilifero moranti cuspide sit comminatus.

Draconarij, qui Dracones ferebant in uexillis, ut aquilas. Claudianus: Stant bellatrices aquila, seuq; dracones. Primum signu (inquit Vegetius) legionis est aquila, quam aquilifer portat. Dracones etiam per singulas cohortes a Draconarijs feruntur ad praelium.

Prinipilus seu Prinipilaris, dicebatur Centurio, qui 111 centurias, id est 1111 milites regebat in acie prima: eratq; caput legionis. Tranquillus in Tiberio: Quum (inquit) Pollentina plebs funus eiusdem prinipilaris non prius ex foro mississet. Idem in Caligula: Testamenta prinipilarium (qui ab initio principatus, neque illum, neque se haeredem reliquissent) ut iniurata rescidit.

Manipli seu Manipulares dicebantur signiferi, qui imperante Romulo, quum Romani et Latini sub uno centurione bellum aggressuri essent, Maniplo herbae haste aligato pro signo utebantur. Ouid. Unde manipularis nomina miles habet.

Nauarchus dicebatur nauis princeps, qui in bello nauali remigibus et militibus exercendis quotidianam curam, et ingem exhibebat industriam.

Bellatores qui ad decertandum instruantur, armisq; aduersarium inuadunt.

Imbelles in exercitu dicuntur, qui sequuntur copias ad alium quam costatus usum: ut medici, tabernarij, et serui.

Velites

Velites dicuntur leuissimae armaturae milites. Hi lorica non induebant, nec ocrea muniebantur. Non clypeum aut scuti graue ferebant, sed telis tantum utebantur, et segitibus. Ouid. in Ibin. A Velitibus fit Velitari uerbum, id est, leuiter contendere: et Velitatio, leuis contentio. A leui armatura Velites aliter dicebantur Expediti.

Peltati leuis armaturae milites nominantur, a Pelta breui paruocis scuto, quo utebantur, cum conis Sarrissa paulo brevioribus.

Catafracti dicuntur, qui non solum sua corpora, sed etiam equos lorica undiq; muniunt. Hos Marcellinus Catafractarios uocat, ubi ait: Et ne qua interueniret mora, adhibitis Cataphractarijs solis et ballistarijs paru ad tuendum rectorē idoneis, praecurso eodem itinere ad arua Succorū peruenit. Est etiam Cataphracta militaris lorica siue thorax. De cataphractis Marcellinus: Sparsiq; (inquit) catafracti equites (quos Clibanarios dicitur) personatim thoracū muniti ligaminibus, et lūbis ferro cinctis. Inter quas (inquit) cataphractarij erant sagittarij, formidabile genus armorum.

Hastati dicuntur qui manus conserunt, et cominus hasta decertant: unde et Tranquillus in Caligula, Hasticos uocat ludos, qui hasta conficiebantur.

Scutati, Catrati, et Clypeati, qui scuto et clypeo se praemuniunt. Nam Catra scutum est breue et lorcum, quo (ut iam diximus) utebantur Asri et Hispani. Syllius: Barbarica plaudentē carmina catra. Freuens est apud Liuium Catratorum mentio. Scutatos Marcellinus et Scutarios uocat. Nec Scutarios (inquit) adesse didicerat. Item Suetonius in Augusto: Affuit et alibi. sicut Scutario euocato quodam suo.

Scutigerulus a Plauto dicitur armiger, qui gerit scutum domini in bello. De clypeatis Marcellinus: Et incedebat hinc inde ordo geminus armatorum, clypeatus et cristatus.

Ferentarij equites dicuntur, qui eminus solent dimicare: quorum alij iaculis, alij arcu utuntur. Ferentarij etiam dicebantur ab auxilio ferendo, erantq; leuis armaturae milites, ex cursu leues, armisq; grauibus non impediti, ense tantum et telis instructi. Salustius: Postquam eo uentum est, unde a Ferentarijs praelium committi posset.

Arcitenentes et Sagittarij, qui arcu utuntur, et sagittas intorquent. uocantur etiam Sagittiferi.

Vbi pugnabatur Elephantis, qui uni tantum praerat, uocabatur Zoarchus ab animalis praefectura. Qui trib. Therarchus, Qui quatuor, Epitherarchus. Qui octo, Ilarcha. Generali uocabulo Elephantorū praefectus dicitur Elephantarcha. a uerbo Aelianus.

Chiliarchi dicebantur, qui mille militibus praerant. Chilias enim dicitur millenarius numerus.

Tyrones dicitur noui milites, fortes tamen et robusti ad perferendos labores militiae, quorum prima exercitatio uocatur Tyrocinu, uelut rudimentu, unde et Tyroculi dicitur etiam qui sunt rudes in re aliqua: Tranq. in Cas. Tyrones neq; in ludo, neq; per lanistas, sed in domib. per equites Romanos etiam per Senatores peritos armorum erudiebant. Hieronymus in scemineo genere Tyrunculas puellas uocat. Tyrocinum etiam praeter illud militare rudimentum, dicebatur ab eruditis, quum adolescentuli togam sumebant, et ponebant barbam, eloquentiaq; in foro aspiciantur. Nam iun-

etiam dicebantur Tyrones. Seneca in de-
cla. Ille in foro primum dicturus, tyro di-
ctus est.

Clasarij dicebantur buccinatores, qui
coram ducebant exercitum, quicq; Clasi-
cū caneant imperatore presente. Clasarij
etiam dicuntur remiges, et frequentius mi-
lites in clasibus. Corn. Tacitus: Anicetū
centurione clasario comitatū. Tranquil-
lus in Casare Tiberio: Vnde danatos post
longa et exquisita tormenta precipitari
eoram se in mare iubeat, excipiente Clas-
sariorum manu.

Rorarij testimonio Varronis, diceban-
tur, qui primi omnium in conflictum pro-
dibant, erantq; leuis armaturæ, ut uelites.
Nec dimicabant acriter, sed leui quada
contentione prelium tentabant, quemadmo-
dum ros prius inchoat, quam pluuia.

Exauctorati milites dicebantur, qui ob
ligatione militari et stipendio soluti erāt,
habuerantq; missionem. Hoc autē uerbum
quandoq; in malam partem capitur, ut a
pud Lampridium, qui scribit, Alexātrum
tumultuantes legiones exauctorauisse. Na
orta quondā seditione militari, non timuit
cōscendere tribunal, et oratione seuerissi-
ma tumultuantes increpare, quamuis om-
nes armati circumfisterent. Postremo illis
adhuc frementibus quum in clamasset, Di-
scedite, arma deponite: omnes depositis ar-
mis sagulisq; militaribus ad diuersoria re-
cesserunt. Tunc unam legionem totam ex-
auctorauit, quam mox loco suo restituit.
Simile est dictum Tranquilli de Casare di-
ctatore scribentis: Nouam legionem apud
Placentiam, quanquā adhuc in armis Pom-
peius esset, totam cum ignominia missum
fecit.

Gregarij milites dicebantur uulgares,

non electi. Tranquill. in Augusto: Nam
quum spectaculo ludorum gregarium mili-
tem in XIII ordinibus sedentem excitari
per apparitorem iussisset.

Triarij milites erant omnium fortissimi,
qui in postrema legionū parte collocaban-
tur: in his autem sita erat tota spes, et ulti-
mum perfugium. Erant omni armorum ge-
nere instructi. Genu posito subsidebant, ut
si primam aciem uinci cōtigisset, ab his in-
tegrato prelio uictoria repararetur. De
his Modestus adhuc modum scribit: Hi ut
requieti et integri inuaderent hostes, post
ultimas acies sedere cōsueuerunt, et si quid
in primis ordinibus accidisset, de eorum ui-
ribus reparationis spes tota pēdebat. Hinc
formatum ad agium, Res ad triarios redijt:
ubi propē desperatur uictoria, resq; cō pe-
riculi redacta est, ut extremo conatu, sum-
misq; uiribus sit enitendum: quibus si ni-
hil proficiatur, iam nullus reliquus est effu-
gij et salutis locus.

Elaphri dicebantur equites leuiter ar-
mati, qui discursu faciles erant, iaciebantq;
missilia seu sagittas.

Accensi dicebantur, qui ministerio ac
seruitio publicē adijciebantur legionibus,
quum fas non esset milites (qui pecunia pu-
blica alebantur) cuiquam seruire, diceban-
turq; Accensi uelut accedentes.

Dimachæ dicuntur, qui duplici pugna
genere decertant, equos scilicet, et ut pedi-
tes, ubi regio non est apta equitatui. Hos
primò serunt institutos ab Alexandro, qui
etiam triginta puerorum millia ad milita-
rem disciplinam curauit instruenda.

Finguntur etiam quandoq; huiusmodi
nomina e nominibus telorū, ut Lancearij,
Doryphori, id est, spiculatores. Dory-
phorū enim Græcè, lanceam significat. Latine.

Tran-

Tranquillus in Nerone, Et quum affatim
deseruisse, ut conficeretur a Doryphoro
liberto.

Machærophori à ferēdis Machæris gla-
dijs. Cicero, Machærophoris centum se-
quentibus miros risus nobis edidit. En-
siferi, à ferendis ensibus.

Sarizophori à Saripsis, quas Macedonū
hastas esse diximus. Spatiferi à Spathis.

Mucroniferi, Cultriferi, Cultelliferi,
Teligeri, Teligeruli, Iaculiferi, Iaculato-
res, Spiculiferi, Spiculatores, Hastigeri, Ha-
stiliferi, Urbiniiferi, eadem forma dicuntur.

Tortores quandoq; dicuntur, qui lapi-
des tormentis iaciunt. Vnde et Tortores
ballistarum uocat Ammianus.

Scorpionarij qui scorpionibus, seu ma-
chinis iaculatur. Eiusdem notæ sunt Balli-
sarij, Arcuballistarij, Colubrinarij.

Funditores, Fundibularij, qui funda la-
pides intorquent. Sallustius, Ipse cum ex-
peditis cohortibus adhuc funditorum et
sagittatorum delecta manu.

Pyrobolarij qui ignitas glandes tormen-
tis etiaculantur.

Clauigeri à ferenda Claua, Græcè uo-
cantur Corynophori.

Sunt et quedam principatum et præ-
fecturarum nomina, ut Imperator, Rex,
Dominus, qui in malam partem olim ac-
cipiebantur pro tyranno. Verg. Vendidit
hic auro patriam, dominumq; potentem
imposuit.

Megistanes dicuntur proceres et pri-
matis. Cor. Tacitus, Et Megistanes Arme-
nios (qui primi à nobis defecerant) pepu-
lit sedibus.

Monarcha seu monarches unicus om-
nium princeps, et monarchia principa-
tus ipse.

Hecatontarchus centum hominum uel
ciuitatum princeps.

Dynastes dominus regni: Dynastia po-
tentatus. Cic. ad Atticum, Erit nebulo iste
cum istis Dynastis in gratia.

Nauearchus princeps nauis.
Strategus dicitur præfectus militaris,
et Strata præfectura ipsa. Vnde et legi-
mus Thraciam fuisse diuisam in Stratage-
as 50. Ita enim uocant præfecturas.

Archipolis princeps ciuitatis.
Demarchus tribunus plebis. Demar-
chia tribunatus.

Agoronomus apud Plautum uocatur
ædilis, ubi ait in Captiuis, Hunc fecerunt
sibi Aetholi Agoronomum.

Eparchus dicitur prouinciæ præfes,
Eparchia prouincia.

Ethnearches princeps gentis. Ethne-
archia principatus.

Genearcha generis princeps, Genesis
est generatio. Irenarches seu Irenarcha,
qui præficitur in ciuitate ad auferendas di-
scordias, pacandosq; tumultus ciuiles.

Philarchus amator imperij. Latine di-
ci potest Imperij candidatus.

Cosmarchus mundi princeps.
Democraticus qui fouet principatū po-
puli. Democratia, populi principatus.

Ephorus dicitur præfectus, et super-
inspector. Ephori magistratus erant tales
apud Lacedæmonios, quales apud Roma-
nos Tribuni plebis.

Decarchus qui decem præest militibus.
Tetrarcha qui quartam regni partem
obtinet.

Dubenus apud antiquos capiebatur pro
domino. Pacuuius, Tum Dubenus seruos
ligatos pessimè uerberat.

Trierarchus præfectus triremis. Cic. A-

Y ctione

Elione 3. in Verrem, Quis de Charide...
mun Chium, testimonium priore actione
dicere audistis, quum esses Trierarchus.

SAGITTARIJ, ET
iaculatores peritissimi.

Inter sagittarios principē locū obinet
Apollo, quē ideo poetæ Sagittiferum, et
Sagittipotentē dicunt. Vnde Claudianus,
Mars clypeo melior, Phœbus præstantior
arcu. Horat. lib. 1. Car. Nec te metuende cer-
ta Phœbe sagitta. Valer. Flac. Arcupotens
aduerte precor nunc deniq; Apollo.

Getæ, Scythiæ, Ithuriæ, Persæ seu Parthi,
Sarmatæ, Cretenses, Arimaspi, & omnes
propē Oriētales arcu et iaculis claruerūt.

De Getis Scythiæ populis, Ouid. lib. 5.
de Trist. Sarmatica maior, Geticæq; fre-
quentia gentis, Per medias in equis itq; re-
ditq; uias. In quibus est nemo, qui non Co-
ryion & arcum, Telaq; uiperea lurida fel-
le gerat. Et lib. 1. de Ponto & 3. & in Ibin.

De Scythiis Septentrionalibus populis
Claudianus, De spolijs Scythicos arcus,
aut rapta Gelonis Cingula. Plin. lib. 4. Vt
sit planè arcus Scythici forma.

Ithura seu Ithura, urbs est in Tauro mon-
te Parthiam uersus, cuius habitatores Ithu-
rai arcu et sagittis claruerunt, quod quem
admodum in cæteris arguitur peccatum
epithetis, quum arcum uocant Ithuraum,
sagittas Parthicas, nervos Geticos, phare-
tras Sarmaticas, & ita in cæteris. Sabel-
in Oraculo: Quæ turba pharetris Certat
Ithuras sumptis imitari artes.

Parthi seu Persæ Orientales populi, sa-
gittis adeo claruerunt, ut fugientes à ter-
go iacularentur, auersiq; sequentes hostes
lederent, perinde ac aduersi, ut iam dixi-
mus. Lucan. Ocyor & missa Parthi post
terga sagittas. Cat. Sine in Hircanos, Ara-

basq; molles, seu Sacas, sagittiferosq; Par-
thos. Ouid. lib. 1. de Remedio, Vince Cupidi-
nem pariter, Parthosq; sagittas. Io. Fr. Mi-
rand. In molli pharetrata Persidos urbe.

A Sarmatis Scythiæ populis doctissi-
mis iaculorum, Arcus uocatur Sarmaticus.
Ouid. lib. 1. de Ponto, Moris an oblitus pa-
trij contendere discam Sarmaticos arcus.
Cretenses omnes hac etiam arte clarifi-
simi exiierunt. Ver. in Cyri, Attica Cre-
tæa sternebatrura sagitta.

Inter insulæ populos præcipui sagitta-
rij fuerunt Diæci, Gnostici, Cydonij, &
Diæte, Gnosio, Gortyna, & Cydone urbi-
bus diæci. De Diæcijs Syllius lib. 13. Diæciæ
per auras Tranat & in medium perlabi-
tur urbis arundo. Stat. lib. 4. Thebad. Di-
ctæq; tela ipsam & Amycleas humeris
aptasse pharetras.

De Gnosio & Gortyna urbibus Cretæ
Lucanus: Gnosiosq; agitare pharetras Do-
ctæ, nec Eois peior Gortyna sagittis.

A Cydone Cretæ oppido, tela Cydo-
nia dicuntur, quod eius loci incolæ periti
fuerint sagittarij. Vergilius, Ire liber Par-
tho torquere Cydonia cornu Spicula, tan-
quā hæc sit nostri medicina doloris. Stat.
lib. 7. Thebaidos, — Cydonias anteibant Ge-
sa sagittas. Claudia. Quæ uires iaculis, uel
quum Gortynia tendis Spicula, quām fœ-
lix arcu, certiq; petitor Vulneris, & cer-
tum mentiri nescius istum, Scis quo more
Cydo, qua dirigat arte sagittas Armenius,
refugo quæ sit fiducia Partho.

De Orientalibus populis Val. Flac. li. 5.
Quos neq; Iber neq; tuta suis Aurora sa-
gittis Sustinet. Per aurorā intelligit Orien-
tales. Syllius lib. 12. Eois quamquam cer-
tet Gortyna sagittis. Stat. lib. 3. Syll. — Et
Eois iaculo damnare sagittas.

Lycia

Lycia regio minoris Asiæ, populos ha-
bit peritos iaculā. Vnde Vergilius Ly-
cias uocat sagittas, lib. 8.

Erihræ quoq; siue Erihbra, Asia ciui-
tas, arte sagittandi claruit. Sidonius For-
te sagittiferas Euan populatis Erihbras.
Crinitus ait Scotos (qui vicini sunt Britan-
nis) in dirigendis sagittis acres esse & e-
gregios.

Paulus Diaconus ait, Gothorum gen-
tem nullo armorum genere magis quā
arcibus uti consuisse.

Arimaspi populi iuxta Riphæos in tor-
quendis sagittis (quarum sunt peritissimi)
alterum inspicunt oculum, ut altero me-
lius cernant. Hinc & nomen traxerunt.
Nam & Ari Scythicè unum, & Maspos,
oculum significat.

In Balearibus (quæ sunt insulæ maris
Hispani) primum repertus est usus fundæ,
& adeo celebratus, ut matres filios suos
alij; auibus uesci nō paterentur, nisi quas
fundæ fuissent adepti. Verg. lib. 1. Georg.
Stuppea torquentur Balearis uerbera fun-
dæ. Stat. lib. 1. Roboraq; & grauitas fun-
dæ Balearis habenas.

Hippocoon, Mnestheus, Eurition sagit-
tarij fuerunt, qui teste Vergilio, contem-
derunt de palma, & unā iaculati sunt in
lulis illis exequalibus, quos Aeneas ad tu-
mulum patris Anchisæ celebravit, quum
reliq; Africa in Italiam nauigaturus re-
dit per Siciliam.

Idem Verg. libro 9. ait, Chorineum Ita-
lum, fuisse peritum iaculatore: Asylam
uero Trotanam, arcu & sagittis nobi-
lem.

Acastus uenator fuit sagittis clarus, qui
cum Meleagro ad occidentum aprum (qui
Calydona uastabat) profectus est, Ouid. li-

bro 8. Meta. Lencippusq; ferox, iaculoq;
insignis Acastus.

Fuit Paris adeo sagittandi peritus, ut A-
chillem solo pede uulnerabilem telo irai-
cerit. Verg. lib. 6. Aeneid. Dardana qui Pa-
ridis direxit tela. Ouid. in Epist. Paridem
sic loquentem inducit, Ne ue putes, nō me
nisi cominus esse timendum, Figitur in ius-
so nostra sagitta loco. Stat. libro 3. Sylua-
rum.

De Lycota Ouid. lib. 12. Iaculatoremq;
Lycotam sternit.

Mopsium Cretensem ab arte sagittan-
di commendat Syllius Italicus lib. 1.

Ilerdes fuit iaculator quispian, qui tam
certis iaculabatur icibus, ut etiam uolu-
cres in medio aere percuteret. Syllius, iam
socius uolucresq; uagas deprendere nube
Assuetus iaculis idem & bellator Ilerdes,
Cui ludus nullam cursu nō tollere damam.

Alcon Cretensis fuit sagittarius, cuius
filium quum rapuisset Draco, tanta arte sa-
gittam direxit, ut illæso filio, Draconem
ipsum confecerit. Val. Flac. lib. 1. Argon.
Vacua nam lapsus ab arbore, paruū Ter-
quater ardenti tergo circumuenit anguis.

Stat procul intendens dubium pater an-
xius arcum. Sidonius, — Vetuisses Castore
frenos, Pollucem cæsius, Alconem spicu-
la nosse. Ang. Politianus in Epigram. Vi-
dit ut implicitum puero pater anxius an-
guem, &c.

Deucalion Hyperæsijs filius ex Hypso
nympha, fuit etiam peritus sagittarius.
Val. Flac. lib. 1. Argon. Deucalion certus
iaculis.

Aethalides præco fuit insignis, qui pro-
pter eloquentiam Mercurij filius creditus
est. Hinc etiam telis claruisse testis est Va-
lerius Flaccus libro primo.

X 3 Calenes

Catenes miles fuit, qui istibus adeo certis destinata feriebat, ut aues quoque ab ipsis nubibus exciperet. autor Curtius libro 6 de gestis Alexandri.

Docuit Hercules, quanta sagittandi arte claret, dum Cetaurum Nessum, quamuis remotum, & ceruam arripedem certo traiecit in flu, Harpyiasque uolucres in medio confecit aere, dicente Seneca: Petijt ab ipsis nubibus Symphalidas.

Eurytus rex Oechaliae pater Ioles Hercalem sagittandi artem docuit.

Fuit Domitianus Imp. doctus adeo sagittarum, ut inter distentos uiri procul positi digitos tela transmitteret. autor Senectus Aurel. Tranquillus ait centenas uarij generis feras, in Albano secessu, sagittis plerumque confossas multis uidentibus. Ex industria ita quarundam capita nonnquam figebat, ut duobus ictibus quasi cornu effingeret. Nonnunquam in pueri procul stantis praebentisque pro scopo distansam dextrae manus palmam, sagittas tanta arte direxit, ut omnes per interualla digitorum innocue euaderent.

Commodus imperator Faustinae et Marci principis filius centum ictibus in arena totidem feras strauit, tam ualidis uiribus, ut multas uno conficeret ictu. Adeo certa fuit ei manus, ut quicquid oculo destinasset, iaculo aut sagitta coningeret. Herodotus libro primo.

Saxo Grammaticus scribit Enarum fuisse sagittarium, magno corporis artisque robore praeditum, qui tanto rigore arcum intendebat, ut excussum ab eo iaculum nullarum duricia sisteret, quo minus citato motu uniuersum penetraret obstaculum.

Nihil erat tam paruum tamque exiguum, quod plumbea. aeni tormenti pila non con-

cuteret Andreas Agidarius, si illud oculo consequi posset.

Toco miles fuit quispiam autore Saxone doctus adeo sagittator, ut sermone inter conuius temulentius habito, iactauerit tanto iaculandi usu se praedictum, ut exiguum quodlibet pomum, baculo procul & longissime remoto superpositum, prima spiculi directione feriret.

Pontanus Asparem quendam Garamanta a praestantia torquendorum missilium his uerbis commendat: Hinc Aspar Garamas, quo non praestantior alter Aut torque re manu iaculum, aut dare uulnera funda.

TELORVM BELLICORVM
& gladiatorum nomina.

Telorum uocabula Gell. li. 11. ca. 25. multa ponit ad huc modum: Hasta, pilum, phalarica, semiphalarica, soliferrea, gestalanea, rumigestri, faces, tragula, framea, mesancula, cateia, romphaea, scorpius, scribones, silices, ueruta, enses, sicca, machera, spatha, lingule, pugiones, clunacula.

Sequentia iaculorum nomina enumerantur a Crinito, ubi de telorum generibus meminit: Spari, cateia, framea, caia, rumigestri, mesancula, sibini, gesa, ueruta, aclides, romphaea, laea, pila, sarissa, scriboes, tragula, telones, hasta, sudes, phalarica, isfi, faces, semiphalarica, castra, soliferrea, scorpij.

Aclides, Seruius ait tela esse adeo antiqua, ut nec usquam commemorentur in bello. Legitur tamen, quod sint clauae cubito & semis factae, eminentibus hinc inde acumimibus, quae ita in hostem iaciuntur res ligatae loro uel limo, ut peractis uulneribus possint ad dominos redire. Putatur tamen esse teli genus, quod per flagellum immensum iaci potest. Virgil. libro 7 Aene-

-Teretes sunt aclides illis Tela.

Acynacis gladius est Parthorum genti peculiaris. Horat. lib. 1 Car. Vmo & lucernis Medus Acynacis immane quantum discrepat. Curt. li. 5 de gestis Alexandri: Strictoque acynace interfecturus uidebatur, ni prope Bessus Bactrianique deprecarentur.

Aegaea species est leuioris iaculi, autore apud Caelium Eustathio.

Ancyle iaculum quoddam, quo qui utuntur, uocantur Ancylistae, quamuis etiam Ancyle significet ansam iaculi.

Ansaetae sunt iaculamenta cum ansis.

Catapulta dicitur uelox iaculum, uel sagitta. Plautus: Atque ita te neruo torquebo, ut Catapulta solent.

Cateia gladius est falcatus, Germanis olim frequens. Syllius: Panda manus est armata Cateia. Ponta. libro 5 de Stellis: Armaque, Pilaque, Cateias.

Clunaculum dicitur a scindendis uictimarum clunibus.

Copidas esse Curtius ait gladios leuiter curuatos, Falceibus similes, quibus appetebant beluarum manus.

Culter seu Cultrum (utrumque enim dicimus) proprie dicebatur gladius uictimariorum, quo scindebantur uictimae. Hinc Cultrarij dicebantur uictimicidae. Propertius: Quum fallenda meo pollice cultra forent. Eius prope generis sunt Clunaculum & Seceppita.

Dolones tela sunt bellica, a ledendo dicta, autore Donato. Nam dolos Graece ledio dicitur. Syllius lib. 3. Nec tereui dextras in pugnam armata Dolone. Tranquillus in Claudio Caesare: Reperi et equestris ordinis duo in publico cum Dolone, ab uenatore cultro praestolantes.

Falces, Harpagones, Fundae, Fustibales, Plumbatae, Onagri, Scorpiones, numeran-

tur a Vegetio inter tela ndualia. Fudis qui utuntur, uocantur Funditores.

Framea gladius est Marti peculiaris. Iuuenalis: Et Martis si ameam, et Cyrrhaei spicula uatis. Martian. Capella: Gradini frameam non ausus poscere falcem. Corn. Tac. ubi de populis Germaniae loquitur, frameas pro hastis uidetur accipere, dicens: Rari gladij, aut maioribus lanceis utuntur. Hastas, uel ipsorum uocabulo Frameas gerunt, angusto & breui ferro, sed ita acri, & ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, uel cominus uel eminus pugnent. Et eques quidem scuto Frameaque contentus est, pedites & missilia spargunt.

Gesa Gallorum sunt tela. Vir. li. 8 Aene-

Duo quisque Alpina coruscet Gesa manu.

Geus siue Geum, dicitur telum omnino ferreum.

Harpe incuruus est Mercurij gladius, quo usum ferunt Perseum. Lucanus: Et subbitus praepes Cyllenida sustulit Harpen: Harpen alterius monstri iam caede rubentem. Pontanus lib. 4. de Stellis: Quae Martem clypeo, galeaque adamantideque Harpe instruxit.

Hasta dicitur, quod stans uel a stante ferri soleat. Vnde & hastile deductum. Moris erat antiquitus haste subicere res, quae exponebantur uenales per auctionem. Hinc Hastarium, dicebatur auctionaria illa uenditio. Tranquillus in Augusto: Ipsum, bonaque eius subiecit hasta. Hastici ludi, qui hasta conficiuntur. Idem autor in Caligula: Edidit & peregre spectacula in Sicilia Syracusis hasticos ludos. Hasta pura dicitur, nullo ferro praepilata. Virgil. Ille uides pura iuuenis qui nititur hasta. Suetonius in Claudio: Postidem spadone Britannico triumpho inter militares uiros hasta

pura donauit. Hastis puris enim milites obforisudinem donabantur. Hinc scribit Plinius, Sicinum Dentatum donauim fuisse hastis puris duodecingenti.

Iaculum quicquid iaci potest. Hinc Iaculari uerbum. Iuuenalis Saty. 4. 1. Et quantas iaculetur Monycus ornos. Dicimus et tiam Iaculo & Bisculo.

Lingulam ueteres dixerunt gladiolum oblongum in speciem lingue factum. Cuius meminit Neuius apud eundem Gellium: Si ne mihi gerere morem, uidear lingula. Domitius in Martialem ait, lingulam etiam capi pro instrumento, quod ad similitudinē lingue conflatum usui esse potest ad aromata tractanda, ut in illo uersiculo Martia. Gracilesq; lingulae, cereiq; chartaeq;.

Machera Graecē gladium, seu cultrum Latine significat. Apuleius: Comminabatur sese concisurum eum machera frustratim. Plautus: Si tibi est machera, & nobis est urbina domi. Quod adagium dici solet, quum malum malo opponitur. Urbina enim etiam genus est teli.

Manobarbulus genus est teli, similis plumbeae pile, quo utebantur milites, qui manobarbuli dicebantur.

Materis telum est oblongum, breuius tamen lancea. Sifenna: Gallia materibus, Sueni lanceis configunt.

Nouacula culter est rasorius, cuius arti fices dicuntur Nouacularij. Martia. de ferriamentis tonsorijs: Tondentis haec arma tibi sunt apta capillis, Vnguibus haec longis utilis, illa genis.

Paltum teli genus est, seu minoris iaculi, quod in itinere torquetur.

Patazonium gladij genus, quod accingi solet zona.

Pilum dici potest quinque pedum hasti-

le. Sulpitius ait, Pila Romano esse missilia trium pedum, utrinque praefixa ferro trigono unciarum nouem. Lucanus: Inse, stisq; obuia signis Signa, pares aquilas, et pila minantia pilis.

Pugio genus teli, seu gladij breuiusculi, a pungendo dicitur, uel quod punctum feriat, uel quod punctum ieneatur. Hinc diminutiū Pugiunculus. Cicero Hispaniensem Pugiunculum Cn. Pisonem appellabat.

Romphea genus est teli Thraciae nationis. Val. Flac. lib. 6. Argon. Aequaq; nec ferro breuior, nec Rōphea ligno. Manuanus mediam prodaxit, dicens: Quam gerit aduersus feriat Romphea cohortes.

Runa teli genus lata habetis cuspidem. Sagitta iaculū quod arcu mittitur. Hinc Sagittare uerbum, id est, iaculari. Hieron. Ut sagittent in oculis immaculatum. Sagittarius, qui sagittas intorquet. Tranquillus in Plauio Vespasiano: Syriacum praemisit exercitum. Hinc x. l. millia sagittariorum. Sagittarios equestres Graeci Hippotoxatas uocant. Omnium optimi sagittarij sunt Parthi, qui fugientes & auersi iaculantur, et laedunt perinde ac aduersi. Lucanus: Ocyor & missi Parthi post terga sagitta. Fiunt etiam composita Sagittifer, & Sagittipotens. Cicero in Arati Phenomenone: Mense sagittipotens solis quum sustinet orbem. Ruffus Festus: Membra sagittigero cedunt postrema reuecto.

Sarissa dicitur hasta praelonga, Macedonū genti peculiaris. Vnde et Alexandri sit pators Sarisophoros uocat Curtius. Liruius: Praelongas hastas Macedones Sarissas uocant. Luc. lib. 8. Primi Pellaeas arcu fregere Sarissas. Ouid. lib. 12. Qui clipeo, gladioq; Macedoniaq; Sarissae conspicuus.

Secespita a secando, gladius erat fer-

reus

reus et oblongulus, manubrio eburneo rotundo, quo Flamines, Flaminiæ, & Pontifices utebantur ad sacrificia. Tranquillus in Casare Tiberio: Nam & inter Pontifices sacrificiū simul pro secessita plumbeū cultrum subijciendum curauit.

Sibina seu Sibinis, telum est uenabulo simile, Illyrijs peculiare. Ennius: Illyrijs resant sicis, sibinisq; fo denies.

Sigynnum iaculi genus est. autor Cal. ex Lyophrone.

Sica gladius est occultus, et inuasorius, qui inclusus ligno formam habet baculi. Hoc qui uruntur, Sicarij uocantur. Horatius, Si quis erat dignus describi, quod malus aufer, quod mœchus foret, aut Sica riuus. Martia. lib. 21. Inuasit medicus Sica Phreneticus Eucli.

Sparae minimi generis sunt iacula, a sparando dicta. Sunt aut rustica tela in modū pedis recurua. Virgil. lib. 10. Agrestisq; manus armat Sparus. Nam utrumq; dicimus in masculino et neutro genere. Sallust. Caeteriq; ut quosque casus armauerat Sparis, aut lanceis: alij praecutus sudas portabant. Luc. Tu murices portatur tragula porro.

Spatha genus est gladij. Iulius Capitolinus de Maximino Imp. Fecit et Spathas argenteas, fecit etiam aureas, et omnino quicquid pulchritudinem eius posset iuuare.

Tragula a traieciendo, uel quod in fixa scuto trahatur. Metaphoricē pro dolo capitur. Plaut. Tragula in te iniicere adornat.

Triphorum dicitur telum longitudine trium cubitorū, quod Catapulta mittitur. Ennius, Aut permaneret paries percussus triphoro.

Venabulum uenantium hasta lato praepilata ferro. Ouid. in epist. Fhedrae, Sine tenes lato uenabula cornea ferrea.

Veruma telū est simile ueru. Sidonius, Cui noster sermo erit pro ueruma.

Verutum est telum breue et angustum: autore Nonio. Sallust. 2. Hist. Auxiliumq; manebant in modum Veruti militaris.

TELA PROPRIA gentium.

FRamea, Germanorum. Romphea, Traicum. Lancea, Hispanorum. Vnde Varro apud Gellium ait, Lanceam non Latinum, sed Hispanorū esse uerbum. Pila, Romanorum. Ipsi, Boiorum. Sarissa, Macedonum. Sibini, Illyricorum.

TELA, ET SCEPTRA deorum.

CLaua fuit Hercules telū. Oui. in epist. Deianyræ. Instruxitq; manum claua domitrice ferarum. Idem lib. 15. Vulnere clauigeri quæ fecerat Hercules arcus.

Framē a poetæ uocant Martis hastam. Simulachro Apollinis apponebatur arcus, sagitta, Clypeus et Lyra. Claudianus: Mars clypeo melior, Phoebus praestantior arcu.

Fuscina telum fuit trifidū, in signe Neptuni, ut apud Priapeiam: Neptuni Fusci na telū. Mart. li. 2. Fuscina dente minax, ne xu fuit anchora curuo. Dicitur et Tridens, uelut tres habens dentes. Neptunus apud Verg. li. 1. Aen. Et Luc. 4. Ouid. 8.

Harpe gladius est falcatus Mercurij. Vnde & Ouidius Harpen uocat Cyllenidem, lib. 5. Meta.

Sceptrum & Fulmen Ioui tribuuntur. Vnde & poetæ Iouem appellant fulminatorem, fulmigerum, fulguratorem, tonitrualē, sceptrigerum. Quintianus in Orpheo: Astant cœlicole intenti, quæ fulmiger rex Praecipiat. Bapt. Pius: Iunxit Agnoridæ scepirifer ipse tonans.

VINCVLA DIVERSA.

B Oia dicitur vincula tam lignea quam ferrea, quod sic illaqueat, ut iuga suos boues.

Capistrum capitis vinculum in equis et iumentis. Martialis: Paret purpureis aper capistris.

Catasta compes erat feruilis. Persius: Capadocis rigida pingues pauisse Catasta. Capiuntur etiam pro loco in quo uenales pueri & puellae seruabantur.

Circites circuli sunt ex aere facti.

Cohum lorum est quo temo buris iugo adalligatur.

Compes vinculum est pedum, quo alligantur rei, ne carceres effugiant. Horatius: Ibericis peruste funibus latus Et crura dura compe.

Epidromes fones sunt, quibus retia tenduntur circa summam & imam partem.

Lorum vinculum est ex corio: capitur etiam pro retinaculo iumentorum, & cingulo Veneris. Gellius, Videbamus Andromedam & leonem loro tenui reuinctum urbe tota circum tabernare. Lorarij dici possunt carnificum famuli, qui reos loris uinciunt imperantibus dominis.

Manicae dicuntur proprie manuum vincula. Vergil. Ipse uero primus manicas atq; arcta leuari Vincla iubet Priamus.

Numella vinculum est ligneum, quo reorum pedes et colla in foramina rotunda immittuntur, & ibidem constringuntur, ut se nequeant educere. Plautus in Asina. Qui aduersum stimulos, laminae, cruceq; compedesq; nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, botas.

Panagron appellatur rete piscatorium.

Panthero genus est retis, ex eo nomen habens, quod omnes aues concludat.

Pedica laqueus pedum. Mantuanus in Bucol. Ut captam pedicis circumdat areneam muscam.

Retia seu Reticula, dicuntur casses uenatorum, ad illaqueandas feras. Capiuntur & interim pro alijs uinculis.

CORONAE DIVERSAE.

V ARIA fuerunt olim coronae, quibus perstabatur hominum uirtus, ut ex ignauis torpor excuteretur, & in generosis uirtus cresceret. Plin. lib. 22. numerat Gemmatas, Aureas, Vallares, Murales, Rostrales, Ciuicas, Triumphales, quibus nobiliorem fuisse Gramineam dicit.

Castrensem donabat imperator ei, qui primus hostium castra pugnans introiisset: habebat autem in signe ualli.

Ciuica dabatur ei qui ciuem a morte liberasset. Fiebat fronde querna, aut iltigna. Caelius: Adueritur, inquit, cum ilignea corona, & chlamyde. L. Hel. uir Censorius censuit Ciceronem consulem hac ornandum coronam, quod eius opera atrocissima illa Catilinae coniuratio deleta, uindicataq; fuisset.

Muralis dabatur ab imperatore ei qui primus murum subiisset, et in oppidum hostium per uim ascendisset.

Naualem merebatur, qui in maritimo praelio primus hostium nauem ui armatus transiisset. Ea rostris nauium erat insignita. Muralis autem, Castrensis, & Naualis fiebant ex auro.

Obsidionalis coronam dabant obsidione liberati, ei qui liberauerat. Ea fiebat gramine, unde & Graminea dicta est. Hanc S. P. Q. R. Fabio Maximo dedit, secundo bello Punico, quod urbem Romam obsidione liberasset.

Oleagina ob conuersum hostem daba-

tur

tur. De coronis uide Gellium lib. 5. cap. 5. Blondum Foroliuensem de Roma Triumphantem lib. 6. Volaterranum lib. 26. Philologiae, Plinium lib. 16.

Oualis corona erat Myrtea: utebantur imperatores, qui ouates urbem introibant. Ouatio, minor erat triumpho. Ouationis causa est, non triumphus, quum aut bella non recte indicta sunt, nec cum iusto hoste gesta: aut quum hostium nomen humile est, ut feruorum, aut pyratorum: aut quum de litigione facta, incruenta parata est uictoria. Haec fiebat ex Myrto.

Triumphales coronae erant aureae, mittebanturq; imperatoribus ob honorem triumphus. Haec uulgò dicitur aurum coronarium, inquit Gellius. Aureis postmodum successerunt Laureae: erantq; eiusdem & uirtutis, & honoris praemia.

TRIVMPHATORES, SEU

QUI DE DIVERSIS REBUS

POPULIS TRIUMPHAUERUNT.

L Attilius Calatinus triumphauit de Sardinia. Cn. Comitius de Auernis et Bahutoeorum duce. L. Salinator de Illyrijs. M. Attilius Regulus de Salentinis. Paulus Aemilius iunior de Liguribus, & Perso. Menenius Agrippa Lanatus de Sabinis. M. Antonius triumphauit de Armenia rege. M. Aquilius consul de Aristonico rege. Iunius Bubulbus Brutus dictator Equos subegit, ac die octaua de eisdem triumphauit. Furius Camillus Veios decennali obsidione domuit, ac de eisdem triumphauit. Sp. Cassio duo triumphus contigerunt. M. Curius de Samnitibus et Sabinis. P. Decius iunior de Samnitibus. Cn. Duilius primus de nauali uictoria triumphauit. Fabius Rullianus de Appulis, Nucerinis, Samniti-

bus, Umbris, Marsis, ac Thuscis triumphauit. Fabius Gurges de Samnitibus. Q. Fabius Maximus de Liguribus. Cn. Fuluius Flaccus de Samnitibus. M. Fuluius nobilior ouauit de Aetholis, triumphauit de Ambracensibus. L. Lucretius Tricipitinus de Volscis. Marius de Teutonibus, & Iugurtha. Proper. lib. 4. Dij melius, quantus mulier foret una triumphus, Ductus erat per quas ante Iugurtha uias. Q. Ce. Metellus de Iugurtha, et Numydis. L. Mumius de Arabis. M. Horatius consul de Sabinis, sine autoritate Senatus. L. Papyrius Cursor de Samnitibus. L. Papyrius Crassus, eius filius, de Priuernatibus. Cn. Pompeius, Magni Pompeij pater, de Picentibus. Pompeius Magnus de Tarba, Mithridate, Aristobolo rege Iudaeorum. Aul. Posthumus Tubero de Volscis. L. Aemilius Paulus de Liguribus. Q. Capitolinus, quinquies consul, de Volscis. Scipio Africanus de Annibale, & Syphace. Sulpitius de reliquis Brenni. L. Valerius Valesij filius, de Volscis, et Sabinis. Valerius Coruinus (qui sexies fuit consul) de Samnitibus. L. Valerius de Volscis, & Equis, sine autoritate Senatus. M. Attilius Glabrio de Antiocho, & Aetholis. Aurelius imperator de Zenobia Palmyrenorum regina. Septimius Seuerus imperator de Arabibus, & Adiabenis. Dagobertus rex Francorum de Saxonibus. P. Papyrius Naso de Corsis. Julius Caesar confectus bellis quinquies triumphauit, primum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, nouissimum Hispaniense. Triumphauit P. Licchus de Indis. Tatius de Sabinis. Gordianus de Persis. Augustus Curules triumphos tres egit: Dalmaticum, Aethiacum, Alexandrinum, continuo

Z triduo.

triduo. Antonius Commodus triumphauit de Germanis. Domitianus de Dacis, et Catitis. Papyrius Cursor de Corsis, in monte Albano.

Porro aut lege fuit cautum, ne quis triumpharet, qui minus quam quinq; millia una acie superasset. Nulli item licuit triumphare, qui nec Dictator, neq; Prætor, nec Consul res gessisset. Item nemini prius decernebatur triumphus, quam regionem (de qua triumphaturus erat) successoris pacatam reliquisset. Triumphantes auratis curribus uehebantur, quos albi traherent equi. Pompeij tamen currum in triumpho Africo traxerunt Elephantis: quem imitatus Cæsar, uectus est elephantis quadraginta, dextra Leuaq; lychnos gestantibus, autore Tranquillo. Et Gordiano quadrigæ Elephantorum decretæ sunt triumpho Persico. Habuit et Aurelianus currum quatuor ceruis iunctum. Moris quoq; fuit, ut in triumphanti curru sederent eorundem filij. Unde et Aemilius Paulus speciosissimo triumpho filium duxit, quem triduo post amiserat. Triumphantes sequebantur Laureati milites. Moris item fuit, Imperatores belli ciuilibus uictoria, quantumuis magna, non triumphare: quia ciues, non hostes occidissent. Item, ut milites ex abiectissimis quibusque diuersis conuitijs triumphantes inceserent, ne prospera illa fortuna plus æquo superbirent, et insolerent. Sic triumphante Cæsare milites dixerunt: Galliam subegit Cæsar, Nicomedes Cæsarem. Itæ Romani seruante uxores, Nocturnum caluum uobis adducimus. Ventidium quoq; Bassum in Parthico triumpho secuti milites decantauerunt: Qui multos fricabat, factus est consul. Porro de lege cautum erat, ne dux ante triumphum in urbem ingrederetur. Paulus Orosius

et cum eo Blondus scribunt, Romanos triumphos numero fuisse 3. o.

Omnium ultimus triumphauit Probus Imperator.

Hec de Triumphis, de quibus qui plura scire cupiet, uideat Blondum Foroiuuensem lib. 10 de Roma triumphante.

DE IIS, QUÆ VI OR PECVLIARES quasdam uirtutes Statuas meruerunt.

Sesostris rex Aegypti, statuam præclaris facinorib. et bellica uirtute apud suos adeptus est.

Aristogitoni et Armodio statuæ ab Atheniensibus erectæ sunt, quod Athenas ipsas tyrannide Pisistrati liberaissent. Plinius lib. 34.

Asylo Crotoniatæ (quum tribus continuis Olympiis uicisset stadio) posita est statuæ.

Autolycus Pancratiastes statuam habuit in Prytaneo. testis apud Volaterranum Pausanias.

Demetrius Phalereus auditor Theophrasti, ab Atheniensibus. (quorum Remp. summa uirtute ac prudentia 10 annos administrat) 360 statuæ honoratus est. Quas cum postea inuidia discicissent, satis habuit hæc dicere: At uirtutes non euerterunt, quarum gratia eas erexerant. Laertius, et Plinius.

Eunomio Locrensi artis citharæ licæ præstantia statuam peperit, quæ Volaterranus adhuc in Italia Locris ostendi testis est. Euthymius apud Plinium legitur.

Meruit et statuam Athenis Fauorinus philosophus, quæ (quum odium Hætriam uicisset) discicestæ est. Phil. apud Vol.

Isocrates orator Atheniensis sua eloquentia statuam in Olympia meruit.

Gorgias Leontinus Delphis in templo sibi

sibi posuit auream et solidam statuam priamus, teste Plin. cap. 4. lib. 33.

Mithridates Platonis gloria motus eidem statuam dicauit egregium Sydonis opus, quæ hoc modo inscripsit: Mithridates Rhodotæ filius hanc Platonis imaginem Musis dicatam erexit: auctor Plutar.

Pausanias Cleombroti filius, quum præclaris facinoribus Lacedæmones sibi demerisset, statuam ab eisdem honoratus est, quam tamen postea euerterunt, quod arripere tyrannidem uoluisset. Thucydides lib. 1.

Phryne meretrix statuam donata est ob formam et pulchritudinem, cuius causa prius in iudicio fuerat absoluta, quum tunicam à peregre deduxisset. Quintil. lib. 2.

Ptolemæus Philopator Homero poeta rum maximo templum cum statuam dicauit. Aelianus apud Volater.

Epicurum Atheniensem philosophum ob doctrinam statuam æreis patriam decorauit. Tortellius.

Athenienses Phocioni suo principi mortuo æream statuam dicauerunt, ob plurima in Remp. beneficia, inueniatq; eius reliquias publicis sumptibus tumulo mandauerunt. Plutar. in eius uita.

Beroso ob uerissimas rerum prædictiones statuam posuere Athenienses inaurata ligna. Plin. lib. 7.

Archyas Hybleus quum tres ordine Olympia simul et Pythia uicisset, statuam cum Epigrammatis inscriptione meruit. Volaterr. in Phil. 3.

Arcadius et Honorius petente senatu statuam Claudiano poetae Alexandrino in foro collocari iusserunt.

Demostheni mortuo Atheniensis populus erexit statuam, cui hoc inscripserunt: Si pares ingenio uires Demosthenes habu-

isset, nunquam Græciæ dominatus fuisset Macedo. Plut. in eius uita.

Cononi Atheniensium duci, et Euagore, posite sunt statuæ prope Iouis seruatoris simulachrum. Plut. in Euagora.

Idem in Alcibiade ait, multas Athenis statuas Mercurio fuisse erectas.

Polydamas Herculani roboris athleta, qui leonem in Olympia inermis iugulauit, et correptum inuiscatæ magnitudinis taurum, quamuis præarabido impetu proficiente, retinuit, quadrigasq; tota uicinitate altera manu remoratus est, statuam meruit in Olympia. Cælius lib. 7. cap. 56.

Cylon quamuis tyrannidem offensus Athenis, nihilominus tamen ob excellentem formam (quæ nullum non allicit) statuam æneam honestatus est. Cælius lib. 13. cap. 7.

Oppianus poeta, ex Anazarbo Ciliciæ ciuitate (qui de piscibus scripsit) à suis ciuibus magnifica statuam honoratus est, cum hoc Elogio: Oppianus sum suauiloquus uates, quem crudelis, atq; inhumani inuidia fati ante diem eripuit. Quod si longius in luce moras dedisset, nullus mihi par gloria mortalium in terris foret. Volater.

Numa quoq; et Seruius statuam apud Romanos sua uirtute meruerunt. auctor Plin.

Minutio Augurino statuam extra portam trigeminam erectam est, populo stipe collata, quod farris precium in trinis nundinis ad assem redigisset. Plin. lib. 18. cap. 3.

Trebius in Aedilitate asibus populo frumentum præstitit. Quam ob causam et ei statuam in Capitolio et Palatio dicatæ sunt. Plinius ibidem cap. 3. Notatum est autem in Camoenarum æde maxima forma statuam sibi posuisse, quum breuis admodum esset. Plinius cap. 5. lib. 34.

M. Portius Cato fuit Roma. adeo gratus, ut senatus statuam ei consularem in templo collocauerit, cum in inscriptione restitutos ab eo mores testante. Plutar. in Catone Censore.

Titum Corocanum quum Tensa Ilyriorum regina liberius locutum occidisset, mortuum senatus statua decorauit. Plinius lib. 24. cap. 6.

M. Attilius Glabrio quum apud Thermopylas Antiochum, Asiae regem deuicisset, compositi fuerit, statuam auratam patri erexit in aede Pietatis, quod nemini antea Romae contigerat. Liu. lib. 4. & Valerius de institutis antiquis.

Horatio Coclyti statua fuit, quod Ethruscorum aciem in Sublacio ponte solus sustinisset, donec pons a tergo interrumpere tur, quo cum in Tyberim decidit. Plut. ait, fuisse positam in aede Vulcani.

Chicelae uirgini Romae equestris statua posita est in uia sacra, quod armata & equo insidens Tyberim traiecit, ad decinandam uim Porfene Ethruscorum regis. Liuus lib. 2. & Plut. in Parallelo.

Plutarchus in uita Publicolae ait, positam fuisse Porfene statuam iuxta curiam.

M. Claudius Marcellus, quum propter Gallos iuxta Padum, & Annibalem apud Nolam superatos, oppugnatas item Syracusas, in praemium uirtutis statuam habuit in aede Palladis cum Epigrammate.

Mutio Scaeuola (qui coram Porfena Ethruscorum rege Romam obsidente deterram flammis admoerant, urbemque obditione liberauerat) Romani statuam erexerunt, eique prata dederunt trans Tyberim.

Cheronenses statuam lapideam in foro prope Liberum patrem publicè Lucullo

constituerunt. Author Plutarchus in Cimonem.

Iunio Rustico Philosopho statuam erexit M. Antonius Imperator. Capitolinus. Mantuani, mortuo Vergilio, multis post seculis statuam in celebriore suae urbis loco erexerunt, tanti adhuc uiri memores, quem multis ante diebus suffocauerant Parca. Pontanus de Obedientia.

Verrius Flaccus grammaticus, nepotum Augusti praceptor, statuam habuit in Praeneste oppido. Tranquil. de illust. Grammaticis.

Claudio secundo Romanorum imperatori statua cum aureo clypeo erecta est, quod Gothos Macedonia uastantes magna attriussit clade. Eusebius.

Oclauio oratori Romano S. P. Q. R. statuam erexit, quod legatus ad Antiochum missus, regem ipsum respondere sine cunctatione & mora compulisset. Plinius hoc ascribit Cn. Popilio. Crinitus lib. 7. cap. 3.

Vestritius Spurinna Lyricus poeta in Bruclerum regem imperator constitutus, parta uictoria triumphalè meruit statuam. Plin. Iunior Epist. 7. lib. 2.

Nerua Cocceius Imperator statuas, & imagines, Sossiae, Palmae, & Celso constituit, quos uiros praeter ceteris coluit, & summo in honore habuit. autor Dion. Cassius.

Iosephus Iudaeus propter libros de castitate Iudaica scriptos, statuam Romae obtinuit.

Antonio Musae medico Roma statuam Aesculapio proximam locauit, ob Augustum morbo sanatum. Suet. in Augusto.

Caia seu Tranquil. mulier laudatissima, & Tarquinij uxor, statuam in templo meruit.

ARTES

ARTES ET ARTIFICES.

Titulus VI.

MVSAE NOVM.

Musas Poetae fingunt esse Iouis & Memoriae, seu Mnemosynes filias, quod doctum oporteat fecunda esse memoria Dicunt in super has Musae praefese, & carminum inuentrices uocant, quod Musa cantum significet, & Poetis proxime ad Musam accedat, quum praesertim & numeris constet, & prosodia. Fingunt earum sedem esse in Helycone, Baeotiae monte, prope Phocidem, a quo ut a confinibus locis diuersa meruerunt nomina. Vocantur siquidem Helyconides, & Helyconides, ab Helycone: Parnasides, a Parnaso Phocidis monte, ubi etiam finguntur habitare: Aonides, & Aoniae, ab Aonia, quae est propinqua Phocidi: Cyberistades, a Cytherone Baeotiae monte: Pierides, a Pieria regione Macedoniae, ubi etiam Musarum domus esse dicitur: Thespiades, a Thespia oppido Helyconi propinquo: Pegasides, a Pegaso equo Bellerophontis, qui pedum unguis fontem e terra dicitur elicuisse, sacrum Musis, nomine Hippocrenem, a quo & Hippocrenides dicuntur: Libethrides, a Libethro Macedoniae monte sibi sacro: Pymplades, seu Pymplae, uel a Pymplaeo Macedoniae fonte, uel monte Orchomenorum: Castalides quoque pari ratione dicuntur a Poetis, a Castalio fonte Parnasi, quem etiam sacrum Musis fabulantur. Superest ut haec omnia testimonijs confirmemus. Vergilius in Bucolicis: Nymphae nos amor Libethrides. Columella libro 11. Nunc uos Pegasidum comites Acheloi-

das oro. Ouidius in epistola Sapphus: At mihi Pegasides blandissima carmina dicant. Idem ibidem: Nec mihi Pierides sumbeunt, Dryades uel puellae, Nec me Thespiadum caetera turba iuuat. Lucretius libro 3. Adde Helyconiadum comites, quorum uerus Homerus. Ouidius libro quarto Fastorum: Pandite mandati memores Helyconis alumnae. Statius libro primo Syl. Nunc opus Aonidum comites tripodumque ministri. Stat. lib. 2. Syl. Et superet Pymplaea sitim. Sidonius: Hippocreni satus iungebat Pegasus alas. Dicuntur etiam Aganippides, & Aganippeae, ab Aganippe Baeotiae fonte. Marullus: Nec melior uita scientia est, Exemploque Aganippidum. Item Ilissides, a fluuio Athenarum: Lygiae, ob canorum genus: Corycides, a colle uel antro apud Delpho: Mnemosynides a memoria: Calliope dicitur bona uox: Clio gloria, uel celebritas: Erato, amor, uel cantus amoris: Thalia, cantus lasciuia: Melpomene, cantus: Terpsichore, exultans choreis: Euterpe, concentus suauitatis: Polyhymnia, multitudo cantionum, & hymnorum. Varii sunt earum inuenta. Clio inuenit Historiam, Thalia Georgiam, & circa plantas Pragmatia, Euterpe mathematica, Terpsichore Paeiam, Erato Orchesti, Polyhymnia lyram, Melpomene cantum, Urania Astrologiam, Calliope Poesim. Musis in Helicone rem primam diuinam fecerunt Oribus, & Ephyaltes, sacrumque illis dixerunt montem, quas tres tantum intelligi uoluerunt, Meleten, Mnemen, Aocden. Nouem postea fecit Pierius Macedo omnibus (quae nunc habentur) impositis, inquit Caelius caepite 8. libro 10.

Z. 3. PRAE/

PRÆCEPTORES,
& pedagogi.

Chrisippus, Erastriati. Asclepiades, Temifontis. Protagoras, Euatli Agonas, Zoroastris. Callimachus, Erathosthenis. Erathosthenes, Aristophanis. Volcætius, Cefelij. Anaxagoras, & Damon, Periclis. Molo, Ciceronis. Posidonium quoque Ciceronis magistrū fuisse, Cicero in libro de Fato. Eum audiendi gratia Rhodum adijt, ut in eius uita Plutarchus. Socion, Senecæ. Seneca, Neronis. Cebes, Pheionis. Philetas Cous, Ptolemæi. Pamphyus Amphipolyta, Apellis. Empedocles, Gorgiæ. Plutarchus, Traiani. Donatus, et Victorinus, Hieronymi. Palæmō, et Flavius Virginius, Persij. Architas, Empedoclis. Saccas Ammonius, Plotimi. Serbidius Scæuola, Pappiniani. Arnobius, Lactantij. Linus, Hercules. Lysias, Epaminundæ. Policetus, Argij. Apollodori, Alexis, et Aristidis pictorum. Agelades, Myronis. Sostratus, Lysippi. Phydias, Alcamanis, & Colotis. Myron, Lycij. Lysippus, Phœnicis. Euxinidas, Aristidis. Eupōpus, Pamphili. Theophrastus, Demetriij Phalerei. Chiron, et Phœnix, Achilles. Lynus, Orphei, Thamiræ, & Hercules. Pherecides, Pythagoræ. Marianus Matthews, Franciscus Puteolanus, Beroaldi. Lysimachus, & Leonides, Alexandri. Connidas, Thesei. Sarpedon, Catonis. Zopyrus, Alcibiadis. Achilles, Ptolemæi. Sadragesilus, Dagoberti. Sicinus, liberorum Themistoclis. Hopleus, Tydei Acetes, Pallantis. Hyagenes tibicen, Marsiæ. Pontanus, Marulli. Silenus, Bacchi. Rainerius Froluiniensis, Bartoli. Bartolus, Baldi. Baldus docebat Tricini. Paulus Castrensis, & Antonius Rosellius, Paduæ. Benediclus Capra, Persij Barbatia Siculus, Bononiæ. Fuit et

Victorinus Fertinus Gonzagarum pædagogus. Antonius Panbormita, Alphōsi Aragonis Siciliæ regis præceptor. Andronicus Theffalonicēsis, Politiani. Chalcidias, Iouiniiani Grammatici. Andalus Genuēsis, Boccacij. Amonius, Origenis. Anacreon, Smerdis filij Polycratis Samiorum regis. Thales Milesius, Anaximandri Anaximenes. Anaximenes, Anaxagoræ. Philoxenus, Antigenidus musici. Socrates, Antisthenis. Antisthenes, Diogenis. Euphronor, Appionis grammatici. Asclepiades, Apollodori grammatici. Apollodorus Pergameus, Cæsaris Augusti. Menecrates, Arati poetæ. Anaxagoras, Archelai Milesij. Plato, Aristotelis. Socrates, Aristippi. Aristophanes grammaticus, Aristarchi. Crates, Bionis. Hermocrates, Callimachi. Aristoteles, Callisthenis. Anaxagoras, Carneadis. Socrates, Cherephontis. Herodotus, Chœrili. Diogenes, Cratis Thebani. Pappulus, Dionysij Areopagitæ Prodicus, et Socrates, Euripidus. Docuit Aristoteles annis 30. Quintilianus 20 Pomponius Letus Romæ, & Cæpanus, Perusiæ: Christophorus Landinus, Florentiæ bonas artes professi sunt. Possum infinitos huiusmodi congerere, quos prætermitto, quod hoc ipsum modici uideatur momenti: tum etiam, quod non putem posse fieri, ut quis ex marceri congerie fructum sibi faciat, cui hæc nihil profuerint.

GYMNASIA.

Gymnasium proprie dicebatur locus, in quo nudi palastris oleo perundi conuertabant. Nunc pro quocunque exercitij loco solet accipi. Vnde & Gymnastes præceptor, Gymnasiarcha gymnasij magister.

Cre-

Craneum gymnasium erat apud Corinthiū.

Est & Cyllaraium gymnasij nomen apud Plutar. in Cleomene.

Lyceum, Academia, Prytaneum, Canopus, Pœcile, Tempe, gymnasia Athenis fuerunt. Nā & Canopus agnoscit Philostratus in Herodis Attici uita. Pœcile uerò porticus uaria à Latinis appellatur. Nobilitata etiā præter picturā Marathonicæ pugnæ, Zenonis Stoici conuentu. Vnde à porticu Stoici dicti. Lyceum Aristotelis, Academia Platonis scholæ fuerūt. Versus Ciceronis: Inq; Academia umbrifera, nitidoq; Lyceo Fuderunt claras foccūdi pectoris artes. De Prytaneo, Cicero lib. 1. de Oratore: Et ut ei uictus quotidianus in Prytaneo publice præberetur.

MEMORIA CLARI.

Edras sacerdos uniuersas Hebræorum doctrinas habuit in memoria.

Themistocles tanta fuit memoria, ut Simonidi artem memoriæ pollicenti, dixerit semelle artem obliuionis, quod etiam meminisset, quæ nolle: & obliuisci non posset, quæ uellet. autor Cicero libro secundo de Embus.

Carmides in Græcia, quæ quis exegisset uolumina in bibliothecis, legentis modo representabat. autor Plinius.

Aium & Theodectem Aristotelis discipulum multæ fuisse memoriæ.

Cyrus rex nomina cunctorum militum in exercitu tenebat.

Cyneas Pyrrhi legatus Romam à domo in ssus omnium senatorum nomina edidit uno die, quorum confessum totidem regnum sibi uideri retulit Pyrrho.

Mithridates duarū et uiginti gentium, quas habuit sub ditione, linguas percalluit,

earumq; gentium uiris sine interprete locutus est. autores Plin. & Gell.

Scipio in exercitu Romanorum tenebat nomina.

Habuit Lucullus diuinā quandam rerū memoriā, maiore uerborum Hortensius. autor Cic. lib. 4. Quæst. Acad.

Hortensius orationē ipsē uerbis scriptabat & pronuntiabat, quibus meditabatur.

Tanta fuit Portio Latroni memoriā, ut quæ dicturus erat, ediscendi causa nunquā relegeret. Edidicerat quum scribebat. Dicebat ita, ut in nullo unquam uerbo memoria eum deciperet. Iubebat aliquem nominari ducem, statim illius gesta ad unguem reddebat.

Iulius Cæsar eodem tempore quaternas dictabat epistolas. Plinius scribit eum lege re, simul dictare, & audire consueffe.

Seneca scribit, memoriā in seipso adeo excelluisse, ut nō ad usum modō sufficeret, sed in miraculum usq; procederet. Nā duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta, referebat. Ducētos uersus ab ultimo incipiens, recitabat.

Aelius Adrianus tanta fuit memoria, ut locas, negotia, milites absentes quoq; nominibus recenseret.

Antonius Rauennas ante Antonij Sabellici multa rerum millia stans percipiebat animo.

OBLIVOSI, ET

qui memoria exciderunt.

Atticus Herodis Sophistæ filius, tanta fuit ingenij brētutine, ut ne clementium quidem nomina perdiscere, aut retinere unquam potuerit.

Thracæ tam obtuso sunt ingenio, &

adeo infecunda memoria, ut quaternarii numerando nequeant transcendere.

Curio pater tam nulla fuit memoria, ut olim totam causam in iudicio sit oblitus: et sic Cicerone.

Messala Coruinus morbi diritate sui nominis oblitus est: auctore Plinio.

Bamba rex Gothorum haustu ueneni ab Heringio successore dati memoriam amissit.

Franciscus Barbarus, Hermolai amicus, Græcas literas (quarum prius erat doctissimus) in extrema senectute oblitus est.

Seneca scribit, Caluistum Sabinum tam fragili, aut nulla potius extitisse memoria, ut illi modo Ulyssis, modo Achillis, modo Priami nomen excideret, quos tamen nouerat optimè.

Orbilius Beneuentanus in extrema senectute excidit memoria. Vnde Bibaculus: Orbili ubinam est literarum obliuio?

Georgius Trapezuntius in extrema senectute oblitus est literarum.

ALII, QVI VERBA FACTA

sturi, memoria exciderunt.

Theophrastus apud Atheniensem populum dicturus præ pudore obticuit.

Demosthenes apud Philippum regem Amyntæ filium, Herodes Atticus coram Antonio, Heraclitus Lycius sophista coram Seuero principe uerba facturi præter spem obmutuerunt.

Hipparchion ueniens in certamen cum Ruffino citharcedo, spe omnium elusa conticuit. Hinc adagium, Mutus Hipparchion.

Bartholomæus Sothimus nomine sue ciuitatis Alexandro Põitfici maximo gratulaturus, in media præ oratione exci-

dit: et præmissos Barbarus apud Philippum insubrium ducem.

DOCTI VIRI, HABITI
in magno precio, et honore.

Qvanti olim estimatæ sint bonæ literæ, quantumq; doctis sit concessum, nullo certius argumento, quam sequentibus patet exemplis.

Daniel propheta Cyro rege (quæ Theologia mysteria perdocuit) familiarissimè utebatur. auctor Theodoritus Cyrenensis.

Alexander magnus capto inter spolia Darij Persarum regis unguentorum serinio (quod erat auro, gemmis, ac margaritis preciosum) libros Homeri (quos tanto dignos loculo existimabat) inclusit. Plin. lib. 7. cap. 29.

Idem quum Thebas euerteret, et in omnes sine discrimine seiret, Pindari uaticinatibus parcere iussit.

Idem Aristotelis præceptoris sui nomini Patriam condidit, eiq; multa hominum millia parere iussit, ad scribendos rerum naturalium libros.

Archilochi poetæ interfectores Apollo arguit Delphis.

Sophoclem Tragicum poetam defunctum sepeliri Liber pater iussit, obsidibus moenia Lacedæmonijs, et Lysandro eorū rege in quiete sepius admonito, ut pateretur humari delicias suas. Lysander ubi intellexit Sophoclem mortuum, pacem funeri dedit. Solinus.

Platoni Siciliam ueniens Dionysius tyrannus, quamuis ad superbiam seuitiamq; natus, uitatam nauem misit obuiam, et egressentem in litore quadrigis albis excepit. Plutarchus in uita Dionis.

Annicetus Cyrenæus eundem ab Aeginetis

is captum, et inter mancipia uenalem expositum, ne quid indignum pateretur, Minis aliquot mercatus est, et honesto comitatu Athenas ad suos remisit. Quam pecuniam quum à Platone sibi remissam intellexisset, Professò, inquit, peccatum uideri potest, quòd maiore summa non inuenim tantum uirum.

Platonem ipsum tanti fecit Aristoteles discipulus, ut nomini eius aram in templo construxerit, statuamq; consecrauerit, in qua scriptum erat, hunc esse illum quæ probi omnes merito debeant imitari, et commendare. Vnde extant Criniti uersus in Parthenicis, Hæc illa est ars floribus redimita suaue olentibus, Quam gratus bene merenti statuit discipulus seni, Tituloq; hoc testatus animum suum, atq; officium, Platonem probandam probè à probis.

Viginti talentis unam orationem uenidit Isocrates.

Aeschines Demosthenis oratione (quæ tamen in exilium missus fuerat) coram amicis laudauit in sua calamitate.

Athenienses Thucydidem rerum suarū scriptorè ab exilio reuocauere, eloquentiam mirati, cuius uirtutem admirauerant.

Menander Comæliographus ab Aegypti regib; per legatos magnis præmijs imitatus est.

Cleombrotum medicum Ptolemæus rex centum donauit talentis, seruato Antiocho rege patre suo. Hæcò codicem Plinianum in alterutro libro mentiosum. Nam lib. 7. cap. 37 de Cleombroto scribit, lib. uerò 19. cap. 1. de Erasistrato. Bud. 2. de Assè.

Olim tantus erat artis oratorie questus, ut Gorgias Leontinus auream statuam et solidam sibi posuerit Delphis. Plin. ca. 4. lib. 33.

Athenienses (ut iam diximus) Demetrio Phalereo 360 statuas erexerunt.

Zeusis tantas opes arte picturæ sibi comparauit, ut in ostentatione earum Olympicis aureis literis in palliorum tessèris in textum nomen suum ostentaret. Plin. lib. 35. capite 10.

Pamphilus pictor neminem docuit minoris talento annis decem, quam mercedem Apelles, et Melanthius ei dedere. Plinius 35. cap. 10.

Apelles Alexandro Magno adeo charus extitit, ut rex Campaspen amastim suam liberali forma puellam eidem dederit. Plinius ibidem.

Attalus rex unicam tabulam Aristarchi pictoris centum talentis emisse dicitur.

Argonautus Cycliæ pictoris tabulam, talentis 140 mercatus est Hortensius orator. Plin. lib. 35. cap. 11.

Zenonem philosophum Athenienses tanto honore profecuti sunt, ut apud eum clauis urbis deponerent, ipsumq; ornarent aurea corona, et imagine ærea. Laertius.

Democritus Diagoram Milesium philosophum saruum mille drachmis emit, ut eundem erudiret. Apud eundem.

Artaxerxes rex Persarum Hiscani præfecto Helleponti, literis scripsit. ut Hippocratem medicum quibusq; fieri possit præmijs in familiam suam inuolaret. Epistola ad hunc fere modum se habebat: Rex regum Magnus Artaxerxes Hiscanti S. Hippocratis medici, Aesculapio prognati, ad me fama peruenit. Da igitur operam ut aurum illi tribuas, quantum cupit, aliaq; item quorum indiget, et ad me uate. Erit enim par honore summis in Perside uiris. Et si quis alius fuerit in Europa uir cla-

rus, hunc amicū nostræ domui redde, nec parce pecunijs. Eidem Hippocrati ab Illyrijs redeunt eosdem honores (quos Herculi) decreuit Græcia ob prædictam pestilentiam Suidas.

Philippus Macedo Amynthæ filius, quāvis omni fermè tēpore negotijs belli esset implicatus, nunquam tamen à liberali musa, studijsq; humanitatis recessit. Propterea scribens ad Aristotelem gloriabatur natum sibi Alexandrum tanti philosophi tempore, à quo doctrinam imbiberet cum uirtute. Epistola autem extat apud Gellium libro nono.

Alcibiades ambitione quadam munera in Socratem congererat, dignam uiri doctrinā multo amplioribus existimans. Cælius lib. 21. cap. 73.

Euripides Tragediographus Archelao Macedonū regi sola uirtutis admiratione fuit familiaris, adeo ut frequentibus conuiuijs ab eo exceptus fuerit, & aureo donatus poculo. In eius quoq; gratiam Syracusani plerofq; Atheniensium (qui apud se seruitutem seruebant) libertate donatos donum incolumes remisere. Cel. lib. 23. cap. 7.

Lampfacō urbi Hellefonti pepercit rex Persarum propter Themistoclem. autor Marcel. lib. 22.

Phalaris Agrigentinus tyrannus, alias fauissimus, templum Sestichero edificandum curauit, suscipiensq; diuisos illi honores in urbe patria habendos, quem tamen olim capitalem inimicum habuerat. Pontanus de Cebetron.

Democedes medicus à Dario (quum salute iresisterat) duobus aurorum compendium parauit, & ab uxoribus ipsius Dario aureos phylas donatus est. autor Herodotus in Xthalia.

Prodicus Philadelphus senes 70. Bibliacæ historie scientissimos abiudæa usque in Aegyptū uocauit, quos regia urbe acceptos, hospitaliter & benigne abiecit, magnisq; muneribus donatos dimisit. Sab.

Propter Ialysij imaginem, à Prothogenepictam, Demetrius Rhodon non succendit, ne simul tabulam cōflagraret. Plinius libro 35.

Candaules rex, Bularchri picturam Magnetum hauri mediocri spaciū repedit auro. Plinius cap. 8. lib. 35.

Scipio Africanus statum Ennii poeta (quem in suis expeditionibus comitē semper habuerat) sepulchro suo imponi iussit, cui uiuenti hortos suis proximos donauerat. Ouidius lib. 3. de Arte. Politianus in Nutricia.

Ciceronem ab urbe pulsum Pomponius Atticus festertijs ducentis, et quadraginta millibus iuuat, & profectus est. Cor. Neupos uita Attici.

Cæsar Dictator duas Timomachi tabulas 80 talentis emit in templo Veneris dicaturus Plin. 3. cap. 11.

Cn. Pompeius Possidenij sapientia professoris domū intraturus, fores percuti demore à lictore uetuit, et fasces lictorios inuicem submisit is, cui se Oriens Occidensq; submiserat. Vide Strabonem lib. 11.

Augustus carmina Vergilij cremari contra testamenti eius uerecundiam uetuit. Eisdem in theatro recitanti uniuersus populus Rom. perinde ac imperatori assurrexit. Hactenus Plin. lib. 7. Eiusdem Vergilij diem natalē (qui fuit Idib. Octob.) quotannis celebrabat, & quibusdā uelut caremonijs uenerabatur. Syl.

Constantinus Imp. Ablabium Aegyptiū philosophum, prætorij sui præfectum &

quā cum Constantino filio imperij rectorem constituit. Eunapius apud Volat.

Frontoni philosopho M. Antonius princeps statum erigi fecit, autore Capitolino, quem Augustus quoque consulari ornauit dignitate.

Anaxenori Citharædo è Tyana ciuitate M. Antonius tributa quatuor ciuitatum legenda præbuit. Strabo lib. 14.

Augustus Alexandrinus (in quos bellum gerebat) tribus de causis fassus est se peperisse. Ob Alexandri memoriam, Urbis pulchritudinem, et amorem Arrij philosophi. Plutarchus in uita Antonij.

Iam diximus erectam Clauiliano statum Arcadij & Honorij Imperatorum prætorcinio.

Dionem Prusæum sophistam, & philosophum, Traianus curru suo plerunque dignatus est, Romam etiam ingressus cum triumpho. Suid. apud Volat.

Iulius Calpurnius poeta, quū à Publico Volo in proscriptorum numerum relatus esset, ab Attico propter ingenium & elegantem eruditionem, absolutus est. Cor. Neupos in uita Attici.

Cor. Gallus Elegiographus fauore Augusti ad præfecturæ gradum conscendit, tribunusq; cohortium effectus est. Crim.

Vepristanus tantū concessit Saleio Basso poetæ Lyrico, ut propter ingenium singularemq; eruditionem auri quinquaginta festertia eidem sitelargitus. Tacit. in dialogo de Oratoribus.

Statium Domitianus magnifico atq; præstantissimo donauit conuiuijs, coronasq; insigni & alijs muneribus honestauit. Crimit. de Latinis Poetis.

Eiusdem Imp. beneficio Syllius ad tertiam consulatum prouectus est. Vnde Mar.

Augusto pia thura uictimasq; Pro nostro date Syllio Camæne:

Bissenos iubet es redire fasces, &c.

Sertinius uir clarissimus tantum concessit Martialis ingenio & doctrinæ, ut ei adhuc uiuenti imaginem more ueterum in sua bibliotheca posuerit. Crim.

Ausonius Cæs. Gratiani (cuius filium Gratianum iuniorē erudierat) beneficio & honestissimis suffragijs dignitatem adeptus est consularem. Idem.

Aurelius Prudent. beneficio Theodosij Imp. ad præfecturam milit. prouectus est.

Lenæus ludimagister in urbe Roma ob ingenium à Pompeio manumissus est. Plin. de illustribus Grammat.

Ouidius quum septem annis apud Getas in exilio durasset, dijs iubentib. in fata concessit. Cui mortuo gens illa, quamuis barbara & imelgens, & à mansuetioribus muris prorsus aliena, solennis tamen exequias celebrauit, & sepulchrum erexit magnificentum. Pontanus de Magnificentijs.

Quid nonne mirū est, histriones maiore quondam in precio habitos, quā nunc habeantur uel egregie literati, quum Roscio actori Theatrico annulum aureū cum censu equestri donauerit Sylla? Quem etiam ferunt mercedem diurnam de publico mille denarios sine gregalibus accepisse. Cic. quoq; elegantissima oratione populum Rom. obiurgauit, quod Roscio gestū agente tumultum mouisset. Macrob. lib. 3. cap. 7.

Decius Laberius quum in spectaculis mimos suos egisset palam, donatus est quingentis sesterijs, cū anulo aureo, q. erat insignis census equestris. autor Tranquill.

Quintilianus ex Hispania ueniens si prædium à fisco accepit ab Eusebio sub Domitiano. Bud. lib. 2. de Aste.

Oppianus poeta, quum Antonio Imperatori Severi principis filio poema de Pithibus nuncupasset, ab eo totidem aureis donatus est nummis, quot illic erant uersus. Volater.

Plinius Iunior referebat potuisse se (quum procuraret in Hispania) uendere suos commentarios Largo Licinio quadringentis millibus nummum. Quis nunc regem (inquit noster Budæus) emere bibliothecam consertissimam decem aureorum millibus uelit, quanti à Plinio ciuis unus priuatus regesta quedam extemporanea licitari ausus est. Plin. lib. 3. Epist.

Iunio rustico philosopho M. Antonius Imperator publica omnia, priuataq; consilia solebat credere: quem postea consulatu, & mortuum statua decorauit. Iulius Capitolinus.

M. Popilius Andronicus opusculum quoddam annalium 16 millibus nummum uendidit. Tranquill. de Gram. illustrib.

Arrianum Historicum (qui historia Mag. Alexandri scripsit) Adrianus et Antonius propter literas ad honorem consularem eleuauerunt. Heliconius apud Volat.

Asinius Pollio Varronis imaginem in bibliotheca collocauit.

Cyrus Panopolyta poeta, beneficio Theodosij iunioris, et Eudoxie eius uxoris, presul factus est. Suid. apud Volat.

Thadeus Florentinus medicus, tanta fuit nominis celebritate, ut ad curam egrotorum extra urbem uocatus, non uilius quam quinquaginta aureorum mercede in singulos dies peregrinaretur: uocatusq; ab Honorio Quarto centum sibi statui uoluit, à quo curato decem millia reportauit. Volat. per rannus.

Ioanni Campegio Bononiensi in Pata-

nium Gymnasium (quod ad publicam literarum professionem fuerat inuitatus) proficiscenti, ab urbis magistratibus Gymnasiarchisq; magna hominum frequentia obuiatum est. Sabell.

Vincetina ciuitas Sabellitum argentea patera magni ponderis donauit.

Matthias rex Pannonie, Ioan. Montem regium hominem Germanum, & Ephemeridum scriptorem multis auxit honoribus & diuitijs. Volat.

Quum Hermolaus Barbarus Venetorum legationes obiret in Italia, & ad urbem Florentiam accederet, Laurentius Mediceus tanto uiro cum multis amicis obuiam processit, quamuis podagricus, eumq; in Caiarua uilla honorificentissime excepit, quam cum instructissima bibliotheca eidem obtulit. Crinitus lib. 15. cap. 9.

Robertus Siciliae rex Fr. Petraricam omnesq; eruditos uiros in precio habuit. Volat. in. Phil.

L I T E R A R V M E T L I T E R A T O R V M Q U I E U E R V N T A M A N T I S S I M I .

A Naxagoras omne patrimonium suum concessit, remq; omnem publicam et priuatam neglexit, ut liberius uacaret philosophia. Laert. & Val. Max. de studio.

Nauigauit in Aegyptum Democritus in Perside usq; ad rubrum mare, ut Chaldaeos consuleret, & melius philosopharetur. Idem quoq; oculos sibi eruit, quod rerum naturalium & diuinarum contemplationi impedimento esse uiderentur. Existimabat enim, cogitationes commentationesq; animi sui contemplandis naturarationibus, negetiores et exactiores fore, si eas uidendi.

uidendi illecebris, & oculorum impedimentis laborasset. Ut autem commodius amplecteretur studia, diuitias omnes reliquit, quae tamē tanta fuerunt, ut pater eius Xerxes exercitui epulum dare potuerit. autor Gellius cap. 17. lib. 10. Cicero lib. 5. de Finibus. Val. de studio.

Pythagoras ad perdiscendum philosophiam solum uertit, exilio suscepto uerius quam peregrinatione. Profectus ad Persas magorum prudentia se formandum tradidit, à quibus siderum motus cursusq; stellarum didicit. Cretam deinde & Lacedaemona nauigauit, quarum moribus & legibus inspectis ad Olympicum certamen descendit. Quod & de Empedocle scribit Plinius lib. 30.

Alexander quum esset legendi et discendi percupidus, Uliadem Homeri (quam rei militaris uaticum solebat appellare) Aristotele exponente perdidit: eam semper unā cum fugione sub puluino iacentem tenere solitus. Onesicritus apud Plut. in Alexandro.

Euclides Megarensis, quum disciplinae Socraticae percipiens esset, neq; tamen Athenas (ubi profitebatur Socrates) auderet ire, quod capitale foret, si quis Megarem Athenis, aut Atheniensium Megaris, propter mutuum utriusq; urbis odium, deprehenderetur, sub noctem tunica longa muliebri indutus ad ipsam philosophiam conueniret, ut uel noctis aliquo tempore confertiorum sermonumq; eius fieret particeps. Rursus sub lucem eadem indutus ueste redibat. Gellius lib. 6. cap. 10.

Ferunt Platonem quum tenui admodum esset pecunia, tres tamen Philolai Pythagorici libros decem millibus denarium mercatum, quod precium à Dione quodam Sy-

racusano acceperat. Idem octogenario maior moriens sub capite Sophronis numeros habuisse fertur. Sic nec extrema quidē eius hora agitatiōe studij uacua fuit, inquit Val. Max. de studio. Gell. lib. 4. cap. 17.

Aristotelem quoq; traditū est, pauculos Speusippi libros post mortē eius emisse salentis tribus Atticis. Gell. lib. 4. cap. 17.

Fuit Hippocrates discēdae medicinae adeo studiosus, ut eum nō puduerit uel retributa gustare, ut inde morbi naturā persentisceret. Quod tamē aliqui Aesculapio ascribunt. autor Cel. cap. 12. lib. 16.

Monymus Corinthij cuiusdam Trapezita filius, quum philosophia amore caperetur, cuperetq; magnopere dare operam Diogeni, neq; tamen hoc ipsum à domino posset impetrare, simulata insania monentam cepit spargere, eoque modo dimissus, ad philosophiam se conuertit, Diogenemque secutus est. Laertius.

Ptolemaeus rex Alexandrinus doctissimos quoq; ad se uocatos, salarijs donisq; profectus est. Pent.

Dionysius Syracusanus Heliconem Cyzicenum talento donauit, quod à Solis deliquum praedixisset.

Lysander ob pauculos uersiculos Antiochi poetae pileum argento impleuit. Pont.

Carneades philosophus quum cibi capiendi causa recubisset, philosophicis cogitationibus interdum usque adeo inhaerebat, ut manum ad mensam porrigere obliuisceretur. Idem cum Chrylippo disputaturus belleboro se ante purgabat ad exprimendum ingenium suum attentius, et illius resellendum acrius. Val. Max.

Captis Syracensis Marcellus Archime, dis philosophi precibus parei iussit, cuius

tamen machinationibus uictoriam suam multum ac diu inhibitam fenserat. Plin. lib. 7. cap. 37.

Confectus senio Socrates scilicet tra- standis operam dedit, ut tantis doctrinae suae diuitijs musicae rationis adderet ele- mentum. Cic. de Senectute.

Chrysippus 80. Isocrates quartum & 80 nati annos opera scripserunt: hic Pa- mathenaicon, ille Logicon acutissima sub- tilitatis uolumen. Valerius.

Cleanthes quaestu extrahere aquae no- terno tempore inopiam suam sustinebat, diurno Chrysippi praecipis percipiendis operam dabat. idem quum centesimum atti- gisset annum, auditores tamen erudiebat.

Sophocles centum propè natus annos Oedipodè tragœdiam conscripsit. Cicero in Catone Maiore: Sophocles, inquit, ad summam senectutem tragœdias fecit.

Simonides poeta octogesimo anno & carmina docuit, & in eorum certam de- scendit. Valerius.

Scipio in medijs difficillimi belli appa- ribus bonarum artium studia non praeter- misit, philosophorum scholas crepidatus frequentans. Et ne post tot insignes uicto- rias animum sibi inolescere prosperis suc- cessibus rerum permitteret, cum literis & literatis frequens uersabatur. Pontanus de Fortitudine.

Scipio Africanus Padiam Cyri de ma- nibus non ponebat. Beroaldus autor.

Cato Censorius anno 86 aetatis causam pro se egit aduersus temerariam inuentu- tem. Literas Graecas didicit, & ius civile. Defendit Galbam oratorem accusatum. Flavius lib. 4. & Val. de studio.

Cato Uticensis ne quid temporis absq; aliqua exercitij parte efflueret, in curia

Graecè lectitabat, tantisper dum cogere p- tur Senatus. Cic. lib. 3. de Finibus.

Liuius Drusus aetatis uiribus & acie oculorum iam defectus, ius civile tamen po- pulo interpretatus est, quod cupientibus discere utilissima composuit monumenta. Val. de studio.

Publius Crassus quum in Asiam ad Ari- stonicum regem debellandum Consul ue- nisset, tantum Graecae linguae studium im- pendit, ut eam in quinque diuisam genera per omnes partes ac numeros didicerit. Va- lerius, & Blondus lib. 4.

Terentius Varro annos seculi supergressus interijt scribendo. Blondus lib. 4.

Iulius Caesar (ut est apud Suetonium) omnes medicinae et liberalium artium pro- fessores ciuitate donauit, ut libentius ur- bem incolerent.

Vespasianus Imperator, ingenia et artes maxime fuit: primusque è fisco Latinis Graecisq; rhetoribus annua centena con- stituit: praestantes poetas muneribus orna- uit: & bibliothecas incendio absumptas re- parauit. Suet. & Blondus lib. 4.

Gordiano Imperatori bonae literae adeo p- zuerunt, ut plaris fecerit librorum, quam auri uel argenti, sibi thesaurum compara- re. Habuit enim in bibliotheca 62. millia il- lorum. Iul. Cap.

Adrianus Imperator impese adeo Grae- cae doctrinae inuigilabat, ut à plerisq; Grae- culus uocaretur. Sextus Aurelius.

Tacitus Imperator Cor. Taciti uiri con- sularis historiam de Romanis imperatori- bus, non modo in omnibus bibliothecis ius- sit collocari, sed etiam edicto cauit, ut de- p- cies quatuordecim ad usum publicum trans- beretur, atq; in bibliothecis poneretur. Eli- uis Vopiscus.

Nemo

Nemo studia bonarum artium sicut m- dulgentius, quam Carolus Magnus, ut qui Parrhisiense gymnasium, & Papiense ac- cersit undecurq; doctissimis uiris insti- tuerit. Bap. Egnatius.

Fuit et Carolo Crasso singularis bene- uolentia in literatos homines, quos ad scri- bendum solebat adhortari. Idem Egnatius.

Sigismundus Imperator doctos homines etiã fuit, & magnis honestati dignitati- bus. Accusauit etiam plerumq; Germanos principes, qui latinas odissent literas. Re- prehensus à quibusdam, quod uiros humi- les, sed literatos foueret: Ego (inquit) eos amo, quos uirtutibus & doctrina (quibus nobilitatem metior) ceteris antecellere ui- deo. Baptista Egnatius.

Antonius cognomento Pius, Rhetori- bus ac philosophis non sularia modo, ue- rum etiam honores ac prouincias decreuit. Pontanus de Liberalitate.

Alexander Seuerus non modo literato- rum genus omne, uerum etiam ar- tificiosos (in quo quisq; elucesceret) profe- culus est. Idem autor.

Cyprianus diem nullum sine Tertullia- nillectone permittebat effluere, cuius li- bros cum peteret, dicere solebat, Da magi- strum: amore D. Hieronymo.

Beatus Hieronymus Romae primū, mox in Bizantio et Antiochia, demum apud So- lymos, discendi studio uarijs praceptoribus operam dedit. Habuit in literis Hebraeis Barbarum & Nicodemum iudeos: in hu- manioribus literis Donatum & Victori- num: in sacris Gregorium Nazianzenum, Apollinarem Antiochenum, et Didymum Alexandrinum. Crinitus cap. 6. lib. 6.

Augustus liberalibus studijs, praesertim eloquentiae, in tantum incubuit, ut nullus,

ne in procinctu quidem laberetur dies, quin legeret, scriberet, declamaret.

Carolus septimus, sexti filius, Gallo- rum rex, solenni Episcoporum concilio Pra- gmaticam instituit sanctionem, ut qui ma- gna olei impensa euassissent literati, ad sa- cerdotia proueberentur. Prius enim curae animarum (quas uocant Beneficia) mulio- ribus, aut etiam leonibus praesulum dabun- tur: ita ut utilius multo uideretur, in auli- ca uita eius rei gratia parasitari, & scur- ram agere, quam studium literis impertiri. Afini enim portabant mysteria. Doctos oportebat sua fama contentos uiuere, nec aliud sperare quicquam.

Bessarionis presbyteri Cardinalis (quum sub Eugenio quarto floruit) domus fuit li- beralium artium officina, doctissimosq; ui- ros semper aluit, atq; fuit. Nec minus ipse in literis uersabatur. Platonem in primis obseruabat, in cuius defensionem commen- tarios edidit contra Trapezuntium peri- pateticum. Volaterranus.

Abundauit uiris doctis Nicolai Quinti Pontificis Maximi, & Alphonsi regis au- la: quorum hic Antonium Panhormitam ob scriptum de dictis ac factis suis librum mille aureis donauit. Poggium Florenti- num quingentis, ob conuersum è Graeco in Latium Xenophontis librum qui Cyr- ri pedia inscribitur. Idem.

Iulius Massaniensis Alphonsi regis cen- sui rationibus praepositus, ita Iouanua Pontanum poetam elegantissimum iuuit, ut Pontanus ipse omnia sua eidem referat accepta. ibidem.

Ferdinandus rex grandem pecunia sum- mam quotannis ex arario pendendam statuit Rhetoribus, Medicis, Philoso- phis, & Theologis, qui publice Neopo-

li docerent. Egregium sanè factū (ait Pontanus) ingenia prosequi, uirtutes ornare, & ad colendos animos excitare iuuentutem.

Borsus Ferrariensium princeps, ingenijs magnopere fuit, quæ undecunq; accersita domi aiebat, & in his T. Strozium poetam Florentinum, Ioannē Aurispian, Hugonem medicū, & Petrum Bonum Lyristem egregium. Volat. in Geog.

INDOCTI, ET QVI

literas oderunt.

Herodes Atticus quum ingenio & eloquentia nulli secundus haberetur, filiū habuit adeo hebetem, ut ne prima perciperet elementa. Philostratus in eius uita.

Cælius scribit, Heraclidem Lycium hebeti fuisse ingenio, & ad literas, politoremq; cultum ineptissimo.

Philonides fuit Melitēsis quispian prægrandi corpore, ceterum insulsus & indoctus. Vnde adagium fluxit Erasmo postum: Indoctior Philonide.

Licinius imperator, fuit literis adeo infestus, ut uirus ac pestem publicam eas appellaret. Sed cur, inquit B. Egnat. eas non odisset, quarum adeo expers erat, ut ne decretis quidem subscribere posset?

Valentianus quoq; imperator, Gratiani filius, magno literarum odio conflauit.

MULIERES DOCTÆ.

Dilora mulier de tribu Effraim uaticinio claruit.

Minerva Iouis primi filia, non aliam ob causam relata est in numerum deorum, quam propter bonarum artium (quarum fuit inuentrix) peritiam. Vnde & ueteres illæ Athenæ sui nominis immortalitatem mutuatæ sunt.

Corinthe tres fuerunt. Prima Thebana, seu Tanagraea, Archelodori & Procratiæ filia, & Myruidis discipula, quæ Lyricorum principem Pindarum quinquies uicisse, & Epigrammatum quinq; libros edidisse fertur. De hac Propertius lib. 2. Et sua cum antiquæ committit scripta Corinthe. Stat. lib. 5. Syl. Secunda fuit Thepsia, ueterum quoq; monumentis celebrata plurimum. Tertia floruit Ouidij temporibus, poetæ charissima.

Erinna poetria Teia, aut Telia (est enim Telos insula prope Gnydon) floruit Dionis Syracusani temporibus. Scripsit Dorica lingua elegans poemata, trecentis uersibus absolutum, aliâq; item Epigrammata. Ferunt eius carmina ad Homericam accessisse maiestatem. Mortua est annos 19 nata. De hac Proper. lib. 2.

Sappho Lesbica Lyrica, floruit temporibus Alcæi & Sestichori poetarum. Martium habuit Ceryllam diuissimum uirum ex Andro, ex quo filiâ suscepit Clito nomine. Scripsit Lyricorum libros 1. x. Præterea Epigrammata, Elegias, Iambos, & Monodias. Carmini Sapphico (cuius inuentrix fuit) dedit nomen. Sunt qui dicant aliâ fuisse Lesbiam, poetriâ quoq; quæ adolescentem Phaonē adamauerit, & e Leucade in aquas se dimiserit. Vtracunq; fuerit, unam tantum comendant Latini poetæ. Statius lib. 5. Syl. Sestichorusq; ferox saluſq; ingressi uiriles. Non formidata, &c.

Aspasia mulier Mileſia, magna doctri næ fama claruit: in studijs philosophicis abundè promouit. Rhetoricem exercuit. Fuit Periclis magistra, & tandem uxor. Plutar. in Pericle.

Cleobulina Cleobuli Lindij (qui fuit unus ex septem sapientibus Græciæ) filia, scripsit

scripsit enigmata quædam uersibus hexametris, quorū unum adhuc extare fertur: Est unus genitor, nati bona pignora bis sex, Triginta cuius nate, sed dispare forma. He niuæ aspectu, nigræq; coloribus illæ, Atq; immortales omnes moriūtur ad unam. Laertius.

Hypathia mulier Alexandrina, Theonis Geometræ filia, & uxor Isidori philosophi, uixit imperate Arcadio. Scripsit in Astronomiam, professa Alexandria uaria disciplinarum genera magno & frequenti auditorio, conuolantibusq; turmatim & undecunq; discipulis. Suidas apud Volateranum.

Leontium Græca adolescentula, philosophicas disciplinas adeo sectata est, ut etiam non dubitauerit cum magna sui nominis laude in Theophrastum philosophum, alioqui laudatissimum, scribere.

Praxilla Sicyonia fuit poetria, quæ in suis carminibus Adonidem inducit ab infestis interrogatum, quid apud superos pulcherrimum reliquerit? respondere, Solem, cucumeres, mala. Quod quum uehementer insulsum uideretur, cucumeres et mala cū Sole componere, fluxit in de prouerbium, Stultior Praxillæ Adonide: in homines nullius iudicij. Vide Erasimum.

Pheemonoe prima Apollinis Delphici uates fuisse, carmenq; heroicum inuenisse dicitur. Suidas apud Volat.

Sosipatra uates fuit Lyda, multis discipulis cumulatissima, quam propterea creditum est à numinibus quibusdam fuisse eductam. Eugapius apud Volat.

Theano mulier fuit apud Locros, in Lyricis præcellēs. Alia fuit Metapontina, seu Cressa genere, mulier Pythagoræ, uxor Brouni Crotoniatæ: quæ scripsit commen-

tarios in Philosophia, de uirtute: Poemata quoq; Apophibegmata Pythagoræ. Laertius.

Zenobia regina Palmyreorum, Græci Aegyptijq; sermonis fuit peritissima, et Latini non ignara. Scripsit epitomen in Orientalem Alexandrinamq; Historiâ. Herennianum, & Timolau filios, literis erudit. Elegantissimas orationes ad milites suos plerunq; habuit, quas galeata recitabat Pollio Trebellius.

Manto Tyresia uatis filia (quæ Mantuæ nomen indidit) doctrina quoq; & uaticinijs claruit, adeo ut ex pecuniam fibris, extorumq; intuitu, futura præsen disceret, ac præſagiret.

Nicostrata seu Carmentis, Græcis literas impense docta, plerasq; ex Latinis primum reperit. Quo coniectare licet, mulierem uersatili ingenio, uariâq; doctrina fuisse præditam.

Themistoclea soror fuit Pythagoræ, cuius placitis & opinionibus pleriq; in locis usus est Pythagoras.

Istrina Scytharum regina, Aripithis uxor, Sylem filiū Græcam linguâ literasq; edocuit. Autor Herodotus in Melp.

Amaltheæ Sibyllæ Cumanæ libris nō secus ac diuinis oraculis in imperij administratione populus Rom. semper usus est.

Damophila Græca, uxor Pamphili, sociæ Sapphus poetriæ, poemata scripsit a matoria, & Dianæ laudes. Theophrastus in uita Apollonij.

Lastheniam Mantineam, & Axiotheā Phliasiam Platone usq; præceptore scribit Plutarchus, ornatusq; inter in uirili auditorium ingressas. Laertius.

Michaelæ Cetaurea mulier, docuit Theſſalas remedium amoris. Seneca.

Diotima et Aspasia mulieres: adeo in philosophicis promovetur discipulis, ut alteram Diotimam appellare magistram, alterius lectionibus interesse non erubuerit Socrates, philosophorum omnium longe optimus. Plato in Symp. & in Menex.

Lactantius ait, philosophos nullas unquam mulieres philosophari docuisse, praeter unam ex omni memoria Themistocle. Sed quae nam haec & cuius fuerit, non docet.

Arete mulier eo doctrinae conscendit, ut filium etiam institueret, qui appellatus est Aristippus: fuit Cyrenaica, et Aristippi patris Socratici dogma sequuta est. Mortuo patre scholam rexit in philosophia magno & frequenti auditorio.

Dama Pythagorae filia & ipsa philosophiae sectatrix, ingenium & doctrinam in exponendis paternis sententiarum involucribus exercuit.

Thargeliam quoque foemina sola illustravit philosophia. Plut. in Pericle.

Ferunt & Musam poetriam fuisse Lyriam, quae & epigrammata scripsit, & lyricos nomos. Cael. lib. 8. cap. 1.

Fuit multorum carminum autor Charixena, cuius meminit Aristophanes Comicus.

Celebratur item Mæro, condito in Neplunum hymno.

Fuit Agallis Corcyrae illustris in arte Grammatica, cui inuentum pila nonnulli adferunt. Caelius ibidem.

Telestilla in poetica illustrem celebrat Pausanias, cui etiam apud Argos ante Veneris templum statua erecta. Hanc Fulgostus Thestillaem uocat. Plut. in lib. de uirtutibus mulierum.

Philosophicis quoque disciplinis ualde excelluit Hipparchia mulier Graeca. Laert. de Hipparchia.

Cassandra Prima filia, uaticinio & doctrina illustris habita est, et apud hostes in Laetamone templo fuit inscripta.

Luceia Mæna, autore Plinio, centum annis in scena pronunciauit.

Fabiola Romana mulier, quam magno studio sacras literas amplecteretur, Prophetias, Euangelia, et psalmos frequentissime reuoluebat, ut iterata plerumque lectio amore diuinae religionis (qua deslagrabat) auget magis. Vnde & D. Hieronymus libri de ueste sacerdotali eidem nuncupauit.

Marcella Romana propter sacras literas (quas egregie callebat) frequentibus epistolis a D. Hieronymo salutata est. Ad eam enim scripsit de Mundi contemptu, De decem nominibus, quibus apud Hebræos dicitur Deus, De fide nostra, et haeticorum doctrina, De blasphemia in Spiritum sanctum, De Studio Theophili episcopi Alexandrini, & alia id genus per multa.

Cornelia uxor Africani & Gracchorum mater, ornatisime scriptas reliquit epistolas, unde et filiorum fluxit eloquentia. Vnde Quintil. Nam Gracchorum eloquentie (inquit) multum contulisse accepimus Corneliam matrem, cuius doctissimus sermo in posterum quoque est epistolis traditus.

Idem de filiabus Lælij, et Quinti Hortensij sic inquit: Lælij filia reddidisse in loquendo paternam eloquentiam elegantiore dicitur. Et Quinti Hortensij filiae oratio apud Triumuiros habita legitur, non tantum in senatus honorem.

Liciniarum quoque in dicendo lepos a patre L. Crasso emanauit.

Mutiæ duæ filiae ab utroque parente eloquentiam didicere.

Cornificia soror Cornificij poetae, elegantissima scripsit Epigrammata.

Statius

Statius Papinius uxorem habuit nomine Claudiam, magno ingenio, doctrinaque non uulgari praeditam.

Polla Argentaria, Lucani fuit uxor (testimonio Martialis: Hec est illa dies, quae magni conscia parui Lucanum populi, & tibi Polla dedit) Tanta dicitur fuisse doctrina, ut maritum iuuerit in emendandis tribus primis libris Pharsaliae. Statius li. 2. Syl. Huc casta titulum decusque Pollae, iucunda dabis allocutione.

Eustochium Paulae mulieris Romanae filia Latinarum, Hebraicarum & Graecarum iterarum studiis plurimum excelluit. Vnde et suo tempore nouum orbis prodigium uocata est. Ingenium sacris literis deuouit maxime, atque adeo, ut psalmos Hebraice legeret cursum et mira celeritate. Quae in re amorem beati Hieronymi multum sibi demeruit.

Proba Valeria, Romana puella, Graecis Latinisque literis eruditissima, truncatos Vergilij uersus, ad fidem & mysteria Catholicae religionis conuertit, feruntque de Christi gestis et eius morte opus nobilissimum, quod Centones appellauit.

Eudoxia Theodori iunioris uxor praeter egregiam formam, singularemque pudicitiam etiam literis excelluit, adeo ut librum quendam emisit. Egnat.

Catharina uirgo, Costi Alexandriae regis filia, sacris literis partim studio, partim diuini spiritus affatu adeo fuit imbuta, ut accersitos a patre undecunq; doctissimos uiros et philosophos ad persuadendam idololatriam, resellendamque; unius dei religionem, uincensim terserit argumētis, suaeque opinioni attraxerit, ne dum non succubuerit eorum rationibus.

~~Propter magnum hunc ab utroque parente eloquentiam didicere.~~

~~ad uocatum in primis libris Pharsaliae. Statius li. 2. Syl. Huc casta titulum decusque Pollae, iucunda dabis allocutione.~~

Alpaides uirgo, quum religionem magno cultu amplecteretur, coelitus meruit scripturae sacrae bibliorumque sensum percipere.

Anastasia discipula Chrysogoni martyris fuit, & uxor Paulij Romani, cuius thorum simulato morbo cuitauit. Scripsit epistolas ad Chrysogonum, quibus coque rebatur facultates suas a sacrilego uiro absumi, seque in carcere detineri. Hec ad palatium cremata est, quod sanctis ministraret. Volaterranus.

Genebria mulier natione Veronenſis, tempore Pij 1. pontificis Romani, sua egregia eruditione meruit nomen immortalis. Epistolas scripsit luculentas et maxime referas doctrina. Recitabat decoro gestu, uoce uirili permixta suauitate.

Constantia Alexandri Sfortiae uxor nuneratur inter claras mulieres, & excellentes doctrina. Ab infantia bonis disciplinis operam dedit, adeo ut imparata quoque disertissime loqueretur. Habebat assidue praemanibus opera Hieronymi, Ambrosij, Gregorij, Ciceronis, & Lactantij. Valebat etiam scribendis ex tempore carminibus, non sine magno multorum admiratione. Quod sine praepatore ferebatur didicisse. Nec defuit tam illustri foeminae germen simile. Habuit enim filiam Baptistam nomine tanta doctrina, ut doctissimos quoque sua tereret eloquentia. Polit. in Nutricia plerasque mulieres doctas & eruditas carminibus enumerat.

66 Elizabetha.

Elizabetha Abbatisſa Germanicorum
 eius orationes adſcribitur in ſcriptis
 ſcripſit, & quod de his quibus ad Deum

Baptiſta primus Gubernator Matroſta Di
 ſcipulienſis principis ſclerit, et Guidoni Mon
 teſelirenſi Vrbinatum Comiti matrem
 nio copulata, cū doctiſſimis uiris plerunq;
 magna ſui laude diſputauit. Libros quoq;
 de humana fragilitate, & de uera religio
 ne conſcripſit.

Iſota Nouarrolla, Veronenſis, philoſo
 phiam uerbo & opere profeſſa eſt. Scri
 pſit quandoq; ad Nicolaum Quintum, &
 Pium ſecundum pontifices. Scripſit quoq;
 dialogū, quo diſputatur uter grauius pec
 cauerit, Adam. ne, an Eua. Quibus litera
 rum laudibus adiecit perpetuum uirginita
 tis uotum.

Politianus magnis laudibus commen
 dat Caſſandram Fidelem. Venetam puel
 lam, quam ait pro lana librum, pro ſuſo ca
 lamum, ſtylum pro acu tractaſſe, Latinaſ
 que epistoſas ſcripſiſſe. Sic enim de ea prin
 cipio cuiuſdam epistoſa meminit: O decus
 Italiae uirgo, quas dicere grates, Quas ue
 referre parem, quod etiam honore me tua
 rum literarum non dedignaris, &c.

QVI MVLTAE ſcripſerunt.

Scripſit Theophrastus trecenta libro
 rum uolumina. Chryſippus ſeptingen
 ta. Seruius Sulp. CLXXX libros de iure ci
 uili. Atteius Capito LX. Empedocles tria.
 & quadraginta. Galenus CXXX. Beda
 CXXXVI. Ariſtarchus grammaticus, Ari
 ſtophanis grammatici diſcipulus, ſcripſit
 commentarios ſupra mille.

QVI DE MODICIS rebus opera ſcripſerunt.

Syneſius Cyrenenſis ſcripſit de laudib.
 Caluitij. Dion, cognomēto Chryſoſto
 mus, librum de comae laudibus.

Batrachomyomachiam luſit Homerus.
 Buſiridem tyrannum laudauerunt Po
 lycrates & Iſocrates.

Iniuſtitiam Glauco.
 Therſiten. & quartanam febrem Fauo
 rinus.

Muſicam & Paraſiticam Lucianus.
 Scripſit Plutarchus Grylli cum Vlyſſe
 Dialogum.

Lucianus & Apuleius aſinum.
 Themison. de laude plantaginis her
 ba.

Homerus librum unum de laudibus ui
 ni.

Ephren Syrus de uituperatione riſus.
 Marcion Graecus de raphano.
 Hippocrates librum unum de laudibus
 Ptifanae.

Orpheus & Heſiodus de ſuffitionibus
 multa ſcripſerunt.

Iuba rex de Euphorbio herba. magno
 praeconio uolumen edidit.

Lysimachiam herbam ſcriptis celebra
 uit Eraſiſtratus.

Anonymos herba ab Ieſio medico cele
 brata eſt.
 Democritus numerum quaternarium
 uolumine decorauit. Idem de Cameleonte
 animali aliud uolumen conſcripſit.

Pythagoras librum unū composuit de
 bulbis. Diocles magnis laudibus rapam
 extulit. Chryſippus. medic. braſſicae uolu
 men priuatim dicauit.

Miſellus & Heſiodus Polion herba mul
 ti uerba commendauerunt.

Ephanius

Phanias phyſicus cōdidit laudes urticae.
 Antemis herba magnis laudibus celebra
 ta eſt ab Aſclepiade. Idem librum unum de
 muſto composuit.

Cato Braſſicae laudes cecinit.
 Meſſala ſingulos libros de ſingulis li
 teris.

Maro Culicem et Moretum, atq; etiam
 de apibus animalium ſerē minimis ſcripſit
 ſuſiſſimē.

Seneca Claudij apothecoſim.
 LABORIOSI ET VARIA
 rum artium periti.

Leantes philoſophus inopia merce
 narium ſe fecit, ac noctu quidē in hau
 riendis aquis uictum ſibi comparauit, in
 terdu liberalibus ſtudijs dedit operā. Pim
 ſebat quoq; ſarinas ſepenumero, ut Pa
 niam illam, neceſſarium plerisque malum,
 excuteret.

Legimus, Alexandrum Magnum (quum
 dormitaret) brachio extra cubile protēto
 pilam tenuiſſe argenteam ſuppoſita pelui,
 ut quum neruorum rigore ſopor laxaſſet
 inſuſus, geſtaminis lapſi timidiuſ abrumpe
 ret ſomnum. author. Ammianus Marcelli
 nus lib. 16.

Sophocles, Plato, Iſocrates, Hierony
 mus, & alij complures ad extremam ſene
 ctatem ſcribentes, labores ſubierunt, ſi
 nemq; dicendi cum uita fecerunt. Volater
 ranus.

Helius Hippiaſ ſophiſta praeter litera
 rum ſtudia (in quibus etate ſua nulli fuit ſe
 cundus.) Olympiſ ludis zonam, ueſtem,
 calceos, ampullam, anulum, gemmam (in
 qua ſignū inſculperat) ſibi fecit, habuitq;
 artem multarum rerum, qua mortales plu
 rimos ornare potuiſſet. Quintillianus li
 bro 11. Inſtit. oral.

Diodorus Siculus ne in deſcriptione or
 bis (ut alij pleriq; erraret, bonam Aſia &
 Europae partem magno ſuo incommodo
 peragravit.

Virtuti maxima tribuendum eſt Nica
 lae Aegypti & Aethiopū reginae, quod au
 dita Salomonis ſapientia, ab extremo Ara
 bia in Iudaeam iuerit, ut eum audiret.

Apollonius Tyanaeus, ut Bragmanum
 ſcientiam haurire poſſet, Perſas, Cauca
 ſum, Albanos, Scythas, & Maſſagetas pra
 tergreſſus, in Indiam penetrauit. Quibus
 auditis, per Elamitas, Babylonios, Chal
 deos, Medos, Parthos, Aſſyrios, Phoeni
 cas, Arabes, & Palaſtinos, in Aegyptum
 redijt, ut quaquā tranſiret, ibidem a doctis
 (ſi qui eſſent) proſciceret, & aliquid decer
 peret. Tranſiuit et in Aethiopiam ad Gym
 noſophiſtas.

Antiſthenes audito Socrate, ſtatim con
 uerſus ad diſcipulos, monuit, ut alii quere
 rent praecceptorē, ſibi ſe inueniſſe diclans.
 Quo ſaeto, relictiſ omnibus fortunis, So
 cratem ſecutus eſt.

Porcius Latro incepta ſemel ſtudia nō
 poterat interrumpere, ubi ſe ad ſcriben
 dum concitaſſet: ungebatur noctibus dies,
 & ſine interuallo ſibi inſtabat, nec deſine
 bat, niſi deſiciebat. Quum ſe ſyluis et mon
 tibus tradiderat, omnes illos agreſtes in ſyl
 uis & montibus natos laboris patientia ac
 uenandi ſolertia prouocabat. Caelius cap.
 35. libro 5.

Iulianus Imper. dimidiata nocte ſemper
 exurgebat, non ē plumis perdicum ſubala
 ribus, ut Heliogabalus, aut ſtragulis ſeri
 cis ambiguo nitore fulgentibus, ſed ex aſpe
 ris ſtratis, in quibus uix decumberent abie
 tiſſimi uerne. Marcellinus ibidem.

Turanus fuit quiſſiam exacte diligen
 b b 3. iia

tie senex, cui quum Cæsar post x c annū procuratoris uacationem uirō indulisset, id egrē ferens, componi se in lecto. Et uelut exanimē à circumstante familia planigi iussit. Nec antē tristitiæ finem fecit, quàm pristino labori sit restitutus. Cælius lib. 6. Marcell. 16.

Iulius Cæsar cōsumptis in re bellica diebus, noctes tamen ad tripartita diuilebat officia: quietis scilicet, publicæ rei, & mularum. Marcell. lib. 16.

Adrianus Imp. fuit Arithmeticæ peritissimus, et Geometriæ. Pinxit egregiè. Musicem tenuit, Astronomiæ scientia omnes ætatis suæ faciliè superauit.

Fuit Aurelius Alexander optimus Arsipex, excellens Augur, Musicus insignis, & utramq; orationē eruditissimè scripsit. Quibus rebus tantam impendit operam, ut consueuerit in conuiujs uel legentes audire, uel alijs uescensibus legere.

Nihil unquam legit Plinius, quin excerperet: nec in bibliotheca tantum, sed in mensa, sed in lectica, sed equitans quoque uel scribebat, uel scribendum aliquid dictabat.

Pagnabat Plautus in paupertatem dies & noctes. Scribebat enim fabulas suas interdiu, noctu uerò operam locabat pistori, & in agendis molis (quas trusatiles uocant) qualemcunq; faciebat questum. Varro apud Gellium cap. 3. li. 3.

Alphonsus Aragonius Siciliæ Rex iam quinquagenarius, præceptor tamē se submisit, ne loquendi usu careret.

BIBLIOTHECÆ MEMORABILES.

Yrannon Grammaticus (qui floruit etate Magni Pomp.) supra tria librorum millia possedit. Plin. in Syll.

Gordianus Imperator coaceruauit in bibliotheca LXII millia uoluminum. Cæsar ptoleuus.

Plutarchus in Antonio scribit, Pergamenas bibliothecas habuisse ducenta librorum millia.

Porro ex antiquis Bibliopolis unicus ferè Triphon celebratur. Martia. libro 4. Nō habeo, sed habet bibliopola Triphon. Hic ille est, ad quem scribit Fabius in lib. 7. mimari Institutionum oratoriarum epi 7. stola.

MAGI, ET ALII uenefici.

Josephus lib. 8. antiquitatum scribit Salomoni à Deo concessum fuisse, ut artem contra demones edisceret ad hominum salutem: curationes item institueret, quibus ægritudines possent mitigari. Quam edoctus artē Eleazarus, spectante Vespasiano, eos curabat, qui à demonibus uexabantur. Porro uim artis magicæ Quidius exprimit his uerbis: Carmine lesa Ceres sterilem ueneficit in herbas, Deficiunt lesa carmine fontis aquæ. Ilicibus glandes, cantatq; uittibus uua Decidit, & nullo poma mouente fluunt. Quanto autem in precio fuerit primis seculis, uide apud Plin. lib. 30. nat. Hist. cap. 1.

Simon Samaritanus magicis artibus & ope demonū suffultus, egregiè ad eò Romanos lesit & fascino, ut plerisq; fecerit senunien, merueritq; inter duos pontes simulachrum, hoc titulo: SIMONI DEO SANCTO.

Creticus magus fuit, cuius augurio Bocrestista rex Getarum Romanos uicit.

Dardanus fuit sceleratissimus quispian magus, à cuius nomine artei magicæ uocantur Dardaniæ. Colu. Ac si nulla ualet medicina

dicina repellere morbum, Dardaniæ ueniunt artes. Hinc etiam Dardanarij dicuntur propolæ, qui omnia præsumunt, ut cæteriuu postea uendant. Latine Reuenditores. Hic Dardanus libros de magia scripsit, quos in sepulchro fertur constituisse. Eos Democritus edidit commentarijs illustrauit, disciplinamq; ex illis reconditam accepit.

Conuenit inter auctores, Magicā artem in Perside à Zoroastre inuentam, qui etiam centum millia uersuum de ea scripsit, quæ Hermippus cōmentarijs explanauit. Præcipuè in ea uanitate habuit Zoroastres Agonacem, qui aliquot annorum nullibus floruit ante bellum Troianum, auctore Plinio. Nam si uera est Cosmographorū supputatio, Troia capta est annis 4020 post mundi creationem.

Plinius inter primi seculi magos recenset, Apuscorum & Zaratum Mædos, Babylonem Marmaridum, Hippocum Arabem, & Assyriū Zarmocenedam, quorum tamen nulla extant monumēta. De Magia etiam commentatus est Hosthanes, Xerxē regem Persarum bellum inferentem Græciæ comitatus. Cuius artis se mina ad eò defudit, ut quacunq; commearet, inficeret et interficeret plurimos.

Pythagoras, Empedocles, & Democritus ad eā perdiscendam exilium patriæ sibi proposuerunt, quam reuersi prædicauerunt, & uelut mysterium aliquod in arcanis habuere. De ea etiam scripserunt Apollonius & Captidenes, quorum opera Democritus suis cōmentarijs locupletauit circa bellum Peloponnesiacum.

Plinius ait, aliam fuisse Magicæ artis fictionem, quam exercuerit Moses, sed multo annis post Zoroastrem.

Fuit Hosthanes secundus Alexandri Magni comitatus exornatus, qui huic arti autoritatem & incrementum addidit professione. Eam etiam apud Gallos exercuerunt Druydæ eorundem philosophi.

Plinij temporibus Britanni tantis cæremonijs eam celebrabant, ut dedisse Persis uideri possent, quibus tamen eius artis cōmētum refertur acceptū. Nunc apud Christianos iam desinit ea uanitas.

Tyridatem regē Armeniæ magū fuisse, indicant uerba Plinij, qui ait: Neronem ab eo cænis magicis initiatum, adeò ut maior citharæ aut cantus libido non ei fuerit, quàm eius artis.

Ferunt & Apollonium Tyanæum arte magica insignem fuisse, teste Lactantio: adeò ut cum Domitianus eum punire uell, & repente in iudicio non comparuerit.

Medaurensis quoq; Apuleius nō aliam ob causam fingitur commutatus in asinū, quàm ob earum uanitatum peritiam.

Cobares natione Mædus, magicæ artis professione celebratus est, quo tempore Alexander bellum mouebat in Bactrianos. auctor Curtius lib. 6.

Aegyptij crediderūt, Amphiona Thebanum magicæ artis peritum fuisse, ac propterea factam esse fabulam de arboribus, auribusq; scopulis eius cantui obtemperantibus.

Gobrias fuit Magus, à quo Socrates multa didicit de poenis animarum, & beatitudine. Idem dicebat, mortalium animas in occultiore locum sub terram demigrare, in quo lunonis esset regia. Crinitus cap. 11. libro 5.

Crata mulier, Thor, & Osibinus, nomina sunt magorum apud Saxonem. Quorum illa (ut ait) appositas dapes in

aliorum rerum formam commutabat, hi lu-
dificatis idiotarum mentibus, diuinitatis fa-
stidium sibi arrogabant.

Cynops magus fuit, qui Ioanni resistēs,
fingebat se suscitare mortuos, & demoni-
bus colloqui in Pathmo insula, quae est una
ex Sporadibus. Mirandula in hymnis: Et
Cynopem magiae confisum dispulit altae
Mentis Ioannes.

Arnuphis Aegyptius philosophus, ar-
te magica & demonum praestigis in aera
se sublimabat. Idem tempore M. Antonij
principis, quum Romanorum exercitus a-
quarum sitiret penuria, imbrem cum ful-
gure & tonitru aestiuo tempore fertur su-
scitasse.

VENEFCI.

Venefici apud Persas hac poena legibus
puniebantur: ampla erat peira, in qua
capita eorum imposita alia petra feriebant,
quoad faciem & caput infregissent. Quo
mortis genere Gyge interijt. autor Plutar-
chus in Artaxerxe.

Veneficarum autem uis est, ut suis canti-
bus homines in porcos commutent, fruges
excantent, scabiem & uelut pestem quan-
dam armentis eorum (quos oderunt) immit-
tant, herbas cogant arescere, mentes illa-
queant, oculos fascinent, membra illigent,
manus & pedes sic perstringant, ut suum
satis officium nequeant facere, durefcere fa-
ciant limum, ceram liquefcere, quosdam ta-
bescere sensim emorientes, umbras sepul-
chris eruere, accersere cacodemonas, dedu-
cere lunam caelo, & alia relatu mira, & cre-
ditu difficilissima facere. Cuiusmodi sunt ea,
quae Tibullus memorat lib. 1. dicens: Hanc
ego de caelo ducentem sidera uidi, &c.

Circe Solis et Perse nymphae filia, quae
uenefica esset peritissima, poetarum fabulis

dicta est commutasse socios Vlyssis in por-
cos. Habitauit autem non procul a Caieta
Campaniae urbe. Verg. in Bucol. Carmini-
bus Circe socios mutauit Vlyssis. Tibullus
lib. 2. Quicquid habet Circe, quicquid Me-
dea ueneni.

Marsi populi Italiae, a Circe oriundi,
herbarum uires & ueneficia apprimere callue-
runt: unde Syllius libro 8. Ac Marsica pu-
bes, Et bellare manu, et Chelydris cantare
soporem, Vipereumque herbis hebetare &
carmine dentem, &c. Gell. lib. 16. cap. 11.
Gens in Italia Marsorum, orta fertur a Cir-
ces filio Marso. Propietera Marsis omni-
bus uirulentorum domitores sint, & incanta-
tionibus herbarumque succis faciant medela-
rum miracula.

Psylli populi fuerunt in Africa Nasamo-
nibus. cotermini, quorum terra quae Australi
tu exaruisset, collectio exercituum sumptibus
armis, in austrum ipsum, perinde ac hostem,
profecti sunt. Contra uero uetus magno spi-
ritu occurrēs, eos omnes arenarum cumu-
lis adobruit. Quod priusquam accidisset,
ferunt eos eadem uis & potentia in uenefi-
ciji praeditos fuisse, quae et Marsos. De Psyl-
lis Plin. lib. 7 sic ait: Horum corpori inge-
nitum fuit uirus exitiale serpentibus, ex cu-
ius odore sopirent eas.

Crates Pergamenus apud Plinium testis
est, Ophogenes populos esse in Hellispon-
to, serpentum ictus cotactu leuare solios,
& manu imposita uenena extrahere cor-
poribus.

Populi sunt in Triballis & Illirijs, qui
uisu effuscant & intermunt, quos diutius
inueniunt iratis praecipue oculis. Huius ge-
neris et potentia sunt feminae in Scythia,
quae uocantur Vitiae.

Vmbro

Vmbro fuit sacerdos, e gente Marru-
biorum prope Fucinum lacum habitantium,
adeo peritus ueneficij & herbarum potens,
ut hytros sopiret, & innocuos serpentes
tractare manibus. Vergilius lib. 7. Quum
et Marrubia uenit de gente sacerdos, &c.

Guthrone fuit uenefica, quae suis incan-
tamentis plerisque excacauit, nulla morbi
causa apparente.

Onomacritus sortilegus fuit apud A-
thenienses, & Musaei socius, quem Hip-
parchus Athenis expulit, autor Herodo-
tus in Polyhymnia.

Medea filia Acete regis Colchorum et
ipsea, ac soror Circes, multarum herb-
arum acratium uires inuenit. eamque arte
didicit a sorore, & adeo exercuit, ut cau-
ros flammam faucibus eructantes, draco-
nemque peruigilem aurei uelleris custodem
sopuerit, ne rapturo uellus ipsum Iasoni
incommodarent. Quo beneficio permotus
Iason, eam sibi copulauit uxorem. Vbi autem
ambo in Thessaliam peruenerunt, Medea
Aesonem patrem Iasonis iam senio conse-
ctum, suis artibus reduxit ad inuentutem. Ni-
hilominus Iason obsequij oblitus, eam po-
stea repudiavit, & Creusam filiam Creon-
tis regis Corinthiorum superinduxit. Qua
ingratiuidine permota Medea, noue nu-
pta dissimulato odio, pallam uenenis infectam
muneri misit: quam quum illa induisset, subi-
to flagrauit incendio, parique exitio perie-
runt Creon & eius regia. Quo facto Me-
dea filios ex Iasone susceptos lanauit, pal-
lam demum a Draconibus in aere subleuata
Athenas deuolauit. ibique iterum nupsit Ae-
geo, cuius filium Theseum potauit Cerber-
ri spuma: ac demum nubes carminibus ex-
citauit, quibus cum Medo filio (quae ex Ae-
geo susceperat) inuoluta peruolauit in A-

siam. Haec sunt notissima omnium Medea ue-
neficia. Oui. lib. 7. eam inducit loquentem,
ubi artis suae peritiam facietur, deos omnes
alloquens, ut Aesonem inuentuti restituat:
Tuque triceps Hecate, quae ceptis conscia
nostris, &c. Idem in Epist. Barbara nar-
ratur uenisse uenefica tecum. Propertius
lib. 2. Non hic herba ualet, non hic noctur-
na Citaeis, Non per Medae gramina co-
stamans. idē lib. 3 & Val. Flac. li. 8. Con-
tra tartareis Colchis spumare uenenis. Cui
staque; Lebaei quassore silentia rami Per-
stet. Plinius lib. 25. Certē quid non repleue-
re fabulis Colchis Medea, aliaque.

Myale nomen est ueneficae mulieris a-
pud Ountum lib. 12. scribentem: Materce-
rat Mycale, quem deduxisse canendo, Sa-
pe reluctans constabat cornus Lunae.

Ericho maga fuit Thessalia, multis ue-
neficijs famosa, de qua Lucanus lib. 6. Hos
scelerum ritus, haec dira carmina gentis,
Efferā damnarat nimiae pietatis Ericho,
&c.

Si quis appetit uidere graphicam uene-
ficae artis narrationem, uideat apud eundem
Lucanum. Nemo Latinorum Poetarum me-
lius rem aperuit.

Dipsas nomen est uetulae ueneficae apud
eundem Quid. lib. 2. Elegiarum scribentem,
Est quaedam, quaeque uolet cognoscere lenam,
Audita est quaedam nomine Dipsas anus.

Pafetes fuit quae spiam praestigiarum &
magiae peritissimus, qui suis incantamen-
tis faciebat, ut repēte canuium omnibus
epulis instructissimum appareret. Rursus
quum uolebat, omnia iubebat euanescere.
Quum quid emebat, precium & nummus
redibat a uenditore ad emptorem. testis
Erasmus in explanatione illius adagij, Pa-
fetes semiobolus.

Exagonum legatus Oblogenū (qui populi sunt in Cypro) quum Romam uenisset, ibiq; de herbarū uiribus multa disserteret, uolens coniectus est a consulibus in dolium plenum serpentibus experimenti causa, ubi serpentes ipsi non solum non eum mordebant, at etiam demulcebant linguas. autor Plinius libro 28.

Eriphila uenefica fuit, & fascinatricis, quæ cū aliquod animal inspiciebat, illi accidebat mali quippiam. Hinc adagium, Amus Eriphus: in mulierem excantatricem.

Thracia fuit nymphea saga & fascinatricis, quæ propter peritiam herbarū et ueneficiorum habita est loco numinis apud Thraces, quorū etiā regiō dedit nomen.

Neuri populi fuerūt in Scythia, incantatores maximi, ut qui ex hominibus in lupos se uerterent, autor Herodotus.

Choatra populi (quos Plinius circa Metim locat) fuerunt etiam incantatores maximi. Vnde Val. Flac. lib. 6. Argon. Centoras, & diros magico terrore Choatras.

Apud eundem Choastes nomen est uenefici, ubi ait: Maximus hos inter Stygia uenit arte Choastes.

Herculo ueneficus fuit, qui innocuos leones impune atreclabat manibus. Syll. lib. 2. Herculo non pauidu fœdas mulcere leones. Apud eundem Atyr nomen est incantatoris, qui serpentes solo tactu sopibat, de quo sic ait: Nec nō serpentes diro exarmare ueneno Doctus Atyr, tactuq; graues sopire Chelydros, At dubiam admoto sobolem explorare Ceraste.

Parysatis mater Cyri, famulam habuit Eyzē nomine, quæ utebatur ad ueneficia.

Locusta apud Cor Tacitum nomen est mulieres ueneficæ, quæ boleos uenenis inficit, quibus Agrippina Claudium maritū

suffocauit. Capitur etiā Locusta pro quaecumq; uenefica. Iuuenalis Saty. 1. Instituta que rudes melle Locusta propinquas.

Canidia Neapolitana fuit unguentaria, fascinatricis et ueneficæ. Horatius in Epod. An malas Canidia trachauit dapes. Idem: Canidia breuibus implicata uiperis Crines & incomptum caput, lubet sepulchris caprifios erutas, lubet cupressos funebres &c.

Apud eundem Ssgana, Veia, & Folia, nomina sunt ueneficarū, quæ Varum puerum prætectatum suis ueneficis incantauerunt. De Ssgana sic inquit: At expedita Ssgana per totam domum Spargens auernalis aqua, horret capillis. De Veia: Abacta nulla Veia conscientia, Ligonibus duris humum Exhauriebat, ingemens laboribus. De Folia: Non desuisse masculæ libidinis Ariminensem Folliam, et ociosa credit Neapolis.

De Mœri uenefico Vergilius in Bucolicis sic ait: Has herbas, atq; hæc Ponto mihi lecta uenena Ipsa dedit Mœris, nascuntur plurima Ponto: His ego sæpe lupum fieri & se condere syluis Mœrim, sepe in mas animas excire sepulchris, Atque salubri aliouidi traducere menses.

ASTROLOGI.

Babylonij primi omnium astrologiam dicuntur inuenisse, omnemq; curam in contemplatione siderum collocaße. Lucretius lib. 5. Ut Babylonica Chaldeum doctrina resutans Astrologorum artem. Ab his Græci polium, gnomonem, & duodecim horas diei didicerunt.

Anaximander Milesius, Thales discipulus, spheram construxit, horologium & gnomonem inuenit. Conuersiones solis notauit & æquinoctia. Plin. lib. 2.

Apollonius

Apollonius Tyaneus scripsit libros de Astrologica diuinatione quatuor.

Euloxus Gaylius, nobilis fuit astrologus, Platonis æqualis. Scripsit poeticè de Astrologia. Habuit etiam cum Astrologia Geometriam quoq; & Medicinam.

Thales Milesius astrologiæ secreta pertrauit omnium primus. Primus Solis eclipsem prædixit, & de Vrfa minore descriuit.

Theon philosophus Alexandrinus scripsit de astrologia & cōmentarios in Ptolemæum. Item paruum Astrolabium.

Ideò poete fingunt, Atlantem cœlum humeris sustinuisse, quò si syderali scientia clarissimus extiterit. Sunt enim qui Spheræ inuentum eidem referant acceptum.

Cœli signa primus dicitur aperuisse Cleostratus, autore Plinio.

Sidus Veneris, quod nascentem Solem præuenit, & in ortu Lucifer, in occasu refulgens nuncupatur Vesper, primus Pythagoras enarrauit, eiusq; docuit naturam.

Lunæ rationem & naturam primus apprehendit Enlymion. Hinc poetæ fabulati sunt, eum à Luna fuisse adamatum.

Anaxagoras scientia cœlestium literarum prædixit, quibus diebus saxum casurum esse à Sole, Anno secundo Olympiadis 73. Quod factum est ad Egos flumen Thraciæ. Plin. lib. 2. cap. 60.

Eius quoq; artis peritia Pherecydes Syrius hausta e puteo aqua futurum ibidem terræ motum prædixit.

Beroso ob syderalium rerum peritiam, diuinasq; prædictiones, statuam inauratam lingua posuerunt Athenienses in publico gymnasio. Plinius lib. 7. cap. 37.

Sofigenes fuit Astrologus, quem Cæsar

dilatator annos uicio Pontificum per inter

calandi licentiam turbatos, ad Solis cursum redigens adiutorem sibi adhibuit. Plin. libro 28. cap. 25.

Melon nomen Astrologi apud Plutarchum in Nicia, qui quum esset militiæ, uideretq; pessimè suæ parti futurum, insaniam mentitus est, atq; etiam domum incendio dedit, ut missionē et militiæ uacationem impetraret. Plutar. in Vita Alcibiadis & Pyrrhi.

Apud eundem in Alcibiade Metheon ponitur Astrologus, qui Atheniensibus in Syracusanos expeditionē agitantibus, quum ex Astrologiæ disciplina præuideret futuram belli calamitatē, cōbusta domo, suaq; fortuna palam in concione deplorata, sic populū cōmouit, ut præter cōsuetudinē filium suū receperit ab omni militia exemptū.

Hipparchus Nicæus scripsit de Stellaris fixis, de Lunæ motu contra Platonem. Instrumenta Mathematicis inuenit. De hoc Plin. lib. 2. cap. 11. & 26. loquitur.

Manethus Aegyptius scripsit Physiologiam & astrorum effectus uersibus. Cælius lib. 11. cap. 67.

Meson astrologus Atheniensibus in expeditionem Siciliae nauigaturis tempestatem prædixit futuram, atq; etiam insanum se finxit, ne cum eis traheretur inuitus.

Suidas apud Budeū ponit Zoroastrem in numero Astronomorum, atq; floruisse Nini regis Assyriæ tempore.

Cicero lib. 2. Quest. Acad. ait, Polyeum quendam magnum fuisse mathematicum, qui Epicuro postea adhaeruit, totamq; Geometriam falsam crediderit.

Necepsus rex fuit Aegyptiorum in astrorum cognitione peritissimus, de quo Ausonius scribit: Quiq; magos docuit mysteria uana Necepsi. Iulius Firmicus, Necepsus, inquit, imper. iustissimus Aegypti.

astrologus ualde bonus, per ipsos decanos omnia uitia, ualitudinesq; collegit.

Aratus poeta floruit Antigono regnante, scripsitq; Phaenomena Latio iure à Cicero Casare Germanico donata. Item multa alia opera, ut docebimus in Poetis.

Conon mathematicus, Aegyptius natione, libros de Astrologia septem reliquit. De hoc Verg. in Bucol. In medio duo signa Conon, et quis fuit alter, Descripsit radio totum qui gentibus orbem. Hic quū uellet inire gratiā Ptolomaei regis, dixit crinem reginae Berenices in caelo collocatum.

Architas Tarentinus Mechanica primus exposuit, et in Geometria cubum inuenit. Ab eo descendit Horus etiam in Astrologia clarus. De utroque et Conone Propertius lib. 4. Me creat Archita soboles Babylonius Horus, Horus et à proauo ducta Conone domus.

Oenopides Chius astrologus, dedicauit in Olympiā aereum libellum, in quo magnum annum predicabat.

Ralamedes Naupli et Climenes filius quum esset Astrologiae peritus, annum mensisq; ad cursum Solis apud Graecos accommodauit. Primusq; uisam multorum metu in castris eclipsim, dixit rem esse naturalem et minimè timendam.

Pythagoras, Diogene teste, fuit Astrologus, in quē Euphorio scripsit Epicediū.

Ptolemaeus Aegyptius (qui floruit Antonini temporibus) in Astrologiae scientia antiquos oēs aequauit. Primus apud Graecos celi rationem omnem explicuit, inuentaq; ab Hipparcho instrumenta, clarus illustrauit. Edidit compositionem illam, quam Almagestum uocant. Scripsit et de his, quae ad practicam astrorum prognosticam spectant, et alia per multa.

Iulius Hyginus familiaris Quintiliani, scripsit de mundi et sphaera ratione. Praeterea de signis caelestibus libros IIII. Itē cōmentarios in Verg. qui non extant, et librum nomine Gnomaticon, de modo oblidendarum urbium, et castrorum.

P. Nigidius Figulus secta fuit Pythagoreus, Astrologiae et Medicinae peritissimus. De quo Lucan. lib. 1. At Figulus cura deos, secretaq; mundi Nosse fuit, quē non stellarū Aegyptia Memphis Aequaret uisu, numerisq; mouentibus astra.

Tarnutius uir fuit tum philosophia, tum mathematica imprimis studiosus, qui quū in Astrologia putaretur excellere, huic imposuit Varro, ut Romuli cōceptionem in diem et horam deduceret, in speculūq; eius uita insituit ac rebus gestis, ex illa consequentiam colligeret, ueluti geometriarum propositionum resolutiones praecipunt. autor Plutarchus in Romulo.

C. Manilius Antiochenus, primus poetarū Latinorū astrologiā uersibus aggressus est, quod opus nuncupauit Augusto, Hipparchū, Eudoxū et Aratum secutus.

Sulpitius Gallus in exercitu Pauli Aemulij contra Perseum, deprehensum noctu eclipsim Lunae mirantibus militibus enarrauit. Plin. cap. 12. lib. 2.

Sulla fuit mathematicus, qui Caligulae consulenti de genitura sua certissimā necē appropinquare affirmauit. Nostro seculo magna literariae Reip utilitate emerfit Iouianus Pont. poeta (parcat mihi, quā solam miratur et suspiciūt antiquitatē) cū hominibus superioris seculi citra scrupulū confertus. qui de Stellis libros v. Meteororum unū scripsit, eruditè non minus quā de Astr. quā uis tamen argumentū ipsum egregiè seruauit. et uerborum phaleras acutit.

Marullus

Marullus ait Bilotum fuisse Astrologū, eximium boletis. Hæc eius uerba: Dum cauet astrologus perituris sidera amicis, Dū sibi boletos non cauet, ipse perit.

HYADES.

Hyades filiae fuerunt Atlantis ex Aethra, quæ nomen traxerunt ab Hyante fratre, quem à Leona interfectum quum absiderent lachrymis, deorum commiseratione relatæ sunt in stellas pluuiosas, uel quod Hyas Græcè pluuiam significet Latine. Locatæ sunt autem in Tauri fronte. Ouidius: Ora micant tauri septem radiantia flammis, Nauita quas Hyades Grauius ab urbe uocat. Pars Bacchum nutrisse putat, pars credidit esse Theios hænegres Oceaniq; senis.

Alio nomine uocantur Suculae. Plinius lib. 2. Qualiter in Suculis sentimus accidere, quas Græci ob id pluuiæ nomine Hyades appellant.

Earum ortus pluuiam portendit. Claudianus in Russ. Imbribus humescant hœlli, nymphaq; taurum Ducat Hyas, totusq; fretis descendat Orion.

Alia earum nomina ponuntur à Cælio ex Hesiodi testimonio; Phæole, Coronis, Cleia, Phæa, Eudora.

HESPERIDES.

Hesperus Iapeti filius, tres habuit filias, quæ à patris nomine dicte sunt Hesperides. Earum nomina sunt Aegle, Hesperusa. Poeta fabulantur hortum eis fuisse auriferis arboribus cõstitum, cui custodem ashibuerint Draconem perugilem, quo tamen uel sopito, uel occiso Hercules aurea poma sustulerit. Vnde Pontanus Hesperides uocat pomicolæ. Seneca in Aga. Arborq; pomis fertilis aureis Extremam manum. Lucretius lib. 5. Aureaq;

Hesperidum seruans fulgentia mala, Asper acerba tuos immuni corpore serpens. Dioscorus libro 5.

PLEIADES.

Pleiades filiae fuerunt Atlantis ex Pleione, à qua traxerunt nomen. De his Ouidius: Pleiades incipiunt humeros referare paternos, Quæ septem dici, sex tamen esse solent: Seu quod in amplexum sex hinc uenero deorum. Nā Steropem Marti concubuisse ferunt: Neptuno Alcionem: et te formosa Celeno, Maïam, et Electram, Taygetamq; Ioui. Septima mortali Merope tibi Sisyphæ nupsit: Pœnitet, et facti sola pudore latet. Hoc autem ait Ouid. Nam ut Mathematici uolunt, una est earum obscura, quæ nunquam apparet, ut cætera. Reuera Pleiades stellæ sunt in genu Tauri, quæ circa æquinoctium uernū oriuntur. Vnde Latini eas Vergilias uocant. Sunt autem pluuiose, et molestæ nautis. Luc. li. 8. Et imbrifera siccas cum Pleiade Thebas.

Dicuntur etiam Atlantides. Seneca in Hercule fur. Illic timendum ratibus, ac pongo gregē, Passim uagantes exerunt Atlantides. De his uide Cælium Lect. antiquarum cap. 16. libro 9.

GEOMETRÆ.

Archimedes Syracusanus Geometriæ adeo exercuit, ut ductus aliquando ad balnea, dum ungendus in labro iherulario constitueretur, per corporis unguentis figuras et limamenta digito inscriberet. Plutar. in uita M. Mar.

Archytas Tarentinus etiam Geometriæ operâ dedit, in qua discipulum habuit Platonem. Primus Mechanicæ exposuit, cubumq; reperit, teste Diogene.

Dicarchus Siculus Aristoclis auditor, Geometra fuit etate sua clarissimus,

qui scripsit de Rep. Lacedaemoniorum Hic regum cura montes permenfus est, ex quibus altissimū prodidit Pelion M C C L. passuū, ratione perpendiculi nullam esse eam portionē uniuersae rotunditatis colligens. testis Plinius cap. 67. lib. 2.

Dionysius Afer, ex Byzante ciuitate, scripsit Geographiam uersibus hexametris, quos Priscianus Latinos fecit.

Eudoxus Gnydius primus Geometriae rationes difficilesq; demonstrationes persensum & instrumentorum exempla edidit unā cū Archita praepatore. Quapropter ambo conuicia à Platone passi sunt, quod Geometriae dignitatem sustulissent, à cogitatione & rebus incorporeis, ad ea quae sensibus perciperentur, declinantes.

Eupompus Macedo, Zeusis coetaneus, Arithmeticae & Geometriae fuit peritissimus, sine quibus negabat arte posse profici.

Marinus Tyrius Geographiam scripsit, ex qua Ptolemæus suam detorsit.

Pappus philosophus Alex. scripsit de situ orbis, de fluuijs Africae, & commentarios in Ptolemæum.

Pausanias Caesariensis scripsit uniuersae Graeciae Geographiam cum eius historijs.

Polemon Helladicus, scripsit de origine ciuitatum, & Lacedaemoniae Geographiam, & de cursu Solis libros tres.

Ptolemæus Aegyptius praeter libros de Syderali scientia editos, scripsit etiam de Geographia.

Scylax Cariandæus (Carianda ciuitas est Cariae) scripsit circuitum mensuramq; maris extra columnas Herculis. Suidas apud Volaterranum.

Sitchorus poeta fratrem habuit Marmertinum Geometram. Timosthenes praefectus classis Ptolemæi Philadelphii Geo-

graphus fuit nobilis. Scripsit de portubus libros decem.

Dionysidorus fuit quispiam geometrica scientia nobilis, in cuius mortui sepulchro affines repperisse dicuntur epistolam eius nomine ad superos scriptam, Peruenisse eum à sepulchro ad infimam terram, esset quæ eò stadiorum xlii. millia. auctor Plinius in fine secundi.

Leguntur etiam aliorum nomina, qui in hac arte praestiterunt, ut Euclides, Hippicæ Elæus, Theodorus Cyrenæus, Leodomas Thasius, Eratosthenes, Plato, Proclus, Theon, Nicephorus, Isacius, Censorinus, Boetius.

Geometriam autem inuenerunt Aegyptij in Nili auctu ac dimensione. Sita est in phantasia, non opinabili, sed certa ex apparentibus speciebus notitia.

SOPHISTARVM NOMINA.

Adrianus Phoenix, patria Tyrius, docuit Athenis magno cultus uictusque sumptu. Amatus est magnopere à M. Antonio, & Romam ab eodem ductus.

Aelianus Romanus sophista, qui scripsit de Animalibus, de uariis historia, et de re militari.

Antiochus fuit sophista securus in figuris, uehemens in accusationibus, uenustus in defensionibus, in demonstratiuis potens. In ferenfibus sophistica, in sophistichis ferenfibus utebatur oratione.

Aphthonius sophista scripsit praexercitationes in Rhetorica, & in artem Hermogenis.

Apsines Gadareus Smyrnae praepotorem habuit Heraclidem Lycium, Nicomediae Basilium. Docuit Romae Maximianum item, cuius beneficio adeptus est cōsulatū.

Aristides Myfium docuit Smyrnae.

Artū

Aristocles Pergamensis sophista floruit sub Adriano. Scripsit de arte Rhetorica, Epistolas et declamationes. Secta fuit Peripatetica, horridus aspectu, uoluptatibus tamen & Lyrae postea indulfit.

Apsastus Rauennas, Demetriani filius, & auditor Pausaniae, professus est Romae sub Alexandro Mameae. Scripsit diuersas orationes contra Aristonem & maledicos.

Alia sōphistarum nomina sunt: Ausonius quidam.

Bemar. huius Caesariensis, qui scripsit res gestas Constantini principis libros decem. Chrestus Bizantius, qui quamuis esset de ditus uino, caeteris tamen in rebus erat contentus.

Damophilus, qui scripsit ad Lollium Maximum de uita priscorum.

Damianus Ephesius.

Dias Ephesius, qui floruit aetate Philippi Macedonis.

Dion Prusiæus, Traiano familiaris, qui scripsit de Homero contra Platonē libros III. Item de uirtutibus Alexandri Magni libros decem, & laudem Herculis.

Ecebolius Constantinopolitanus.

Epiphanius Petreus, qui scripsit praexercitationes, & declamationes in genere demonstratiuo.

Heraclides Lycius, qui Smyrnae docuit.

Hermocrates Phocensis, qui floruit principante Seuero.

Hermogenes Euodianus Smyrnaeus, Aristotelis discipulus, qui professus est Romae.

Eustephius Aphrodisæus, qui scripsit declamationes.

Eustochus Cappadox, qui scripsit ad Constantem principem de Cappadociae, aliarumq; gentium antiquitate.

Gorgias Leōtinus artis sophisticæ parēs. Hippodromus Larissæus, qui Athenis docuit.

Iseus Assyrius, qui adolescentiam uarijs corporis uoluptatibus tradidit: deinde uir factus, frugalissimus omnium fuit.

Iulianus Cappadox, ad quem, dum Athenis profiteretur, gregatim omnes conuolabant.

Libanius Antiochenus floruit sub Iuliano principe. Athenis audiuit Diophantum philosophū. Exercuit se in declamationibus. Constantinopolim profectus ibidem ludum aperuit. Vnde propter lasciuū in pueros amorē pulsus, Nicomediam uenit: indeq; eandem ob causam reiectus, in patriam reuersus est. Scripsit declamationes, Prologymnasmata, orationes, & Epist.

Lucianus Samosatenus floruit sub Traiano principe, primum Christianus, deum fidei desertor.

Marcus Bizantius, Isae auditor.

Alexander Laodicæus, qui scripsit commentarios in artem Hermogenis, & praexercitamenta Minutiani.

Minutianus Atheniensis scripsit artem Rhetoricam, Praexercitamenta, & diuersas orationes.

Nicetes Smyrnaeus, quem Adrianus Aegyptio Museo ascripsit.

Plutarchus Atheniensis praepceptor Syriani.

Polus Agrigentinus, auditor Gorgiae, scripsit eorum genealogiam & catalogū, qui ad bellum Troianum profecti sunt.

Polemon Laodicæus a qualis Herodis Attici.

Priscus Panites, magister epistolarum Theodosij iunioris. Scripsit historiam Constantinopolitanā, & Athale libros o-

Ho. Præterea declamationes & epistolas. Procopius scriba & comes Iustiniani. Protogoras Abderites discipulus Democriti, cuius meminit Gellius. Phrynicus Bithynicus, qui scripsit de Atticis dictionibus. Ruffus Corimbibus. Sabinus qui floruit sub Adriano. Scopelianus Clazome, Herodis Attici præceptor. Sopater Iambici discipulus, Constantini Magni consiliarius. Theon Sidonius. Theodorus qui Herodis Attici tempore præfuit Atheniensium scholæ. Thrasimachus Carthaginensis Isocratis discipulus. Varus Persa. Zenodotus docuit Romæ sub Adriano: scripsit Epitomè prouerbiorum Didymi, & genethliacum in Adrianum. Præterea conuertit in Græcum sermonem historiam Salustij.

ORATORVM QVORVNDAM NOMINA.

Actius Pisauriensis: Acatius è Cesarea Palestine, sodalis Libanij sophiste: M. Aemilius Lepidus: Aeschines Atheniensis: Sp. et L. Albinus Numij filij: C. Albutius Silius, Nouariensis: Alexâder Ephesius: Anaximenes Lampfacenus, discipulus Dionigenis Cynici, præceptor Alexâdri Magni et in expeditionibus comes: Andocides Atheniensis, Leogori filius: Antipho Rhamnusius, qui Athenis præcepta dicendi tradidit: M. Antonius auus triumuir: Aristides Atheniensis: Aristogiton Atheniensis impudens, qui scripsit apologiam ad Demosthenem ducem contra Timotheum, ad Lycurgum contra Timarchum, & contra Hyperidem: Asinius Pollio, Augusti anti-

cus, qui declamationes suas nūquam populo commisit, uir alioqui nasutiore iudicio: carpebat enim in Licio Patruinitatem, in Cæsarijs commentarijs infidelitatē, in Sallustio uerba obsoleta, in Cicerone stylum nimis exanguem, & elixum. Hic primus Romæ Bibliothecam publicauit.

Licinius Caluus: Carbones duo: Charisius Atheniensis, filius sororis Demosthenis, qui multas scripsit orationes Attico genere: Cassius Seuerus eloquentissimus in agendo, sed minoris multo uirtutis in declamando: Q. Lucatius Catulus Marij collega in consulatu: M. Cælius Ciceronis discipulus, acri turbulētōq; ingenio: Cephælus Atheniensis, qui primus procemia & epilogos induxit: C. Cæsar: M. Corn. Cethegus: P. Cornelius Cethegus: Cyneas legatus Pyrrhi: Cleon Halycarnassæus: Cleomachus Magnesium: Clodius pulcher: Clodius Quirinalis: Cordus Cremutius declamator: C. Cotta pressus in dicendo, in cuius oratione nihil erat nisi sincerum, nihil nisi siccum & sanū: L. Crassus, in quo, teste Tullio, erat cum grauitate iunctus facetiarum et urbanitatis lepos: Curiones tres continua ferie in una familia.

Demades Atheniensis: Demetrius Phalereus auditor Theophrasti: Demochares nepos Demosthenis: Dexippus Herennius Atheniensis: Domitius Apher: Demosthenes Atheniensis. Hic quum multitudinem & tumultum in theatro expauesceret & excideret mēte, prope sonitum littoris marini assuecebat dicere. Literam R, dfficilē enunciat, quam calculis in os cōiectis pronuntiare conabatur. Nunquā dicebat nisi præmeditatus. Propterea Pythæa dicebat Demosthenis Enthyemata licet nam olere.

Exago-

Egeſia Magnesium. Epicrates Atheniensis, qui barbam ad pectus propensam solebat ferre: Hermagoras rhetor, qui scripsit de Rhetorica libros v. i., de diligentia orationis, de decoro, de elocutione, de figuris: Herodes Atticus. Eu lemus, præceptor Philipponis.

Sergius Galba temporum suorum eloquentissimus: L. Gellius: Caius & Tiberius Gracchi: Georgius Nissenus.

Hyperides Atheniensis, æmulus Demosthenis.

Isocrates Atheniensis, dulcis & numerosus in dicendo: Iseus Assyrius: Isocrates Amyclas: Iulius Africanus, concitatus & in cura uerborum nimius.

Latro Portius. Cn. Lentulus. P. Lentulus. C. Lælius. Lyſias Syracusanus, æqualis Demostheni.

L. Magius, T. Liuij gener. L. Manlius Torquatus, Marcellus Pergameus, qui scripsit librum de Regno, quem Adriano principi nuncupauit. Marius Aterius declamator. Marinus Neapolitanus, Procli discipulus. Melius Atheniensis æmulus Periclus in Republica. Menippus Stratonicensis, præceptor Ciceronis. Metellus Macedonicus. Messalle duo. Montanus Narbonensis, relegatus à Tiberio principe. Q. Mutius Scæuola iuriconsultorum eloquentissimus.

Nicostratus M. celo æqualis Aristidis. Numinus, qui scripsit ad Adrianum orationem consulatoriam de Antino. Onesimus Cyprius, qui tempore Constantini Magni scripsit in Rhetorica, item de statu diffidentia, Præexercitationes, & Declamationes Q. Hortensius.

* Pericles Atheniensis, quem ueteres poetæ Olympū uocabant, quod tonare in concionibus uideretur, & fulminare. M. Calpurnius Piso. Pysistratus Atheniensis. Py-

theas Atheniensis. Plato. L. Numacius Plancus Plotius Gallus. Polyænus Sardinus. Cn. Pöponius. Potamon Mytilæus Procopius. Pherecydes Syrus. Philostratus senior. Philistus Milesius, Isocratis discipulus, qui scripsit de Rhetorica, et orationes nonnullas. L. Philippus.

Quintilianus rhetor, qui institutiones oratorias scripsit.

Virginus Ruffus. Rutillius Geminus, qui scit libros ponit: ales.

Clodius Sabinus declamator. Serapion Alexandrinus, qui scripsit orationes in genere deliberatiuo. Stymmachus Rom. L. Siffenna Rom. Sophron Syracusanus. P. Sulpitius.

Corn. Tascius. Theodestes Cilix. Theopöpus Gnidius. Theodorus Gadareus. Sext. Titius Titianus, præceptor Maximini principis, qui scripsit libros prouinciarū. Hic uocatus est simia sui temporis, quod omnia probe imitaretur. Trachalus. M. Tullius Cicero pater eloquentiæ Romanæ.

Q. Varius. Varus Geminus declamator, qui Cæsari dixisse fertur: Cæsar qui apud te audent dicere, magnitudinem tuam ignorant. Qui non audent, humanitatem, Zenodotus Adramytenus.

Vide aliorum nomina apud Ciceronem de Perfecto oratore.

DE POETIS LATINIS.

Petrus Crinitus homo non pœnitenda, neq; aspernabili doctrina, iam scripsit opusculū de Latinis poetis, doctè factis, & eruditè. Propterea ne acta agere uideamur, in compediōsam redigemus epitomè, quod multis ille uerbis consecutus est. Latinis nemum adijciemus Græcorum nomina.

Liuus Andronicus Epicus poeta Latinus fabulas primus docuit Romæ 160 an-

d d nis

nis post obitum Sophoclis & Euripidis secundo bello Punico. Eius carmina per urbem decantantur uirgines ad iram deorum placandam. Gesta populi Ro. 18 libris complexus est. Scripsit & hymnos deorum.

Ennius poeta natus Rudij Salentinorum oppido, Romam uenit aetate M. Plauti & M. Catonis oratoris clarissimi. Dicebat tria esse sibi corda, quod Graecam linguam, Oscan, & Latinam calleret. Domum habuit in Auentino colle. Vixit parco & tenui uictu, contentus unius ancillae ministerio. Scripsit libros Annalium, Satyras, Comedias, & Tragedias. Nomina quaedam fabularum eius sunt, Telephus, Ambracia, Eumenides, Alcmeon, Andromacha, Thyestes, Medea, Phoenix, Telemon, Hecuba, Achilles, Pancratiastae, Epicharmus, Ctesiphon. Idem in Latinum sermonem transtulit Eubemerum poetam Graecum. Primus apud Latinos coronam ex Hercule assumpsit. Proclius fuit in pocula. Scipionem Africanum maxime coluit, multumque ab eo benevolentiam redamatus est, ut iam docuimus. Mortuus est articulo morbo, septuagenario maior, sepultusque est in monumento Scipionis.

M. Plautus natus est in urbe Umbriae, cui nomen Sarsina. Operam primum pistori locauit ad comparandum uictum in agendis molibus illis, quas trusiles uocant. Compertit in ipso pistro quasdam fabulas. Eius 17. comediae numerantur a ueteribus, cum paucis alijs. Secutus est Graecos Demophilum, Philemonem, & Epicharmum Siculum. Scribendi elegantia claruit in tantum, ut Epus Stolo dixerit Masus Plautino sermone fuisse locutus, si Latine loqui uoluissent. Volcat. Sedigitus de ordine Comicorum scribens primas tribuit Caecilio,

Plautum cateris omnibus praeponebat. Mortuus est paucis annis post Ennium.

Cn. Nauius Comcediographus patriae fuit Campanus. Tertius in ordine Comicorum ponitur a Volcatio. Stipendia fecit bellis Punicis. Eius uolumen Octauius Lampadio grammaticus diuisit in 7 libros. Scripsit praeter Punicum bellum Tragedias & Comedias. Nimia in carpendis hominum, praecipue Metellorum, uicij usus est licentia. Propterea ob immoderatam uerborum petulantiam coniectus est in uincula. Mortuus est Uticae, quum factione nobilium Roma fuisset electus.

M. Pacuius nepos Q. Ennij, fuit ex Brundisio Calabriae urbe. Secutus est in amplum ac sonorum dicendi genus, clarissimus grauitate sententiarum, uerborum pondere, et autoritate personarum. Nomina tragediarum eius sunt, Peribea, Hermiona, Atalanta, Iliona, Antiopa, Teucer, Medea. Citatur etiam in Chryse, Oreste, & Armorum iudicio. Senior fuit Accio, docuitque isdem aedibus quibus Accius ipse. Mortuus est Tarenti prope nonagenarius.

Statius Caecilius natus in Gallia. principem inter Comicos locum, iudicio Volcatij sibi meruit. Vixit summa familiaritate cum Ennio. Amatus est etiam a Terentio. Scripsit comedias 30 & amplius, quarum haec praecipue citantur, Nauclerus, Syracusa, Pausimachus, Hippobolymus, Epiclesus, Cratinus, Plotus, Afoius, Euphestion, Fallacia, Andria, Annales, Exeritator, & quaedam aliae. Mortuus est anno post Ennium.

Accius Tragediographus iunior Pacuuius, natus est parentibus libertinis, Mercesio & Serano consulibus. Decius Brutus tantum eum aestimauit, ut eius uersibus tepla

& mo.

& monumenta ornauerit. Idem quum Patruio suam Atrium ostendisset, & ille Lurdasset quidem, sed tamen dixisset, quaedam uideri sibi duriuscula, & sabacida, Accius uerum esse confessus est, nec tamen se propterea poenitere, quoniam idem sermone ingenij solet accidere, quod pomis, quae dura admodum & acerba nascuntur, post sunt mitia & matura. Caeterum Accius imaginem suam collocauit in aede Camoenarum praegrandi forma, quum tamen esset statura admodum breui.

Terentius Comicus patria Carthaginiensis Romam puer ductus, diligentia Terentij Lucani patri omni accurate liberatibus disciplina eruditus est, ac propter ingenium ab eo dem in animis. Amavit Statium Caecilius, cui & suas comedias recitauit. Sex autem composuit, quas ab Apollodoro & Menandro Graecis in sermonem Latinum conuertit. Tanta in fabulis usus est arte, ut neque ad tragicam magnitudinem intumescat, neque abijciatur ad historicam. Sunt qui dicant, eum perijisse in Arcadia dolore amissarum comediarum.

Lucullus Satyrographus, ex Arunca urbe Italiae, fuit primus apud Romam qui cepit scribere Satyras, quibus maxime insectatus est Rutilium Lupum, Carbonem, & L. Tubulum. Scripsit Satyrarum lib. 30. & amplius. Vocatur ab Horatio iutulentus. Adrianus tamen eum omnibus Satyrographis praeponebat. Metrophanem seruum habuit, cuius solum commentauit in Satyris. Mortuus est Neapoli, quum annum aetatis 46 impleuisset.

Sext. Turpilium Comcediographus floruit seculo Terentij, cuius familiaritate usus est. Septimum locum inter comicos meruit iudicio Sedigitij. Perijt in urbe Sinues-

ana islem temporibus, quibus natus est Furius B. baculus.

Cn. Matius Mimographus scripsit comicus uersibus hexametris de Iliade. Praeterea Mimos, quorum hi citantur: tam tonsiles tapetes ebrjifusco, Quos concha pura pura imbutus uenenauit. Item, Simulacram reficere frigidum calido, Columbatibus labra conferens labris, Quae propter eulcare conuenit uitam, Curaque acerbas sensibus gubernare.

L. Afranius Comicus Romae floruit Terentij aetate. Scripsit Togatas fabulas, in quibus primum obtinuit locum. Imitatus est Menandrum, a quo & multa sumpsit. Culpatur a Quintiliano, quod in suis argumentis amores proprios paulo impudentius uulgauerit.

Fabius Dorfenus numeratus est inter comcediographos.

M. Attilius fuit tragediographus, quem Licinius scriptorem ferreum appellauit.

Q. Trabeas octauum locum obtinuit inter Comicos, autore Volcatio. Ex eius uersibus hi praecipue comendantur, Lena delinita argento nutu obseruabit meum, Quid uelim, quid studeam. Adueniens digito impellam ianua, Fores patebunt, de improviso Chrysis ubi me aspexerit, Alacris obui ueniet, complexum exoptas meum, Mihi se dedet, fortunam ipsam anteibo fortunus meus.

Cn. Aquilius Comcediographus, plerumque comedias transtulit a Menandro.

Licinius Imbrex fuit Comcediographus, cuius hi afferuntur uersus, Nolo ego Neeram te uocent, sed Nerietem, Quum quidem Martes in conubium data.

Q. Nonius scriptor fuit Attellanarum.

T. Lucretius eques Mimographus, floruit aetate Caesaris. In suis Mimos habuit

non minus sententiarum, quàm lepidita-
tis, quos egit non nisi in magna hominum
turbâ.

Q. Catullus scripsit Epigrammata. Fuit
animo facili & procliu ad amores, & de
liliis. Amatus est à Cor. Cotta et L. Crasso
propter elegantiam ingenij, & morum
suauitatem. Amavit Roscium & Theoti-
mum puerulos, quorum formam suis uer-
sibus commendauit.

Q. Atta scriptor fuit togatarum. Perijt
Romæ, sepultusq; est in uia Prænestina.

Publius Syrus edidit mimos. Floruit æ-
tate Ciceronis. Manumissus est à domino
propter gratiam & decorem formæ. Iu-
lius Cæsar mimos eius Laberianis prætu-
lit. Præcipue eius sententiæ citantur istæ:
Tam deest avaro quod habet, quàm quod
non habet. Desunt luxuriæ multa, auari-
tiæ omnia. O' uita miseris longa, felicibus
breuis. Pars beneficij est, quod petitur, si-
belle neqes. Beneficium dando accepit, qui
digno dedit. Cui plus licet quàm par est,
plus uult quàm licet. Eras, nō culpes, quod
uitari non potest. Furor sit lesa sepius pa-
tientia. Malum consilium est, quod muta-
ri non potest. Nunquam periculum sine
periculo uincitur. Comes facundus in uia
pro uehiculo est. Heredis sletus sub perso-
na risus est. Ita amicū habeas, posse ut hūc
fieri inimicum putes. Improbè Neptunum
accusat, qui iterum naufragium facit. Vete-
rem ferendo iniuriam inuitas nouam.

Portius Licinius fuit epigrammatista.
Ex eius uersibus sequentes probantur ma-
ximè: Custodes ouium teneræq; propagi-
nis agnam. Quæ eritis ignem hinc huc, quæ ri-
tis ignis homo est. Si digito attigero, incen-
dam solum simul omnem: Omne pecus
flamma est, omnia quæ uideo.

Val. Aedituus scripsit epigrammata. A-
mauit Pamphilum, & Philotem, quas
suis celebravit carminibus.

Q. Val. Catullus natus est Verone, Te-
rentij Varronis ætate. Scripsit de p-ssere
sue Lesbæ ad Vergiliū. Celebrauit nuptias
Maliij: amauit Ipsibillam & Clodiam,
quam fictio nomine Lesbiam uocat. Opus
suum misit ad Cor. Nepotem, quod in tres
partes diuiditur. In Lyricos, Elegiacos, &
Epigrammata. Elegiam de coma Bereni-
ces ex poeta Callimacho. conuertit in nu-
meros Latinos. Præter ea quæ habemus,
scripsit etiam Amatorium carm. è de incan-
tamētis, et carmē ithyphallicū. Cæsarem,
Mamurram, & Nouiū Seruam suis uer-
sibus maxime insectatus est. Mortuus est
Romæ anno circiter trigésimo.

Cor. Licinius Gallus fuit breui statura
& exiguo corpore. Amauit puellā Quin-
tiliam. Excelleuit in scribendis Iambicis.
Inimicitias aliquandiu exegit cum M.
Tullio super eloquentiæ principatu.

Q. Cornificius Epigrammatista floruit
ætate Sallustij. Versatus est in militia, in
qua quum milites ignauos ad subeūda bel-
li discrimina, galeatos uocasset lepores,
ab iisdem interfectus est.

Ætate Cornificij floruit Haluius Cin-
na scriptor Epigrammatum. Scripsit opus
titulo Smyrnæ, in quo nouem annos con-
sumpsit.

M. Furius Bibaculus natus Cremoræ, uer-
satus est in carmine Iambico. Amicos ha-
buit Gallum poetam & Vale. Catonem.

Terentius Varro Atacinus, natus est
temporibus Ciceronis et Hortensij. Scri-
psit Argonautica, secutus Apolloniū Rho-
diū, quod opus libris 1111 abfoluit. Scri-
psit etiam Epigrammata, & carmen Ele-
gicum,

giacum, in quo decantauit puellam nomi-
ne Leucadiam, quam præcipue dilexit.

Ticius scripsit Epigrammata tempore
Val. Catulli. Amauit Metellam, quam mu-
tato nomine uocauit Perillam.

Furius Antias composuit Annales uer-
sibus hexametris. Utebatur quādoq; uer-
bis nouis, ut indicant sequētes eius uersus:
Sanguine diluitur tellus, casua terra lute-
scit, Omnia noctescunt tenebris caliginis
atræ, Increscunt animi, uirescit uulnere
uirtus, Spiritus Eurorum uirides quū pur-
puræ herbæ, Quo magis in patrijs pos-
sint opulescere campis.

L. Iulius Calpurnius poeta Romæ claruit
ætate Pomponij Attici.

Laurea Tullius M. Tullij libertus, scri-
psit epigrammata. Quædam eius carmina
citantur à Plinio.

Vergilius Maro natus est Mantus in
uico, qui Andes uocatur, Idib. Octobris,
M. Crasso et Cn. Pompeio cōsulibus. Cre-
monæ primū, deinde Mediolani, postre-
mò Neapoli uacauit literis, audiuitq; Ori-
bilium & Scribonium Aphrodisium. In-
dixit uirilem togam eo die quo mortuus est
Lucretius. A modestia & uerecundis mo-
ribus uocatus est Parthenias. In Bucolicis
imitatus est Theocritum, in Georgicis He-
siodum, in Aeneide Parthenium, Pison-
dum, Apollonium Rhodiu, sed præcipue
Homerum. Idem scripsisse fertur quædam
opuscula, ut Cyrim, Aetnam, Moretum,
Culicem, Catalecton, Priapeia, Copam,
Epigrammata, & Diras. Eius carmina mi-
rum in modum placebāt Augusto. Fabius
uocat eum poetarum omnium longè prin-
cipem. Carbilus tamen grammaticus li-
brum composuit de Virgilianis erroribus,
cui uulnus fuit Aeneidem flux. Mortuus

iusserat Aeneidem suam comburi ut incas
stigmatam. Sed obstiuit Augustus tantæ
literarum iacturæ. Amauit Asinum Pol-
lionem, Corn. Gallum, Quintilium Va-
rum, Horatium, & Mecænatem. Eidem in
theatro recitanti uniuersus populus Rom.
assurrexit perinde ac Augusto. Habitauit
in Esquilij: prope hortos Mecænatidis Tar-
dus fuit in loquendo, adeo ut indoctus uide-
retur, et agrestis Perij Tarenti, uel ut alij
uolunt, Brundusij. Mortui cadauer dela-
tum est Neap. ibiq; sepultus est.

Q. Horatius Flaccus natus est in Ver-
nusio, Appuliæ oppido, patre libertino,
duobus annis ante coniuurationem Catili-
næ. Puer dedit operam Orbilio Beneuen-
tano. Prouectior factus Athenas se contu-
lit, ut philosophiæ uacaret. Moribus fuit
impudicis, natura in iram propensa, sed ta-
men facile placabili. Tribunitiam Romæ
adeptus est dignitatem. Præter ceteros
coluit Mecænatem, à quo plurimum etiam
amatus est. Composuit libros carminum
4. Epodon, & Seculare carmen, libellum
de Poetica, duo Satyrarum, ac totidem e-
pistolarum uolumina. In Satyris imitatus
est Lucilium. Eius carminibus summè oble-
scabatur Ouidius. Statura fuit breui, cor-
pore obese, oculis lippis. Mortuus est an-
no 57. ætatis suæ.

T. Valgius Romæ natus scripsit Ele-
gias.

Albius Tibullus natus est etiam Romæ,
Hircio & Pansa consulibus. Parentes ha-
buit ex equestri ordine. Forma fuit elegan-
ti, maxime amatus est à Messala Coruino,
cuius etiam laudes celebrat. Amauit etiam
Horatium & Marcum. Præterea Mara-
thum et Cherinthum puerulos, ac Deliam
Sulpitiam, Nceram, Nemesim & Plau-
tiam,

siam, quam ficto nomine uocauit Deliam. Scripsit Elegiarum libros 4. Obijt adhuc iuuenis.

M. Manilius Romæ natus imperante Augusto, studii posuit in mathematicis disciplinis. Scripsit li. 5. de astronomicis carmine hexametro, in quibus Hipparchum, Eudoxum, & Aratum secutus est.

Cor. Gallus patria Foroliuensis fuit Elegiographus. Augusti favore conscendit ad gradum Præturæ. Euphorionē Græcum in sermonem Latinū transtulit. Scripsit 4 libros Annorum suorum de Cyberride. Fuit primus amicus Octauij. Postea tamen suspitione coniurationis, quum in eius odium impiegisset, conscuit sibi mortem, anno ætatis suæ 43. Cyberidem Volunnij libertam quam dilexit, mutato nomine uocauit Lycorim.

Sext. Aurelius Propertius ex Meuania oppido Umbriæ oriundus, quum patrem puer amisisset, Romæ se contulit, ubi propter ingenium statim amatus est à Cor. G. Ilo & Mecœnate. Magnam in elegijs laudem promeruit, quarum 4 lib. edidit. Hostiam puellam affectu dilexit incredibili, quam ficto nomine Cynibiam appellauit. In suis operibus secutus est Callimachum & Philetam Græcos. Mortuus est anno ætatis suæ 41.

L. Varius poeta Epicus maxime præstitit in scribendis tragœdijs. Eius Thyestem Laudat Cor. Tacitus. Vnus fuit eorū, quibus Octauius curâ imposuit emendandæ Aeneidæ Vergilianæ.

C. Mecœnas, à regib. Etruscis oriundus scripsit Tragœdias & alia uarij generis poemata. Gratissimus fuit Octauio, et omnibus poetis. Fuit molli animo, et uestibus solutis, nunciumque sine sis et fluctibus non

sine mollicie suspitione. Scripsit tragœdiam Prometheum, & elegias complures. Laudatur hoc etiam carmen de cõtinnendo sepulchro: Nec tumulum curo, sepelit natura relictos. Hortos habuit pul. herrimos in Esquilij. Obijt ætate suis matura.

Ouidius Naso natus est in Sulmone Pelignorum oppido, Aprili mense, eodem die quo Tibullus. Puer adhuc quum magno pre proclius esset ad carmē, ad oratoriam facultatem à patre diuerti non potuit, nisi per quædam interualla. Tres habuit uxores. Primam in adolescentia dimisit, & cum ea diuortium fecit. Secundam parum stabili connubio sibi coniunctam mature dimisit. Tertia fuit Perilla, quam maxime omnium dilexit, & in Arte poetica docuit.

Scripsit uaria poematum genera: In Metamorphosi secutus est Partheniū. Chium poetam. Scripsit sex Pastorū libros, quos ad Germanicum Drusi filium misit. Idem tamē ait, duodecim à se cõpositos. De amoribus libros tres, libros Artium amandi & Remediorum. Præterea in lib. De obitu Drusi. Epigrammata. Opus de natura piscium, & quædam alia. Scripsit & Tragœdiam, Medeam nomine. Relegatus est ab Augusto in Põium, uel propter libros de amoribus, quod lasciuiores essent: uel propter adulterium cum Iulia imperatoris filia. Versatus est in exilio annos 7 & amplius, in quo tantum gratiæ apud barbaras gētes sibi meruit, ut in eius obitu Getæ & Tomitani lacrymas cohibere nequiverunt. Quum Geticum sermonem et Sarmaticum didicisset, poemata scripsit Geticæ linguæ. Mortuus est in exilio.

Cæsius Seuerus patria Parmensis, scripsit Elegias & Epigrammata.

Domitius Marsus scriptor fuit epigrammatum.

matum. Idem composuit bellum Hercules contra Amazones. Dilexit Melentem puellam, quam suis celebravit operibus.

Iulius Montanus scripsit poemata uersibus hexametris, & pentametris. Nonnulli eius uersus citantur à Crinito.

C. Germanicus Augustus, Drusi filius, Græcas comœdias reliquit, & opus Arati de Rebus cœlestibus Latinum fecit. Nomen meruit à Germanis deuictis. Autor fuisse fertur sequentis Epigrammatis de puero Thracensi: Thrax puer à stricto glacie dum luderet Hebro, Frigore cõcretas pondere rupit aquas: Orba quod inuentum mater, dum conderet urna, Hoc peperit flammis, & ætera, dixit, aquis.

Cæsius Bassus relatus est inter poetas Lyricos. Floruit ætate Claudij principis. Scripsit aliquot libros uario, & multiplici carmine. Amavit Ouidium, & Persium. Conflagrauit in uilla sua ardente Vesuo.

Æmylius Macer Veronensis, floruit ætate Messaliæ Coruini. Scripsit opus de Bello Troiano, libros de Venenatis animalibus, & de Herbis, secutus Nicandrum poetam Colophonium. Obijt in Asia paucis annis post Verg.

C. Rubirius poeta Epicus Satyras scripsit.

L. Anneus Seneca Hispanus patria Cordubensis scripsit tragœdias x. Euripidem, & Aeschilum imitatus.

C. Asinius Gallus, Asinij Pollionis uiri consularis filius, fecit Epigrammata, & carmen de Pomponio grammatico. Dilexit Hippolytum puerum. Interfectus est à Tyberio principe.

Aulus Persius Flaccus natus est Volaterris oppido Etruriæ. Floruit imperante Domitio Nerone. In grammaticæ præce-

ptorem habuit Rhemnium Palemonem, in Rhetoricæ Flauium Virginiū. Probris fuit moribus, et egregia uitæ integritate. Com-

posuit sex Satyras, in quibus testimonio Martialis maiorem promeruit laudem, quam Marsus in tota sua Amazonide. In his imitatus est Luciliū. Mortuus est nondum completis annis 30.

Cor. Seuerus poeta Epicus, uersatus est etiam in agēdis declamationibus. Scripsit opus de Bello Siculo, quod non absoluit, propter obitum importunum. Fecit etiam carmen de Aetna monte. Versus eius de obitu Ciceronis citantur à Crinito.

M. Anneus Lucanus natione Hispanus, patria Cordubensis, natus est Cæsare Germanico, et L. Cæsiano consulibus. Patrem habuit Anneū Melam. Præceptores Rhemnium Palemonem, & Flauium Virginiū, sub quibus tantū profecit, ut Græcæ ac Latinæ declamaret. Condiscipulos habuit Seleium Bassum, & Persiū. Prouectus est ad dignitatem qua Sturæ, & in augurum collegium ascitus. Vxorē habuit Pollam Argentariam, nobilem eruditione & doctrina. Præter opus de Bello Cæsaris & Pompeij, scripsit etiam Saturnalia, Syluarum libros decem, Tragœdiam Medeam, de incendio urbis, de incendio Troiæ cū Priami calamitate. Tres primos Pharsaliæ libros emendauit cum uxore, reliquos emendaturus, si per Neronem licuisset, cuius mandato uenas medico secundas præbuit, quum annos 30 nondum attigisset.

Pomponius Secundus scripsit Tragœdias. C. Plinius duos libros composuit de eius uita & moribus. Gratissimus fuit Germanico.

Cn. Getulicus scripsit Epigrammata. Amavit Cæsenniam puellam.

Sextilius Hæna natione Hispanus, patria Cordubensis, scripsit inter alia cæm de laule & interitu M. Tullij.

Salcius Bassus ingeniu exercuit in scribendis Heroicis carminibus. Modica fuit facultate.

Clodius Sabinus Elegiographus primu tempus posuit in causis et declamationibus. Scripsit opus de bello Troiano, & aliquot epistolas. Perijt immatura ætate.

C. Pædo Albinouanus, floruit sub imperio Neranis. Scripsit Epigrammata. Ouidium maxime dilexit.

Volcatus Sedigitus librum composuit de poetis Latinis, senarijs uersibus.

Pub. Staius Papinius heroicus poeta patrem habuit Papinium ob uirtutes Neapolitani donatum, in qua urbe natus Staius. Uxorrem habuit Claudiam doctam & eruditam. Scripsit Thebaidem libris 12. nuncupatam Cæsari Domitiano, in quo opere secutus est Antimachum. Scripsit & Achilleidem, & Sylvarum libros 5. Domitianus eum magnificis interdum conuijs excepit, insigniq; coronæ & alijs donauit muneribus. Filium amisit in ætate adhuc tenera, cuius interitum desleuit. Mortuus est ætate iam prouecta.

Sillius Italicus ex Hispania oriundus, natus est Romæ, & educatus. Factus est proconsul Asiæ. Gratissimus fuit Domitiano, cuius fauore ad tertium consulatum perductus est. Virgilij natalem quotannis celebrabat. Opus composuit de secundo bello Punico libris decem & septem. Prædium habuit in agro Neapolitano, in quo nonnunquam ferabatur. Septuagenario maior seipsum interfecit dolore clauicuiusdam insanabilis.

Val. Setinius Patavinus, iuxta Aponam

natus, scripsit Argonautica ad Cæsarem Domitianu, multo plura scripturus, nisi immatura morte correptus fuisset. Imitatus est Apollonium Rhodium. Censu fuit mediocri. Amavit Amazonicum puerum.

Decius Iunius Iuuenalis patria fuit Aquinas. Natus est patre libertino. Floruit imperante Domitiano. Præceptorem habuit Erontonem grammaticum. Operam dedit scribendis Satyris, & carpendis hominum uitijs. Mutuo amore profecutus est Martialem.

Aruntius Stella natus est familia consulari. Floruit eo tempore, quo Flauij Cæsares Romæ imperarunt. Violantillam puellam Neapolitanam in uxorem duxit, quam Martialis Ianthidem Græcè uocat. Scripsit elegias, & opus de Asteride, & poema de Interitu columbæ. Prætor Romæ creatus est, & diuuir.

M. Val. Martialis genere Hispanus, ex Bilbili oppido Celtiberiæ, Romam puer profecutus, omnem insumpsit operam in scribendis Epigrammatibus. Acri fuit ingenio, habuitq; in scribendo plurimu scilicet, & sellis, nec minus cædoris. Aelius Verus imperator uocabat eum suum Vergilium. Donatus est equestri dignitate, & Prætura. Scripsit libros Epigrammaton 12. quibus adiecit Xenia, et Apophoreta. Eum tanti fecit Stertinius, ut eius adhuc uiuentis imaginẽ in sua bibliotheca posuerit. Mortuus est tandem in natali solo.

Senatus Augur Romæ natus, scripsit Epigrammata, in quibus secutus est Val. Catullum, & Licinium Caluum.

Vestrius Spurina Lyricus, floruit ætate Vespasianoru. Idẽ factus est imperator in Breueteru regẽ, quo superato, honoratus est statua. Filiu Cocceum adhuc inuet

MCM

uem amisit. In suis lyricis imitatus est Horatium.

Voconius Victo. Romæ floruit Adriano imperante. Scripsit Elegias et Epigrammata. Amavit Testulum pueru. Huius poetæ mortui sepulchrum Adrianus sequenti ornauit carmine: Lasciuus uersu, mente pudicus erat.

L. Paulus Passienus, oriundus ex Umbria, claruit scribendis elegijs, in quibus Propertium secutus est. Scripsit & Lyricos. Prædium habuit in agro Vaticano.

T. Annianus composuit Fescenimos uersus, uarijs iocis & salibus refertos.

M. Marullus Mimographus, Romæ floruit imperate Antonio Cæsare. Tanta fuit in scribendo licentia, ut nõ dubitauerit notare principes ciuitatis, eosq; nominatim suis carminibus perstringere.

Aulus Serenus Lyricus poemata scripsit uario & multiplici carmine.

Vergilius Romanus Comæliographus, floruit imperatibus Adriano & Antonio. Scripsit mimos, in quibus secutus est Cn. Matium.

Ruffus Festus Auienus floruit imperate Diocletiano. Aratum è Græco in Latinos conuertit numeros. Composuit etiam librum de orbe terrarum uersibus hexametris, imitatus Dionysiu Græcum poetam. Scripsit etiam de Maritimis, uersibus iambicis. Præcipue secutus est Hesæthoum Milesium, Hællanicu Lesbium, Philonẽ Asiaticum, & quosdam alios: fecit & Vergilianas fabulas uersibus iambicis.

Alphius Auius libros fecit, qui inscripti sunt Excellentium, uersibus diametris iambicis.

Septimius Ausfer libru composuit de laudibus Iani, in quo imitatus est Callimachu.

Calphurnius Siculus, scripsit cæm Bucolicum. Floruit imperante Domitiano. Modicis uixit facultatibus.

Aur. Olympius Nemesianus, Afer genere, patria Carthaginensis, floruit sub Numeriano & Diocletiano Cæsaribus. Scripsit Cynegetica, Nautica, et Alientica. Calphurnius eidem opus suum nuncupauit.

Maurus Terentianus, Afer natione, patria Carthaginensis, scripsit Iambos. Opus composuit uario multipliciq; carminu genere de literis, syllabis, pedibusq; & uarijs metris. Filium habuit Bassum, & generum Nouatemum.

Claudianus patria Alexandrinus, floruit sub Honorio & Arcadio. Scripsit de raptu Proserpinæ libros IIII. Item epistolas in Ruffinum, de laudibus Stiliconis, Panegyricos, Epigrammata de uictoria Theodosij contra Eugenium Gallorum regem.

Decius Ausonius Gallus, patria Burdigalensis, uixit imperantibus Valentiniano et Valentiniano. Gratianum Cæsarem literis & disciplinis erudijt. Patrem habuit Ausonium professione medicum. Gratiani patrociniõ prouectus est ad consularẽ dignitatem. Scripsit librum epigrammatum ex Græcis in Latinos conuersum numeros. Celebrauit puellã nomine Bissulam. Scripsit de fluuio Mosa. Fastorum libros absoluit, auspiciatus à principio urbis conditæ usq; ad sua tempora. Scripsit & quasdam epistolas.

Damasus natione Hispanus floruit eodem tempore quo Eutropius & Orosius. Creatus est Romæ Pont. Max. Scripsit complures Hymnos, & libru de Romanis pontificibus oratione soluta. Perijt sub Theodosio, quum annum lxxx ageret.

cc IHNEN

Iuuenius Hispanus, floruit imperanti-
bus Constantino & Constante. Scripsit
III Euangelia uersibus hexametris, &
hymnos.

Aurelius Prudentius Clemens, genere
Hispanus, primam aetatem posuit in agen-
dis causis & ciuilibus officijs, demum ad
Praefecturam Theodosij patrociniu cōscen-
dit. Scripsit opus de his, qui pro Christia-
na pietate se deuouerunt. Item de Natali
Domini, de Gestis & miraculis Christi, de
Expiandis animis, de Conflictu uitiorū et
uirtutum.

Pontius Paulinus, patria Burdegalen-
sis, floruit sub Caesare Gratiano. Scripsit
hexametris uersibus poema de regibus, ex
Suetonio collectis.

Licentius Afer, patria Hiponensis, uer-
fatus est cum Augustino summa familiarita-
te. Scripsit hymnos & epistolas.

Venantius Honorius fortunatus, Rauen-
ne eruditus, ob eruditionem Pictaorum
fatus pontifex, scripsit hymnos & libros
quatuor de Gestis beati Martini uersibus
hexametris.

Faustus Gallus floruit aetate Claudiani.
Scripsit Epigrammata et Hymnos de reb.
sacris. Probus fuit moribus, & magna in
accusandis uicijis seueritate.

Sidonius Apollinaris, patria Aruernus,
honesti et illustri natus familia, praeepto-
rem habuit Flauium Nicetium, doctissimū
tunc tempore grammaticum. Scripsit per-
multa & soluta oratione, & uario carmi-
num genere. Libros 9. Epistolarum, Hen-
decasyllabos, Panegyricos, et uersus hexa-
metros.

Sunt & Neotericorum nonnulli, qui in
scribendis poematibus non mediocrem me-
ruerunt laudem. Primus omnium Louinia

nus Pontanus scripsit tanta dexteritate, ut
ueteres proximo sequatur interuallo, pra-
riperetq; laudem multis antiquis, nisi ob-
staret ridicula quorundam hominum opi-
nio, quibus omnia putent, quae non olent
uetustatem. Scripsit de Poeta libros A-
morum tres, Tumulorum duos, de Diuinis
laudibus libros Baiarum duos, uersus lam-
bicos & Lyricos, duos libros qui inscri-
buntur Eridanus, libros de Stellis quinque,
librum unum Meteororum, duos de Hor-
tis Hesperidum, Pompan lepidimam, Meli-
seum Meonem, de Virtutibus Grammatica,
& alia.

Pontanū mea sententia subsequitur Po-
litianus, utroque genere dicendi doctissi-
mus.

Politianum, Marullus Tarchaniota.
Marullum, duo Strozae, pater & filius.
Strozas Mantuanus, cuius Bucolica tam
ti facio, ut Vergilianis conferam.

Stare debent in suo theatro Philephus
& Petrarca, quoniam modicum laudis si-
bi meruerunt in scribendis poematibus. Sunt
& nostro seculo nonnulli, qui magna sui
nominis celebritate poetice profitentur,
ut Quintianus Szoa, cuius familiaritate et
colloquio usus sum aliquandiu, quum dege-
ret Lutetia, ibique suam Cleopolim excu-
deret.

Nunc Salmonius Macrinus familiaris et
amicus meus, uersus conficit tanta dexteri-
tate, tamq; felici genio, ut nascēs uideatur
habuisse Musas obstetrices, quae poeticum
manna eius labellis instillauerint. Excillit
maximē in scribendis hendecasyllabis, in
quibus tam similis est Pontano, ut eodem
ouo prognati uideantur. Germanus quoq;
Brixius inter nostri temporis Poetas meri-
to cau-

to conferendus est. Scribit enim doctē &
eruditē, tersa & facili uena.

Omittendi nō sunt duo aetatis nostrae do-
ctissimi uiri, & linguae Latinae principes
uexillarij, Helias Gemelus, & Baptista Ca-
delarius Consul Rothomagensis.

POETAE GRAECI.

Sed iam ueniamus ad poetarum Graeco-
rum nomina.

Acheus Erethrius poeta Tragicus pau-
lo iunior Sophocle, floruit Olymp. 74. do-
cuit tragedias 44. uicit una.

Aegemon poeta scripsit bellum Leu-
atricum, Thebanorum, & Lacedaemonio-
rum.

Aeschon Mitylenus, inter Alexandri
comites familiaris fuit Aristoteli.

Aeschylus Atheniensis tragicus, primus
grauitate Athenarum, & coloris distincti-
one usus est. Primus in lucem protulit tra-
gœtias. De hoc Horatius: Post hunc perso-
nae, palleq; repertor honestae Aeschylus
& modicis instruit pulpita tignis, Et do-
cuit in gnumq; loqui nunq; cohibu. De
eius inuicem iam diximus.

Aleman Lyricus, inuentor carminis ama-
torij, floruit Olympiade 37. Scripsit lu-
gum Dorica.

Alceus Atheniensis fuit Lyricus, de quo
Horatius: Lesbio primum modulante ciui.
Politian. in Nutricia: Exactosq; canis pu-
gnax Alceae tyrannos, Aeoliū docto per-
tentans barbiton auro.

Alcimenes Megarensis, poeta fuit tra-
gicus.

Alexis Terius, poeta comicus floruit an-
te Menandrum. Filium habuit uo nomine Ste-
phanum itidem comicum.

Alexander Aetolus, poeta fuit tragicus.
Anipstas Atheniensis, comicus.

Anacreon Teius Lyricus, fuit in honore
apud Polycratē Samiorū regem. Eius poe-
ma fuit amatorij. Amauit Bathyllum pue-
rū, ut iam diximus. De hoc Oul. li. 2. Trist.
Quid nisi cum multo Venerem co. funde
re uino Praecepit Lyrici Teia musa senis.

Anaxandrides Rhodius, poeta comicus,
floruit aetate Philippi Macedonis. Docuit
fabulas 65. uicit una.

Anaxippus poeta nouae comœdiae, flo-
ruit sub Antiocho, & Democ. Poliorcete.

Antimachus poeta fuit Colophonius,
qui dum quoddam poema obscurum in au-
ditorio recitaret, omnesq; propterea disce-
derent, excepto Platone: Legum, inquit, nē
bilominus, quoniam unicus Plato est mihi
pro omnibus.

Antiphanes fuit poeta nouae comœdiae.
Antipater Sidonius, uersus faciebat ex
tēpore. Floruit oratoris Cesti temporibus.

Apollodorus Atheniensis Comœdiogra-
phus floruit Menandri tempore.

Apollodorus Tarsensis fuit Tragedio-
graphus.

Apollonius Rhodius, Callimachi disci-
pulus scripsit Argonautica.

Arates Menecratis discipulus, floruit O-
lymp. 124. Scripsit Phaenomena, Hymnos
in Pana, de Moribus, Epigrammata quae-
dam in Antigoni uxorem, Epicœdium in
Cleombrotum, Epistolas, Commentarios
in Odysseam, & pleraq; alia. Culpatur ta-
men à Quintiliano his uerbis: Arati mate-
ria motu caret, ut in qua nulla ueritas, nul-
lus affectus, nulla persona, totusq; in nomi-
nibus absunt. Sufficit tamen operi, cui
se parem credit uel aequalem.

Architas poeta fuit Epigrammatum.
Archilochus Parus repertor fuit iam
hiei carminis, quo Lycāben socerū ad mor-

te impulit. Horat. Archilochū proprio ra-
bies armauit iābo. De Archilocho Quin-
tilianus sic ait: Archilochus primus inter
eos, qui lambos scripsere. Sūma in eouis,
elegantes sanē uibrātesq; sententiæ, pluri-
mum sanguinis atq; neruorū. Floruit prim-
cipante Romulo.

Aristeas Proconesius, scripsit tribus li-
bris carmina quæ uocātur Arimaspea. Præ-
terea Theogoniam uersibus mille. Floruit
Cræso et Cyro regnantibus. Inuulgata est
de eo fabula, quod animam resumeret quo-
ties unq; uellet.

Aristophanes Comicus poeta, inuentor
fuit tetrametri et octometri. Docuit fabu-
las 45. Aemulus fuit Socratis. Tres habuit
filios omnes comicos.

Aristomanes Atheniensis, scriptor fuit
antiquæ comœdiæ.

Aristonymus Comœdiographus, præ
fuit bibliothecæ Philadelphi post Apollo-
nium. Mortuus est è stranguria annos na-
tus 75.

Arrianus poeta scripsit Metaphrasim
Georgicorum Vergilij, opus de Gestis Ale-
xandri libris 24. et quædam poemata in
Attalum Pergamensem.

Archippus Comicus Atheniësis, scrip-
tor fuit antiquæ comœdiæ.

Aristarchus Tegeates floruit eodē tem-
pore quo Euripides, docuit tragœdias 70.
uicit duabus uixit annos 80.

Astydamas senior Atheniësis Tragicus,
docuit Tragœdias 42. uicit 5. Fuit et Asty-
damas iunior Tragœdiographus poeta.

Augeus fuit comicus Atheniensis.

Bacchilides Lyricus Cous.

Callias Atheniensis fuit comicus filius
Lysimachi.

Callimachus poeta Cyrenæus, fuit fi-

lius Batti, discipulus Armochyatis. Vixit
apud Ptolemeum Philadelphū, præfuitq;
regiæ bibliothecæ. Omne poematis genus
attigit. Scripsit in aduersarium, quem fido
nomine ibi appellat, acerbisimū poema.
Item Elegias, Epigrammata et Hymnos.
Huius meminit Ouid. libro 2 Trist. dicens:
Nec tibi Battide nocuit, quod sepe legēti
Delicias uersu fassus es ipse tuas. Item Pro-
pertius libro 2. Et non inusti iomnia Calli-
machi.

Carcinus Agrigētinus, poeta Tragicus,
floruit paulo ante Philippum Macedonē,
docuit fabulas 98.

Cæcilius Argiuius scripsit de piscibus.

Chæromon poeta fuit comicus.

Chærilus poeta Samius floruit Olym-
piade 75. Scripsit Atheniësum uictoriam
contra Xerxem, singulorumq; uersuū sin-
gulos Stateres aureos accepit. Scripsit et
res Lysandri Lacedæmonij, et Alexandri
magni. Hunc Horatius ut malū et ineptū
poetam culpāt, ubi ait: Gratus Alexandro
magno regi fuit ille Chærilus, incultis qui
uersibus et malè tortis Retulit acceptos
regale numisma Philippos. Et in Arte: Sic
mibi qui multum cessat, fit Chærilus ille,
Quem bis terq; bonum cum risu miror, et
idem Indignor.

Chærilus Atheniensis fuit Tragœdio-
graphus, qui docuit tragœdias 160. uicit
tredecim.

Cinesias Thebanus scriptor fuit Di-
thyramborum, pigro corpore, et fracto
crure.

Cleon Curieus scripsit argonautica.

Cleophon Atheniensis fuit tragicus.

Corinnus iliësis, scripsit iliada ante Ho-
merū, literis Doricis, tunc primum inuen-
tis à Palamede, cuius fuit discipul. Scripsit
et bellum

et bellum Dardani contra Paphlagonas.
Floruit tempore belli Troiani.

Crates Atheniësis Comicus antiquæ Co-
mœdiæ, auditor fuit Platonis philosophi.

Cratinus Atheniensis, ueteris comœdiæ
scriptor, docuit fabulas 21 uicit 9. Vir fuit
noluptarius et amator puerorum.

Christodorus è Copto Aegypti urbe
poeta, Anastasij Imperatoris tempore, scri-
psit Isaurica, ubi scribit Isauriam ab Ana-
stasio fuisse captam.

Damazones fuit Atheniensis comœdio-
graphus.

Demolebus fuit Syracusanus comicus.
Floruit Olympiade 73. Filius Epicharmi
medici. Docuit fabulas 14. lingua Dorica.

Dicaogenes poeta scripsit Tragœdias
et Dithyrambos.

Diodorus fuit Comicus poeta, ut Dio-
xippus et Diocles Atheniensis.

Egemon Carcenus scripsit bellum Leu-
tricum, Thebanorum et Lacedæmo-
niorum.

Epicrates poeta fuit Comicus, ut Eri-
phus.

Euangelus poeta comicus scripsit de Re
militari.

Eubulus Cettius Atheniensis fuit co-
mœdiographus.

Eumolphus Eleusinus filius fuit Musæi,
et Orphei discipulus, poeta magni no-
minis.

Euphronius poeta, scripsit carmen Pria-
pi ubi deum Orneatem eum appellat.

Eupolis Atheniensis, scriptor fuit uete-
ris comœdiæ, qui mira usus est licentia in
carpendis hominum uitij: Horatio teste.

Euripides Atheniensis Tragœdiogra-
phus, natus est eo die, quo Xerxes ab Athe-
niensibus fugatus est. Discipulus fuit Prodi

ci in Rhetorica, Socratis in Philosophia.
Ad tragœdiam conuersus, secutus est Ana-
xagoram. Veneris fuit omnino abstimens.

Vixit in summa familiaritate apud Arche-
laum Macedoniæ regē, à cuius cœna dum
noctu reuertetetur, iugulatus à canibus, à
quodam æmulo immisus, annum agens 75.
Scripsit Dramata 75. uicit 5. Matrem ha-
buit agrestia uendentem olera. Annos na-
tus 18, Tragœdiam scribere aggressus est in
quadam spelunca apud Salamina. Cicero
eius uerba totidem putauit sententias.

Eutiches comicus fuit poeta.

Hermippus Atheniensis, poeta ueteris
Comœdiæ, scripsit fabulas 40.

Hesiodus poeta Cumæus, seu Ascraeus, ab
Ascra Bœotiæ uico, scripsit poemata, The-
ogoniam, Aspida, Heroidum mulierum ca-
talogum, Epicædium in quendam Batra-
chum, et quædam alia. Iugulatus est ab
Antipho et Crimeno fratribus. Primus
agriculturæ præcepta tradidit. Primus fa-
bulas scripsit.

Hiero Ferreus Atheniësis, scripsit quæ-
dam poemata, quæ Plutarchus in Nicia ad
ætatem suam testatur peruenisse.

Hipparchus fuit comicus poeta.

Hipponax Ephesius scriptor fuit Iam-
borum, qui patria pulsus ab Athenagora
et Conia tyrannis, Clazomenis uixit.

Homerus iunior, patria Bizantius, pa-
trem habuit Andromachum. Scripsit Tra-
gœdias 57.

Homerus poetarum maximus, floruit
Olympiad. 23. annis post Troiam captam
quingentis, post Romam conditam 68. Pa-
tria fuit Meon. Natus est adulterio matris
Criteidus uirginis Cumanæ apud fluum
Meiem, unde ab initio uocatus est Melesi-
genus. Grammaticæ præcepta primus de-

dit, quum antea quisq; sermone scriberet, simul & loqueretur uernaculo. Puer literis imbutus est ab Aristeo Proconesio, seu Fannio Grammatico. Factus paulo prouectior, quum flagraret desiderio uisendarum regionum, ductus est per diuersa orbis loca à mercatore quodam, qui dicebatur Men-thes, à quo tamen relictus est apud Ithacā, propter morbum oculorum, quo ibidem laborare cœperat. Conualescens demum Colophonem profectus est, ibiq; renascente eodem morbo, incidit in cæcitatem, ac tum primum uocatus est Homerus, apud Cymeos & Ionas, qui cæcos uocant Homerōs. Vnde autem cæcitatem illam contraxerit, iam diximus. Veniēs Athenas in ætate iam matura, quum in littore quiescisset, sparsa protinus de eius aduētū rumore, hominum multitudo turmatim ad eum uidentem cōsolauit. Quò quum eandem ob causam diuertissent piscatores, littori appulso statim rogauit, haberentne aliquid. Illi uerò per ænigma responderūt, Se quæcūq; cepissent, reliquisse: quæ uerò non cepissent, habere. Significabant. n. sese purgasse pediculis, quorū captos in aquis reliquissent, non captos haberent in uestimentis. Quod intricatum, & perplexum ænigma Homerus ad pisces tantum respiciens, quum dissoluere nequiuisset, pudore nimio (ut nonnulli suspicantur) incidit in morbum, quo paulo post periit. Sed quid opus ē causam mortis comminisci, quum iam matura esset ætate? iam enim uixerat annos 108. Scripsit præcipua duo poemata, Iliadē, & Olyssæam. Ilias continet bellum Græcorū in Troianos, propter Helenæ raptum: Olyssæa Ulyssis in patriam redeuntis labores. Duo hæc eius poemata in numerū uersuum diuisa et distincta sunt ab Aristarcho

grammatico. Sunt qui eidem tribuant Eurachomyomachiam, quorum opinioni repugnat Plutarchus. Habitus est apud antiquos in tanto precio, ut septem urbes eum sibi uendicauerint, eiusq; uersus habiti sunt prouerbiorum loco.

Idæus Rhodius, opus Homeri iterauit, carmen carmine reddens. Scripsit etiā res Rhodiorum tribus carminum millibus.

Lafus Hermineus, primus scripsit de Musica, primusq; Dithyrambos in certamen protulit.

Lycophrō Chalcidensis poeta, scripsit Alexandram poema ualde obscurum, in quo meminit de uaticinijs Cassandrae. Exorsusq; ab Hercule et rebus Troianis, prosequitur usque ad Alexandrum Macedonem.

Magnes Atheniensis, poeta ueteris comædiæ, floruit Epibarmi tempore. Docuit fabulas 11.

Melanthus poeta fuit Elegiographus, Cimons ducis Atheniensium familiaris.

Melichus fuit Tragœdographus, quem Aristophanes taxauit ut nimis durum.

Menander Atheniensis, comicus, flagrauit amore mulierum. Scripsit fabulas 88. et Epistolam unam ad Ptolemæum regem. Fabius de eo sic meminit: Menander meo iudicio diligenter lectus ad cuncta quæ præcipimus efficienda, sufficit: ita omnem in uita imaginem expressit, tãta in eo inueniendi copia, eloquendi facultas, ita est omnibus rebus, personis, affectibus accommodatus, ut omnibus eiusdem operis autoribus tenebras induxerit. Porro tanto fuit in precio, ut etiam inuitatus sit à regibus Aegypti, oblati magnis honoribus & diuitijs.

Menalippides Melicus scripsit Dithy-

ram

rambicorum libros, poemata, Epica, et Elegias.

Huius nepos Menalippides iunior scripsit Lyrica et Dithyrambica. Mortuus est apud Perdicam regem.

Menecrates fuit comœdiographus.

Menelaus Aegæus scripsit Thebaida libris sex.

Mymnernus Colophonius poeta fuit Elegiographus, qui dicebat nihil esse iucundum sine amore & iocis. Horat. Si Mymnernus uti censet, sine amore iocisq; Nil est iucundum, uiuas in amore iocisq; Pert. li. 1. Plus amore ualet Mymnerni uersus Homero.

Mnesimachus scriptor fuit comœdiæ.

Moschus Syracusanus scripsit carmen Bucolicum.

Morychus Tragicus fuit poeta, quæ Aristophanes gulæ, & nimie uoluptatis notauit.

Morsimus fuit Tragicus, quem Aristophanes insectatus est.

Museus Eumolpi filius, primus omnium Athenis deorum genealogiam uersibus tradidit. Scripsit amores Hero & Leandri uersibus hexametris.

Museus Eleusinius, Antipheni filius, & discipulus Orphei, scripsit uitæ præcepta ad Eumolphum filium tribus uersuum millibus.

Museus Thebanus, filius Thamyrae, poeta Melicus, scripsit Hymnos & Cantica.

Museus Ephesius, poeta Eumenis et Attali regū Pergami tempore, scripsit res Pergamenes, & de Persidæ libros 10.

Nestor è Lycia regione, pater Pysandri poetae, tempore Seueri principis, scripsit Iliada. Tryphiodorus uerò Olyssæam ad imitationem Homeri.

Nicandrus Colophonius edidit uersibus Prognostica Hippocratis.

Nicochares Atheniensis, Philonidis comici filius, coæuus Aristophanis, scripsit multas fabulas.

Nicostratus fuit Comicus.

Nicomachus Phrygius, scripsit Tragœdias 11.

Nicomachus alter Atheniensis fecit Euripidem & Theagenem.

Nonnus Panapolyta, scripsit euangelium Ioannis, Græcis hexametris.

Olympius Mysius, poeta Melicus, & Elegiographus, discipulus Marsyæ, floruit ante bellum Troianum.

Oppianus ex Anaxarbo Ciliciæ ciuitate, scripsit poema de Piscibus, quod Antonio Seueri filio nuncupauit.

Orpheus Crotoniata, uixit apud Pysistratum tyrannum. Scripsit Argonautica.

Palepharus Atheniensis poeta scripsit de Situ orbis, & contentione Minerae cū Neptuno, ad mille uersus. Veneris quoque, & Amoris sermones quinq; millibus uersuum. Item de crine Latonæ, & quædam alia.

Pamprepus Panopolita, floruit ætate Zenonis principis. Scripsit de Etymologijs, & Isaurico, soluta oratione.

Panolbus fuit Epicus poeta.

Parthenius Nicæus, poeta Elegiographus, captus à Cinna in bello Mithridatico, & ob ingenium manumissus. Vixit usq; ad Tiberium Casarem. Scripsit elegias in Venerem, & Epicedium in Aretem uxorem suam, atq; eius laudibus libros 3.

Parthenius Chius, Thestoris filius, scripsit uersus in laudem patris.

Perfes Ascreus poeta, frater fuit Mesiodi.

Phaedrus Bizantius fuit Elegiogra-
phus poeta.

Pherecrates Atheniensis comicus, mi-
litauit sub Alexandro Magno. Docuit fa-
bularum 17.

Phidamus Epicureus, poeta fuit admo-
dum lasciuus.

Philemon Syracusanus, poeta nouæ co-
mœdiæ, tempore Alexandri magni, scri-
psit sex fabulas. Vixit annos 90. Perijt ni-
mio risu.

Philemon iunior, eius filius, itidem co-
micus, docuit fabulas 54.

Philetas Cous, floruit ætate Philippi et
Alexandri Macedonũ. Præceptor fuit Pto-
lemæi Philadelphi. Scripsit Elegias et Epi-
grammata. Cõterraneus fuit Hippocratis
medici. De eo et Callimacho sic scribit Fa-
bius: Elegiæ princeps habetur Callimach.
secundus confessione plurimorum Philetas
occupauit. Propert. lib. 7. Tu satius memo-
rem musis imitere Philetam.

Philocles Atheniensis, filius sororis Ae-
schyli, Tragicus fuit poeta.

Philoxenus Cytherius poeta Lyricus
scripsit Dithyrambos 24. Obijt Ephesi.
Scripsit carmine Lyrico Aeacidarum ge-
nealogiam. Coniectus est à Dionysio Syra-
cusano in Latomias, quòd eius carmina et
Tragœdias non probaret.

Philistus Cercyreus, Tragicus poeta,
mixit apud Ptolomæum Philadelphum.

Philiſtion Nicæus poeta Comicus, flo-
ruit ætate Socratis.

Philippides Comœdiographus quũ æta-
te iam prouecta in certamine poetarũ præ-
ter spem uicisset, inter illud gaudium repen-
tè mortuus est: autore Gellio.

Phocylides Mileſius, floruit post bel-
lum Troianum, Olymp. 58. Scripsit ele-

gias, et quasdam Sententias ad uitæ inspi-
tationem.

Phocimordes fuit comicus.

Phormus Syracusanus Comicus, Gelo-
ni tyranno fuit familiaris, eiusq; filios eru-
diuit. Docuit fabulas 7.

Phrynicus Atheniensis Tragicus, The-
ſpiadis discipulus, primus uultum mulie-
rum protulit in Scenam, et Tetrametrum
reperit. Filium habuit Polyphradmonem
poetam tragicum. Docuit tragœdias no-
uem.

Phrynicus Atheniensis fuit Comicus.

Pigres Halicarnassæus frater Artemi-
siæ uxoris Mausoli, scripsit uersus elegos
in Iliadem Homeri.

Pindarus Thebanus Lyricorum prin-
ceps, floruit Aeschyli tempore. Scripsit
lingua Dorica Olympia, Pythia, Nemea,
Isthmia. De Pindaro sic meminit Hora. Pin-
darũ quisquis studet æmulari, Iule, caratis
ope Dædalæa Nititur pennis, uitreo datu-
rus Nomina pòto. Primas meruit inter no-
uem Lyricos, quorũ hæc sunt nomina: Al-
cæus, Sappho, Stesichorus, Ibycus, Bacchy-
lides, Simonides, Alcman, Anacreon, et
Pindarus ipse.

Pisandrus Camyreus poeta antiquior
Hesiodo, scripsit facta Herculis duobus li-
bris.

Pisandrus Larandæus poeta, sub Ale-
xandro Manneæ, scripsit uersibus uari-
am historiam lib. 66.

Plato Atheniensis, poeta prisca comœ-
diæ, floruit tempore Aristophanis et Eu-
polidis.

Polyzelus comicus fuit.

Posidippus Cassandræus comicus do-
cuit anno tertio post mortem Menandri.
Scripsit fabulas xxx.

De

De Sappho poetria diximus in capite
de mulieribus doctis.

Simonides Ceus, poeta Medicus, floruit
Olymp. 55. Vixit annis 79. Scripsit Dori-
ca lingua Cambysis et Darij res gestas, et
Xerxis bellum maritimum. Præterea Thre-
nos, Encomia, Epigramata, Pæanas, Tra-
gœdias, Nenas, et quædam alia. Primus
etiã artem memorandi fertur inuenisse,
quum conaret in Thessalia apud Scopam
opulētum hominem. Præcipuè eius uirtus
fuit in cõmendanda commiseratione. Nam
inter cæteras funebres laudationes singula-
ri carminum cõmiseratione profectus est
coniuas suos, apud Scopam illum, de quo
nunc diximus, cenaculi ruina collisos. Ca-
tullus: Mœstius lacrymis Simonidæis.

Simonides Teius Iambicus, scripsit Græ-
corum apud Aulidem conuentum, et Tri-
metrorum libros duos.

Simonides Magnes, scripsit res gestas
Antiochi magni, et bellum aduersus Ga-
latas.

Sophocles Atheniensis Tragicus, co-
ætaneus et collega Periclis in prætura,
docuit Tragœdias 23. Deceſsit sex annis
post Euripidem. Appellatur Apis, ob lin-
guæ dulcedinem. Filij eum ab administra-
tione rei domesticæ summouerunt, ut deli-
rantem: at ille Tragœdiam protulit coram
iudicibus, ut uiderent, an esset opus deliri-
sentis. Propterea restitutus est, et sapiens
iudicatus.

Fuit et Sophocles alter superioris ne-
pos, qui docuit Tragœdias 4. Atq; etiã
scripsit Elegias.

Sophilus Sicyonius fuit comicus.

Sosibæus Syracusanus, æmulus fuit Ho-
meri tragici.

Sotades Maronites, poeta fuit Iambogra-

phus impurissimus et plenus lasciuia. Hinc
Sotadicus uersus uocamus pathicos, et li-
bidinosos.

Sotericus Asites scripsit Encomium
Diocletiani, et Dionysiacæ, et uitæ Apol-
lonij Tyanei.

Stesichorus poeta Lyricus ex Hymera
Siciliæ ciuitate, scripsit Helenæ uitupera-
tionem. Ob quam rem ex oculata Palimo-
diam cecinit, et uisum recuperauit. Primus
cum citharæ cantu chorum instituit. Unde
inditum illi nomẽ. In eius ore, quum infans
esset, cantauit Iuscinia.

Thales Cretensis, fuit Lyricus poeta, qui
quum Spartam uenisset, Lacedæmoniorũ
animos suis uersibus adeo deliniuit, ut feri-
tatem illam exuerint, quam ex seueris Ly-
curgi legibus imbiberant.

Tamyras Thrax poeta scripsit uersus
in theologia ad tria millia. Extima fuit pul-
chritudine, et amore puerorum deflagra-
uit. Theognetus Comicus.

Theogenes Megarensis floruit Olymp.
59. Scripsit Elegias, et alia poemata. Fuit
alter Theogenes Trag.

Theodectes Cilix, discipulus Platonis,
scripsit fabulas 50. Præterea artem Rhetor-
icam uersibus, et quædam alia.

Theodosius Tripolitanus, scripsit uer-
sibus in Aestatem.

Theocritus Syracusanus patrem habuit
Praxagoram, Philinam matrẽ. Floruit sub
Ptolomæo Lagi. Scripsit Dorica lingua
Bucolicum poema.

Theophilus scriptor fuit prisca comœ-
diæ.

Terpander Lesbios poeta Lyricus, He-
ptachordon et Lyrici carminis canonem
scripsit.

Theſpis Atticus, poeta Tragicus, pri-
mus

mus instituit, ut Tragedia agerentur in plaustris. Vnde Horatius: Ignotū tragicæ genus inuexisse cœcœnae Dicitur, et plaustris uenisse poemata Theſpis, Quæ cœnarent agerentq; peruncti fecibus ora.

Timon Apolloniates, scripsit Tragedias, Comœdias, Satyras et alia permulta.

Timolauus Larissæus, discipulus Anaximenis Lampſaceni, scripsit poema de bello Troiano.

Timocles Atheniensis fuit comicus.

Timotheus Mileſius, scripsit uersibus de Musica lib. 17. Præterea Hymnos, Encomia, et Dihyrambos.

Tyrteus Atheniensis poeta, quem quæ Lacedæmonij certatēs in Atheniēses principē sibi delegissent, ita eorum animos inflammauit suis carminibus, ut omnes periculi et mortis immemores in hostē furiosissime cōicerint, eoq; modo uictoriam sibi pererint. Horat. in Arte: Tyrteusq; mares animos in Martia bella. Versibus exacuit.

Triphiodorus Aegyptius, scripsit: Mæraſioniam, excidium Ilij, et poema de laboribus Ulyſſis.

Xenophanes Colophonius, scripsit poema de Pſyllis. Præterea Elegias et Iambos contra Heſiodum et Homerum, improbus, quæ de dijs scripserunt.

Xenophanes Lesbicus fuit Iambogra- phus.

Xenarchus fuit poeta comœdiogra- phus.

Zenodotus Ephesus poeta, discipulus fuit Philææ. Floruit ætate Ptolemæi primi, cuius liberos erudijt. Primus Homeri libros correxit, et in ordinem redegit.

SYNONYMA QUÆVÆDAM poetica.

Chæia regio aliter uocatur Aegyalos, ab Aegyalō rege.

Achelous fluvius prius Thôas dicebatur. Mutauit nomen sub Acheloo rege.

Achilles, Aecides, Pelides, Chronis alumnus idem.

Aegina urbs adiacens Peloponneso, aliter uocatur Oenopia. Ouid. li. 7. Mei. Oenopiam ueteres appellauerunt, sed ipse Aecus Aeginam gentricis nomine dixit.

Aegyptus aliter uocatur terra Memphitis, tellus Nilotica, et Delta.

Aegyptij aliter uocantur Paretonij à Paretonio Aegypti urbe, Mareotici à Mareotide lacu eiusdem loci. Ouid. li. 9. Iſi Paretonum Mareoticæq; arua Pharoq; Quæ colis. Classis Mareotica, id est, Aegyptia, quæ uehebatur Cleopatra. Iſiaci ab Iſi filia Inachi quæ pro dea coluerunt. Ouid. li. 2. de Ponto: Vidi ego Niligena numen uoluisse fatentem Iſidis Iſiacos ante sedere forcos. Memphæi, et Memphitici, à Memphi Aegypti urbe. Ouid. lib. 1. de Arte: Ne fuge Niligena Mēphitica sacra iuuenæ. Lagæ à Lago primi Ptolemæi patre, à quo Nilus uocatur Lagæus. Lucan. lib. 2. Quæ mare Lagæi mutatur gurgite Nili. Idem lib. 8. Ultima Lagææ stirpis, perituraq; proles. Niliaci, Nilotici, Nilicola, et Niligena, à Nilo fluuio. Lucan. lib. 5. Te nisi Niliaca propius non uidit arena. Idem lib. 9. Rege sub impuro Nilotica regna terente. Pelusij, et Pelusiaci, à Pelusio Nili hostio. Luca. lib. 8: Qua diuidui pars maxima Nili In uada decurrit Pelusis septimus annis. Ptolemæi à Ptolemæo Lagi filio, à quo deinceps Aegyptij reges omnes idem traxerunt nomē.

Vnde et Pharon Ptolemæam poetæ appellant Pharij à Pharo Aegypti insula. Cleopatrici à Cleopatra regina. Vnde et Sidonius dapes Cleopatricas appellat.

Aeolia insula dicitur etiam Aeolis. Bap. Rautii.

Pius: Ut Liparæus ager, utq; Aeolis insula flagrat. Aeolis insula prius etiam dicebatur Ephesiades, et Vulcania.

Aeolus Hippodates, id est, nepos Hippotæ eiusdæ Troiani. Ouid. lib. 11. Quod socer Hippodates tibi sit, qui carcere fortes Contineat uentos.

Aesculapius, Epidaurius anguis, quoniam in Epidauro colebatur in forma colubri.

Aetna insula, Inestia.

Aetoli, populi Græciæ, Epyro et Acarnania finitimi, aliter uocantur Calydonij à Calydone urbe. Hinc Calydones, eius loci mulieres. Stat. lib. 2. Thebaid. Centum iubi uirginis uotæ Calydones artis. Oeneij, ab Oeneo rege Aetoliæ, et Deianyræ patre. Ouid. lib. 8. Et Oeneios ultorem spreta per agros Misit aprum. Pleuronij ab eiusdem loci urbe, quæ dicitur Pleuron. Ouid. lib. 14. Talibus iratam Venerem Pleuronius Acmon Instimulat uerbis. De Pleurone Stat. lib. 2. Theb. Et reduci pateat mihi Martia Pleuron. Eadem ratione uocantur Pleuronis alumni. Idem Statius lib. 8. Nunc mœstæ fundens Pleuronis alumnos. Naupactei à Naupactio eiusdem loci oppido. Hinc Achelous dicitur Naupactæus. Ouid. lib. 2. Fast. Amphiaraides Naupactæo Acheloo.

Afri, seu Africani, aliter uocantur Tunisi, à Tuneto, seu Tunitio Lybiæ ciuitate. Sidon. Torrida Tuniseos infert mihi Byrsa sutores.

Agrigentum, Agragas. Vergilius: Arduus unde Agragas despectat maxima longæ Mœnia.

Alemeni aliter uocantur Teutones, et Teutonici, à Teutone deo, quem uenerabatur. Lucanus libro 1. Vidimus et Martem

Libyes, cursumq; furoris Teutonici. Idem libro 6. Cantaber exiguis, aut longis Teutonus armis. Germani, quod uicini sint Belgis. Idem et Germanici, Sueton. in Aug. Ut tamē in quibusdam Pannonicis ac Germanicis aut interueniret, aut nō longē abesset. Rhenicola, quod habitent ad Rheniū fluuium.

Allobroges populi, aliter uocatur Pedemontani. Siroza pater: Et Pedemontanum signa sequuta ducem.

Ambracia urbs Epyri, prius dicebatur Eponia, et Paralia. Ambracienses et Ambraciota idem sibi uolunt.

Anglia ipsa aliter uocatur Britannia, Caledonia, Albion, et Anglittera.

Angli seu Anglici, aliter uocantur Britanni. Vergilius: Et penitus toto diuisos orbe Britannos. Caledonij, Mart. lib. 1. Nuda Caledonio sic pectora præbuit urſo. Dicitur et Brutigenæ, quoniam descenderunt à Bruto.

Anien fluvius, Anienus, Anio.

Antiochia, Seleucia, à Seleuco rege.

Aquisgranum, Vegerra.

Apollo, Peon, Phœbus, idem.

Apulia ipsa uocatur Iapygia ab Iapyge Dedali filio, Mesappia à Mesappo, Daunia à Dauno.

Appuli, Italiæ populi, aliter uocantur Mesappij à Mesappo rege. Ouid. li. 14. Penetiusq; sinus Mesappiaq; arua reliquit. Aetholidæ ab Aethelo Diomede, qui ibidē imperauit. Syll. lib. 12. Aetholidas inter fuit haud ignobile nomen. Daunij à Dauno patre Turni, qui ibidem regnauit.

Arabes Nyſij, et Nyſiadae. Hinc nympha Nyſiades à Nyſa oppido. Ouid. lib. 3. Fast. Nyſiades nymphas puerum quarante nouerca.

Aras fluuius, influens in Rhodanū, eta
te nostra uocatur Sagona.

Arcadia aliter uocatur regio Menalis,
à Menalo promontorio. Ouid. lib. 3. Fast.
Pinigerum Fauni Menalis ora caput.

Arcades, Arcadij, Arcadici, aliter uo-
cantur Tegei, Tegeei, & Tegeatici, à Te-
geo Arcadiæ oppido. Ver. lib. 5. Aen. Alter
ab Arcadia Tegeæ de sanguine gētis. Idem
li. 8. Tum lateri atq; humeris Tegeæū sub-
ligat ensem, id est, Arcadicum. Parrhasij à
Parrhasia Arcadiæ regione. Verg. lib. 11.
Qui Parrhasio Euandro Armiger ante su-
it. Lycæi, à Lycæo monte Arcadiæ. Oui. li.
2. Fast. Faunus in Arcadia templa Lycæus
habet. Nonacris locus est in Arcadia, à cui-
us nomine Arcades uocantur Nonacrimi
& Nonacrij. Ouid. lib. 5. Fast. Et matri &
uati parei Nonacrius heros, id est, Euan-
der Arcas. Idem lib. 2. Metam. Dum redit,
itq; frequens in uirgine Nonacrina Arsit.
Parthenij, à Parthenio mōte Arcadiæ. O-
uid. libro 9. Vestrum opus Elis habet, ue-
strum Stymphalides undæ, Partheniumq;
nemus. Pisæi à Pisa oppido Arcadiæ pro-
pe Alpheum fluuium. Ouidius libr. 2. Trist.
Quid non Tantalides agitante cupidine
currus Piseam Phrygijs uexit eburnus e-
quis? Piseam, id est, Hippodamiam Arcadi-
eam. Molorchæi à Molorcho Arcadiæ pa-
store, cuius precibus Hercules leonem in-
terfecit.

Argo nauis, aliter uocatur Pinus The-
sala, & Pagasea, à Pagasa Thessaliæ ciui-
tate.

Argos & Hippium, idem sibi uolunt: au-
tore Plinio.

Ariadna, Minois, quod sit Minois filia.

Aseanius filius Aeneæ, aliter uocatur
Iulus, & Iulus. Vergilius libro primo Ae /

neidos: At puer Aseanius, cui nunc cogno-
men Iulo Additur, Iulus erat, dum res stetit
Iliæ regno.

Athenienses in primis dicuntur Attici,
Athenæi, Actæi, Thesæi, Thesidæ, Cecro-
pij, Cecropidæ, Munichij, Mopsopij, Aea-
cidæ, Erichthæi, Erichthonij, Aegidæ, Ma-
rathonij, Cranai, Erichthidæ, Codridæ.
Athenienses, & Athenæi à Mimerua, quæ
Athena Græcè dicitur. Attici & Actæi ab
Attione rege. Ouidius lib. 2. Met. Separat
Aonios Actæis Phocis ab aruis. Thesæi, &
Thesij, & Thesidæ, à Thesio filio Aegei
Athenarum regis. Vergilius lib. 2. Georg.
Præmiaq; in gentes pagos & compita cir-
cū Thesidæ posuere. Martial. eadem ratio.
ne fauos Theseos uocat, id est, Atticos, ubi
ait: Massica Theseis tam bene uina fauis.
Cecropidæ à Cecrope rege. Vergilius li. 6.
Aen. Tū pendere poenas Cecropidæ iussi.
Munychia erat Atheniensium nauale, un-
de & Munychij dicti sunt. Ouidius libro 2.
Met. Munychiosq; uolēs agros, gratamq;
Mimeruæ Despiciebat humū. Mopsopij à
Mopso Athenarum rege. Ouidius libro 5.
Metamor. Mopsopium iuuenem sacros a-
gitare iugales. Aeacidæ ab Aeaco. Idem
Ouid libro 8. Dant placidi cursum redeun-
tibus austri Aeacidis. Erichthæi et Erich-
thonij ab Erichtheo & Erichthonio regi-
bus. Ouidius libro 8. Erichthæas Tritoni /
dos ibat ad arces. Eadem ratione uocantur
Erichthidæ. Aegidæ ab Aegeo Athenarū
rege. Oui. in Epist. Inter & Aegidas media
statuaris in urbe. Marathonij à Maratho-
ne Atticæ campo. Vnde Statius libro quin-
to Sylvarum, Erigonem uocat Maratho /
niam. Syllius libro decimoquarto: Arma /
que fixa deis, aut quæ Marathonius hostis
Perdidit.

Cranai,

Cranai, à Cranio rege Athenarum. Co-
dridæ, à Codro rege, qui se pro patria de-
uouit.

Attica, Mopsopia, Ionia, Posidonia, Ce-
cropia, Cecropis, Attis, Acte, idem sibi uo-
lunt. Athenienses etiam dicuntur Pandionij
à Pandione rege Erichthonij filio.

Aurelia prius uocabatur Genabum.

Aurona Memnonis mater. Eos idem. Se-
neca in Hercule Octæo: Noctesq; duas con-
tulit Eos.

Auster, Notus, idem. Plin. li. 1. Hæc au-
strum uentum dabit, quem à Græcis No-
tum diximus uocari.

Bacchus, Liber, Iacchus, Euan, puer
Semeles.

Baleares, Gymnesia.

Belge, Belgici.

Belides, Danaides.

Bellona, Pallas, Enyo.

Bellouaci, Bellouacenses.

Bitynthia aliter uocatur Mygdonia, à
Mygdono rege: & Bebrycia à Bebrice. O-
uid. in Epist. Nunc quoq; Mygdonia stabi /
lis astat humo.

Bitynij aliter uocantur Bitynici, Tyn-
niaci, Mygdonij, Bebriaci.

Biturici, Bituriges. Sidonius: Spectabi /
lem uirum episcopum sibi flagitat populus
Biturix ordinari.

Bizantij, Bizantini, Bizantium, Ligos.
Plin. lib. 4. In quo oppidum Bizantium li-
beræ conditionis, antea Ligos dictum.

Bononia, Felsina.

Boreas, Aquilo.

Briareus, Aegeon.

Burgundi, Burgundiones.

Bœotia, Aonia, Ogygia, Hyantis.

Bœotij, aliter Bœoti. Lucanus libro 3.
Bœoti coire duces. Phocæi, & Phocæici, à

Phocide propinqua regione. Hyanthæi à
uetustis Bœotiae populis. Stat. lib. 1. Theb.
Exul Hyanthæos inuenit regna per agros.
Teumesi à Teumeso Bœotiae monte. Stat.
lib. 2. Theb. Non alias tacita iuuenis Teume-
sius iras Mente acuit. Meleagri, à Melea /
gro. Vnde & Pleuron Melesgria uocatur
à Statio. Thespiaci à Thespijs oppido eius
loci. Stat. lib. 2. Syl. Centum Thespiacis odo-
ra lucis Stent altaria. Helyconij ab Hely-
cone monte Bœotiae Musis sacro. Stat. lib.

7. Horrent Tyrrhenos Helyconia plestra
tumultus. Cyrrhæi, à Cyrrha oppido Pho-
cidis. Idem Stat. libro 7. Aonia Cyrrhæa
monstrauit Apollo iuuenca. Hippocremisa-
ti, ab Hippocrene fonte. Vocabulum est Si-
donij Apollinaris. Aganippæis, ab Aga-
nippe fonte eiusdem loci. Aonij & Aoni-
dæ, quoniam Aonia pars est Bœotiae. Ca-
staliij, à Castalia fonte.

Cantabri Cantabrics.

Capitolium, sedes Tarpeia, Templum
Iulium.

Cappadoces, Cappadoci.

Carmentis, Nicostrata.

Cares aliter Bubasij. Ouid. lib. 9. Buba-
sides uidere nurus.

Carteia urbs Hispaniæ, Tariffa.

Carthago ipsa uocatur Byrsa, & Chal-
cedon. Verg. lib. 1. Aen. Mercatiq; solum fa-
cti de nomine Byrsam. Claudianus in Eu-
tropium: Bacchatus per operta tremor
Chalcedona mouit.

Carthaginenses uocantur Tyrij à Ty-
rijs colonis, quos illuc adduxit Dido post
Sychei mortem. Vergilius: Urbs antiqua
fuit, Tyrij tenuere coloni, Carthago. Cad /
mei, quoniam Tyrij & Phœnices descen-
derunt à Cadmo. Syll. lib. 1. ... Sacri quum
perfida pacti Gens Cadmæa super regna

certamina mouit. Afrubalani ab Afru-
bale duce: uerbum est Sidonij. Elisai ab Eli-
sa Didone. Byrsici, quonia Carthago pri-
us dicebatur Byrsa, à corio. Sidonius: Sper-
nis Elisae Byrsica testis domus.

Colchi, Colchiaci, Phasiaci, Aetæi,
Aeæi, Aetiij, Cytæi.

Corinthij uocantur Corinthæi, & Co-
rinthiaci. Ouid. lib. 15. Iamq; Corinthiaci
carpebã littora ponti. Cypselidæ, à Cypselo
Ixionis filio. Verg. in Cyri: Cypselidæ
magni, florētia regna Corinthi. Ephyræi,
& Ephyræij, quoniam Corinthus primò
uocabatur Ephyre. Lucan. lib. 6. Infedit ca-
stris, Ephyræaq; mœnia seruat. Isthmiaci,
& Isthmij, ab Isthmo terra angusta prope
Corinthum, quæ separat Aegæum mare ab
Ionio. Stat. lib. 2. Syl. Talis in Isthmiacos
ploratus ab æquore portus. Cenchræi à
Cenchro portu. Stat. lib. 4. Theb. It comes,
Inoas Ephyre solata querelas, Cenchræq;
manus.

Corfica, Cynos. Plinius: In mari Li-
gustico est Corfica, quam Græci Cynos
appellauerunt.

Creta insula aliter uocatur terra Cure-
tis, à Curetibus, qui in ea habitauerunt. Oui.
lib. 8. Vt egressus ratiibus Curetida terram
Cötigit. Terra Gortynis uocatur etiã Ae-
ria, & Macaros. Plin. lib. 4. Maleotes Cra-
tes primũ Aeriam dicã, deinde posteri Cu-
retim appellauerunt: & Macaron nonnulli à
temperie cœli appellatam existimauerunt.

Cretenses aliter dicuntur Cretæi. Verg.
lib. 2. Aen. Tertia lux classem Cretæis sistat
in oris. Cresij. Idem lib. 4. Quam procul
incantã nemora inter Cresia fixit Pastor
agens telis. Cresi Idem lib. 5. Cresia genus
Phaloe. Gnosij à Gnofo urbe Cretæ. Verg.
lib. 6. Aen. Gnosium hæc Rhadama huius

bet durissima regna. Gnosiaci. Ouid. lib. 8.
Gnosiacq; hæret comes inuisa cari-
na. Dyctai à Dyctæ urbe Cretæ. Verg. li. 3.
Aen. Dyctæ negat tibi Iupiter arua. Ly-
ctij à Lyctio urbe Cretæ. Verg. lib. 3. Aen.
Et salentimos obsedit milite campos Ly-
ctius idomeneus. Cydonæi, Cydonij, & Cy-
doniaci, à Cydone urbe Cretæ. Ouid. lib. 8.
Armaq; equosq; habitusq; Cydonæaq;
pharetras. Stat. lib. 4. Theb. Terga Cydo-
niaca Coritos arundine pulsat. Ariadnei
ab Ariadne Minois filia. Minoij, à Minoe
rege. Ouid. in Epist. Phedræ: En ego nunc
ne scrite parum Minoia credar. Androgeo-
nei ab Androgeo filio Minois. Gortynij,
& Gortyniaci, à Gortyna urbe. Stat. li. 4.
Theb. Arbitr hoc dura uersat Gortynius
urna. Dorici, & Dorienses, quoniam tem-
pore belli Troiani Dorici uenerunt in Cre-
tam, duce Althemene, ibiq; decem urbes
condiderunt.

Cumani aliter Cumæi, Chalcidici, E-
boici.

Cynosura, Helyce, Arctos, Parrhasi-
ursa.

Danubius, Ister, Adubanus.

Delos, Ortygia, à multitudine Colurni
cum. Verg. lib. 3. Aen. Linguimus Ortygiæ
portus.

Diana, Cynibis, Luna.

Dido, Elyssa, Phœnissa, Dalmata, Dal-
matici.

Byrrachium, Epidamnium. Plinius: E-
pidamnium colonia propter inauspicatum
nomen à Romanis Dyrrachium appel-
lata.

Eduenses, Edui, Augustudunenses.

Elæi ab Elea oppido Arcadiæ prope
Tegeam, ubi Minerva sanum habuit. Stat.
lib. 4. Syl. Aut Elææ dæcis uidit Tegeæa sa-
cerdos.

cerdos. Erymantij & Erymantæi ab Ery-
manto monte. Stat. lib. 5. Theb. Affl. t. Hip-
pomedon, rectorq; Erymantius, id est, Par-
thenopeus. Cyllenij, à Cyllene Arcadiæ
monte, à quo Mercurius uocatur Cylleni-
us. Cleonei à Cleone oppidulo. Calistonij,
à Calisto filia Lycaonis, regis Arcadiæ.

Elis, Epia.

Elienses, Elæi, Epei.

Euboia, terra Eubois. Statius in Achil.

Quattur naualibus Eubois Ora.

Euboici, Capharæi, Abantij, Tanagraei
à Tanagreo.

Euphrates, Pixyrates, autore Plinio.

Equus Troianus, equus Durateus, Epei
machina.

Epyrote, Epyrotici, Leucadij, à Leuca
depromtorio: Aetij & Aetiaci, ab Aetio
oppido: Phocæi, Phocæici, Chaonij,
Dodonigenæ uerbo Sidonij, Moloſi, Pyr-
rhidæ, idem.

Epyrus, terra Chaonis.

Flora, Chloris, Zephyritis, dea florum,
uxor Zephyri.

Furie, Eumenides, Diræ, Erynnyes.

Gades, Gadera, Cotynusa.

Galli, Gallicani, Galligenæ, Galatæ, Se-
quanidæ, Sequanici.

Garamantes, Garamantici.

Gigantes, fratres Phlegræi, Titanes.

Gorgon, Medusa.

Gorgoris, Habis.

Gratiæ, Charites.

Græcia, Achæia, Dulichia, Hellas, idè.

Græci, Graij, Graiugena, Argæi. Virg.
in opus. Septima iam Argæis st. bulis im-
põsa laboris. Argiui, Argolici, Dorici, Do-
rienses, Pelasgi, Pelopæij, & Pelopæiadæ,
à Pelope filio Tantalij. Virg. lib. 2. Aen. Vl-
tra. Assam magnam. Pelopœa ad mœnia.

bello Venturam. Stat. lib. 10. Ad patrias su-
se Pelopeides aras. Achillei, & Achillidæ
ab Achille. Argolæ apud Euripid. Achæi,
Achui, Achici, Inachi, Inachij. Idem
ab Inacho Argiuorum rege, patre Iſidis.
Ouid. lib. 5. Fast. Littus ad Inachium puluis
inanis eam. Stat. lib. 1. Theb. Qua nostræ
cecidere animæ stupet Inachis pubes. Idem
li. 5. Lectiq; potētes Inachidæ. Agamemno-
nij, Agamēnonidæ ab Agamemnone. Vir-
gil. lib. 6. Aen. At Danaum proceres, Agamem-
nonidæq; phalāges. Acrifionæi ab Ac-
risio rege Argiuorum, Abantis filio. Oui.
lib. 5. Met. Acrifioneas Proetus possederat
arces. Abantæi, & Abantiadæ, ab Abante
Argiuorum rege, patre Acrisij. Ouid. lib.
15. Nuper Abantæis templo Iunonis in Ar-
gis. Thyestæi à Thyeste. Mycenæi à Myce-
nis urbe. Oui. in Epist. Briseidis: Nulla My-
cenæum sociasse cubilia mecum Iuro. Me-
nelæi, à Menelao. Phoronidæ, & Phoro-
neij, à Phoroneo Inachi filio, & Argiuor-
um rege. Stat. li. 2. Syl. Iſi Phoroneis quon-
dam stabulata sub antris. Perſei, à Perſeo
Acrisij nepote. Stat. lib. 1. Theb. Perſeos al-
ter in agros Scinditur. Danaæi. Idem: Tunc
sedet Inachias urbes, Danaæq; regna. Do-
lopeij à Dolopibus Græciæ populis. Val-
Flac. Vid. se putant Dolopeiãq; busta. Ia-
sidæ, ab Iasio Argiuorum rege. Tantalidæ,
à Tantaloe. Achillidæ, Achillidæ, ab
Achille.

Heraclæa, Syris, Trachin. autor Plin.

Hispania, teilus Tartesia, Iberia, idem.

Hispani, Iberi, Iberici, Iberiaci. Virgil.

lib. 7. Tyrhentq; boues in flumine lauit
Iberas. Sidonius: Terrarum indigenas Ibe-
ricarum. Syll. lib. 12. Omen Iberiacis uicta
Carthagine teris. Beticolæ, & Beticenæ.
Syll. li. 1. Beticolæq; uiros spacijs agnabat

f. f. 4. in.

iniquis. Idem lib. 9. Betigenæq; uiri uel ius
media ipsa coercent. Hesperij, Tartesij,
& Tartesiaci, à Tartesso urbe Gadibus
uicina.

Hyalet, Sucule.

Hyrcaui, Cassij.

Iason, Aesonides, ab Aesone patre:

Ilua insula, Aethala.

Illyrici, Illyrij, Taulantij. Syllius lib. 15.

Quæque per Illyricum Taulantius incola
litus.

Inarime, Aenaria, Pythecusa: authore
Plin. Aenaria, à statione nauium Aenæ.
Hodie uocatur Ischia.

India terra Gangetis, terra Euphratis,
Euphratidis. Sidonius: Ripa Euphratide
uix putat tuendam.

Indi, Indici, Gangetici, quod prope Gã
gem habitent. Syll. lib. 3. Hinc laxos arcus
olim Gangetica pubes summittet. Dicuntur
etiam Nysæi, à Nysa urbe Indiæ. Idassæi,
ab Idassæ. Sidonius: Frægat Idassæas aries
impactus Erithras.

Infernus, Infernalis, Auernus, Auerna
lis, Tartareus, Herebæus, Plutonium, Cocytus,
Acherustus, Phlegetontæus, Stygius,
Acherontæus, Lethæus, Orcius.

Iphigenia, Iphianassa. Lucretius: Iphia
nasseo turparunt sanguine foede.

Italia Hesperia maior, ab Hespero At-
latis fratre. Oenotria ab Oenotro rege Sa-
binorum. Virgilius: Est locus, Hesperiam
Graij cognomine dicunt, Oenotrij coluere
uiri, nunc fama minores Italiam dixisse du-
cis de nomine gentem. Idem lib. 7. Hinc Ita-
læ gentes, omnisq; Oenotria tellus In du-
bitis responsa ferunt. Latium, quod ibidem
Saturnus latuerit, Arma Iouis fugiens &
regnis exul adeptis. Idem Virgil. lib. 8.
Latiumq; uocari Maluit, his quoniam latu-

isset tutus in oris. Saturnia à Saturno. O-
uid. lib. 1. Fast. inde diu genti mansit Satur-
nia nomen. Dicta quoq; est Latium terra
latente deo. Terra Ausonis, et Ausonia, ab
Ausone Vlyssis filio. Ouidius lib. 2. Fast. Ca-
ptaq; erat lyricis Ausonis ora sonis. Ter-
ra Italæ. Ouidius lib. 2. de Ponto: Mœstisq;
cadentes Exceptit lacrymas Italæ ora ge-
nis.

Itali, Italidæ, Italici. Ouid. lib. 14. Litto-
re in Italico Messenia mœnia contra. Lau-
rentes, Lauinij, Laurenti, Tyrrheni, Lau-
rentij, Latiales, Ausones, Ausonij, Ausoni-
dæ. Lucan. lib. 9. - Grata uice mœnia red-
dent Ausonidæ Phrygiibus.

Iudæi, Iudaici. Taciti Apellæ

Lacedæmon, Sparta, idem.

Lacedæmones, Lacedæmonij, Tynda-
rei, à Tyndaro rege Oebaliæ, et Helena pa-
tre. Vnde & Syllius Tarentum uocat Tyn-
darium. Spartani, Spartiaci, Spartiata. Si-
donius: Spartiata ruptum uariatatum po-
suere crustas.

Laconia prouincia in Peloponneso, a
liter uocatur Oebalia, et Tanaris à Tana-
ro promontorio. Ouid. in Epist. Paridis:
Tanaris eas classi terra petita meæ. Idem
in Epist. Helena: Exceptit portu Tanaris
ora suo.

Lacones ipsi, seu Laconici uocantur
Oebalij, & Oebalidæ. Ouid. lib. 1. Fast. Pro-
tinus Oebalij retulit arma Tati. Stat. lib. 5.
Theba. - Ambiguo uisus errore lacesunt
Oebalidæ gemini. Therapnæi à Thera
pnis urbe Laconia, patria Helena. Ouid.
li. 5. Fast. Prima Therapnæo feci de sangui-
ne florem. Tanarij, & Tanaridæ, à Tana-
ro promontorio.

Latini, Faunigenæ. Syllius lib. 8. Fauni-
gene socio bello inuasere Sicano.

Leu-

Leucadia peninsula, prius uocabatur Ne-
ritis. Idem autor.

Libya terra Libyssa. Quid. lib. 9. Terræq;
in sine Libyssa.

Libyci, Libyssini. Marmarici, à Marma-
rica regione Africa. Syllius lib. 3. Marma-
ricis ales populis responsa canebat. Nasa-
monij, et Nasamoniaci, à Nasamonibus po-
pulis Libyæ.

Liguria ora Ligustica, idem.

Ligures, Ligustici, Ligustij, Genuen-
ses. Idem Sidon. Qui Ligustij, Euganeisq;
montibus oriebantur.

Lipara insula, prius Longonis, & Me-
liginis uocabatur. Autor Plin. lib. 3. ca. 8.

Locrenses, Hesperij, Ozolæ.

Lucani, Tanagraei, à Tanagro fluuio
Lucania. Statius: Tanagraeûq; Phalantû.

Lucifer, Veneris stella, Phosphorus, Cy-
thereus ignis. Syll. li. 12. Haud secus Ocea-
no rediens Cythereus ignis. Vesper, Vеспе-
rugo, Hesperus, Sydus Veneris.

Lutecia, Parrhisij, idem.

Lycij, Pataraei, quonia Patara est urbs
Lycia. Stat. lib. 1. Theb. Seu te Lyciæ Pata-
rae niuosis Exercent dumeta iugis.

Lydia uocatur Tyrrenia, Mæonia. O-
uid. lib. 14. Cõcurrit Latio Tyrrenia tota.

Lydi, seu Lydij populi maioris Asia, a-
liter uocantur Mæonij, Mæones, & Mæo-
nide. Viru. li. 3. O Mæonia delecta iuuen-
tus. Idem lib. 12. Ducis exemplum euentûq;
secuti Mæonide incurrunt. Idem Mæoni-
ci. Ouid. in Epist. Deianyræ: Mæonicas in-
ter calathum tenuisse puellæ. Eihrusci, &
Tyrreni, quoniam Tyrrenus Atys fili-
us cotonos ex Lydia duxit in Italia regio-
nem, quæ nunc uocatur Eihrusia. Gygei,
à Gyge rege, ut Cræsi à Cræso. Stat. li. 12.
Si paruum Marathona metu, si tecla leua-
ssu Cræsi.

Macedones, Pallenæi à Pallene urbe, ue-
bi gesta est Gigantomachia. Statius libro
4. Syll. Et Pallenæos Phæbum laudare tri-
umphos.

Mantuani, seu Mantoi, dicti sunt à Man-
to Tyrestæ filia. Aliter uocatur Bianorei,
et Bianoridæ, à Bianore Mantus filio, qui
aliter uocatur Ocnus. Vergilius in Bucol.
- Namq; sepulchrum incipit apparere Bis-
noris. Ocnæi ab Ocnio filio Mantus. Stro-
za filius: Orbita et Ocnæis euexit ad astra
lacunis. Minciadæ, Mincigenæ à Mincio
fluuio propinquo. Pontan. Vos Minciadæ,
uos ô mihi manes Este boni.

Mare rubrum, Erithræum.

Mars, Mauors, Marspiter, Graduius.

Marsi, Celenæi. Stat. lib. 2. Theb. Fœda
Celenæa committere prælia buxo.

Mediolani, Mediolanenses, Insubres. Pla-
cet hic obiter aperire etymum dictionis hu-
ius Mediolanum. Nam non temerè repe-
riat, qui hoc edisserat. Certû est imprimis
urbem hanc à Gallis conditam: cuius fun-
damentis iaciendis dum excauarentur fossæ,
ferût in terræ uisceribus inuentâ fuisse
(mirum dictu) suam dimidiatam lanatam, à
quo portento inditum sit Mediolanæ urbi
nomen. ad quod allusit Claudianus de nu-
ptijs Honorij & Mariæ scribens: Conti-
nuo sublime uolans ad mœnia Gallis Con-
dita, lanigeræ suis ostentantia pellens Per-
uenit. Item Sidonius: Rura paludicole te-
mnis populosa Rauenna, Et quæ lanigero
de sue nomen habet.

Megarenses, Megarici, Lelegij. Ouid.
lib. 3. Met. Interea Minos Lelegia litora
uastat.

Mercurius, Hermes.

Messana, Zancle.

Messenij, Pylj.

Miletus, Lelegeis, Phitiusa, Anactoria. est opulētia. Sidonius: Vina mihi non sunt aut or Plinius.
 Minerua, Pallas, Athena.
 Moloſi, Epyrotici, Chaonij, Leucadij, idem.
 Muſæ, Camœnæ.
 Myſij, Theutrantiæ, Theutrantiij.
 Naſamones, Naſamoniij, Naſamoniaci.
 Naxos, Dia. Catullus: Namq; fluenſiſſimo proſpectans littore Diæ.
 Neapolitani, Parthenopæi.
 Neapolis, Parthenope, Eubois. Stat. lib. 1. Syl. Nitidum conſurgat ad æthera tellus Eubois.
 Neptunus, Ennoſigeus.
 Nilus, Melo.
 Niobe, Tantalus, à Tantalò patrè.
 Normani, Neuſtrici.
 Normania, Neuſtria.
 Padus, Eridanus, Phætonius amnis, à Phætonte ibidè ſubmerſo. Syll. lib. 7. Nunquam Phætonius amnis Sanguinea Pontum curuaſſet decolor unda. Padofa, Meſſanicus, Boamœus. Vide cauſam horum nominum apud Plin. lib. 3. cap. 15.
 Pannonia, Pannonis.
 Parcæ, deæ fatales, fatæ.
 Parnafus, Larnafus prius dicebatur.
 Paribi, Parthici, Achæmenij, & Achæmenidæ, ab Achæmene rege. Ouid. libr. 4. Met. Rexit Achæmenias urbes pater Orchanus. Arſacidæ, ab Arſace primo Parthorum rege. Luca. lib. 2. Plus illa uobis acie quàm creditis, aſſum eſt Arſacidæ.
 Pella urbs Macedonia, Bunomus, Bunomea.
 Peloponneſus, Apia, Pelafgia, arx Heladis.
 Penelope, Icaris, Icariotis.
 Perſæ, Gazettei, nam Gazæ Perſarum

est opulētia. Sidonius: Vina mihi non sunt Gazetica, Chia, Falerna.
 Peſtum, Poſidonia. autor Plinius.
 Petragorij, Petragorici.
 Phætontiades, Climenides, à Climene matre. Heliads, à patre Sole, qui helios Græcè dicitur. Ouid. ad Lin. Sic fleuit Climene, ſic & Climenides alte.
 Phocæi, Phocenſes, Phocaici, Cyrrhæi, Caſtalij.
 Phœnices, Pygmalionæi, Agenorida.
 Piſtones, Piſtauenſes.
 Puteolani, Dicarchai, à iuſticia adminiſtrationis. Syll. lib. 8. Prole Dicarcha a multo cum milite Graia.
 Pyrate, Cilices.
 Occidentales, Occidui. Ouid. Veſper & Occiduo quæ littora Sole tepeſcūt. Tartefſij à Tartefſu urbe Gadib. propinqua. Ouid. lib. 4. Preſſerat occidens Tartefſia litora Phœbus. Tartefſiaci. Syll. li. 6. à Tartefſia co quos ſoluerat æquore Titan. Heſperij.
 Orientales, Eoi, Auroræ populi. Memnonij, à Menonæ Auroræ filio. Nabathæi, à Nabathæa regione. Ouid. li. 2. Met. Eurus ad Auroram, Nabathæaq; regna receſſit.
 Romani, Romulei, Romuli, Romulidæ.
 Aeneadæ ab Aenea: Iulei ab Iulo. Luca. li. 1. Phrygijsq; penates Gentis Iuleæ. Latiales, Romulares.
 Sabini, Sabelli, Sabellici, Samnites.
 Salaminij, Salaminiaci.
 Samos, Parthenia.
 Sardiniæ, Ichnuſa. Syll. lib. 12. Inde Ichnuſa prius Graijs memorata colonis, Mox Libyci Sarcus generoſo ſanguine fidens, Hercules ex ſeſe mutauit nomina terræ. Sūdaliotes.
 Sardinij, Iolenſes.
 Sarmatæ, Sauromatæ.

Scythia.

Scythia, Mæotis ora.
 Scythæ, Scythici, Riphæi. Vergil. lib. 2. Geor. Gæs effrena uirum Riphæo tūdatur Euro. Mæotici à Mæotide palude. Thermodontei & Thermodontiaci, à Thermodonte fluuio. Stat. lib. 12. Thermodontiaco letū remeare triumpho. Boryſthenidæ ab eiufdem regionis fluuio. Mæotij, Tanaiti, à Tanai fluuio. Sidon. Telluris Tanaiticum rebellem. Boſphorani. Idem: Plaudentes ſupere Boſphorani. Sacæ, Aramei. Plin. lib. 6. Ultra ſunt Scytharum populi. Perſæ illos Sacas uniuerſos appellauere à proxima gente, antiqui Arameos.
 Sicilia, Sicania, Trimacria, Trimacris, Triquetra, Triquetris uocatur. Ouid. lib. 5. Met. Vaſta Gigatæis imiecta eſt inſula mēbris Trinacris. Stat. lib. 2. Serm. Quid militibus promiſſa Triquetra. Lucr. lib. 1. Inſula, quam Triquetris terrarū geſit in oris.
 Siculi, Sicani, Sicanij, Lilybæi à Lilybæo promontorio. Verg. lib. 3. Aen. Et uada dura lego ſaxis Lilybæia cæcis. Ennæi, ab Enna urbe. Lyparei, & Lyparenſes, à Lypara inſula. Sido. Strauit ſub Lyparen ſibus caminis. Taurominitani à Taurominio mōte Sicilia. Arethufij, & Arethufæi, ab Arethufa fonte Sicilia. Syll. li. 24. Erigitur ſubitas in ſpes Arethufia proles. Claudian. lib. 2. de Raptu: Quas Arethufæi latitantes, quæ aduena nutrit Alpheus. Agatoclet ab Agatocle rege Sicilia. Syl. lib. 14. Hic Agatocleis ſedes ornatæ trophæis. Aelij, Drepanitani, à Drepano promontorio iuxta Siciliam. Sidonius: Agonem Drepanitanum Troianæ ſuperſtitionis imitari. Catanæſes à Catana urbe Sicilia, de qua Syll. li. 14. Tum Catinæ nimum ardenti uicina Typhæo.
 Symplegades, Cyaneæ.

Syracuſani, Syracuſij, Arethufidæ.
 Syria, Palæſtina, Iudæa, Phœnicia.
 Syrii, Palæſtini, Orontæi.
 Strophages, Plotæ.
 Tarteſſus Carteia.
 Taurus mons, Imaus, Edigis, Paropamiſus, Circius, Cābades, Pharphariades, Chotras, Oreges, Oroandes, Nyphates. autor Plin. lib. 5. cap. 27.
 Tempſa, Temefe.
 Thebani, Echionij, Echionidæ, ab Echione Cadmi ſocio. Ouid. lib. 5. Trift. Victor Echionias ſi uir penetratſet in arces. Hiārij, et Hiantæi, Iſmeni, Iſmenidæ, ab Iſmeno fluuio. Learchæi, à Learcho Athamantis filio. Ouid. li. 6. Faſt. Mœſta Learchæas mater tumulauerat umbras. Athamantæi, ab Athamante. Cadmæi, à Cadmo. Labdacij, & Labdacidæ, à Labdaco rege patre Laij. Stat. lib. 2. Theb. Labdaciumq; ducem præmiſſæ conſona noſſi. Ogygij, Ogygidæ, ab Ogyge rege. Teumefij, à Teumefo Bœotie monte. Stat. Subit ore cauo Teumefia cornus. Eryphilæi, ab Eryphile Amphiarai uxore. Stat. li. 4. Theb. Sic Eryphileos aurum fatale penates Irrupit. Oedipodionij, Oedipodionidæ, ab Oedipo rege Laij filio. Stat. li. 7. Aſt ego nō proprio diros impono labori Oedipodionidas. Megarei, à Megara Creontis filia. Stat. li. 12. Magno Megareia præceps Arua capit paſſu. Agenoridæ ab Agenore patre Cadmi. Stat. li. 12. Exanimis in terga reducit Pallor Agenoridas. Draconigenæ, à dētibus ſerpentibus à Cadmo ſatis, quibus nati ſunt homines armati. Sido. Quæq; draconigenæ portas non clauſerat hoſti. Eadē ratione uocatur Ophionij. Nam Ophis Græcè, ſerpens dicitur Latine. Senec. Cadmæa proles, atq; Ophidius ciuis. Amphionij ab Amphione.

Thessalia, Hæmonia, Pharsalia, Aemathia, Aemathis, Thessalis ora, Driopis, Macedonia, Pyrrhea.

Thessalia, Thessalidæ, Iolchiaci, ab Iolcho Thessaliæ ciuitate. Vergil. in Cyri: Regis Iolchiacis animum desigere uotis. Melibœi & Melibenses, à Melibœa urbe Thessaliæ. Pegasei à Pegasa urbe. Ouid. libro septimo: iamq; fretū Minyæ Pegasea puppe secabant. Atracij, Atracidæ, ab Atracio, qui magicas artes ibidem edocuit. Peneij, à Peneo fluuio. Ouidius libro duodecimo: Exigit Atracides, Peneiaq; arua pererrat. Lapytheij, à Lapythis populis Thessaliæ. Idem Ouidius: Et tum Lapytheia tecta intrarant. Pelethronij, à populis eiusdem nominis. Peliaci, à Pelio monte. Ouidius libro primo Fastorum: Summaq; Peliacus sydera tangat apex. Pheræi. Senec. Pastor Pheræos Delius pauit greges. Amphrysiaci, ab Amphryso fluuio. Statius libro primo Syluarū: Aut Amphrysiaco pastor de gramine carpsi. Pharsalij, Pharsalici. Lucanus libro sexto: Qua iuga deuexus Pharsalica porrigit Hemus. Hæmōij, Hæmonidæ, Magnesi, Magnesij. Horatius libro tertio Carminum: Magnessam Hippolytem dum fugit abstimens. Valerius Flaccus libro. 6. Stant littore fixi Hæmonidæ. Larissæi, à Larissæ. Centauræi, à Centauris. Statius: Sperchuiq; mimax, centaureusq; Lycormas. Lapythoniij, à Lapythis. Idem Statius: Conspicere modos puerum, Lapythonia nymphæ. Offæi, ab Offa mōte. Statius lib. 12.

Nec Offæi bello cecidere bimembres. Pholoetici à Pholoe, Sidonius: Non sic Pholoetice monstra, Atq; Peletrionos Lapythas Semeleius Eudæ nascuit. Aemathij, Philippæi, à Philippis campis Thessaliæ.

Lucanus: Romanas acies iterū uidere Philippi.
Thracia, Bistonidis, Sythonis, terra Aedonis.

Thracæ, Thracij, Thracij, Mantini, à Mantinis Thraciæ populis. Verg. in Cyri: Vos ô Mantina si qui de gente uenitis. Ismarij, ab Ismaro monte. Pangei, à Pangeo Thraciæ promontorio. Ouid. lib. 3. Fasto, iamq; erat ad Rhodopen Pangeaq; flumi na uentum. Odrysij à populis eiusdem nominis. Rhodopeij, à Rhodope monte. Abderitani, ab Abdera urbe Thraciæ. Mart. lib. 10. Abderitanæ pectora plebis habes. Bistones, Bistonij, Bistonide, à Bistone fluuio. Oeagri, ab Oeagro fluuio Thraciæ. Hinc Orpheus Oeagrius. Aedoni, ab Aedone Thraciæ mōte. Bosphorani, Bosphorei. Sidonius: Bosphoreis Elephas inglorius ora tributis. Borysthenidæ, à Borysthenæ fluuio Thraciæ. Sap. Pius: Mitior ad se uos aura Borysthenidas.

Thusci, Eibrusci, Tyrreni. Troia, Teucra, Ilium, Ilios, Dardania, Pergamus. Troades, Iliades, Teucrides, Dardani- des, mulieres Troianæ.

Troiani, Troes, Troici, Troiugena. Erichthonij, ab Erichthonio filio Dardani. Verg. in Culice: Vrit Erichthonias oriens non ignibus arces. Idem: Erichthonias prostravit ignibus arces. Idæi, ab Ida monte. Ilij, Iliaci, Iliadæ, Aeneadæ, Hæstori, Hæstoriæ, Dardani, Dardanij, Dardanidæ, Sigæi, Teucri, Teucrigenæ, Phryges, Phrygij, Rhoethi, Pergamei, Laomedonidæ, Laomedontiadæ, Anchisæi, Anchisiadæ, Priamæi, Priamide.

Tyrij, Sarrani. Tyros, Sarræ.

Tybris,

Tybris, Tyberis, Tyberinus, Albula. Ouidius libro secundo Fastorū: Albula, quem Tyberimmersus Tybermus in undis reddidit.

Veneti, Eneti. Zephyrus, Faunonius.

POETICA ARGUMENTA ab impossibili, ex diuersis poetis.

Vergilius Æloga prima.

Ante leues ergo ascendentur in æthere cerui, Et fracta destituent nudos in litore pisces, Antè pererratis amborum finibus exul, Aut Aratum Parthus bibet, aut Germania Tigrim.

Idem Æloga 8. Inungent iam Gryphes equis, æuq; sequenti Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ. Antè lupos rapient hœdi, uitali antè leones, Delphini fugient pisces, aquilæ antè columbas, Et conuersa retrò rerum discordia gliscet.

Idem ibidem. Pallida flauescant æstu sitientia prata, Immatura cadant ramis pendentia mala, Desint & syluis frondes, & fontibus humor. Idem ibidem. Flecite currentes nymphas uaga flumina, retrò Flecite, & aduersis cursum diffundite campis, Incurrunt amnes passim remeantibus undis.

Idem ibidem. Dulcia amara prius sient, & mollia dura, Candida nigra oculi cernent, & dextera læua, Migrabunt casus aliena in corpora rerum. Ouid. lib. 13. Met.

Antè retrò Simois fluet, & sine frondibus Ida Stabit, & auxilium promittet Achæia Troiæ. Idem lib. 14. Prius, inquit, in æquore frondes Glaucus, & in summis nascuntur montibus algæ. Idem lib. 15.

Desinet antè dies, & in alto Phœbus anhelos. Aequore tinget equos. Idem lib. 1 de Ponto. Nam prius incipient turres uitare columbæ, Antra feræ, pecudes gramina, mergus aquas. Ouid. lib. 2. de Ponto.

Longa dies citior brumali tempore, noxq; Tardior hybernæ solstitialis erit. Nec Babylon æstiu, nec frigora pontus habebit, Cithæiq; Pæstantus uincet odore rosas: Quam tibi nostrarum ueniant obliuia rerum. Idem in eodem.

Cinyphie segetis citius numerabis aristas, A. atq; quam multis floreat Hybla thymis.

Et quot aues motis nituntur in æere pennis, Quotq; natent pisces æquore, cernis eris. Idem in eodem. Nam caput è nostra citius cernicè recedet, Et patiar fossis lumen abire genis. Idem in eodem.

Nominis antè mei uenient obliuia nobis. Idem lib. 4. de Ponto. Nam prius umbrosa carituros arbore montes, Et freta ueliuolas non habitura rates, Fluminaq; in fontes cursu reditura lupino Gratia quam meriti possit abire tui. Idem in eodem.

Et prius hinc nobis nimum conterminus Ister, In caput Euxino de mare uertet iter. Vtq; Thyestæ redeant si tempora mensæ, Solis ad Eoas currus agatur aquas. Idem in eodem.

Sed prius huic desint & bellum & frigora terræ, Inuisis nobis quæ duo Pontus habet, Et tepidus Boreas, nec sit præfrigidus Ister. Idem in Epistola Oenones ad Paridem, Ad fontem Xanthi uersa recurret aqua. Idem in Epistola Helenæ.

Terra precor uultus obruat antè meos. Idem lib. 3. Eleg. Antè uel à membris diuidar ipse meis. Idem lib. 1. de Arte. Vere prius taceant uolucres, æstate cicadæ, Mænalius lepori det sua terga canis. Idem in Ibin.

Desinet esse prius contrarius ignibus humor, Iunstaq; cum Luna lumina Solis erunt. Parsq; eadem cæli zephyros emittet & Euros, Et tepidus gelido flabit ab axe Notus, Et noua fraterno ueniet discordia fuso, Quam uetus accensa separat ira pyra, Et Ver Autumnio, Brumæ miscbitur Aestas, Atq; eadem regio uesper & ortus erit. Idem lib. 3. Tristium.

Spiritus hic uacuas prius extenuandus in auras Ibit, & in tepido deferet ossa rogo. Idem lib. 4. Trist. Vere prius flores, æstu numerabis aristas, Poma per autumnum, frigoribusq; niues. Idem lib. 5. Trist.

Canæ prius gelido desint absynthia Ponto, Et careat dulci Trinacris Hybla thymo. Immemorem quam te quisquam conuincat amici. Lucanus lib. 1.

Omnia mixtis Sydera syderibus concurrunt, ignea pontum Astra petent, tellus extendere littora nolet, Executietq; ferum. Fratri contraria Phœbe Ibit, & obliquum bigas agitare per orbem Indignata, diem poscet sibi, totaq; discors Machina, diuulli turbabit foedera mundi. Horat. lib. 1. Carminum.

Sed prius Appulis Inungentur capræ lupis.

Idem in Epodo.
 Prinsq; coelum sidet in inferius mari
 Tellure porrecta super.
 Idem ibidem.
 Simul inuis saxa renatit uadis regnata.
 Propertius lib. 1.
 Nulla prius uasto labentur flumina ponto,
 Annus & inuertas duxerit ante uices.
 Idem lib. 2.
 Nam citius pateret caput hoc discedere collo.
 Idem in eodem.
 Terra prius falso partu deluder arantes.
 Et citius nigros Sol agitabit equos:
 Fluminaq; ad caput incipient renouare liquores,
 Aridus & sicco gurgite piscis erit.
 Idem lib. 3.
 Flamma per incensas citius sedetur aristas,
 Fluminaq; ad fontis sunt reditura caput,
 Et placidum Syrtis portum, & bona littora nauis
 Praebat hospitio sua Malea suo.
 Idem lib. 2.
 Ty prius & fluctus poteris siccare marinos,
 Altaq; mortali deligere astra sono.
 Persius Satyra 5.
 Sambucam citius caloni aptaueris alto.
 Iuuen. Sat. 10.
 Præoptus expeditam, q̄t amauerit Hippia moechos,
 Quot Themison ægros Autumnio occiderit uno,
 Quot Basilus socios, quot circumscripterit Hylus
 Pupillos, quot longa uiros exortbeat uno
 Maura die, quot discipulos inclinet Amillus,
 Percurram citius quot uillas possideat nunc,
 Quo tondente grauis iuueni mihi barba sonabat.
 Stat. li. 13 Syluarum.
 Hybernos citius numeraueris imbres,
 Syluarumq; comas.
 Idem lib. 15 Sylu.
 Potius fugientia ripas
 Flumina deuincas, rapidis aut ignibus obstes.
 Quam miseris lugere netes.
 Stat. lib. 17 Theb.
 Antè hæc excusso frondefecit lancea ferro,
 Inachus antè retro nosserq; Achelous abibunt.
 Idem lib. 8.
 Citius me fulmina contra
 (Infandum) ruere, & magno bellare parenti
 Aspiciat.
 Idem lib. 3 Achil.
 Sed pater antè igni ferroq; excisa facebit (nia)
 Scyros, & in tumidas ibit hæc uersa, pcellas Mox
 Claudianus in Conf. Manlij Theodori.
 Promptius imponam glaciali Pelion Ossæ.
 Idem de uictoria Stiliconis in Alaricum.
 Irriget Aegyptum Tanais, Mæotida Nilus,
 Emus ab occasu, Zephyrus se promat ab Indis,
 Caucasæiq; iugis calidoq; nigrantibus Austro,
 Getulas Aquilo glacie constringat arenas.
 Idem in Consulari Probi.
 Antè cabunt hyemes Nilum, per flumina damæ
 Erubunt, glaciq; niger dampnabitur Indus,

Antè Thyæstis iterum confertis mensis
 Intercisa dies refugos uertetur in ortus.
 Pamphilus Saxon Elegia 12.
 Sydera quam radios spargent tellure sub ima,
 Aera quum piscis, cum colet æquor auis.
 Quum certius pauidus Malsylla per arua leonæ
 Pellet, hyems tepidi tempore ueris erit.
 Stroza pater lib. 1 Eroticôn.
 Ergo prius tellus alimenta negauerit orbi,
 Et nouus Hesperio surget ab axe dies.
 Antè Pado tagus, atq; Athesi miscbitur Ister,
 Idem lib. 5 Eroticôn.
 Ergo Scylla prius, Scyllæq; aduersa Carybdis,
 Præbuerint sefsis puppibus hospitium.
 Antè suo Nereus gelidas admiserit Arctos
 Aequore, terra polus fiet, & ignis aqua.
 Mutatæ prius accipient noua corpora formæ.
 Seneca in Hercule furente.
 Prius extinguet ortus, referet occasus diem,
 Pax antè fida niuib; & flammis erit,
 Et Scylla Siculum iunget Aufonio iugis,
 Priusq; & multo uicibus alteris fugax
 Eurippus unda stabit Euboica piger.
 Idem in Thyeste.
 Æthereas prius
 Perfundet Arctos pontus, & Siculi rapax
 Consistet æstus unda, & Ionio seges
 Matura pelago surget, & lucem dabit
 Nox atra terris. Antè cum flammis aquæ,
 Cum morte uita, cum mari uentus fidem
 Fœdusq; iunget.
 Idem in Thebaide.
 Ipsa se in leges nouas
 Natura uertet, regeret in fontem citas
 Reuolutas undas amnis, et noctem afferet
 Phœbea lampas, hesperus faciet diem.
 Idem in Hippolyto.
 Ignibus iungens aquas,
 Et amica ratibus antè promittet unda
 Incerta Syrtis. Antè ab extremo sinu
 Hesperia Tethys lucidum attollet diem,
 Et ora damis blanda præbebunt lupi.
 Idem in Oetæo.
 Iungentur antè scæua syderibus freta,
 Et ignis undæ, tartaro tristi polus,
 Lux alma tenebris, ros idè nocti dies.
 Idem in Hercule Oetæo.
 Antè ab occasu dies
 Nascetur Indis, antè glaciæle polum
 Scitasæ tepida Phœbus afficiet rota.
 Idem.
 Descendat astris Luna desertis licet,
 Et bruma menses uideat, & cantu fugax
 Sit deprehensum fulmen, & uersa uice
 Medius coactis fugerit stellis dies.
 Idem ibidem.
 Antè nascetur seges in profundo,
 Vel fietum dulci resonabit unda,
 Antè descendet glacialis uræ
 Sydus, & ponto uicito fruetur,

Idem

Idem ibidem.
 Mutetur urbis, ualibus currat nouis
 Iter, nouasq; Tanais accipiat uias.
 Erasmus in Adagij.
 Acanthida uincet Cornix.
 Calphurnius apud eundem.
 Asyle credibile est, uincat acanthida cornix
 Vocalem, superet si turpior ædona bubo:
 Prius testudo leporem præuenterit.
 Calentius lib. 2 Eleg.
 Antè per ignotos errabant sidera fluctus,
 Pascenurq; leues æquora lata boues.
 Antè à squamiferis habitari piscibus æquor
 Desinet, antè freto currere curua ratis.
 Antè polo similis populus insidiabitur, antè
 Proximus in uentris corruet anguis aquas.
 Pontanus lib. 1 de Stellis.
 Sed prius Herculei torrentia sidera monstri
 Solstitio uicina domus, locaq; edita coeli
 Dissident terris hyemem glacialibus Euris.
 Antè & conspicui summo de candine mundi
 Flana Lycæonio surget Palantias axe,
 Atq; item aucto subterruerit auster olympo,
 Stabunt & coeli septem labantia signa.
 Baptista Pius.
 Nam prius in colles rebor uaga flumina ferri,
 Et Nilum hyberno diluete aruz gelu.
 Idem.
 Sed prius æquorei damis iungentur Echini,
 Est mixto ætæpædi femine Gryphes equo.
 Idem.
 Syphonio prius orbe tepescere credam
 Memnonio, & tingi posse colore nives.
 Excelletq; uagus undabant piscibus Alpes,
 Nulliq; Atlantæi gurgitis unda fluat.
 Hesperioq; nitens Phœbus confurget ab axe,
 Atq; pari Euphrates Tygrisi & ore ruent.
 Idem.
 Antè caput Nilii deprnder & ore Sefostris,
 Deponet uirus & Stygis unda suum.
 Idem.
 Promptius expeditam, quot fulgeat ignibus æther,
 Et quota in Oceani bellum mole naret.
 Astra fugitifera precedent fulgida mitram,
 Solis & obscura nocte uentur equi.
 Magnaq; nigrantem lux irradiabit Auernum,
 Luror & æthereos cinget ubiq; polos.
 Et superan iurare (licet metus urgeat illos)
 Sancta cohors Stygias non dubitabit aquas.
 Per syrtus uolitare canes, uolucresq; ferarum
 Cememus duri iustria habitare soli.
 Commentitq; lupi dame sua corpora rostro,
 Et tepus Arcadico rostra habitura cani.
 Et Phætonæi cycaus non immemor axis,
 Faluueas capiet scandere posse domos.
 Delinnet æquores caput obiectare procellis
 Aëtas, & rapidi non petet immanis.
 Tertioq; Memnon dum canet exequialia mitis
 Iustia, neq; hæc tumuli tangeat hecitis humum.
 Conge et aera midua supra arbore perdis,
 Thythæas lianquit blanda coluaba palas,

Diliget immitem pia Dredationa coturnix,
 Fida gemelliparæ quæ tulit auxilia.
 Cui uolucris subito data uersicoloris imago,
 Dum fugit omninoli dulcisa fata Iouis.
 Labilis audaci congromurena relinques,
 Et cum squamigeris Barre feres odium.
 Nilicolamq; feram; cautus Crocodilon Ichneumon
 Diliget, insidam rex Haliæus auem.
 Palladius Soranus.
 Desinet ergo prius fragili mihi gutture lingua.
 Idem.
 Mella prius ferent quæ sunt contraria dulci,
 Duratq; spectares mollia fixa prius.
 Idem.
 Ergo mella prius fient contraria dulci,
 Mollia dura prius fient, & maxima parua.
 Aut frera poma dabunt semper redoletia flores,
 Pascua, rura, domos, uiuentia cuncta fouebunt.
 Et pisces quin terra feret, quam nauita prudens
 Sulcabit, tumidos fluctus quæ concita tollet.
 Petrarca.
 Tum nostro Galatea tuum de pectore nomen
 Exhibit, fugient proprijs dum sedibus astra.
 Mellis apes studium linquent, nidesq; columbæ.
 Coniugium turtu, prædam lupus, arbuta capræ,
 Custodita dolos mulier, mendacia ferus.
 Idem.
 Validum prius ægra leonem
 Strenet ouis, prius armigerum philomela tonantis
 Vicerit.

POETICA DESCRIPTIO,
 qua docemus aliquid longe
 lateq; fieri.
 Lucanus lib. 1.

Vnde uenit Titan, & nox ubi sidera condit,
 Quæq; dies medius flagrantibus æstuat horis,
 Et quæ bruma rigens, ac nescia uere remitti,
 Astringit Scythicum glaciali frigore pontum.
 Ouidius in sine Metam.
 Quæq; patet domitis Romana potentia terris.
 Horat. lib. 3 Car.
 Dicar, quæ uiolens obstrepit Ausidus,
 Et quæ pauper aquæ Danaus agrestium
 Regnator populorum.
 Statius lib. 4 Syl.
 Ibis, quæ uagus Hercules & Luan
 Ultra sidera, flammemq; Solem,
 Et Nilii caput, & nives Asiæ.
 Tibullius lib. 2.
 Quæ sur de coelo prospicit uana Ceres,
 Quæq; p uent ortus, & quæ stantibus undis
 Solis arbelantes abluat amnis equos.
 Seneca in Hercule furente.
 Quid em premit
 Aperitq; Tethys, quæ ferens Titan diem,
 Binoc propinqua tingit Aethiopes face.
 Idem.
 Et quod Occasus uidet, & quod Ortus,

Idem.
Auroram inter & Hesperum,
Et qui sol medium tenens,
Vmbra corporibus negat,
Quo de unq; abiit ut coelum,
Longa Teihyos ambitus.
Idem in Theba.
Qua lata terris spacia frugiferis iacent,
Et qua transiens opulenta Paestolus uade
Inundat auro rura.

Idem in Hippolyto.
Quaeq; nascentem uidet ora Solem,
Quaeq; ad occasum iacet ora feros,
Si qua feruenti subiecta Cancro est,
Si qua maioris glacialis uris.
Semper errantes patitur colonos;
Idem ibidem.
Qua terra mari cingitur alto, Quaeq; aethereo
Candida mundo sidera currunt.
Idem ibidem.
Quicquid Oceanus uagis
Complexus undis, ultimo fluctu tegit.

Idem in Troade.
Quicquid Sol oriens, quicquid & occidens
Nouit, caeruleis Oceanus fretis
Quicquid uel ueniens, uel fugiens lauat,
Aetas poezaseo corrumpit gradu.
Idem in Medea.
Quo de unq; placidis flexibus Phasis rigat,
Pontusq; quicquid Scythicus a tergo uidet,
Palustribus qua maria dulcescunt aquis.

**DESCRIPTIO MAGNI, ET
frequentis numeri, per similitu-
dines, & comparationes.**

Vergilius lib. 4 Georgicorum.

Quam multa in folijs auium se millia condunt,
Vesp ubi aut hybern' agit aemulib. imber.
Idem lib. 6 Aeneid.

Quam multa in syluis Autumni frigora primo
Lapsi cadunt folia, aut ad terram gurgite ab alto
Quam multae glomerantur aues, ubi frigidus annus
Trans pontum fugat, & terris immittit apricis.

Idem lib. 7 Aeneid.
Quam multi Libyco uoluantur marmore fluctus,
Sa uis ubi Orion hybernus conditur undis.
Vel quum Sole nouo densae torrentur aristas,
Aut Haemi campo, aut Lyciae fluentibus pharetis.

Idem lib. 6 Aen.
Quantus ab occasu ueniens, pluuiasibus haecis
Veiberat inde humum, qm multa grandine nympbi
In uada praecipiant, quum Iupiter horridus austris
Tonquet aq'sam hyemē, & coelo cana nubila rumpit.

Ouid. lib. 11 Met.
Somnia una facent, totidem quo messis aristas,
Sylua gerit frondes, electat litus arenas.
Idem lib. 4 Tristium.
Neq; tot aduersis cumulat, quot litus arenas,
Quoq; fretum pisces, quoq; piscis habet.

Idem lib. 4 Trist.

Quot frutices syluae, quot flauas Tybris arenas,
Mollia quo Martis graminis campus habet,
Tot mala pertulimus.

Idem ibidem.
Littora quot conchas, quot amena rosaria flores,
Quo de uoposiferum graua papauer habet,
Sylua feras quot alit, quot piscibus unda notatur,
Et tenerum pennis aera pulsat auis;
Tot premor aduersis, quae si comprehendere coner,
Icariae numerum dicere coner aquae.

Idem ibidem.
Quam multa madidae celantur arundine fossae,
Florida quam multas Hybla tuetur apes.
Quum multae gracili terrena sub horrea ferre
Limite formice grana reperta solent,
Tam me circumstat densorum turba malorum.

Idem lib. 4 de Pomo.
Quae numero tot sunt, quod in horto fertilis arui
Punica sub lento cortice grana rubent,
Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos,
Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla fauos.

Idem lib. 1 de Arte.
Gargara q't segetes, q't habet Methymna racemos,
Aequore quot pisces, fronde teguntur aues,
Quot coelum stellas, tot habet tua Roma puellas.

Idem lib. 1 de Arte.
Quot tepores in Atho, q't apes praescitur in Hybla,
Caerula quot baccas Palladis arbor habet,
Littore quot conchae; tot sunt in amore dolores.

Idem lib. 3.
Sed neq; ramosa numerabis in liliace frondes,
Neq; quot apes Hybla, nec quot in Alpe ferax
Idem.

Quot noua terra parit flores, quum uere tepenti
Vitis agit gemmas, pigraq; fugit hyems.
Stat. lib. 5 Syluarum.
Hybernus citius numeraueris imbres,
Syluarumq; comas.

Syllius lib. 7.
Quam multa affixus coelo sub nocte serena,
Fluctibus e medijs fulcator nauita ponti
Astra uidet, quam multae uidet feruoribus attis,
Quum Calabros urunt ad pingua pabula saltus,
Vertice Gargani residens, incendia pastor.

Marullus.
Non tot Attica mella, litus algas,
Montes robora, uer habet colores,
Non tot tristis hyems riget pruinis,
Autannus grauidis tumet racemis,
Non tot spicula Moedicis pharetis,
Non tot signa micant tacente nocte,
Non tot aequora piscibus manantur,
Non aer tot uisus habet ferenus,
Non tot Oceano mouentur undae,
Non tantus numerus Libyae arenae
Quot suspiria, quot Neera pro te
Vefanos patior die dolores.

Catullus.
Quam magnus numerus Libyae arenae,
Laser pisciferis iacet Cyrenis.

Propertius

Propertius lib. 2.
Non tot Achaemenijs aruantur Susa sagittis,
Spicula quot nostro pectore fixit amor.
Seneca in Hercule furente.

Quum incedit populus per urbes
Ad noui ludos auisus theatri,
Quis ille Eleum ruit ad tonantem,
Quinta quum ludos reuocauit aestas.
Idem in Oedipo.

Non tot caducas educat frondes Oeta,
Nec uere flores Hybla tot medio creat,
Quum ex amem alto nititur densum globo,
Fluctusq; non tot frangit Ionium mare,
Nec tanta gelidi Strymonis fugiens minas
Permutat hyems alas, & coelum secans,
Torpente Nilo pensat Arctos as niues.

Baptista Pius.
Caerula quot pisces, quot Lesbja terra racemos,
Mafcula quot tellus thura Sabaea parit,
Pinniferas quot habet uolucres agitabilis aer,
Gurgara quot melle, uina Phalerus ager.

Idem.
Promptius expedita, quot fulgeat ignibus aether,
Et quota in Oceant bellua mole natet.

**DESCRIPTIO CURSUS
leuisimi, & mirae celeritatis.**

Verg. lib. 10, Aeneid.
Vigil illa per uidas
F Ocyor & iaculo & uentosae quante sagitta,
Lucanus lib. 1.
Et torto Bataeis uerbere fundae
Ocyor, & missa Parthi post terga sagitta.

Idem lib. 5.
Ocyor & coeli flammis & tygride foeta.
Idem lib. 9.
Calido non ocyus austro
Nix resoluta tepet.

Horatius lib. 2. Car.
Ocyor ceruis, & agente nymbo
Ocyor euro.

Statius lib. 6. Theb.
Quae bello sic tela uocant, quae nubila coelo
Annibus hybernis minor est Iouis impetus igni,
Tardius astra cadunt, glomerantur tardius imbres,
Tardius in fumos decurrunt flumina iuantes.

Idem ibidem.
Credas e ptebe Cydonum
Parthorumq; fuga totidem exillisse sagittas.
Non aliter celeres: Hircana per auii cerui,
Quum procul impasti fremunt accipere leonis,
Sive putant, rapit attonitos fuga caeca, metusq;
Congregat, & longu dant cornua mixta fragorē.

Sidonius.
Non sic fulminis impetus, trifiduci,
Non pissa Scythico sagitta neruo,
Non iucis rapidē cadentis austris,
Non funis Blearibus rotata
Vnquam sic liquidos poli meatus
Rumpit plumbea glandium procella.

Seneca in Thebaide.
Sagitta qualis Parthica uelox manu
Excussa fertur, qualis infano ratis
Præmente uento rapitur, aut qualis cadit
Delapsa coelo stella, quum stringens polum
Rectam citatis ignibus rumpit uiam.

Idem in Hippolyto.
Fugit insanæ similis procelle,
Ocyor nubes glomerante cauro,
Ocyor cursum rapiente flamma,
Stella quum uentis agitata longas Corripit ignes.

PRÆCONES.
A Rebus praeco fuit, qui tres Olympia
das uicit, & statuum meruit.
Talthybius fuit Agamemnonis praeco.
testis Herodotus.
Aethalis fuit praeco, cui quandoq; inter
uiuos, quandoq; inter mortuos esse concessum est.

**DE MUSICA ET INSTRUMENTIS
musicis.**

A Pollinem & Mercurium musicae &
citharae inuētores faciunt poete. Vn
de Ouid. Me fide conspicuus Troiae muni-
tor amauit. Val. Flac. Musarum chorus, et
citharae pulsator Apollo, Plinius, Item A/
pollinem citharocolum, serpentemq; eius
conficit sagittis.
Pana deum fistulae repertorem faciunt.
Virg. Pan primus calamos cera coniunge
re plures instituit. Eandē ob causam Sido-
nius Panas uocat cicuticines, ubi ait: Alta
cicuticines liquerūt Menala Panes, Post-
que chelyn placuit fistula rauca Ioui.
Sambucam instrumentum musicum re-
perit ibicus Rhegius. De ibribus citharoc-
dis omnium praestantissimis meminit Paci-
ficus his uerbis:
Orpheus Eurydicen cithara reuocauit ab Orco,
Eq; suis mouit saxa, nemusq; iugis.
Pisces fuit pelagus per longum uetus Arion,
Hac etiam Amphion moenia struxit ope.
Porro harmoniae rationem primus ex-
tulit in lucem Aristoxenus repertis etiam
instrumentis, deinde Ptolemaeus, Nice-
phorus,

phorus, et Gregoras. Commentatores in ea fuerunt Pappus, Theon, Alypius, Gaudentinus, Isacius, Apuleius, Boetius.

Lyræ trium chordarum inuenit Mercurius Aegyptius. Quintam chordam Corcebus Atyis filius. Sextam Hiagnis Phryx. Septimam Terpander. Lyræ primus attulit in Græciam Cadmus Agenoris filius. Lyræ plethro & digitis percutiebatur. Patrum antiquitus differebat à cithara. Hoc instrumentum factum in formam testudinis, utramque nunc exigit manum.

Epigeneum instrumentum erat musicum, ab Epigono inuentore dictum: hoc sine plethro pulsabatur chordis 40. Tofinson chordis xxxv.

Monochordum fuit Arabum, Pentachordum Scytharum, Psithyros Lybicum, Psalterium exercebatur in hymnis, Barbyton tetrachordum Anacreontis inuentum in Lyricen. Psalterio canens uocatur Psalter & Psalmicen à Sidonio.

Olim Magada uocabatur à Magado inuentore. Madades apud Anacreontem cithara est 30. chordarum.

Sambuca soni erat acutissimi, à Sambuco inuentore nominata. Ea utebantur Parthi, & Troglodite.

Tripus præbebat usum trium cithararum, ut tres citharæ concordēs uiderentur pulsare. Habebat enim triplicem harmoniam.

Cymbala et Crotali agitabantur manibus.

Fuit olim multiplex Tibia: Trenetica qua utebantur ad luctus. Thebani eam ex ceruinis ossibus fabricabant, Scythæ ex ossibus aquilarum & uulturum, Aegyptij ex calamus. Anthippus in tibijs reperit harmoniam Doricam & Lydiam, Nicophan.

les Athenam tibiam sacram Mineræ.

Odontismus erat quatuor foraminum. Parcenæ erant tibiae, quibus utebantur in cōuiujs, ut Spondiacæ aptæ erant hymnis: Choticæ, dithyrambis: Hipertelia, uirorum choris: Parathretæ, threnis.

Naulium erat musicum instrumentum Organo simile, Monaulon erat conuiuiorum. Caulas posuit Philemō. Volaterranas putat, quas hodie Cornumusas uocant. Phenix fiebat instar Coni galeæ, Fistula compingebatur ex cannis, limo, & cera. Cornibus, Tubis, Lituis, & Buccinis utebantur in bello. Nunc etiam Tympano.

Lacedæmonij instrumentis musicis suorum animos ad bellum euibrabant.

Pandura apud Lampridium, nomen est instrumenti musici, quod qui pulsatur, uocatur Panduros. Tibicines, Fisticines, Cicuticines, Psalmicines, Citharædi, Citharista, Lyristæ, Choraulæ, Tympanista dicuntur, qui his musicis instrumentis utuntur.

Iulius Pollux multa instrumenta ad hanc artem facientia, enumerat: Inter ea quæ pulsantur, inquit, sunt Lyræ, Citharæ, Barbiton, Psalterium, Phœnix, Spadix, Lyro-phœnicium, Clepsiambus, Pariambus, Iambice, Scindapsus, Epigoneum, Hypopsalidius. Cælius ait Naulium alio nomine Psalterium dici. Fuit et Crembalum organum. De generibus tibiarum Cælius lib. 5. lec. an. cap. 23. 25 & 26.

MUSICI ET cantores.

LAsia Herminæus (qui floruit principante Dario) primus de Musica scripsit, et dithyramborum certamen primus protulit.

Nicomachus fuit etiam Musicus, quem Plinius.

CITHARÆDI insignes.

Plinius scribit multas gemas habuisse, sed nulla periticia electas, sed sorte quadam.

Chryzogonus fuit modulator, qui tanta arte remigum manus dirigebat, ut quum remorum pulsus Chryzogoni cantibus accommodarent, delectabilem et iucundam redderent harmoniam.

Terpander Lesbicus accersitus, à Lacedæmonijs, qui seditionibus inter se tumultuabantur, suauitate cantus eorum animos adeo delinuit, ut redirent in amicitiam, et à seditione desisterent. Vnde Lesbij cantores primas semper meruerunt Spartano iudicio.

Timotheus Milesius musicus decimam & undecimam Lyræ chordam addidit, et antiquam musicam in meliorem modum mutauit. Eius sono excitatum ferunt Alexander, & ad res bellicas alacrius euibratum. Huius Timothei meminit Cicero lib. 2. de Legibus.

Xenophilus musicus fuit patria Chalcideasis, qui annos 107. uixit citra ullum corporis incommodum, quæ magna est homini felicitas. autor Plinius.

Scylax Cariandæus mathematicus, clauit etiam arte musica.

Simō Magnesium insignis musicus neglecto superiorum musicorum more, Simodiā introduxit, sicut & Lysis Lysiodiam.

Plutarchus ait Menedemum fuisse musicum, & discipulum Aristotelis.

Aristocenus genere Italus, patria Tarentinus, cognominatus est musicus, propter peritiam eius artis. autor Plutarchus in Aristotele.

Ialemus Calliopes fuit filius, musicus quidem, sed infelix, & in cantu multum frigidus. Hinc Ialemi cantilenam, pro delectabili & abiecta posuerunt.

Orpheum Apollinis & Calliopes filium poetæ faciunt principem musæ Lyræ, adeo ut fabulentur delinitas eius cantu arbores, suis se locis exeruisse, sensificatas cautes egisse choros, fluuios cursum cohibuisse, exarmatas feras posuisse feritatem, & alia id genus incredenda. Quod ideo fictum est, quoniam agrestes & beluino propè ritu degentes homines ad meliorem uitæ cultum redegressisset. Vnde Horatius in Arte: Syluestres homines sacer interpretisque deorum Cædibus & fœdo uictu deterruit Orpheus, Dictus ob hoc lenire tygres, rapidosque leones. Fingitur etiam ab inferis cantu suo exorasse Eurydicem uxorem, ea lege, ut sequentem à tergo non prospiceret, priusquam ad superas auras ambo redissent. Cui legi quum amor nimius stare non permisisset uatem, Eurydicem demum euauisse ferunt. Verg. lib. 6. Aenei. Si potuit manes accersere coniugis Orpheus Threicia fretus cithara, fidibusque canoris. Ab Orpheo Lyræ uocatur Hæmonia, Threicia, Orphea, Bistonica, & Bistonis, quod Thrax fuerit natione. Oui. lib. 4. Tristi. Hæmonia curas attenuasse Lyræ. Idem in Episto. Threiciam digitis increpuisse Lyræ.

Dorceus cantu citharæ apud Thracas secundam post Orpheum meruit palmam. Val. Flac. lib. 3. Argon. Protinus insignem cithara, cantuque fluenti Dorcea, qui dulci festis assistere mensis, &c.

Amphionem poetæ fabulantur Lyræ adeo peritum fuisse, ut sequentibus cantum scopulis Thebarum muros condiderit. Horatius in Arte: Dictus et Amphion Thebanæ conditor urbis Saxa mouere sono testudinis, & prece blanda Ducere quò

hh 2 uellet.

Hermogenes fuit citharædus, qui Iulio Cæsari suauitate cætus admodum placuit. apud Martialem nomē est furis apparū. Apud Horat. lib. 1. Ser. nomen cantoris, ubi ait: Ut quamuis tacet Hermogenes cætor, tamen atq; Optimus est modulator.

Terpinus fuit citharædus, cuius cantu oblectatum Neronem scribit Tranquillus his uerbis: Statim ut imperium adeptus est, Terpinum citharædum, uigentem tūc, præter alios accersit, diebusq; continuis post cenam canenti in multam noctē asidens, paulatim et ipse meditari exercitariq; cepit, nec eorum quicquam omittere, quæ generis eius artifices uel conseruanda uocis causa, uel augendæ facilitarent.

Fuit et Tarpeius citharædus Vespasiani tempore. autor Tranquillus.

Diodorus citharistes fuit tempore Vespasiani, cuius arte princeps delectatus, multis eum donis cumulauit. Mart. Tarpeias Diodorus ad coronas Romam quum peteret, Pharo relicta.

Anaxenori citharædo M. Antonius tributa quatuor ciuitatum legenda concessit, propter eius artis peritiam.

Echion et Glaphyrus nomina sunt citharædorum apud Iuuenalem Sat. 6. ubi ait: Accipis uxorem, de qua citharædus Echion, Aut Glaphyrus fiat pater Ambrosiusq; Choraules. Hic Choraules proprium est nomen uiri fistulicinis.

Hydimeles nomen est etiã citharædi apud Iuuenam. Sat. 6 scribentem: Quo tener Hydimeles operã dedit, hunc tenet, hoc se solatur, gratoq; indulget basia plectro.

Ancæbas citharædus fuit castissimus, qui uxorem nunquam attigit.

Tonius nomen fistulicinis pagani apud Mantuanum scribentem in Bucolicis: Et

cum multi fori Tonius cui tibia buxo, Tandem post epulas et pocula multicolore Ventriculum sumpsit, buccasq; inflare ruentes incipiens oculos aperit, cilijsq; leuatis Multotiesq; altis flatu à pulmonibus hausto Vtrem implet, cubito uocem dat tibia presso. Nunc huc, nunc illuc digito saltente uocauit Pinguibus à mensis iuuenes ad compita cantu Saltidico, dulciq; diem certamine clausit.

TIBICINES.

Philistius Milefius, musicæ primum operam dedit, euasitq; clarissimus tibicen. Ad oratoriam demum conuersus, auditor fuit Isocratis.

Olympius Mysius tibicen citharæ legem dedit, modosq; pulsandi reperit et docuit.

Marsyas tibicen Phryx natione, tibijs à Minerua inuentis, ausus est Apollinem ad certamē prouocare, à quo uictus et excoriatus est. De quo Ouid. lib. 6 Met.

Mymnernus Colophonius, poeta fuit Elegiographus, et tibicen clarissimus. Strabon. lib. 14.

Eucerus fuit tibicen, natione Alexandrinus, ut est apud Cor. Tacitum.

Batalus fuit Ephesius tibicen, qui calceamentis foemineis primus omnium in scena usus est, fractisq; cantibus tibijs artem emolluit. Hinc Batatos uocamus mulierosos, et parum uiros homines.

Agathon fuit tibicen, cantilenarum suauitate cõmendabilis, sed molliciei nota famosus. Ab eo Agathonia catio dicitur oratio blanda magis, quàm fructuosa.

Babys frater fuit Marsyæ, quem quum Apollo excoriato Marsyæ uellet quoque perdere, supplicium deprecata est Minerva, dicens: Babym abieciorem esse, et uisus licius

licius canere, quàm ut dignus esset supplicio. Quibus uerbis pacatus Apollo Babym contempsit, suaq; inscitia grauius satis puniunt credidit. Hinc adagium, Peius Babys tibia canit.

Lamia mulier fuit etate Demetrii famosa, quæ tibijs optime fertur cecinisse, et canendi suauitate magnam apud homines promeruisse gratiã. Qua arte sic Demetriũ inescavit, ut ille nihil haberet charius, et quod maiore beneuolentia prosequeretur. autor Plutarchus.

Hismenias tibicen fuit peritissimus, Antigenis discipulus, qui teste Boetio, multis agritudine laborantibus omnes animi molestias absternit. Solitus erat gemmis uti fulgentibus et preciosis, ut ea ostentatione artes musicæ pluris æstimarentur. Antisthenes quum audisset Hismeniam optimum habere tibicinem: At, inquit, est homo nequam. Non enim (si probus foret) tibicen esset. Quo dicto musicos arguebat, ut unguentarios, et ministras uoluptatum. Idem fecisse fertur Philippus, qui quum accepisset filium suauis alicui cecinisse, tacite eum obiurgauit: Non te pudet, inquit, quod tam bene canere scias?

Hismenias æqualis fuit Dionysiodorus et æmulus: Plinio teste.

Hippomachus fuit tibicen, qui quum uideret à plebe laudari discipulum, quem tamen in arte peccare cognoscebat, baculo tactum desistere iussit, dicens, Maximum erroris argumentum esse, quod ab ignara turba laudaretur.

Antigenides Thebanus fuit musicus et tibijs Philoxeni discipulus, qui calceamentis Milefij, et lasciuioribus, primus usus est. Huius meminit Plinius. Idem (ut est apud Ciceronem in Bruto) discipulo fringenti ad populum, dixit: Mihi canere, et Musis.

De eo uide nonnihil apud Gellium.

Pronomus tibicen fuit, qui barba utebatur promissa, et uestitu nimis accurato, adeo ut molliciei suspectus haberetur.

Tellen fuit tibicen, qui suauitate cantus sequenti prouerbio locũ fecit: Cane ea quæ sunt Tellenis, quod optima fuissent.

Macrobius scribit Octauium Herennum fuisse quempiam prima adolescentia tibicinem, qui arti suæ diffusus, mercaturam postea instituerit.

Canus fuit choraules et tibicen, qui multas pecunias accepit à Galba, quum eum in cena delectasset. Mart. lib. 10. Et concupiscat esse Canus a scaules. Tranquillus: Cæno autem choraule mirè placet denarios quinq; donasse, prolatos manu sua peculiaribus loculis suis.

TUBICINES.

Misenum Aeolidem Vir. ait fuisse tubicinem Hectoris: mortuo demum Helore, adhaesisse Aeneæ comitem, et tandem à Tritone deo submersum, quod ad certamen tuba deos marinos irritaret. Verba Virgilij sunt hæc: - Atq; illi Misenum in litore sicco Ut uenere, uident indigna morte peremptum, Misenum Aeolidem, quo non præstantior alter Aere cedere uiros, Martemq; accendere cantu. Hectoris hic magni fuerat comes, etc.

Triton fertur esse deus et tubicen marinus. Oui, lib. 2 Met. Ceruleos habet unda deos Tritona canorum.

Stentor fuit tubicen in bello Troiano, cui Homerus ferream et inuictam tribuit uocem. Iuuen. Sat. 13. Tu miser exclamas, ut Stentora uincere possis. Homerus apud Erasmus: Stentoris in specie ualidi, cui ferrea uox, qui Quinquaginta alias æquas clamore sonosq;

hh. 4. Olym.

Olympius Phrygius tubicen fuit etate Mide regis.

Aglaüs Megalis filia tubicinio uitam fouit.

Agyrtes nomen est tubicinis apud Statium in Achil. lib. 4. scribentem: Tecum li- tuo bonus adfit Agyrtes, Occultansq; tu- bam tacitos apportet in usus.

SYRENES.

Syrenes filia fuerunt Acheloi & Cal- liopes Musæ, quarum primam uoce, se- cundam cithara, tertiam tibijs aiunt canere. Hæ cantus amoenitate dicuntur sopire nauas, sopitos demum submergere: unde & pro meretricibus accipi solent, quæ uer- borum lenocinijs blandiuntur, ut totum ex- rugant hominem. Corpus habent super- ne foemineum ad umbilicum usq; in inferne definunt in pisces. Earum aut nomina sunt, Agalosi, Telcipoi, Pifno, Illigi. Sunt qui Parthenopen urbem dictam uelint ab ea- rum una, quæ ibidem tumulata sit, nomenq; habuerit Parthenopeia. Alij Leucosiam et Ligiem nymphas faciunt.

HISTORIOGRAPHI

plerique Græci & Latini.

Ablabius Gothus, scripsit de bello Go- thorum.

Aeliodorus præsul Tricensis, quæ ciui- tas est Theſſaliæ, scripsit Aethiopicam hi- storiam lib. 11.

Aelius Lampradius scripsit de Ge- stis Imperatorum ad Constantinum ma- gnum.

Agathias Græcus historiam Franco- rum.

Ammianus Marcellinus uitam quorum- dam Imperatorum.

Anastasijs Lateranensis, scripsit hi-

storiam ecclesiasticam usque ad sua tem- pora.

Andronicus scripsit res Alexandri.

Antipater Iolai filius, et Philippi Ma- cedonis miles, scripsit historiam Perdicæ, & res Illyricas.

Appianus Alexandrinus 22. libros hi- storie Romanæ composuit, & gesta Im- peratorum.

Apollonius Aphrodisæus, scripsit res Carias, de Trallibus, de Orpheo, eiusq; mi- nisterijs.

Arrianus scripsit historiam Alexan- dri Magni VIII. libris. Emicuit Romæ sub M. Antonio, & Adriano principibus: à quibus ob literas consularem meruit di- gnitatem.

Afellius Sempronius, scripsit bellum Numantinum.

Aufidius Bassus, etate Quintiliani scri- psit bellum Germanicum.

Bairon historicus, scripsit breuiarium rerum ab Alexandro gestarum.

Bemarchus Casariensis, scripsit res ge- stas Constantini principis, libris decem.

Blondus Foroliuiensis de Roma trium- phante.

Boccattius scripsit de Casibus uirorum illustrium.

Cadmus Milesius, scripsit historiam de Mileto, ac totius Ioniæ regione, libris 4.

Calmius Syrius, de gestis Alexandri: ut etiam Callisthenes Olynthius.

Calistus scripsit heroico uersu histori- am Iuliani principis.

Captori Lycius, composuit historiam Isauricam lib. 8.

Charon Lampſacenus, etate Daryi pri- mi scripsit Aethiopica libris duobus. Cre-

tensia item, & Græcanica.

Charon

Charon Carthaginensis, scripsit tyran- nos quotquot in Asia atque in Europa fue- re. Item uitas clarorum uirorum libris IIII. Illustrium foeminarum libris toti- dem.

Charon Naucratis, sacerdos Aegy- ptii, & reges qui fuerunt ab initio in qualibet gente.

Chœrilus Samius, scripsit Atheniensium uictoria contra Xerxem, & pro singulis uer- sibus singulos stateres aureos recepit.

Clearchus Solensis scripsit de Varia historia.

Clitarchus comes fuit Alexandri, qui eius gesta conscripsit.

Crispus Sallustius scripsit bellum Catili- narium, & Iugurthinum, & Romanas hi- storias inſtar Liiij, in quo opere citatur se- penumerò ab antiquis. De hoc Mart. Cri- ſpus Romana primus in historia.

Crito Pieriota (ciuitas est enim Macedo- niæ Pieria) scripsit res Persicas, Siculas & Macedonicas.

Q. Curtius scripsit de gestis Alexan- dri Magni: sed opus eius mancum est, & imperfectum.

Damaſcius Sigiæus, scripsit de rebus in Græcia gestis. Præterea de parentibus eo- rum, qui ad Troiam profecti sunt. Item de poetis & Sophistis.

Pares Phrygius, Græcè scripsit bellum Troianum, cui ipse interfuit.

Dexter Barconensis, scripsit omni- modam historiam.

Dion Caſtus scripsit Romanam histo- riam libris LXXX. Præterea gesta Traiani principis, et uitam Arriani philosophi. Hi- storiam eius integram non habemus.

Dion Prusiæus, scripsit de uiruitibus Alexandri Magni libros decem.

Diogenes Laertius scripsit de uita & moribus philosophorum.

Diodorus Siculus scripsit historiam, quam Bibliothecam inſcripsit. Continet aut- tem res Romanas, & uarias libris 40. Flo- ruit Augusti seculo.

Dionysius Halicarnassæus Augusti tem- pore Romanam scripsit historiam.

Dionysius Milesius scripsit res Persi- cas, & quæ post Darium secuta sunt.

Egesippus scripsit historiam ecclesiasti- cam libris quinq;.

Ephippius Cumæus, auditor Isocratis, scripsit historiam ab exilio Troiæ, usq; ad sua tempora libris XXX.

Ephorus Cumæus, scripsit Galeni prin- cipis historiam libris XXVII. Præterea Corinthiaca, & quædam alia.

Euemerus Messanus, historiam finxit titulis & inscriptionibus sacris.

Eusebius scripsit historie libros decem, de Preparatione Euangelica, et Epitomen temporum.

Eustathius Epiphaneus, scripsit tempo- rum Epitomen ab Aenea usq; ad Anasta- sium principem.

Eutropius Afer, discipulus Augustini, scripsit Epitomen Romanæ historie ab ur- be condita usq; ad Valentem principem & Iouinianum.

Festus Ruffus scripsit Epitomen rerum Romanarum.

Florus scripsit historiam Romanam succincta breuitate. Item Epitomen in li- bros Liiij.

Fortunatus præsul Pictauesis, gesta san- ctorum partim pedestri, partim soluta con- scripsit oratione. Gargilius Mart. uitas un- per tempore Alexandri principis, cuius ui- tam diligentius persecutus est.

Gennadius Massiliensis, scripsit de uis illustribus Theodosij tempore.

Herodianus Alexandrinus, scripsit imperatorum historiam, quæ ad nos integra non peruenit.

Herodotus scripsit historiam libris novem, ex numero & nominibus Musarum, incipiens à Cyro Persarum rege.

Hesychius Milesius composuit historiã libris sex, in quibus complectitur imperatorum tyrannorum, & diuersorum gentium res gestas, usq; ad sua tempora.

Hieronymus Rhodius, scripsit res gestas à Demetrio Poliorcete.

Ibicus Reginus historicus, uixit apud Polycratem Samiorum tyrannum.

Ioannes Scilax, scripsit de Imperatoribus Constantinopolitanis.

Iosephus Iudeus conscripsit Græcè antiquitatis Iudeorum historiam libris uiginti, ab exordio mundi usq; ad 13 annum Domitiani. Bellum uerò Iudaicum cum Romanis gestum libris 7.

Irenus præsul Lugdunensis historiam scripsit ecclesiasticam.

Isidorus præsul Hispalensis, scripsit de uiris illustribus. Historiam præterea ab Adamo usq; ad sua tempora, & res Longobardorum, & breuem quandam Cosmographiam.

C. Iulius senator res Romanas Græcè scripsit.

Iulius Cordus scripsit uitas imperatorum.

Iustus fecit epitomen in Trogum tanta styli felicitate, ut alienum propè inuentum sibi uendicauit.

Iustus Ibericus, texuit historiam reum Iudaicarum.

Leo Alabandicus, scripsit historiam de

Caribus libris quatuor. De Licij, duobus. Artem Rhetoricã, bellum Phœacensium, & Bœotiorum.

Leo Bizantius, scripsit res Bizantiæ à Philippo gestas.

Liuius Patauianus, scripsit historiam Romanam.

Marius historicus, scripsit principum Romanorum uitas.

Marsyas Pellæus, scripsit res Macedoniae libris 10. à primo rege usq; ad Alexandrum. Item de rebus Atticis lib 11.

Miltiandrus Milesius, scripsit bellũ Lepitharum, & Centaurorum.

Menechmus Sicyonius scripsit historiã Alexandri Magni.

Nicolaus Damascenus, scripsit historiã uniuersalem lib. 20. & uitam Augusti separatim, apud quem in tanta fuit dignatione, ut Imperator ipse placentis ab amicis acceptas uocaret Nicolaos.

Nymphis Heraeotes, scripsit historiã Alexandri, & eius successorum, libris 24. De Heraeota 13. usque ad euerisionem tyrannorum.

Onesicritus, Alexandri incunabula & originem scripsit.

C. Oppius commentarios Iulij Caesaris continuauit, scripsitq; bellũ Hispaniense.

Palephatus Abydenus scripsit Cypriacã, Atticã, & Arabicã.

Paulus Foroliuiensis historiam scripsit Longobardorum.

Paulus Orosius reliquit historiam ab initio mundi usq; ad Honorij principis tempora perscribens.

Pausanias Cæsariensis scripsit uniuersam Græciæ geographiam, cum eius histo. ijs.

Pherecydes Lerius, scripsit de Ciero, & Phigeniã, de festis.

Philo Herennius biblius genere grammaticus, scripsit de ciuitatibus, & uiris claris, libris 30.

Philochorus Atheniensis scripsit libros Attidis 17, qui continent res Atheniensium, & reges, mag. Stratus, usq; ad Antiochum, Deum cognomento.

Philistus Syracusanus, propinquus Dionysij tyranni, scripsit res Siculas libris 12.

Phlegon Trallianus, libertus Augusti, scripsit historiã Olympiadum libris 16. usq; ad Olymp. 29. De fastis Romanorum libris 4. Item de nominibus locorum urbis Romæ, & Epitomen Olympionicarum, libris duobus.

Pisandrus Lavandæus, sub Alexandro Manneæ scripsit uariam historiam uersibus & libris 4.

Pythistratus Larysseus, fuit historiãrum scriptor.

Plinius Secundus, scripsit historiã naturalem, opus apprime utile, si careret mendis.

Plutarchus Cheronæus, scripsit uitas multorum illustriũ uirorum. Item Apophthegmata, Parallelas, & alia plurima.

Polemon Helladicus, scripsit de origine ciuitatum Phocidis, Ponti, Lacedæmonie Geographiam, de Cursu solis libros tres.

Polybius Scipionis Africani præceptor scripsit Romanam historiam libris quadraginta, quorum pauci ad nos peruenerunt.

Postidonius Olbiopolita, scripsit post Polybium historiã libris quinquaginta duobus, usq; ad bellum Cyrenaicum, & Ptolemæi. Præterea declamationes rhetoricas, & arguments in orationes Demosthenis. Floruit etate Strabonis.

Priscus Panites, magister epistolarum Theodosij iunioris, scripsit historiã Constantinopolitanam & Aethiã, libris 8. Præterea declamationes & epistolas.

Prosper præsul Rheginus, scripsit de uita solitaria, de temporibus ab Adam usque ad suum seculum.

Prudentius quoq; historiam ab Adam carmine exorsus est.

Ptolemæus Lucensis, scripsit historiã pontificum usque ad Celestinum quintum, cuius tempore ipse floruit.

Robertus Gaguinus historiã Gallorum regum, quæ nostra etate imitatur Paulus Aemilius.

Sabellicus historiã uniuersalem ab exordio mundi ad sua tempora.

Sabinus Masarius, scripsit Fastorum et rerum memorabilium libros.

Saxo Grammaticus abhinc paucos annos scripsit historiã regum Danorum, magna uerborum elegantia.

Secundus Tridentinus, scripsit Longobardorum historiã.

Socrates Constantinopolitanus, historiã ecclesiasticã à tempore Apostolorũ usq; ad Chrysostomum composuit.

Solinus de Mirabilibus mundi, Sozomenus presbyter Pistoriensis, historiã uniuersalis amplissimum uolumen.

Stesimbrotus Tharsius, scripsit res gestas Cimonis ducis Atheniensium.

Suetonius Tranquillus uitas duodecim Cæsarum.

Themistogenes Syracusanus historiã Cyri regis Persarum.

Theophanes Lesbicus scripsit res à Pompeo gestas.

Theocritus Chius scripsit historiã & epistolas quasdam.

Theodorus Gothus scripsit historiam suorum temporum.

Theodorus Constantinopolitanus, scripsit historiam ecclesiasticam à tempore Constantini usq; ad Iustinianum.

Thurydiæ Atheniensis patrem habuit Olorum, matrem Egesipylam. Scripsit bellum Peloponnesiacum. Fuit adeo studiosus inquirendæ veritatis historice, ut ipsi mercedem præberet, qui nunciarent, quæ acta essent in bello.

Timagenes Milesius scripsit de Heraclea Ponti, & uirginibus ea claris libros tres.

Timæus Siculus, res Græcæ & bellum Thebanum.

Timosthenes, præfectus classis Ptolemæi Philadelphi, scripsit de Portibus libros decem.

Traianus patricius sub Iustiniano principe scripsit temporum epitomen.

Val. Antias historicus, plerumq; citatur ab antiquis autoribus.

Valer. Maximus scripsit dicta & facta memorabilia ad Tiberium Cæsarem.

Vincentius ordinis prædicatorum, scripsit historiã uniuersalem, ab exordio mundi usq; ad Hierosolymitanam expeditionem Ludouici regis Gallorum.

Volaterranus Geographiam, Anthrologiam, & Philologiam.

Volcatius Terentianus, scripsit historiam Gurdianorum.

Vulcatius Gallicanus, scripsit uitas Imperatorum ad Diocletianum.

Xanthus scripsit historiam Lydorum libris quatuor.

Zeno Rhodius scripsit historiam Rhodiorum. Fuit & alter Zeno, qui Pyrrhi gesta in Italia, Epitomenq; Romanorum & Carthaginensium composuit.

Zonaras scripsit historiam uniuersalem ab exordio mundi usq; ad tempora Michaelis imperatoris Constantinopolitani.

Pontificum Romanorum historiam scripserunt Anastasius, Paulus Diaconus, Guido Rauennas, Sigisbertus monachus, Hugo Florianus, Sicardus præsul Cremonensis, Gotfredus Viterbiensis, Vincentius præsul, Martinus Carsulanus, Landulphus canonicus Carnouensis, Saxomenus, Geruasius Ricobaldus, Ptolemæus Lucensis, Antonius præsul Florentinus, Platina.

Uitas Imperatorum scripsere Cor. Tacitus, Marius Maximus, Iulius Cordus, Tranquillus, Suetonius, Optatianus, Gargilius, Martialis, Fabius Marcellus, Iul. Capitolinus, Aelius Lampridius, Flavius Vopiscus, Eutropius, Orosius. Ex Græcis, Herodianus, Dion, Appianus.

MEDICI, PHARMACOPOLÆ & Chirurghi.

A Cron Agrigentinus medicus, Athenis philosophatus est cū Empedocle. Fuit antiquior Hippocrate: scripsit de medicina librum unum. Suid. apud Volat.

Acesias fuit imperitus medicus, qui dum cuidam podagrico mederi uellet, morbum & dolorem auxit. Vnde natum adagium, Acesias medicatus est: ubi res in deterius uergit. Erasmi. in Chil.

Aesculapio Apollinis filio pleriq; inuentum medicinæ referunt acceptum, in qua adeo excelluit, ut mortuum Hippolytum fingatur ad uitam reuocasse, & Androgeum Minois filium ab Atheniensibus interfectum. Propertius lib. 2. Et deus extimulum Cresus Epidaurius herbis, Restituit patrijs Androgeona foecis.

Agron medicus fuit, qui pestilentia Athenas passim occupante, affectorum plerumq;

risque opem intulit salutarem, accensis in proximo ignibus. Cælius cap. 22. lib. 13.

Alcon seu Alconius, medicus fuit uulnèrum, centum sefercijs à Claudio condemnatus, & exul missus in Galliam, deum restitutus. Nescio an is sit, de quo loquitur Mart. lib. 6. Ostendit digitum sed impudicū Alconi, Dasioq; Symmachoq;. Ausonius de alio Alcone iisdem medico loquitur, qui Diodorum aruspicem uaniloquum fecit.

Amythæon Melampodis pater inter claros medicos olim habitus est.

Antonius Musa medicus fuit Augusti, de quo Horatius meminit libro 1. Epist. dicens: Nam mihi Baias Musa superuacuas Antonius.

Apollo Aesculapij pater medicinæ uisum primus dicitur attulisse, ac propterea meruisse deitatem. Ouid. lib. 1. Metam. inuentum medicina meum est, opifexq; per orbem Dicor, & herbarum subiecta potentia nobis. Idem lib. 1. de Remedio.

Apollodori duo fuerunt, Scyllæus, & Tarentinus, ambo medici. De quibus Plin. lib. 20. cap. 4. loquitur.

Arabs Apollinis fuit filius & Babylonis, quem Plin. libro 7. medicæ artis apud Aegyptios repertorem dicit.

Aristogenes Thasius medicus floruit temporibus Antigoni Macedonice regis, ad quem libros plurimos scripsit de medicina. Suidas apud Volat.

Aristogenes alter Gnydius, Chryssippi philosophi seruus fuit, iidem medicus, qui magnam adeptus est famam ex curatione Antigoni Gonatæ cognomento.

Artemon fuit medicus, qui calua interfecti, igneq; cremati, præormauit aquam è fonte nocturno comitialibus morbis: autore

Plinio cap. 1. lib. 28.

Aselepiades Prusiensis, Cn. Pompei familiaris, rationem primus reperit, qua uinum agris mederetur, relato è funere homine & conseruato. Dicebat salutem consistare cibi potusq; abstinentia: præterea gestatione, ambulatione, & fricatione. Scripsit ad Mithridatem uolumina: autore Plinio. Mortuus est scalarum lapsu in extrema senectute. Idem blandimenta & lenocinia commentus est ad egrotorum gratiam & iucunditatem. Siquidem & balneorum consuetudinem fecit, primusq; lectulos excogitauit suspensiles, quorum molli iactatione irritaretur & obreperet somnus. autor Plin. lib. 7. cap. 37. & cap. 3. lib. 26.

Attalus medicus apud Plinium affirmat, scorpione uiso si quis dicat duo, cohiberi nec uibrare ictus.

Basilus Ancyranus professione fuit medicus. Floruitq; imperante Constantino. apud Volat.

Cassius Hemina apud Plinium testis est, Archagathum Lysonice filium Peloponnesem, primum è medicis uenisse Romam, L. Aemylio, & M. Liuo consultibus. Eiq; ius Quiritum datum, et tabernam in compitio Acilio emptam. Ob id publicè uulnerarium fuisse eum tradunt uocatum, mirèq; gratum aduentum eius ab initio: mox à se uita secandi urendiq; nomè carnificis meruisse. Plin. ca. 7. lib. 25. & ca. 3. lib. 30.

Castor medicus docuit Piperitum herbam (quam alij Siliquastrum uocant) bibi contra morbos comitiales autor Plin. lib. 20. Idem scripsit succum radicis ferularum, oculorum claritati multum conferre.

Charmis ex eadem Masilia fuit medicus, qui priores medicos & balnea damna uit. Erigidaq; hybernis algoribus lauare

persuasit. Merfit egros in lacus, adeo ut Plinius dicat, se uidisse capulares senes usque in ostentationem rigentes.

Cherias Atheniensis fuit medicus, qui apud Plinium testis est, radicem cardui ex aqua decocta potatoribus sitim facere, sto machum corroborare, & uuluis aliquid conferre, ut mares gignantur.

Chiron Saturni filius ex Philyra, herbarum naturas primus inuenisse, Achillemq; & Aesculapiū docuisse fertur. Phoenici Amyntoris filio oculis capto uisum restituit. Propertius lib. 2. Tarda Phyllostea sanauit crura Machaon, Phoenicis Chiron lumina Philyrides. Verg. li. 3. Georg. Quae sita; nocent artes, cessere magistri, Philyrides Chiron, Amythaoniūq; Melampus. Ab eo nomen sumpsit herba, quae Centaurea dicitur. Plin. cap. 6. lib. 25.

Chrysermus fuit medicus, qui Bulbi radice in uino decocta Parotidas curabat.

Cleompum Plin. scribit fuisse medicum, qui Pythagorae librum de magicis herbis nonnulli ascripserunt.

Cleophantus autore Plinio medicus fuit, qui uini ratione illustrauit. Hic apud Plinium ait semen pastinacae erraticae dyfentericis prodesse.

Idem autor scribit, Chrysippum, Erasistrati praepceptorem, medicum fuisse, qui Hippocratis, Aesculapij, & Prodicis medicorum placita ingenti garrulitate mutauerit.

Cornelius Celsus libros de medicina scripsit oratorio more. Floruit paulo ante Fabium Quintilianum.

Crimas Masiliensis fuit medicus, qui ad siderum motus ex Ephemeride mathematica cibos dabat, horasq; obseruabat Plinius scribit, hunc centum festeriare reliquisse, muris patriae non minore summa extructis.

Critobalus medicus fuit, cui singularem peperit laudem sagitta ex oculo Philippi Macedonis, citra oris deformitatem, euulsa. De quo abunde Curtius meminit li. 8. de gestis Alexandri. Plin. lib. 7. cap. 37.

Dastius medici nomen est, cuius meminit Marialis libro 6. dicens: Ostendunt digitum, sed in pudicum, Alconi, Dastioq; Symmachoq;.

Democides medicus Polycratem Samiorum tyrannum curauit talentis duobus, scripsitq; librum de medicina. Herodotus in Thalia scribit, Democidem Taliphontis Crotoniensium principis medicum fuisse, atq; duobus aurearum compedum paribus a Dario donatum.

Democrates Seruilius citatur a Plinio libro 25. Primusq; medentium herbam dicitur inuenisse, quam appellauit Hyberdam.

Idem lib. 24. ait, Democritum fuisse medicum, qui in ualitudine Confidiae, M. Seruiliij consularis filiae, omnem curationem austeram recusantis, diu efficaciter usus sit lacte caprarum.

Dexippus Cous, Hippocratis fuit discipulus, qui scripsit librum unum de medicina.

Diocles Carysius floruit temporibus Darij Histaspis: reliquit commentarios. Plinius in multis locis.

Epicarmus Cous fuit auditor Pythagorae. Scripsit de rerum natura ac medicina commentarios, quos adhuc extare in bibliotheca Vaticana, scribit Volater.

Erasistratus medicus fuit, qui primus cognouit morbum Antiochi ob amorem Stratonies nouercae. Plinius scribit hunc fuisse discipulum Chrysippi, ex Aristotelis filia genitum, cui Antiocho rege sanato,

centum

centum talenta donauerit filius eius Prolemaeus. Hunc citat Gellius lib. 16.

Eribotes Teleonis fuit filius, medicinae peritissimus, ut qui Oilei uulnus a Stryphalidibus illatum sanauerit. Testis Orpheus apud Aegidium Maserium in Artgonauicis.

Euphorbus medicus, Euphorbiae herbae nomen imposuit, autore Plin. lib. 25.

Galenus medicus e Pergamo ciuitate Asiaticae, floruit Traiani temporibus. Hinc Auentina, caeteriq; omnes medicorum principum fatentur. Scripsit de medicina libros complures, & in opera Hippocratis. Celsus lib. 19.

Glaucias medicus fuit in cognoscenda cadauerum natura diligentissimus. Plinius & Celsus cap. 29. lib. 16.

Hippocrates Cous Democratris fuit auditor, uixit in summa familiaritate apud Perdicam Macedonum regem. Suscepit filios Thessalum & Draconem. Hunc Artaxerxes magna mercede summisq; honoribus in familiam suam inuitauit, autore Valerio. Familiaris fuit Democrito, quem ut in sania curaret, plerunq; ad eum scripsit. Amavit Graeciam, ex qua nunquam egressus est. Mortuus est Larissae natus annos 104.

Hermogenes fuit medicus, qui Adriano Imperatori, se interficere uolenti, circum scripsit locum sub mamilla, quo letaliter percusso, celerius expiraret. autor Dion Casius.

Iulianus fuit quissiam Pharmacopola herbariae artis peritissimus, quem Volateranus aetate sua floruisse scribit.

Lucas Antiochensis medicus fuit, Pauli apostoli sectator, a quo edoctus, scripsit Euangelium, & Acta apostolorum. Excessit annos 84.

Lycus Neapolitanus Atriplicem (nomen est herbae) contra cantharidas bibendum censet, apud Plinium cap. 20. lib. 20.

Machaon Aesculapij filius, & frater Podalirij, medicus fuit clarissimus. Baptista Pius lib. 4. Eleg. Cura Machaonia maior est ista manu est. Hic Philoesteis Peaontis filium, Herculis sagitta Hydræ ueneno tincta uulneratum, sanauit. Propert. lib. 2. Tarda Philoesteis sanauit crura Machaon.

Martion Mytlenæus de simplicibus effectibus scripsit. Item apud Plinium rumpiscolopendras marinas sputo, rubetatem, aliasq; ranas scribit.

Meges fuit chirurgus quissiam, quem Volat. citat in Philologia.

Melampus Amythaonis filius, filius Proeti Argiuorum regis ab insania purgatus. De hoc Vergil. libro 3. Georg. Cessere magistri, Philyrides Chiron, Amythaoniusq; Melampus. Meminit et Herodotus in Euterpe. Et Plinius lib. 25.

Menecrates Syracusanus medicus, nullam ab his mercedem accipiebat, quibus medebatur. Curabat imprimis morbum sacrum haec lege, ut liberati se esse ipsius seruos faterentur, eumq; Iouem appellarent. Feruntq; in id tumoris fuisse euectum, ut quandoq; ad Agesilaum Sparta regem hoc modo scriberet: Menecrates Iupiter Agesilao regi salutem. Subridens Agesilaus respondit: Agesilaus Menecrati sanitate Plutarchus in Apoph. & Celsus cap. 38. lib. 6.

Mycon apud eundem testis est, aduersus serpentes nihil esse efficacius hippomarratho.

Nicerotes unguentarius fuit Syrius, a cuius nomine Marialis uocat Nicertiana libro sexto, dicens: Quod semper Casta, Cynnamoq; Et nido niger aluis

ii 4 superba,

superbe, *Fragras plumbea Nicerotiana.*
Idem lib. 10.

Nicias Pyrrhi medicus fuit, qui ad Fabricium ueniens, promisit se domino mortem illaturum. Quod flagitium auersatus Fabricius, Pyrrhum, quamuis inimicum, literis monuit, ut à Nicia caueret. Gellius uidetur hoc ascribere Timochari, apud Gellium. *Quadrigarius Niciae.* Vter uter fuerit, parum refert de nomine. *Claudius* lib. 3. in Rufinum.

Nicomachus Stagyrites Machaonis filius, & Aesculapij nepos, scripsit de medicina libros sex. Fuerunt eius nominis duo alij, pater & filius, ambo medici. Quorū filius scripsit Commentarios in Physicam patris, & octo libros Ethicorum ad Eudemum. autor Volater.

Ocularius medicus fuit in Aegypto praestantissimus, qui floruit sub Amasi rege. autor Herodotus in Thalia.

Oribasius Sardinianus, Iuliani principis familiaris, scripsit libros medicinae LXXI. ad ipsum Iulianum. Suidas apud Volateranum.

Peon uir medicinae artis peritissimus, à cuius nomine Peonia herba nomen sumpsit. Architenius lib. 2. Peonijs animo medicinae potentior herbis.

Plinius ait lib. 20. Petricium fuisse medicum, qui Ophiaca scripserit.

Philippus medicus fuit Alexandri, eius summa familiaritate & amicitia iunctus: nam quum Parmenio literas ad Alexandrum dedisset, quibus eum monebat, ut ab insidijs Philippi, uelut ab hoste Dario corrupi, sibi in egritudine caueret. Alexander exploratam habēs medici fidem, poculum ab ipso Philippo datum hausit, demū literas Parmenionis eidē legendas concessit.

Philistion Locrensis fuit medicus, quē Gellius lib. 17. cap. 11. citat.

Philon medicus fuit nobilis, qui quum medicamenta quaedam ad medendi usum exquisitissima concinnaret, et regias quaedam Alexipharmacas potestates, eas Deorum manus appellabat, uelut diuinas & salutares. Caelius libro 16. cap. 10.

Podalyrius filius fuit Aesculapij, et frater Machaonis, medicinae artis peritissimus, qui cum Graecis ad Troiam profectus dicitur. *Baptista Pius* lib. 4. Eleg. Deposito nō praestat opem Podalyrius egro.

Prodicus, Plinio autore, fuit medicus, Aesculapij discipulus, Selymbriae natus, qui medicinam instituit, quam Iatralipticen uocant.

Sinalus fuit medicus quispiam, de quo Syllius Italicus lib. 5. sic inquit: Ipse olim antiquo primū Garamaticus Amnon, etc.

Themison medicus fuit magni nominis, Aesclepiadis discipulus, autore Plinio, quē plerisq; in locis citat Plinius ipse. *Iuuenalis:* Quot Themison egrotos autumnus occiderit uno. *Baptista Pius* li. 4. Eleg. Omnibus hoc anno morbis, noxaq; carebis, Contemnesq; piam sic Themisonis opem. Fuit eius nominis alter, quē Martialis scribit consuetudinem ueneris habuisse cum sorore, ubi lib. 12. ait: Quare non habeat Fabulla queris uxorem Themison, habet sororem.

Theombrotus fuit medicus, quem Ptolemæus rex Megalensibus sacris donauit centum talentis, seruato Antiocho rege. autor Plinius lib. 7. cap. 37.

Thessalus eodem autore, medicus fuit Neronis temporibus, qui cuncta maiorum placita transiit, & rabie quadam in omnes eui medicos perorauit.

Vestius

Vestius Valēs adulterio Messalinae Claudij Caesaris nobilitatus, pariterq; eloquentiae affectator, suo tempore nouam medicinam instituit secliam.

Sunt & pleriq; alij, quorum nomina et placita quandoq; aduocantur à Plinio lib. 29. cap. 1. ut Aristogiton, Athamas, Callimachus, Clepotelemus, Damion, Diuces, Diodorus, Petronius, Dorthheus, Dionysius, Sallust. Hesijs, Hicesius, Herpophilus, Ictebidas, Iollas, Latis, Leneus, Metrodorus, Nymphodorus, Opcion, Praxagoras, Plistonices, Sestius, Simus, Sosimenes, Solacus, Q. Stertinius. Quorum nuda nomina ad nos peruenerunt.

Porro multiplex est medicina: Pharmaceutice, quae medicamentis curat. Empyricae, quae solum experimentis constat. Itra-pleitice, quae unguentis. Clinice, quae uictu & uenenis corporibus medetur.

UNGUENTA QUAE AD AM, & PHARMACA.

Amaracium Amaraco flore odoratissimo conficitur. Vnde ad ignem natum: Nihil cum amaracino sui. *Lucretius:* Postesq; superbos iugit amaracino et foribus miser oscula figit. Idem libro 2. Porro Sampucinū aliter uocatur, quoniam Sampsius eadem est herba, quae & Amaracus. de qua Verg. lib. 1. Aen. Vbi mollis Amaracus illum Floribus, & dulci aspirans completur umbra. Amaracus fuit puer regius unguentarius, qui casu lapsus dum ferret unguenta, maiorem ex confusione odorum creauit odorem, inquit *Seruius.* Vnde optima unguenta dicuntur Amaracina. Laudabile fuit hoc unguentum in Co insula. Postea eodē loco praetātū est Melum. Optimum est & Mytilentis et in Cypro, ubi plurimum est *Sampsius:* autore Plinio.

Amomum etiam arbuscula est uenoso frutice, palmi altitudine, cuius quoq; succus inter magni precij unguenta numeratur. Frequens est in Assyria. Vnde *Vergilius:* Assyrium uulgò nascetur Amomum. *Syll.* lib. 1. Nec crimem Assyrio perfundere pugnet Amomo. Habet & Armenia. *Manius Catharina:* Circumfluis aer fragrat et Armenio carcer lustratur Amomo.

Apyron uocatur unguentum ex auro. autor *Plin.* lib. 21.

Atharis medicamentum est utilissimum infantibus, quod fit Olyra herba decocta. Idem lib. 22.

Balanis herba est unguentaria, cuius succo unguentū componitur Balsamū, quod expeditissimum olim fuisse, scribit *Plin.* *Resinae:* solitum misceri Balenatus, à Persio dicitur oleo de tributis, ubi ait: Tum cū maxillis Balanatum Gausape pedis. *Myrobalanū* uocat *Martia.* ubi ait: Quod nec *Vergilius,* nec carmine dixit *Homerus.* Hoc ex unguento constat & Balana. *Glaus* autem quae conficitur, praecipuae bonitatis est in Troglodytis, Thebaide, & Arabia.

Balsamum arbuscula est soli iudaeae concessa, frequēs in collibus ut uinea. Sustinet se sine adminiculis. Trima iā fructifera est. Proceritatem habet duorum cubitorū. Eius lignū uocatur *Xylobalsamum*, succus (qui habetur unguenti loco) *Opobalsamū*, lac coagulans, et in ueste nullas faciens maculas. *Carobalsamum* uocatur eius arboris fructus. Hoc unguentum uiris conuenire scribit *Martialis*, quum Assyria unguenta magis deceant mulieres. Sic autem ait: Balsama me capiunt, haec sunt unguenta uirorum, Delicias Nini uos redolet auris. *A Balsamo* fit adiectiuum *Balsameus*, quousus est *Sidonius.*

kk

Botryon

Botryon erat medicamentum compositum ex cinere excrementorum, quo Aeschylus Atheniensis Anginis medebatur & Tonfilla, autor Plin. lib. 28.

Ceroma erat unguentum, ex oleo et cœno, quo utebantur iuuenes ad robur laceratorum. Hinc Ceromatici eo delibuti uocantur. Mart. li. 4. Seu lentum Ceroma teris, tepidumq; Trigona. Idem lib. 6. Vara nec iniecto Ceromate brachia tendis.

Collyrium dicitur oculorum medicamentum. Horatius: Hic oculis ego nigra meis Collyria lippus illinere.

Crocium species est unguenti, quod efficitur Croci cōmixtione. Proper. Sit mē se ratio, uoxq; inter pocula currat, Et Crocino nares murrheus ungat Onyx. Alio nomine Crocomegma dicitur. Fiebat autē ex croco trito, & uino dulci. Hoc Romani nō solum corpora delibuebant, sed et spargebant pulpita. Vnde idem Propert. Pulpita solennes nō oluere crocos. Crocimum, autore Plinio, in sola Cilicia diu maximē fuit laudata, mox Rhodi.

Cinnamomum unguentorum omnium est crassissimum. Vocatur ab eiusdem nominis frutice, qui in Aethiopia, Sabæis & australi India frequens est. Huic unguento adscribuntur Balanum oleum, Xylobalsamū, Calamus, lūcus, Balsami semina, Myrrha, Melodoratum.

Cinnamū eadem est arbuscula, quæ & Cinnamomū, qua etiam cōficitur unguentū eiusdem nominis. Hoc uidetur habuisse Thracas. Claud. de Nu. Honorij & Mariæ Cynnama uocat Pangea, à Pangeo Thracie monte. A Cynnamo fit adiectiuū Cynnameus, quo usus est Baptista Pius: Cynnameos nimium lacerate pharetriger artus.

Cyprinum, unguentum ex Cypro, sic-

bat Omphacio, Cardamomo, Calamo, Aspalatho, Ambrotano. Fuit optimum in Sidone, mox in Aegypto.

Diapasmata dicuntur unguenta ex siccis odoribus. Mart. lib. 1. Quid quod olet grauius mixtum Diapasmate uirus?

Dropax unguentum depilatorium, seu euellendis pilis idoneū. Mart. lib. 3. Psilothro faciēq; lauas, & Dropace caluam.

Elaterium Plinius ait esse medicamentum, quod fit ex cucumere syluestri, succo expresso & semine.

Epilima unguentum est uilissimum, quo passim utebantur ueteres.

Plinius libro 12. ait, medicamentum esse, quod à Græcis Eubemon dicitur, singulari effectu contrahendis uulnerum cicatricibus.

Irium Plin. unguentū fuisse scribit, quod diu Corinthi placuerit, postea Cyzici.

Magnata uerō dicuntur feces unguentorum, ut scoris ferri, Amurea olei.

Malobathrum unguentū est odoris fragrantissimi, quod asserebatur ex Assyria. Eo Romani suos capillos ungebant in delicijs, ut uidetur innuere Hora. lib. 3 Carm. Od. 7. Malobathrus à Sidonio uocatur, qui hoc unguento delibutus est. Malobathrum, teste Plinio, urinam cit. Oculorum Epiphoris uino expressum utilissimē imponitur. Item frontibus, dormire ualentibus.

Megaliū succedit ex oleo Balanino, Balsamo, Calamo, lūco, Xylobalsamo, Casta, Resina.

Melum unguentum, fit è malis Crotoneis admixtis Omphacino, Cyprino, Samio, Balsamo, lūco, Casta, Ambrotano.

Mendesium est unguentum, quod fiebat in Mendese Aegypti urbe.

Melo.

Metopium fuit unguentum, cuius præcipuam laudem meruit Aegyptus, mox ab stulit Phœnicia.

Mithridaticum seu Mithridaticos uocatur antidotum, quo Mithridates rex Pontii aduersus insidias uenenorum consueuerat se tutari. Eius compositio fit è duabus nucibus siccis. Item ficis totidem, et ruthæ folijs uiginti simul tritis, addito salis grano. Quod qui ieiunus sumet, eum ueneno securum fore toto die promittit Plinius libro 23. cap. 8. Antidoti nomen adhuc manet etate.

Myrrha per se unguentū facit sine oleo, Stacte duntaxat, i. distillatione. Nam stactio uerbum Græcum, i. distilla. Vnde Catastagnos morbus à Græcis dicitur, quæ nos distillationem dicimus. Et Lucr. lib. 2. Myrrham appellat Stactam, i. distillaticiā, ubi ait: Sicut Amaracini blandam Stactæq; liquorem. Est autem Myrrha genus arboris odorifera, de qua succusemanat fragrantissimus. Ouidius lib. 10. & lib. Fast. Hac abundans Arabia, Achaia, Orontes, Assyria. Propterea Virg. Myrrhā uocat Arabiam: Achaiā, Columella: Orontidē, Sidorius: Oronteam, Bapt. Pius. A Myrrha fit adiectiuum Myrrheus. Horat. lib. 6 Car.

Narcissinam uocatur unguentum, quod componitur ex Narcisso flore delicatissimo. Constat generibus odorū. Sed iam cōponi desijt, autore Plin. lib. 13.

Nardium dicitur unguentum, quod fit ex Nardo, quod alio nomine uocatur Foliatum. Est autem Nardus seu Nardum frutex odoris optimi. Tibullus: Illius puro distillent tēpora nardo. Frequens est in Perside. Vnde ab Horatio in Ep. 10 uocatur Achemenium, ubi ait: Nunc & Achemenio Persundi nardo inuat, Indiciū Plinius

lib. 12 uocat: Inuenta nuper in Thracia herba est, cuius folijs nihil ab indico nardo distant. Pont. Arabum uocat. Hierony. Balbus Assyrium. Lucr. lib. 2. Et nardi florens nectar qui naribus halat.

Alias Foliatum & Spicatum dicitur. Constat Omphacio, lūco, Balano, Costo, Nardo, Amomo, Myrrha, Balsamo.

Nicerotianum uocatur unguentum odoratissimum, cuius autor fuit Nicerotes Pharmacopola. Martia. Fragarum plumbæa Nicerotiana. Idem lib. 10.

Odontostemma unguentū est, quo confricantur dentes, ut albefcant, & exuant rubiginem.

Oenanthinum unguentum est, quod fit ex Oenanthe, id est, labruscæ flore. Laudabile fuit in Cypro, deinde in Aegypto præpositum. autor Plin.

Oporice medicamentum est, quod fit ad Dysentericos, stomachiq; uitia, in congio musti albi, lēto uapore decoctis malis Cotoneis quinq; cum suis seminibus, Punicis cum totidem, & Sorborū Sextario. autor Plin. lib. 24.

Panathenicum fuit unguentum Atheniensibus peculiare, à quibus nomen sumpt. Plin. li. 13. Panathenicum suum Athenæ perseueranter obtinuerunt.

Panchrestum genus est medicamentū. De quo Tull. Cicero Actione quarta in Verrem, Quū (inquit) omnes eius comites iste sibi suo illo Panchresto medicamento amicos redemisset.

Pardaliū lauabile in Tharso, cuius cōpositio & mixtura obliterata est. Dicitur autem à Pardali animali, cuius odorem reddit.

Psilothrum unguentum erat ad depilandum corpus, fiebatq; ex uarijs rebus: mo-

dò ex thini sanguine, felle & iecore, modò ex sanguisugis coctis in vase fictili, & aceto illitis. Prius tamen euelliebantur pili, auctore Plinio: post adhibebatur Psilothrum, ne renouerentur, ac repullularent. Mart. ad Gargilianum: Psilothro faciemq; lauas, & Dropace caluam, Nusquid tonsorem Gargiliane times?

Regale unguentum uocat Plinius, quo Parthorum reges utebantur. Fiebat autem Myrabalano, Costo, Amomo, Cynnamo, mo, Comaco, Nardi spica, Maro, Myrrha, Casta, Styrace, Ladano, Opobalsamo, Calamo, Lincio, Syrico, Oenanthe, Malabathro, Sericatho, Cypro, Aspalathro, Panace, Croco Cyprio, Amaraco, collato Melle, Vimo.

Stomathice medicamentum est utilissimum oris utriusq; narium, aurium, oculorum caligini, Pterygijs, & genitalibus. Plinius lib. 33.

Susinum constat ex Lilij, Balano, Calamo, Mello, Cynamomo, Croco, Myrrha, & est omnium tenuissimum.

Telinum fit ex oleo recenti, Cypro, Calamo, Meliloto, Foenograceo, Melle, Mello, Oraro, Amaraco. Fuit etate Menædri poetæ celeberrimum.

Thalassomeli unguentum, quod fit æquis portionibus Maris, Mellis, Imbris, fictiliq; uase & depicato conditur.

A V C T A R I V M.

Porrò unguenta quandoq; sunt ex floribus, ut Rosaceum, Leucotum, Susinum: Aut ex folijs, ut Myrrinum, Oenanthinum: Aut ex radicibus, ut Nardinum, Amaricinum. Unguentis ueteres multis modis usi sunt: Ad salubritatem, ut natantes, & lauantes: Ad necessitatem, ut errantes Cero matè ungebantur: Ad luxuriam, ut delicati

causa Veneris & mensurum. Græci mixtū unguento uinum bibere non erubescabant, quod dicebatur Myrites. Bathilli populi unguentis madent. Huius luxurie inuentū Persis refertur acceptum. Vnde Horatius: Persicos odi puer apparatus. Et rei fidē facit serinium unguentorum laudatissimo, quod expugnatis Darij castris cepit Alexander. Cyprij quoq; Cyziceni, & Corinthij eadem mollicie effœminati sunt. Constat usum unguentorum, aliarumq; rerum ad delicias repertarū, usq; ad Iulij Cæsaris tempora Belgis fuisse ignotū: cum Imperator ipse Belgas forissimos dicat, quòd ad eos non commeent mercatores, qui quæ ad effœminandos animos pertinent, illuc comportent. Inuasit hic luxus totam partem Italiam, adeò ut M. Otho Neroni monstrauerit uestigia pedum unguentis tingi, hisq; balnearum parietes quandoq; aspersi sint. Cæum quoq; principem ferunt unguento solitum lauari. Anno post urbem conditam D L X V Licinius Crassus, & Iulius Cæsar censors edixerunt, ne quis uenderet unguenta exotica. L. Plotius, Plotij Cōsulis frater, proscriptus à Triumuiris, in Salernitana latebra unguenti odore proditus est. In confesso est, Helio Galum Imperatorē triclina, quandoq; lectos, et porticus, omni florum genere strauisse, ut Lilij, Violis, Hyacinthis, et Narcissis, ac per eos ambulasse, seq; unguentis omnium fragrantissimis nudum se penumero perunxisse. Quem secuti Imperatores, prope nullā molliciem sibi non permiserūt, nullum uoluptatis poculum reliquerunt ingustatum. Quod ego in Romanis principibus, quibus uis damnem plurimum, non tamen admodum miror, quum etiam apud eos abiectionissimi homunculi idem sibi iniulserint.

DE:

DE OLEO.

Reperit & portentosa hominum luxuries in Oleo uoluptatem, quo plerique ad nitore cutis, alij ad cōfirmandas corporis uires se perunxerunt. Fuit autem multiplex. Amygdalimum, quòd ex amaribus uel cibis arefactis, & in offam contusis, aspersum aqua, & iterum tuis exprimebatur. Mollit corpora, cutem erugat, nitore commendat. Varos cum melle tollit à facie. Prodest auribus cum Rosaceo & melle, & punicis mali germine decoctum. author Plin. Vide alias uirtutes apud eundem lib. 28. ca. 4. Oenanthinum fiebat ex Oenanthæ herbis. Cicinum bibebatur ad purgationes uentris cum pari calidæ mensura. Laurinum utilius est, quo recentius & uiridius colore. Illinitur Paralyticis, Spaticis, Ischidiacis, & pleriq; alijs morbis. Cupressinum à Cupresso arbore, ut Myrteum à myrto. Citreum à citro. Balanimum ex Balano glande, de qua iam diximus. Repurgat Varos, Eucuculos, Lentiginis, Cingulas. Omphacium prodest Cingulis. Si contineatur in ore, colorem dentium custodit, magis quam alud, & sudores cohibet. Narcissinum dicitur à narcissi flore. Raphanimum à raphano: Phthiriasis tollit, scabrities cutis in facie emendat. Sesaminum aurium dolores sanat, & ulcera, quæ serpunt. Balsaminum contra omnes serpentes est efficax. Lilium renibus utilissimum est, sudoribusq; euocandis. Seleucium neruis utile est. Picinum prodest ad quadrupedum scabiem. Hæc omnia, & multo plura bus docet Plinius.

POTIONES DI- uerse.

Amystis erat quadam potio apud Thracas, quæ clausis oculis bibebatur. Ho-

rat. libro 2 Carm. Nec multi Damalis meri Bassum Threicia uincat Amystide.

Bua infantulorum potio, à sono fictum uocabulum. Cato: Quum cibum ac potum nem Papas & Buas uocent, et matrē mamam, et patrem tamam. Ex frugibus, inquit Plinius lib. 22. fiunt potus similes, Zithum in Aegypto, Celia & Cæra in Hispania, Ceruisia & plura genera in Gallia, quorum omnium spuma cutem foeminarum in facie nutrit. Idem lib. 24. Aegyptus, inquit, è fruge sibi potus similes excogitauit. Nullaq; in parte mundi cessat ebrietas. Bibitur Ceruisia mera, non diluta inebriat in star uimi.

Oxyhalme erat potio, quæ fiebat ex sale & aceto recenti aduersus serpentes.

Oxyfæcaron potio ex saccharo & aceto. Saccharum autem est mel in arundinibus collectum, gummi in star candidum, ac fragile.

Promulsis potio ex mulsio condita. Cicero: Non eum quem tu es solitus promulsis conficere. Hinc Promulsidaria uasa, quibus mulsam continetur.

Ptyzana est itidē potio à Græcis inuenta, quæ ex hordeo fieri solet. Mart. lib. 12. Frumentum, millium, ptyzanasq; fabamq; solebat uendere.

Pyratium fiebat ex pyris, & loco uini sumebatur. Hieronymus contra Iouinianum: Timotheo dolenti stomachum uinum suadet bibere, non Pyratium.

Sabaia est potus in Illyrico paupertin, ex hordeo & frumento in liquorē conuersus. autor Ammianus Marcell. lib. 66.

FÆCES ET EXCRE- MENTA DIVERSA rum rerum.

Acus aceris, purgamentum framenti. bk. 3. Col.

Col. lib. 8. Nam suburbanis lactens porcus acere nutricandus est.

Analecta ciborum sunt purgamenta, quae scoparij pauimentum uerrentes colligunt, uel pro ipsis instrumentis ad colligendas coenarum reliquias ex pauimentis. Nam ut scribit Plinius, purgamenta coenae exerri solent in pauimento ueluti relicta.

Amurca fex est olei. Idem Plin. lib. 15. cap. 3. Oliuae constant nucleo, oleo, carne, amurca. Sanies est haec eius amara. Columella: Palladia sine fruge salis conspergere Amurca. Idem: Nam est inimicissima oleo amurca, quae si remansit in bacca, saporem olei corrumpit.

Apluda uocant purgamentum milij, panicij, & sisamae. Plin. libro 18. Nat. Hist. cap. 10. Milij & panicij, & sisamae, Apludam uocant purgantem.

Boliton uocant stercur bubulum. Hinc adagium, Boliti poenam luere: id est, puniri pro minimo delicto. Solon enim suis legibus eos puniri iussit, qui stercur bubulum furto iustulissent.

Flaces purgamenta sunt oliuarum. Plinius: In amurca et stacibus haec sunt carnes, & illae feces.

Flores, purgamenta uini & uuarum. Cecilius: Aedepol ego neq; flore, neq; flores uolo mihi, uinum uolo. Romae uetus quidam homo & celebratus in causis (inquit Gellius) quum apud praefectum urbis uerba faceret, & dicere uellet, quendam inopis seroq; uictu uiuere, et fursureum panem esitare: Hic, inquit, eques Romanus apud quendam edidit, & flores bibit.

Fursur farinae purgamentum, hinc panes fursurei Varro lib. 2 de Re rust. Commodè pascuntur farre, & fursuribus hordeaceis.

Grasum significat lunarum sordes in oculis.

Magnata, unguenti feces dicuntur: auctore Plin. lib. 13. cap. 2.

Metys purgamentum est cereae, quo partem alui priorem apes illuminant.

Mucus narium sordes. Catullus: Mucus & mala pituita nasi.

Prasegmina & resegmina, quae ex unguitibus amputantur, à praefecando & resefacando. Plin. Omnia persecuti sumus usq; ad resegmina unguium.

Scoria spurcicia in omni metallo uocatur, inquit idem lib. 23. cap. 4. Item lib. 24. cap. 11. Et Scoria eris (inquit) simili modo luatur, minor effectu quam es ipsum.

Schidia fragmenta lignorum, quae reijciuntur ab abietarijs.

Sciri dicuntur sordes, & spurcicia caesi. Item fragmenta, quae ex operibus deijciunt in armorarij, Assulas Vitruuius uocat.

Scoriam in argento Graeci uocant Helcysma, cuius uis est astringere, & refrigerare. Plin. lib. 33.

Spatysen hominis retrimenta Caellius uocat, nos Merdam, sed aliarum etiam rerum. Horat. Merdis caput in quimer alba Coruorum.

Tartarum fex uini.

Asini retrimenta Caellius ait dici Onida et Onthon: Suis, Hypeleuthro: Ouium, Oipoton: Caprarum, Spyrada, & Spyrathiani: Murium, Myscedra.

GRAMMATICI.

A Cron Grammaticus Horatium poemam enarrauit.

Aelius Melissus Ibrum edidit de Loquendi proprietate.

Aelius Praeconius Grammaticus nobilitate

lissimus, orationes ad unumquemq; scribat. Hinc Metellum Numydicum in exilium comitatus est.

Alexander Milesius Polyhistor cognominatus, libertus Corn. Lentuli, Grammaticus fuit, qui docuit Romae Sylle temporibus.

Andromachus Grammaticus docuit Ni comediae, Diocletiani tempore.

Apothodoros Atheniensis Grammaticus, discipulus Panetij Rhodij, & Aristarchi Grammatici, scripsit historiam Atheniensem.

Appion Alexandrinus, Didymi magni alumnus, docuit Romae Tiberij & Claudij temporibus. Scripsit annales, & alia complura.

Apollonius Alexandrinus scripsit de compositione partium orationis.

Arcadius Antiochenus, scripsit nonnulla in grammatica.

Archibius Alexandrinus, docuit Romae sub Traiano principe. Scripsit commentaria in epigrammata Callimachi.

Archimedes Trallianus, scripsit mechanica, & commentarios in Homerum.

Aristarchus Alexandrinus, floruit sub Ptolemaeo Philometore, cuius filium eruditij. Scripsit Commentarios supra mille. Discipulus fuit Aristophanis Grammatici.

Aristonicus Grammaticus Alexandrinus, scripsit in Theogoniam Hesiodi.

Aristophanes Bizantius Grammaticus discipulus fuit Callimachi.

Asclepiades Anazerbeus Grammaticus, scripsit de fluminibus.

Asinius Capito Grammaticus, reliquit librum epistolarum.

Asinius Pollio Trallianus, docuit Romae tempore Pompeij magni. Succesit scho-

la Timagenis. Scripsit bellum ciuile Caesaris & Pompeij.

Aul. Gellius tempore Traiani scripsit noctes Atticas, Pauorinum maxime coluit.

Callias Methymneus, Grammaticus, Alcei & Sapphus poemata enarrauit.

L. Cecilius Epyrota, Attici libertus, laudum Grammatica Romae aperuit, primusq; Vergiliu, et alios nouos poetas coepit profiteri. Vnde Domitius Marsus: Indicat Epyrota tenellorum nutricula natum.

Craestius cognomento Pascales, Romae ludum Grammaticae aperuit. Docuit Iulianum Antoniu, Antonij Triumuirij filium.

Crates Malotes aequalis Aristophanis, floruit sub Ptolemaeo Philometore. Scripsit in Homeri Iliada, & Odyssaeam libros 9 Commentariorum. Primus studiu grammaticae Romae intulit, eo sepe tempore, quo mortuus est Ennius.

Demetrius Ixiō Adramicus, docuit Pergami. Discipulus fuit Aristarchi. Scripsit Enarrationem in Homerum.

Demosthenes Thrax Grammaticus, illud Homeri, & Hesiodi Theogoniam in solutam uertit orationem.

Dicearchus Lacedaemonius Grammaticus, fuit Aristarchi auditor.

Didymus Calcabentorus, Grammaticus Alexandrinus, scripsit lib. super M M M D.

Diogenianus ex Heracles, Grammaticus sub Adriano principe, scripsit distionem per ordinem literarum, & quaedam alia.

Diomedes scripsit quaedam in Grammatica, quae adhuc extant.

Dionysius Alexandrinus Grammaticus praefuit bibliothecae & epistolis Traiani.

Habuit praepceptorem Cheremonem phylosophum.

Dioscorius Mireus, Grammaticus, præfectus fuit prætorij Leonis Imperatoris, et præceptor filiorum eius.

Domitianus insanus Grammaticus in urbe Roma, id cognomentum adeptus est, quod esset intractabilis, et ualde morosus.

Donatus Grammaticus, præceptor Hieronymi, scripsit libellum, quæ pueri habent in manibus. Commentarios item in Terentium, et Vergilium.

Ennius grammaticus duos libellos de literis et syllabis, ac metris conscripsit.

Epithetes Bithynicus, scripsit de Atticis dictionibus.

Eugenius Phrysius, docuit Constantinopolim, imperante Anastasio.

Helladius grammaticus Alexandrinus, sub Theodosio iunioris scripsit Lexicon ex ordine literarum. Item de laudibus Theodosij, et quædam alia.

Heracleon Aegyptius, docuit Romæ, scripsit enarrationem in Homerum, et Lyricos.

Hermolani Constantianopolitanus grammaticus scripsit ad Iustinianum Imperatorem Epitomen in librum Stephani grammatici de Urbibus.

Herodianus Alexandrinus, grammaticus, Apollonij grammatici filius, et discipulus, floruit sub M. Antonio principe. Scripsit de Grammatica, et Imperatorum Historia.

Hyperechius Alexandrinus grammaticus, sub Martino Imper. scripsit de Verbis, et Nominibus, et Orthographia.

Lustacius Daphnis, Q. Catuli libertus, professus est Romæ.

C. Melissus Spoletinus, à Mecenate ob ingenium libertate donatus est.

Mithæcus Grammaticus scripsit de Obsonijs, et de Canibus.

Moschus Grammaticus scripsit carmen bucolicon.

Naucratita Grammaticus, docuit Athenis sub Commodio principe, ad quem scripsit Onomasticon libris x.

Nestor Alexandrinus Grammaticus, Marcellum Augusti sororis filium erudit.

Nicanor Alexandrinus Grammaticus, scripsit de Punctis et dictionibus, quibus utimur in scribendo.

Nicias Grammaticus docuit Romæ, suntque famulæ artis Pompeio et Ciceroni.

Orbilius Beneuentanus profitebatur Romæ Ciceronis tempore, uir in discipulos plagosus.

Pacatus Minutius, scripsit de Lingua Alexandrinorum. Item de Proprietate Atticæ et Doricæ lingue.

Palamedes Eleates scripsit de Tragicis et comicis dictionibus, et Commentarios in Pindarum.

Pamphilus Alexandrinus, scripsit dictionarium quod uocat Pratum.

Pamphilus Sicyonius, scripsit de Pictura, et claris pictoribus.

Papias scripsit Dictionarium Latinum ex ordine literarum.

Pausanias Cesariensis scripsit de Constitutione. Vixit Romæ Adriani principis tempore.

Philetas Coss Grammaticus fuit admodum Criticus, tempore Philippi et Alexandri, præceptor Ptolemæi Philadelphi. Scripsit elegias et epigrammata.

Philoxenus Alexandrinus Romæ scripsit de Verbis monosyllabis, et de Græcisimo, et de Genere linguarum.

Pompe-

Pompeius Leneus, Pompeij magni liberus, scripsit de herbis et plantis.

M. Popilius Andronicus scripsit opusculum Annalium.

Priscianus Cesariensis, claruit Athenis tempore Iustiniani principis. Scripsit de arte grammatica ad Iulianum cōsulem, et ad Cosroem, Persarum regem, de naturalibus questionibus.

Rhemnius Palemon, professus est Romæ sub Tiberio et Claudio principibus.

Scribonius discipulus Orbilij, docuit eodem tempore, quo Verrius.

Sophocles Grammaticus enarrauit Lycophronem et quosdam alios poetas.

Sostibius Grammaticus fuit Laconicus.

Spurius Carbilus Romæ ludum grammaticæ aperuit, mercede docens. Idem Grammaticam primus inuenit, quum pro ea C. Licta prius uterentur.

Telephus Pergamensis scripsit sermone omnia, quæ ad Grammaticam pertinent. Inter cetera collationes Epithetorum unicuique rei congruentium ad paratam elocutionis copiam.

Terentius Scaurus floruit Adriani temporibus, scripsitque librum de Cæselij uindictis erroribus.

Timagenes Alexandrinus sub Pompeio Magno captiuus, Romam ductus, à Gabinio est emptus. Docuit Romæ usque ad Augusti tempora.

Timotheus Gazæus floruit etate Anastasij principis.

Tryphon Alexandrinus Augusti tempore scripsit de Copia orationis, de orthographia, et quædam alia.

Tyrannon docuit Romæ etate Magni Pompeij. Habuit tria librorum millia.

Val. Cato grammaticus Romæ docuit

multos et nobiles, tempore Syllæ, tantumque nominis sibi comparauit, ut sequentes uerus in eius laudem uerbo prædicarentur: Cato grammaticus Latina Syren, Qui solus legit et facit poetas.

M. Val. Probus Romæ docuit. Scripsit Syluam observationum Latini sermonis.

Verrius Flaccus scripsit de uerbis Græcis.

Verrius Flaccus Romæ docuit Augusti nepotes. Professus est in atrio domus Catiline tanta omnium beneuolentia, ut statim am meruerit.

Volcatius Epidius Grammaticus, scripsit res gestas Pompeij Magni, et eius patris Ludum aperuit, docuitque M. Antonium et Augustum.

Zenodotus Ephesius docuit filios Ptolemæi primi, ac præfuit Alexandrinæ bibliothecæ: primus qui Homeri libros correxit, et in ordinem redegit.

Inter neotericos numerantur Seruius, Valla, Nebriſſensis, Nicolaus Perottus, Calpurnius, Torrentinus, Bebelius, et Despreterius, et bonæ (si dijs placet) doctrine Alexander Theopagita.

EXEMPLA ALIQVOT HEROGLYPHICARVM NOTARUM, quibus Aegyptij utebantur.

Serpens caudam sibi mordens, Annum, astra, eorumque discursus significat.

Figura Leonis, Eurorem. Anteriores partes Leonis, Fortitudinem denotant.

Musca, impudentiam.

Formica, Cognitionem, et prouidentiam.

Caput Leonis, Vigilantes, aut custodes.

Cælum pictum rorem eiciens, Disciplinam uel artem.

Apollonius interprete Beroaldo.

Pellicani forma, Insidiantem.

Cucuse effigies, Gratiitudinem.

II Ciconia,

Ciconia, Parentum amantes designat.
 Columba, Ingratitudinem.
 Vipera, Mulierem uiro insidiantem.
 Hyena picta, Inconstantem hominem.
 Pellis hyenæ, Fortunæ & calamitatis con-
 temptorem.
 Capræ figura, Optimè audientem.
 Anguilla, Omnibus inuisum. Camelus, Pi-
 grum.
 Apis effigies, Regem indicat. Crinitus lib.
 7. capite secundo.
 Vulvur, Genium & maiestatem. Idem eo-
 dem. Bouis figura, Terram. Mac. lib. 2. cap.
 27. Scepturum cum oculi specie, Osyrim seu
 Solem. Idem eodem.
 Perdices, Contumeliosos homines. Cælius
 libro decimosexto, cap. 25.
 Hippotami ungulæ deorsum uersæ, Impi-
 um iniustumq; significant. Idem autor eo-
 dem loco.
 Accipiter, Rem denotat citò factam.
 Oculus, Iustitiæ seruator, & corporis
 iustos interpretatur. Diodorus lib. 4.
 Dextera manus passus digitis, Libertatem
 designat.
 Sinistra compressis, Tenacitatem. Hæc ta-
 men quatuor ultima de Aethiopiis Dio-
 dorus intelligit.
 Crocodilus, Malum notat. Bab. in annota-
 tionibus prioribus.
 Literarum hieroglyphicarum meminit
 Lu. libro 3. his uersibus:
 Non dum fluminea Memphis contexere biblos
 Nouerat, & faxis tantum uolucres q; feræ q;
 Ecuipitæq; seruabant magica animalia linguas.
 Et Apul. l. ult. A sin. aur. his uerbis: De o-
 pertis adyti quosdã libros literis ignora-
 bil. b; prænotatos, partim figuris huiusce
 modi animalium cõcepti sermonis compen-
 diosa uerba suggerentes, partim nodis &
 in modũ rotæ troctuosis, capreolatimq; cõ-
 deasit aut curiositate propbanorũ lectio,

ne munita. uide Bap. Pij annotat. priores.
 DE HISTRIONIBVS AC FA-
 bularum Actoribus.

Histriones uocantur ludiones et gesticu-
 latores, qui oculos spectatorũ suis ob-
 lectãt ludis. Theatricorũ enim artificũ alij
 uocantur Gymnici, alij Scenici. De Gym-
 nicis nonnihil dictũ est in Athleticis. Scenici
 uocantur qui scenicos agonas exercent, a
 liter Dionysiaci, uelut patri Libero dica-
 ti. In his sunt Comædi, et Tragædi, id est,
 fabularũ actores. Item Mimi, Pantomimi,
 Archimimi, Ethologi, Ethopœi, qui oēs
 significant alienæ personæ simulatores, &
 hypocritas, Latine Histriones, uel ab Hi-
 stria ex qua primum uenerũt, uel q; Hister
 uocabulo Thusco significet ludionem. Mi-
 mi dũ uir imitatores, qui dicta, facta, mo-
 resq; hominũ & naturas imitantur. Quã-
 uis etiam Mimi dicantur poemata sine re-
 uerentia lasciuam imitãtia, ut apud Ouid.
 Scribere si fas est imitantes turpia Mimos.
 Pantomimi omnium personarũ imitatores
 & effictores. Suet. in Cali. Nestorẽ Panto-
 mimũ etiam inter spectacula osculabatur.
 Bibaculus scriptor egregius ob eximiam
 imitationẽ Pantomimus uocabatur. Si Ve-
 nus leporem in horoscopo respexerit, faci-
 et Pantomimos, & Mimologos, inquit Iu-
 lius Maternus. Archimimi sunt histrionũ
 principes. Ethologi sunt effictores morum
 & affectuũ cuiuscunq; personæ. Cic. lib. 2.
 de Or. Mimorum est. n. Ethologorũ, si ni-
 mia est imitatio, sicut obscenitas. Quibus
 uerbis Cicero nimia & uelut Mimicam in
 Oratore culpata imitationem. Sũt & Etho-
 pœi histriones, qui mores imitatur eius per-
 sonæ, quam sustinent. Vnde Ethopœia, mo-
 rum alienorum imitatio dicitur, quæ eti-
 am aliter uocatur Mimesis. Inter Scenicos
 quoq;

quoq; ponuntur Tymelici, Saltatores, Cy-
 ronomi. Tymelici sunt Citharcedi, Citha-
 riste, Lyristæ, Tibicines. Tymelici actio-
 nes suas in Orchestra peragebant: Comici
 & Tragici in scena. Tymelici autem di-
 cuntur uel à Thymele muliere, quæ prima
 saltationem docuit, uel quod apud Græ-
 cos histrionicam significet. Martialis lib. 1.
 Chironomi sunt gesticulatores, & Chiro-
 nomia, saltatio gesticulatrix. Iuuenalis Sa-
 ty. 6. Chironomon Lædam molli saltante
 Barylo. ubi Læda nomen est saltationis,
 Baryllus histrionis. Idem Sat. 5. Saltantem
 spectas & Chironomota uolanti Cultello.
 Saltationis species antiquitus fuerunt Pyr-
 rhica, quæ & Enopolia à quibusdam dici-
 tur, id est pacata. Hinc Pyrrhicarij, Pyr-
 rhicistæ dicuntur saltatores armati. Træq;
 in Cæsare dictatore: Furius Leptinus stir-
 pe prætoris, & A. Calpurnius senator quon-
 dam actorq; causarum Pyrrhica saltau-
 erunt. Nomen autem sumpsit à Pyrrho in-
 uenore. Cordax saltatio est obscena & co-
 mica. Tertium genus saltationis Sicinnis
 appellatur, quæ satyrica esse dicitur. Plin.
 lib. 1. Saltationem armatam Curetes docue-
 re, Pyrrhice Pyrrhus. ubi armatam à Pyr-
 rhica distinguit, quas tamẽ easdem esse sen-
 tit doctissimus Budeus, à quo bonam ho-
 rum fragmentorũ partem emen licauit. Est
 & alia saltatio, quæ Eumelia dicitur, id est
 pacata. Pro dunt historia Romanorum, hi-
 striones pulcos Italia à Nerone, quã pro-
 pter eos uaria factiones ortæ esẽt, et adeo
 uehementes, ut ad compefcendã fautorum
 contentione milites theatro asidere iube-
 rentur. Vnde & Tranquillus: Pantomimo-
 rũ inquit, factiones simul cum ipsis relega-
 te. Restituti sunt demũ per Nerum, se lile-
 rum postea sublatis à Traiano.

Fuit Theocrines primum tragicarum
 actor, deinde calumniator & sycophanta.
 Vnde et Demosthenes in oratione pro Cte-
 siphonte, Aeschinẽ tragicũ Theocrinẽ
 uocat. Erasmus in Chil.

Cyliscus nomen est tragicædi apud Plin.
 libro 35. cap. 10.

Thymele mulier prima saltationem do-
 cuit. Hinc Tymelici dicuntur saltatores
 mimi. Mar. Qua Thymelen spectas, deriso-
 remq; Latinũ, Iuuenalis: Attendit Thyme-
 le, Thymele tunc rustica dicit.

Astymas fuit histrio Morsimi filius,
 cui statua in theatro ponẽda decreta erat,
 quod in agendo Parthenam sese gnau-
 ter ac scitè gessisset. Itaq; titulum conscri-
 psit, quo suas ipse laudes cõplectebatur. Vn-
 de natum adagium, Laudas te ipsum Asty-
 damẽ in modum.

Nicostratus fuit Comædiarum actor ta-
 lis apud Græcos, qualis apud Romanos fu-
 isse traditur Roscius. Propter cuius artis
 peritiam reliquit locũ sequenti prouerbio,
 Ego faciam omnia more Nicostrati.

Fuit & Satyrus apud Græcos histrio,
 qui Demosthenis lingua prædediti, ac pro-
 pterea ingrati populo, sic formauit uocẽ,
 ut non prior Demosthenes, sed alter uide-
 retur. autor Plutarchus.

Cytheris fuit Mima, cum qua M. Anto-
 nius post Pharsalicam pugnam uectus est
 curru, quem generosi spiritus leones trahe-
 bant. autor Plinius lib. 8.

Idem scribit M. Ostium fuisse histrio-
 nem & comedum, qui quũ populo admo-
 dũ placuisset natali die suo, conuiuũq; ha-
 beret, edita cœna calida potionem in pulta-
 rio poposcere, simulq; personam eius diei
 acceptã intuens, coronã e capite suo in eã
 transferret, taliq; habitu rigens nullo sen-

niente exprauit.

Saculio nomen est histrionis apud Plutarchum, quem Brutius in bello contra Antonium captiuum cepit.

Polus histrio fuit famus celebri in terra Græcia, qui gestus et uocis claritudine et uenustate cæteris antestabat. Egit tragœdias poetarum: Athenis etiam Electram Sophoclis poeta urnam cum Orestis ossibus gestantem. Quem actum scite adeo et doctè absoluit, ut imagines rerum uerbis exprimens, spectatores ad fletum et lacrymas concitauerit.

Fuit Callipedes gesticularius et tragœdiarum histrio inter græcos clarus, qua in re plurimum se mirabatur. Itaque ubi Agesilao regi occurrisset, arrogantius eum salutauit, subinde illi se ostentans, arbitratus fore ut comiter à rege exciperetur. Verum quum serijs rex intenderet, nec animaduerneret ad Callipedem, Non admodum, inquit, nosse me uideris, ô rex. Tum subridens Agesilao: At non, inquit, Callipedes ille dicelias est id est minus Spartanorum uocabulo. Quibus uerbis ludionum tumorem retudit. Fuit autem Callipedes adeo gestuosus, ut Simia gesticulosiorem Græci eum dixerint. Quamobrem pronuntiatio illa tam elegans et arguta, reddebat hominem tardio rem.

Roscius Gallus comædus fuit ut omnium peritissimus, ita et notissimus, qui gestus et pronuntiationis exercitatione conuenit præstantie, ut si quempiam in arte sua perfectum uelimus dicere, eum uocemus uelut Roscium in scena. Persona primus usus est in scena, quod obliquus esset oculis turpique aspectu. Scripsit librum, quo histrioniam comparauit eloquentiæ. Cicero grauisima oratione populum obiurgauit,

quod agente Roscio tumultum mouisset. Idè li. 2. de Oratore: Quam soleo, inquit, sepe mirari eorum impudentiam, qui agunt in scena gestum spectantem Roscio. Quis enim se commouere potest, cuius uitia ille non aduertat? Porro autem fuit Roscius L. Syllæ adeo charus, ut anulo aureo ab eodem Dictatore donatus sit. Tanta præterea tum gratia, tum gloria, ut mercedem diurnam de publico mille denarios sine gregalibus acceperit. Horatius de eo scribit: Clament perijisse pudorè Cuncti penè patres, ea cum reprehendere coner, Quæ grauis Aesopus, quæ doctus Roscius egit. Macro. li. 3. ca. 7.

Aesopus fuit tragœlus amicus Ciceronis, qui ex histrionia tantas opes sibi comparauit, ut patinam haberet sexcentis sestertijs taxatam, filiumque reliquerit adeo diuitem et prodigum, ut uniones acetoli que sacros cœnis apponeret. Plinius ait patrem posuisse in patina aues cantu aliquo aut humano sermone uocales, millibus sex singulas coemptas, nulla alia inducitur sua uitate, nisi ut in his imitationem hominum manderet, dignus prorsus filio, à quo deuoratas diximus margaritas.

Dion Cassius prodit, Neruam Cocceium gladiatoribus theatris nimisque et saltatoribus maxime oblectatum, e quibus unum præ cæteris (cui nomen erat Phylades) dilexerit. Fuit hic Pylades histrionica clarus. Hylam discipulum usque ad æqualitatis contentionem eruditione prouexit. De utroque abundè meminit Macrobius libro secundò Saturnaliu. Augustus Cæsar, autore Træquillo, Hylam Pantomimum in antro domus suæ nemine excluso flagellis uerberauit, prætoris licentiæ Histrionis culpate. Pyladem quoque urbe atque Italia summouit, quod spectatorem (à quo exhibebatur) dem-

mon

monstrasset digito, conspicuumque fecisset.

Stephanio etiam nomen est histrionis, quem Suetonius Togarium uocat, quod primus togatus saltauerit fabulas, dicente Plinio: Minus miror Stephanionem, qui primus togatus saltare instituit. Hunc Augustus per bina theatra uirgis caesum relegauit, quod circumtonsam in puerilem habitum matronam ei ministraffe comperisset.

Rubrius apud Plinium histrio dicitur, cui L. Plancus cognomen imposuit.

Paris histrio, libertus fuit Domitiae, Neronis amicæ, qui solitus erat luxus Nero in intendere tempore cœnæ, cuiusque animum demulcere: autore Cor. Tacito. de hoc intelligit Iuena. Esurit, intactam Paridi nisi uendit Agauen, etc. Tranquillus ait eum à Nerone occisum, quasi graue aduersariu. Idem scribit Domitianu repudiasse uxorem, Paridis histrionis amore perditam.

Fauo fuit Archimimus, qui in funere Vespasiani imperatoris personam eius tulit, uirque (ut moris erat) facta et dicta imitatus est. Interrogatis itaque ab eo procuratoribus, exequiarum quantum constaret funus: ut audiuit, sestertium centies, exclamauit, centum sibi sestertia darent, ac se uel in Tyberim proijcerent. Quibus uerbis taxabat imperatoris auaritiã, qui indignaretur tantam impensam in funere suo factam fuisse.

Spinter fuit histrio, à cuius nomine uocatus est Lentulus Spinter, quod eius similitudinem referret maxime.

Castor et Docilis histrionum sunt nomina apud Horatium in epistolis scribentem: Ambigitur quid enim Castor sciat an Docilis plus.

Genesis Arelatensis patria, mimus fuit apud Domitianum, qui Christianos turpissimis gestibus irridebat. Tandem et

ipse sub imperatore passus est.

LVDORVM DIVERSA genera.

A Stragulas latine Talus ludus, ex ossiculorum pedis coniunctura, quibus Apollonius in Argonauticis puerum Cupidinem ludentem ponit. Volaterranus ait Germanos et Transpadanos hunc adhuc ludum obseruare. Homerus scripsit Epehora lapsu scalarum exanimatum esse, quum fregisset Astragalon, id est, iuguli coniecturam.

Ludus pileæ repertus est ab Anagali puella Cereyrea, uel à Pytho quodam secundum Pliniu, aut Lydis secundum Herodotum. Vocatur aliter Sphæristerium. Tranquillus in Flauio Vespasiano: Vale tudine prospera usus est, quamuis ad tuendam eam nihil amplius quam fauces cæteraque membra sibimet ad numerum in Sphæristerio defricaret. Pila primum lusit Phæcia iuuentus. De hoc ludo Homerus in Odyssæa locutus est, cuius uersus Latinos fecit Volaterranus: Ille pilam dextra missurus ad astra reflecit Terga retrò, rursumque ad magnum protinus ictum Confurgens terram pro cumbit pronus ad imam.

Est et Ludus Latronum, seu Latronculorum, de quo Mart. Insidiorum si ludis bella latronum, Gemmeus iste tibi miles, et hostis erit. Seneca: Latronculis ludimus. Volaterranus ait Magiolimum Florentinum fuisse in eo ludo adeo exercitatum, ut memoriter per alium luderet, minime respiciens, aduersario tamen diligenter aduertente.

Alex Palamedes reperit in castris Græcorum contra Troianos, dum esset in ocio. Lusoria tabula uocatur Phimum, seu Aleatorium. Alex tessera duodecim habet

ll 3 puncta.

puncta. *Martial.* Hic tibi bisseño numerata tessera pūcto, Calculus hic gemino discolor hoste perit. Aleatorium etiā quādoq; pro alea ludo sumitur. *Sidonius:* Atque illic Aleatorū lassus cōsumpto Sphaeristerio fatiat. Qui alea ludunt, uocantur Aleatores, & Aleones. *Catullus:* Nisi impudicus & uorax & aleo. *Suetonius* scribit, *Domitianum* imperatorem (quoties ocium esset) alea se oblectasse. Alea Romanis legibus erat uetita. *Horatius:* Seu maus uetita legibus alea. Hinc *Cicero* Lenticulum collusorem *Antonij*, de alea condemnatum fuisse scribit. Quum autē Alea dicatur omnis ludus in uarietate fortunæ consistens, factum est, ut pro periculo periculiq; dubitatione accipiatur. *Lucanus:* Placet alea fati Alterutrū mensura caput. *Linus:* In dubiam imperij seruitijq; aleam imus. *Cæsar* dubitans an traiecturus esset copias ultra *Rubiconem* aduersus *Pompeium*, tandem relicta cūctatione, Eatur (inquit) quō deorū ostenta & inimicorū iniquitas uocat, iacta est alea. *Petronius* Arbiter tradit *Cæsarē* dixisse: Iudice *Fortuna* cadat alea. Aleam iacere ille dicitur, qui se periculis *Fortunæ*q; cōmittit. Dicimus ludere aleam, et alea. *Trāquillus* in *Augusto:* Aliquando ut uincat, ludit assidue aleam.

Turricula seu *Fritillus*, id est, quod apud *Græcos* *Pyrgus* dicitur. Erat enim uasculum in modum turriculæ, quo incluse tesserae iactabātur ad tollendā ludētis fraudem. *Martialis:* Querit composita manus improba mittere talos, Si per me m. si, nil nisi uota facit. *Fritillus* autem dicitur tabula lusoria, quo tesserae coniecta agitantur; mittuntur in alueolum. *Iuu. Saty. 14.* Paruoq; exad mouet arma fit illo *Mari.* *Dum* *biada* uagus alea december, *Inceris* sonat

hinc & hinc fertillis. *Mart. li. 13.* Hæc mihi charta nuces, hæc est mihi charta fritillus.

Ludere par impar moris fuit antiquior, quod illo carmine *Horatiano* cōstat: Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Ludere nucibus nostri temporis pueruli ab antiquis didicerunt. Nam & maior res hoc usos fuisse ludo, docet illud *Perstianum:* Et nucibus facimus quæcūq; relictis, Quum sapimus paruos. Nuces autem relinquere, est omnis studij et nugis puerilibus ad grauiora magisq; seria conuerti. Hinc etiam orta illæ dicendi figura. Nunquam a nucibus recedere, Redire ad nuces, Nuces obijcere, Nuces intermittere, Nucibus indulgere, Nuces repetere.

Chartarum, Sortium, ac *Diuinationis* ludi a perditis hominibus inuenti sunt, qui quamuis nostro quoq; seculo damnentur adeo, ut piaculum uideatur, illis tamen adhuc luditur.

Sortiri digitis ludus fuit *Italorum*, maxime *pastorū*, ut repente porrectis digitis uterq; numerū diuinet. *Mantuanus* *Ecolg.* 1. Sortiri digitis res iucunda uoluptas, Magna prius tanti dum mens erat inscia morbi. Simile est illud: Micare digitis. *Cice. lib.* 2. de *Diuinatione:* Quid est enim fors? Idē propemodū, quod micare, quod talos iacere, quod tesseras. *M. Varro:* Micandum erit cum *Græco*, utrum ego illius numerum, an ille meum sequatur. *Nemestanus:* Digitos iactare micantes. Vnde natum adagium, Dignus quo cum in tenebris mices, id est, cui securē credas, & iniurato fidē habeam. Is enim quo cum in tenebris micamus, potest nos fallere, si uelit.

Porro autem ueterū monumentis proditur, summos uiros, & multa laude præstigui, lusu non abstinuisse. Nam *Herculem*

illum

illum portentorum domitorem, *Iouis* & *Alcmena* filium, ferunt, cum puerulus sepius collusisse, eoq; modo curas animi remisisse. Ab *Alcibiade* quādoq; deprehensus est *Socrates*, cum *Lampocle* infantulo colludens. *Agefilaus* cum filio arundinem interdum equitabat, qui puerulis mos est, alludente *Horatio:* Ludere par impar, equitare in arundine longa. *Tarentinus*, *Archytas* cum pueris de famulicio lusus agitabat, hisq; oblectabatur plurimum, dum ageret conuiuia. *Volaterranus* ait *Cosmum* *Medicem* iam senem, & patriæ principem, nepotibus paruus collusisse, et ex his cuidam auenam in medio foro aptasse.

SPECTACULORVM

uaria nomina.

Actia ludi fuerunt quinquenales, instituti apud *Æliū* *Epyri* promontoriū ab *Augusto*, post *Antonium* & *Cleopatram* superatos, in honorem *Apollinis* *Æliaci*.

Acæcia fiebant de *Acæco* apud *Aeginā*. *Bubeticæ* ludi fuerunt a bobus appellati, quoniam a ueteribus gratia bouum instituti sunt. Vocantur etiam *Poalia*.

Circenses ludi qui fiebant in circo, ubi loca erāt, et *subsellia* equitibus patribusq; designata. *Primus* circum designauit *Tarquinius* *Priscus*. *Spectaculum* faciebant equi, pugilesq; ex *Ethruia* maxime acciti. De his *Trāquillus* in *Cæsare:* *Circensibus*, inquit, spacio circi ab utraq; parte producto in gyrum, *Eurippo* addito, quadrigas, bigas, et equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. *Troiam* ludit turma duplex maiorum & minorū puerorum. *Troia* autem erat equestre simulachrum, seu umbratica equitum pugna, in qua equi in orbese inuicem petebant. Huius ludi originem *Verg. lib. 5.* describit.

Dionysia fiebant in honorem *Bacchi*, ubi maxima bibendi licentia permittebatur. His intererāt *populus*, et *Athletæ* passim coronati. Omnium certaminum præcipua quatuor fuerunt genera, *Olympia*, *Pythia*, *Nemæa*, *Isthmia*: quorum præmia erāt *Oleaster*, *laurus*, *apiū*, *pinus*. Fiebant que in honorem *Pelopis*, *Apollinis*, *Archemori*, et *Palemōis*. Aliqui ad *Iouē* et *Neptunum* *Olympia* & *Isthmia* referunt. Vnde *Stat. li. 1.* *Theb.* Non aliter quā *Pisæo* sua lustra tonanti Quam redeunt.

Gladiatorij instituti sunt ad exercendā armis iuuentutem, ut iuuenes ipsi (si quando res postularēt) assuescerent non expauescere congressum hostilem.

Iuuenalium uocabulo *Cor.* *Tacitus* scribit *Neronē* instituisse ludos, in quibus non nobilitas ulla, non ætas, aut acti honores erant impedimento, quō minus *Græci* *Latiniq;* *histriones* artem exercerent usq; ad gestus modosq; parum uiriles. Quin et fecimæ illustres deformia meditabantur. *Fieri* quoq; iussit conuenticula, & *cauponas*, ubi posita erāt irritamenta *luxus*, unde corruptis moribus accessit *libidini* colluuiēs post natos homines longē maxima.

Marathoneæ ob taurū a *Theseo* interfectum, ubi *phiale* argentea dabatur præmium. *Thebis* etiā fiebant *Heracles*. *Oenomaus* primus apud *Elidē* ludorū spectaculum, equorūq; cursum elidit. Apud *Romanos* *Romulus* in *Sabinarū* raptu. Vnde *Ouius:* *Primos* sollicitos fecisti *Romule* ludos. Ad certamina *Gymnica* non admittebantur *fæmina*. Vnde *Statius:* *Exclusæq;* expectant præmia matres. In ludis illis certabatur quinque generibus, *Disco*, *Hasta*, *Salu*, *iaculatione*, *Luctatione*. Qui in omnibus uincibat, uocabatur *Penthalus*.

Nemæa fiebant in honorem Archemori Lycurgi regis Thracum filij, quem ab Hypsihile nutrice in herba relictum serpens interfecerat.

Olympia ludos in honorem Iouis constituit Hercules apud Elið et Pisam, Græcie oppida, ubi Gymnicum certamen fiebat quinto quoque anno. In his qui dimicabat, uocabatur Olympionices. Hic Hercules stadiū fecit tantò cæteris maius, quantò mensura pedis eius cæteris præpollebat.

Plebeiij instituti sunt exactis regibus pro libertate plebis, quos postea L. Sylla instituit.

Pythia uocabantur ludi Apollinares, instituti in honorem Apollinis post interfectum Pythona serpentem. Horat. Qui Pythia cantat Tibicen, didicit prius, extimuitque magistrum Sabellicus.

Scenici ludi dicuntur à scena, in qua celebrabantur à theatricis actoribus. Instituti sunt ob pestilentiam, accitis ex Hetruria ludionibus ad tibicinis modos saltantibus. Ludi scenici fiebant in theatris. Venationes et Gladiatorij in Amphitheatris. Ludicros et Scenicos actores Censoria damnauit nota, ut improbos mente et nibili homines.

Seculares ludi in honorem Apollinis & Diane instituti, fiebant ceterisimo quoque anno, præcone per compita clamante: Venite ad ludos, quos nemo mortalium uidit, neque uisurus est. Hos instituisse fertur Val. Publicola propter exactos reges. Celebrauit Philippus Imp. anno post urbem conditam millesimo. In quibus fuerunt Elephantii 30. Alces 10. Tygres 10. Leones mansueti 40. Leopardi mansueti 30. Hyæne 10. Gladiatorum fiscalium paria mille. Hippotamus quoque, Rhinoceros, Arcoleontes, Camelopardi, Onagri, & Equi feri.

Turij ludi fiebant in honorem deorum inferorum.

Venationes erant spectacula, in quibus posita in theatro feræ, ut Tygres, Elephantii, & Leones Gladiatoribus congregiebantur usque ad mortem et casum alterutius partis. Venationes editæ per dies quingentis, ac nouissime pugna diuisa in duas acies, quingentis pedibus, Elephantis uicenis, tricenis equitibus hinc & inde commissis. In uenationibus et Gladiatorijs soli conducti, aut damnati et ambitiosi ad ostentationem suarum uirium adhibebantur, quoniam maximum uitæ discrimen imminabat.

SPECTACULA VARIJ GENERIS A DIVER- SIS EDITA.

Spectacula uarij generis edita sunt à diuersis principibus. Cæsar inhiuit munus Gladiatorium. Ludos etiam regionalim urbe tota & per omnium linguarum histriones. Item Circenses Athletas. Naumachiam in foro depugnauit. Furius Lepidus stirpe prætoris, & Q. Calpurnius senator quondam actorque causarum Pyrrhicam saltauerunt. Venationes edidit per dies quingentis, sublatis metis, quo latius dimicaretur. Athletæ currebant per triduum. Defossus est in monte Cælio lacus ad nauale prælium, in quo biremes, ac triremes Tyrie, & Aegyptiæ classis magno pugnatum numero confixerunt. Ad quæ spectacula tantum confluit hominum, ut præturba elisi, et exanimati sint plurimi, & in his duo senatores.

De spectaculo Augusti sic scribit Tranquillus: Spectaculorum assiduitate & magnificentia omnes antecessit. Fecit nonnumquam uicatin. Athletas quoque extructis in campo sedilibus igneis, Nauale prælium

circa

circa Tyberim. Ad scenicas quoque & gladiatorias operas, equitibus Romanis quadoque usus est. Milites secreuit à populo. Multis è plebe ordinem assignauit. Prætextatus curæ suum, & proximum pedagogis. Fœnibus Gladiatores uidere solum ex superiore loco concessit. Virginitibus Vestalibus locum in theatro separatim contra Prætoris tribunal dedit. Voluit primum subliorum ordinem uacuum senatoribus relinqui. Athletarum spectacula muliebri semo. ut sexum. Athletis primum legia confirmauit. Histrionum licentiam compefcuit. in circo aurigas, cursoresque & confectores ferarum pro luxit. Troiæ ludum frequentissime puerorum delectat. Exhibuit Rhinocerotem apud septem, Tygrum in scena. Anguem quinquaginta cubitorum pro comito. Nullo Græco certantini interfuit, quo non pro merito certantiū quæque honorauerit. Spectauit studiosissime pugiles, maxime Latinos, nec legitimos & ordinarios solum, sed & cateruarios oppidanos, inter angustias uicorum pugnantis temere ac sine arte.

Caligula imp. munera edidit gladiatoria, quibus inseruit cateruas Afrorum, & Campanorum pugilum ex utraque legione electissimorum. Nec spectaculis semper ipse præfedit, sed interdum magistratibus aut amicis præsidem munus iniunxit. Scenicos ludos uarij generis fecit, quosdam nocturnos accensis tota urbe luminibus. Panaria cum obsonio uirum dedit. Aedidit & Circenses plurimos à mane usque ad uesperam, imericula modò Africanarum uenatione, modò Troiæ decursione. Mimio et Chrysoicolla constrauit circum. Hasticos ludos egiit Syracusis, in Gallia Lugduni Miscellos, id est, multijugis ludicris uarijsque ludionibus refertos. Item certamen Græcæ Latini

neque facundia, in quo uictoribus uicti præmia contulerunt, & eorundem laudes componere coacti sunt. Qui autem maxime displicuissent, scripta sua spogia linguæ delere iubebantur, nisi ferulis obiurgari, aut in propinquo flumine mergi maluissent. Idem imp. Nirmillionem rudibus secum dimicantem, & sponte prostratum confodit ferrea sica, & more uictorum cum palma discurrit.

Cæsar Claudius fecit seculares ludos quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tempore reseruatos. Circo maximo marmoreis carceribus auratisque metis exculto, propria Senatoribus constituit loca promiscue spectare solitis, & super quadrigarum certamina, Troiæ ludum exhibuit. Exhibuit & Thessalos equites, qui tauros per spacia circi agebant, insiliebantque de fessos & ad terram cornibus detrahebant. Item Pantheras, quas conficiebat equitum Prætorianorum turma ducibus tribunis.

Nero edidit Iuuenales, Circenses, & Scenicos ludos. item Gladiatorum munus Iuuenalibus senes quoque consulares, anusque matronas recepit ad ludum. Circensibus loca equiti secreta cæteris. Exhibuit et Camelorum quadrigas. Ludos pro æternitate imperij susceptos appellari maximos uoluit, in quibus plerique ex utroque ordine & sexu partes ludicras sustinuerunt. Nouissimus eques Rom. per Catastrom decurrit insidens elephanto. Fabulam Afranij togatam, incendium nomine (quo Troiæ ruina continebatur) indixit, concessitque sententiis, ut ardentis domus supellestem diriperent, ac sibi haberent. Sparsit & misilia omnium rerum, id est, uarij generis munera, quæ erant occupantium. Singula quotidie milia alium cuiusque generis. Exhibuit etiam ad ferrum quadringentos senatores, sexcenta

tosq; equites Rom. ad cōficiendas feras in arena. Item Naumachia aqua ex mari proximo inducta, in qua inbabat beluæ. Item, Pyrrhicas saltationes per ephebos, quibus peracta opera, diplomata & priuilegia ciuitatis Romanæ singulis obtulit. Fecit etiã ut taurus Pasiphaen in ligneo iuuenca simulachro abditam iniret, quod multi spectantiu crediderunt. Instituit & quinquennale certamen more Græco triplex, musicum, Gymnicum, equestre.

Domitianus spectacula edidit magnifica et sumptuosa in Amphitheatro, et circo, ubi præter bigarũ & quadrigarũ cursus duplex etiã comisit præliũ equestre, ac pedestre, & in Amphitheatro nauale quoque, Venationes, et Gladiatores exhibuit, noctibus etiam ad lychnos. Pugnas præterea nõ uirorũ modò, sed et sceminarũ. Toto Gladiatoriũ spectaculi tẽpore, habuit ante pedes suos puerulum coccinatũ, portentofo paruõq; capite, cum quo plurimũ fabulabatur. Edidit nauales pugnas effosso circa Tyberim lacu, quas inter maximos imbres spectauit. Fecit & ludos seculares. Instituit quinquennale certamen Capitolino Ioui triplex, Musicũ, equestre, & Gymnicũ. Fecit certamẽ Græci, Latiniq; sermonis. Celebrauit & in Albano monte quotannis quinquatria Mineruæ.

Adrianus Imper. fabularum recitationẽ omnis generis in theatro ad scenam et Orchestrã dedit. Histriones aulicos publicauit. In Circo multas feras & sepe centum leones interfecit.

Antonius Pius munera edidit, in quibus Elephanti, Procure, Rhinoceros, Crocodili, Hippotami, & omnia ex omni terrarum orbe animalia, etiam Tygres fere. In munere publico tam magnanimus fuit, ut

centum leones una missione simul exhiberet sagittis interfectis.

Gordianus Imp. 12 populo Romano spectacula per singulos 12. dies dedit, ita ut gladiatorum nonnunquã quingenta paria et nunquã minus centum quinquaginta ferarum Lybicas uno die, quãdoque mille edidit. Erat ei sylua, in qua habuit ceruos ducentos, Britannos equos feros 30. Oues ferarum albas mille. Decem aureas capreas, quas inaurari fecerat. Strationes Mauros miniatos 300. Onagros 30. Apros 150. Ibices 200. Damas 200. Quæ omnia populo diripienda concessit, die muneris, quod sextum edebat.

Philippus Arabs Imp. seculares ludos & munera edidit Circensia. In quibus dati sunt Elephanti 32. Tygres 20. Leones mansueti 60. Hiene c. Gladiatorum fiscalium paria mille. Rhinoceros unus. Archoleontes 10. Camelopardali x. Equi feri 40. Leopardi mansueti 30.

Helioabalus quaternos canes ad currũ iunxit, eoq; modo uectatus est. Idem iunctis quaternis ceruis in publicũ processit. Sed & leones coniunxit, se Cybelem appellã. Iunxit & Tygres, se Librum patrem uocans. Iunxit etiam quaternas mulieres, nudasq; à nudis uectus est.

Firmus imperator uectus est ingentibus Strutionibus, adeo ut magis uolare, quã gestari uideretur.

A T H L E T A R U M uaria genera.

Athletæ dicuntur pugiles et luctatores, aliter Pancratiaistæ, à Pancratio ludo gymnico, de quo Propertius: Et patitur duro uulnere Pancratio. Gellius ait unum ex liberis Diagonæ Rhodij fuisse Pancratiaistem. Athletarum nomine dicebantur, qui mani-

manibus pedibusq; quasi omni ope, omnibusq; (ut dicitur) unguiculis connixi certabant.

Palestricæ uocantur etiã à palestra lustratione, de qua Verg. lib. 6 Aen. Pars in gramineis exercent membra palestris.

Palestrici item dicuntur, qui motus gestusq; formã, ut in palestra brachia recta sint, nec indoctæ rusticæ ue manus, ne qua in proferendis pedibus inscitia, ne caput oculiq; ab alia corporis parte disideant. Hæc ars Chironomia dicitur, quam ueteres ingenuis liberis necessariam putauerunt, uideturq; nonnihil ad histrioniã spectare, & oratoriã.

A palestrihano qui non didicerunt, uocantur, quod motu flexuq; corporis, ac omni habitu nullam omnino uenustatem leporemq; præ se ferant.

Pistæ in Gymnicis artificib; sunt etiã, id est, pugiles: & Dromeis, id est, cursores, quales à Vergilio ponuntur li. 5. ubi ad patris Anchisæ iunulũ exequiales celebrat ludos. Sunt & alia permulta Athletarum genera, ut:

Discopoli, qui discum in sublime iaculantur, qui frequens erat antiquis ludus.

Haltici qui cursus pernicitate contendunt, qualis Vergilianus ille pedibus longè melior Lycus.

De antiqua puerorum instructione Plantus: Ante solem (inquit) exorientẽ nisi in palestram ueneras gymnasiũ, profectò hanc mediocres poenas penderes. Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugilatu, salientose se exercebant magis, quã scorto. Sed hæc fuerunt Græcorum exercitia, quibus non utebantur Romani.

Gymnici Agones dicebantur, in quib;

nudis exercebantur Athletæ, quos in Arcadia primus reperit Lycaon.

Gymnasia hinc uocantur exercitij loca, quæ à corporis ad animarũ exercitia profecta traducta sunt. Athenis tria fuerunt Gymnasia, Lyceum, Academia, Cynosarges. Fuit Lyceum Aristotelis schola, Academia Platonis. Apud Cynosarges pueri exercebantur, quinec à patre, nec à matre ciuitatis ius habebant. Porro moris erat, ut luctaturi ceromate, id est, oleo cerato perfunderentur: quos qui ungebant, uocabantur Ceromatistæ. Vnde Lucanus: liquidam uocat palestram lib. 9 dicens: Arcados autoris citharæ, liquidæq; palestræ.

Vnctã. Stat. li. 6 Theb. Ante alios erat unctã Pales. Eadem ratione madidã oleo palestrã uocat Calentius. Post unctionem demum inspergebantur puluere, ut corpora ceromate & sudore lubrica mutuas luctatũ prebensiones admitterent. Hinc factus pro uerbo locus, Circa pulueris tactũ ubi dicimus rem aliquã sine discrimine et labore partam. Puluus ille uocatur Aphe. Ceterum ubi Fabius lib. 2 instit. ait bonum esse, ut futurus orator Palestricis det operam, nõ de his loquebatur, quibus pars uitæ in oleo cõsumebatur, sed de illis Chironomia, quæ est formandorũ gestũ ac motũ norma, quã ab Athletica palestra multũ distare constat. Palestræ tamẽ appellatio ne rem athleticam omnem complectimur.

Pugilatus (qui Græcè Pygmen dicitur) cæsibus fiebat. Cuiusmodi fuit illis Daretis in Entellum concertatio apud Virgil. Qui saltu certabat, plumbeis quibusdã pilis et massulis (Halteres Græci uocant) utebantur, quibus utraq; manu se librabant. Hoc adhuc nostri temporis faciunt Histriones sũ-

nambuli, qui ne corporis mole in hanc uel illam partem rapiantur, præpilatis perticis uellationem impediunt. De his intelligit Iuuenal. Et lassata manu crediderunt Brachia missa.

Cursorum alij Stadiodromi uocabantur, qui stadium percurrerant, & quiescebant in limite. Alij Diaulodromi, qui peracta meta eò demum reuertebantur, unde cursum interant. Dolichodromi dicebantur, qui sexies stadium curriculo obibant. Inter athletes etiam erant Acrochiristæ, qui summis inter se manibus depugnabant, nullo complexu hærentes. Qui quinque certabant generibus, Lucta, Pugilatu, Saltu, Cursu, & Pancratio, Pentathli uocabantur. Xystici, qui per hyemem exercebantur in porticu. Nam Xystos latam porticum significat. Sciamachi dicebantur, qui sub teclis umbratiliem pugnam fugebant, non ueram, quæ fiebat in sole & puluere, qualis est Lanistarum pugna, qui digladiandi artem profitentur, quinque numeros omnes impetendi, cadendi, inferendiq; & uitandi uulnera, atq; etiam ubi punctum, cæsimq; ferendum sit, discipulos docent, ut si quando in puluerem prodeundum sit, & uulnerificum certamen, tutentur se melius, & inimicos inuadant cautius. Panis quo utebantur athletes, dicebatur Colyphium.

ATHLETARUM AC PV- giles præclari.

Nunc ad eorum nomina ueniendum est, qui uel unico palæstræ genere, aut multis clari extiterunt.

Ouidius lib. 5. Meta. facit Brotheam & Ammonem pugiles cæstibus claros, ubi ait: Hinc gemini fratres Brotheasq; & cæstibus Ammon Inuicti, uincti si possent cæstibus enses.

Ex duobus Tyndaridis alter fuit equitatu clarus, alter pugilatu. Idem Ouid. lib. 8. Tyndarida gemini præstantes cæstibus alter, Alter equo. Idem alibi: Tyndaride fratres, bic eques, ille pugil.

Fuit Amyllus Bebrycorum rex, filius Neptuni, cæstibus clarus, quibus interficiebat. Hunc occidit Pollux. Sidonius: Sparta Terapnæa pugilæ cum Gymnade pinguem Stratum Bebrycis Amycum suspexit arenis. Val. Flac. lib. 4. Argon.

Cæstibus ergo ualuerunt Amycus & Polluce interfectus, Butes Amyci filius, & Eryx quem Hercules dedit morti.

Butes Amyci filius, & Eryx Bute, illius fratres fuerunt pugiles. Bute Dares interfecit. Eryx magister fuit Entelli, cuius cæstus Entellus ipse in Daretæ certaturus protulit. Feriur etiam Eryx in Herculem certasse, uictusq; succubuisse. De utroq; Virgil. libro quinto, Victorem Bute immmani corpore, qui se Bebrycia ueniens Amyci de gente ferebat, Perculit, & sulca moribundum extendit arena. Idem: Vbi nunc nobis deus ille magister Nequicquam memoratus Eryx?

Eutimus Pyctes fuit patria Locrensis, qui saxum miræ magnitudinis ad Locrensiem portas humeris uexit, ut iam diximus.

Nesior (ut est apud Homerum) quæ adhuc iuuenis esset, uicit pugnis Clytomedeæ, lucta Ancaum, Iphyclum pedum uelocitate, Phylea & Polydorum iaculatione.

Agessidamus Locrensis fuit Olympionica, quem ab inimico prope uinctum, quum unxisset ilas socius, acrior ad confictum rediens euasit uictor. In cuius laudem Pyndarus scripsit hymnum.

Fuit & Agegeas Syracusanus, Sostrati filius, nobilis Olympionica.

Archias

Archias Hyblæus fuit præco, qui tres ordine uicit Olympiadas, & Pythica, statua cum Epigrammate ob uirginitatem illam decoratus.

Asbilius Olympionices fuit Crotoniata, ter in Olympia continua serie uictor, quem perpetua uirginitate fuisse prædictum ferunt.

Autolycus nobilis fuit Pancratiastes, cui statua posita est in Prytaneo: id erat locus Athenis in arce dignissimus, ubi iudices de negotijs reipub. pertractabant.

Cleomedes athleta Astypalensis genere. De cuius robore iam diximus in capite de uiris prodigioso robore.

Cleomachus fuit pugil Magnesium, de quo nihil reperitur, præterquam quod in cuiusdam Cinædi, & ancillæ amorem incidens, corruptissimis euasit moribus.

Clitomachum Palæstritæ non tam commendat uires, quam pudicitia: quod etiam coeuntes canes sine horrore non posset aspicere, aut in conuiujs aliquid impudicum permittere. Aelianus apud Volat.

Corcebus patria Eliensis, primus cursor uicit in prima Olympiade.

Democratem aibletam, sacro in palæstra circulo, dimouere nemo poterat.

Ferunt, Demarchum Parrhasium Olympionicam gustatis pueri (qui immolabantur) extis, in lupum fuisse commutatum. Decimo demum post anno pristinae formæ restitutum.

Diagoras Rhodius, uictor in Olympia, quum eodem die tres filios uictores coronari uisisset, expirauit gaudio. autor Gellius.

Epitherses Metrodori filius, uicit in quatuor certaminibus.

Ido Tarætimo palæstritæ tanta fuit glo-

ria libido, ut toto uite tempore castus uixerit, ne Venereo concubitu corpus eneruaret, fieretq; propterea inuictior ad certamen.

Ergoteli athleta Cretensi Pindarus hymnum consecrauit ob eximia uires. Cursor uicit in Olympia.

Hypenus athleta primus diaulo uicit. Marullus fuit athleta, qui relicta postmodum palæstra ludum Romæ aperuit, fuitq; Latini sermonis exactor diligentissimus.

De Milone Crotoniata, prodigiosisq; eius uiribus, & stolidâ temeritate iam diximus.

Nicedorus Mantineus Pyctes ab adolescentia totum se palæstræ deuouit, ubi maximam promeruit laudem. Factus senior, cepit philosophari, legibusq; & institutis consulere.

Polydamas Pancratiastes leonem occidit incernis, taurum appreheso pede retinuit, insiluit in equos auigis deiecit, agitato miro impetu detinuit currus: saxo ad extremum in cauerna oppressus est, dum eius ruinae sese satisfacere posse consideret.

Theagenes patria Thasius 140 coronas è certaminibus retulit uictor.

Androgeus Minois regis Cretæ filius, quum omnes palæstra superaret, ab Atheniensibus & Megaresibus, hanc ei gloriam inuidentibus, interfectus est. Cuius mortem Minos pater ultus est bello. Tort.

Autus gigas Libycus, & egregius luctator, ausus est cum Hercule in certamine descendere: cui quum Terra mater uires tactu augetet, contractis in aere membris & faucibus, & ab ipso Hercule iugulatus est. Hanc eorum luctam describit Politianus hoc modo: Incaluere animis dura certare palæstra,

Neptuni quondam filius, atq; Ionis.
Non certamina erat operoso ex ære lebetes,

¶ Sed qui nec vitam, nec ferat interitum.
ecidit Antreus, Iouenatum uincere fas est,
Etiq; magistra Pales Græcia, non Lybis.

Pythodemus luctator fuit egregius, cuius statuam fecit Dynomedes. Plinius.

Daretē Vergiliū finxit fuisse nescio quē iactanticulum, suisq; uiribus immodicē fi dentem, qui in ludis illis (quos ad Anchisæ tumulum celebrabat Aeneas) quum sibi nimium blandiretur, ut unumquenq; magnifico sermone lacefferet, ad extremum coegit Entellum, quamuis capularem, & prope uiribus effecit, cæstus arripere. A quo magna nominis infamia superatus, prope semianimis in castra suorū relatus sit. Vnde natum adagium Hieronymo positum, Dares Entellum provocat.

Corycus luctator, quum neminem reperiret priorem, aut parem, cuiusq; uiribus succumberet, etiam adagio sequenti fecit locum, Luctari cum Coryco, de his qui aliquid supra uires moliantur.

Patrobis libertus Neronis, tanto palæstræ studio tenebatur, ut arenam à Nilo usq; iuberet sibi afferri in theatrum, qua spargeretur. Plin. cap. 12. lib. 25.

De Hyla, Phegeo, et Lyco Ausonius ad hunc modum scribit: Doctus Hyla cæstu, Phegeus catus arte palæstræ, Clarus Olympiacis est Lycus in stadijs, &c.

Aegles Olympionica dum in sacro certamine sortitio inter ipsos & aduersarios non bona fide fieret, repente (quum prius esset mutus) in eum qui id faciebat, sese uiderere quid faceret, magnum in clamauit, orisq; uinculo solutus, rectè postea semper locutus est. Gell. us.

Fuit Glaucus Carystius Pythes corona- tus 25 Olympiade, quem Pythia ter uicisse ferunt, isthmia decies. Is in agro colendo uomerē (qui ab aratro casu exciderat)

manu loco mallet in suum locum restituit. Ductus postea à patre in Olympiam, quū ab aduersarijs conficeretur plagis, & iam succumbens deficeret, in clamauit pro- liens pater, Percute qua aratrum. Quo ille stimulo cōcitatus, irruensq; uiolentius, uelut impetu capto, aduersarium uicit, statuamq; meruit. Cæl. cap. 28. lib. 6.

Fuit Eurymadas Pythes Cyrenæus patria, qui aduersarijs plagarum ui & frequentia dentes se penumero excutibat.

Ferunt Heraclidem fuisse pugilem, infirmiti prope cibi potusq; capaxem. Non reperiatur illi par in potandem. Alios ad ientaculum inuitabat, alios ad prandium, ad coenam alios, postremos ad commessionem. Recedentibus primis iungebantur secundi, omnibusq; sufficiebat solus. Cælius lib. 16. cap. 15.

Lachus Epidamius fuit Pythes, quem Cleomedes Astypalensis ictu pugni interfecit, ac demum interfecti lateribus aper- tis, intestina exeruit.

Ischomachus Crotoniates uictor fuit in stadio, quo tempore M. Valerius, & P. Posthumus Tubertus consules Romæ creati sunt.

Topsius luctator fuit egregius, Dionis Alexandri frater.

Buthus athleta uicit in Pythijs ludis. Idem bouem integrum uno die deuorauit, quod de Milone Crotoniata dicitur.

Starcatherum Saxo Grammaticus pro- dit athletā fuisse, qui nulli mortalium suo tempore uiribus & uirtute cesserit. De cuius præclaris facinoribus multa com- morat.

Hama apud Saxones Gymnicis palmis clarissimus habitus est, adeo ut magno mi- litaris populi tripudio ductus sit ad consili- um,

am, & Starcathero inter Danos fortissi- mo, sed capulari oppositus. Quū ergo in cōflictū ambo descēdissent, astarētq; hinc et inde numerosi spectatores, ut suæ partis uictori gratularētur: Starcatherus primo quidē insultu propter inualidas uires pe- nē resupinatus est. Verum ubi pudore re- sumpsit uires, & se sibi restituit, medium Hamæ corpus dissecut. Saxo lib. 6.

Phailus fuit athleta fortissimus, in cuius honorem Alexander Macedo multas exuias dono Crotoniatis misit.

Cylon fuit Olympionices Atheniensis affectata tyrannidis compertus.

Callias Atheniensis tyranni Pisistrati inimicus, in equorum cursu palmam obtinuit, in quadrigario fuit secundus, in Pythijs primas meruit.

Pyrechmen luctator fuit Aetholus, qui Degmenum Epeum singulari certamine uicit. Herod. lib. 6.

Auenicon fuit pancratiastes ex Anthe done urbe.

Phrynon dux fuit Atheniensium, pancratiastes clarissimus, quem Pyttacus Mitylænæus singulari contendens certamine, rectè sub clypeo latente inuoluit, atque hoc modo superauit.

Glycon nomen est luctatoris fortissimi apud Horat. in epistolis scribentē: Et qua desperes inuicti membra Glyconis, Nudo sacrum noli prohibere chiragra.

In honore defuncti Archemori (qui fuit filius fuit Lycurgi regis Thraci) annui Agones instituti sunt. Stat. li. 6. Thib. quosdam enumerat ex his, qui ibidem certauerunt, quorum hæc sunt nomina, Hippomedon iactu disci prestans, Phlegias, Alcidas Lacon, Capaneus Aetholus, Agyleus, Tyteus, & alij nonnulli.

GLADIATORVM diuersa genera.

Gladiatorum genera sunt Retiarij, Secutores, Mirmillones, Hoplomachi, Thracæ. Horū magistri dicuntur Lanistæ: hi gladiaturam domi exercebant, instituebantq; tyrones, quos uidebat munerarijs. Erant Munerarij spectaculorum exhibitores, qui ludos gladiatorios populo exhibebant, à Græcis dicuntur Agonothetæ. Martialis: Suspecta uelut emptor aut Lanista. Retiarij pugnabat in Mirmillonē, uocabulo à rete deducto, quod sub scuto ferebant, ut inuolueret inimicū. Mirmillones nomē habuerunt à Mirmillonio genere armaturæ Gallicæ, quo utebantur. Retiarij tunica utebantur & fuscina. Iuuenal. Vicit et hoc monstrū tunicati fuscina Gracchi. Suet. Retiarij, inquit, tunicati quinq; numero gregatim dimicantes sine certamine ullo, totidē secutorib. succubuerant: quū occidi iuberentur, unus resumpta fuscina, oēs interemit. Secutor Galea ferebat, & clypeū falcemq; supinā, Retiarium galerū tantū. De hoc Iuuen. Sat. 8. Nec galea frontem abscondit, mouit ecce tridentem, &c.

GLADIATORES PRAECIPUI nominis.

Inter gladiatores praecipui habentur Bithus & Bacchius, qui pares fuerunt arte et pares audacia. Hinc natum adagium, Bithus contra Bacchium: quum duo æqualiter improbi contendunt inter sese. Horatius: Ut non compositi melius cum Bitho Bacchius. Nam quum multos interfecissent, tandem congressi mutuis uulneribus se confoderunt.

Ersenius & Pacidianus gladiatores itidem fuerunt nobilissimi. A quibus natum adagium praecedenti simile, Ersenius

cum Pacidiano. Cicero de perfecto Oratore: A me autem (quo maximis minima conferam) Gladiatorum par nobilissimum inducitur. Aeschines tanquam Erseuius, non spurcus homo, sed doctus & acer. Cum Pacidiano hic componitur, optimus longè post homines natos.

Spartacus gladiator fuit, Thrax genere, magnis uiribus præstans, qui una cum Chryso & Oenomato, effracto Lentuli iudo gladiatorio, Capua erupit cum 70 gladiatoribus. Qui omnes collecto exulū & fugiuorum non paruo exercitu, bellum ingens cōcitarunt, adeo ut miti Cras sum oportuerit, qui perditos eorum conatus reprimeret. Horat. Aemula nec uirtus Capuæ, nec Spartacus acer.

Turbo faciens genituum Turbonis, nomen est gladiatoris apud Horat. lib. 2. Sermon. Corpore maiorem uides Turbonis in armis.

Martianus nomē est gladiatoris apud Plutarchum in Galba.

Idem ait, Spiculum fuisse gladiatorem, quem Romani Neronis status subiectum in foro perdidierint.

Horat. facit Veianium gladiatorem in principio epistolarum, ubi ait: Veianius armis Hercules ad postem fixis latet abditus agro, Ne populum extrema toties exoret arena.

Gracchus nomē est Retiarij apud Iuuen. Sat. 8 scribentem: Nec clypeo Gracchum pugnatem aut falce supina: Damnat enim tales habitus & damnat & odit.

CURSORES uelocissimi.

IN ludis exequialibus (quos in Sicilia ad An. hise tumulū celebrauit Aeneas) stadiocromi, seu decursores in stadio fuerunt

Eurialus, Nysus, Dioces, Salius, Patron, Helymus, & Panopes.

Camilla regina fuit Volsorum, cuius celeritatem describit Vergilius in fine 7 libri, dicens:

Ille uel intactæ segetis per summa noiaret
Gramina, nec tenecis cursu læsisset aristas,
Vel in ire per medium fluctu suspensa tumentis
Feret iter, celeres nec tingeret æquore plantas.

De Achille, Catullus: Nascetur nobis
expers terroris Achilles, Qui persepe uago
uictor certamine cursus Flammea præueriet
celeris uestigia ceruæ.

Bellerophon in peditione contra Chimæra usus est equo Pegasus, sanguine Medusæ nato.

Perseus uerò in Medusam certaturus, accepit à Mercurio talaria et enses, quibus adminiculis ambo per aerem seuebantur. Propert. lib. 2. Non si Pægaieo uertaris in aere dorso: Nec tibi si Persei mouerit ala pedes. Stæon. Ac iuuenē Stenobæa tuum, cui terga uetustas Pennati largitur equi.

Poetæ fabulantur, Dædalū inclusum labyrintho, propter liberatū Theseū, cum iudicium capitis expauesceret, alas sibi cōfinxisse, eoq; remigio periculum euasisse. Verg. lib. 6. Aen. Dædalus (ut fama est) fugiēs Minoia regna, Præpetibus pennis ausus se credere cælo, Insuper iter geli das enatauit ad Arcos.

De Atalanta uenatrice Arcadica Ouid. lib. 10 Metamorphoseos: For sitan audieras aliquem certamine cursus Veloces superasse uiros, non fabula rumor ille fuit: superabat enim, nec dicere potestis, Laude pedum formæ ne bono præstator esset. Statius libro 6 Theb. Quis Mænalie Atalantea desciat egregium decus, & uestigia cunctis indeprenta procis. Hanc enim dicunt certasse cursu in Hippomenem, dum

ab

ab eo in uxorem peteretur. Vnde idem Ouid. Dum talia secum Exigit Hippomenes, cursu uolat alite uirgo: Quæ quanquam Scythica non segnius ire sagitta Aonio uisa est iuueni, tamē ille decoris Mirator magis est, cursus facit ipse decorem, Aura refert ablata citis talaria plantis. Hanc cursus concertationem Sidonius describit, dicens: Emicuit pernix populo trepidante uirago, Nil toto tactura gradu, quum pallidus ille Respiceret medium post se decrescere campum, Et longas ad signa uias stauitq; propinquo Pressus in hostili iam curreret anxius umbra, Donec ad anfractum meta iam iamq; relictus Concita ter passo fregit uestigia pomo.

Mermeros centaurus fuit pedum leuitate præstantissimus. Ouid. lib. 12. Quiq; pedum nuper certamine uicerat omnes Mermeros, accepto tum uulnere tardioribat. De Phædimo et Dimante, Statius libro 6. Theb. Et bis in Isthmica uictor clamatus arena Phædimus, alipedumq; fugam prægressus equorum Antè Dimas.

Claruit Opheltis nauta cursu uelocissimo. Sidonius: Qui uigor in pedibus frustra tibi natus Ophelte Sicantiam tribuit palmam, plantasq; superbas.

Thalus fuit quispiam, quem Iupiter æreis pedibus finxisse dicitur, custodemq; Europæ adhibuisse, ac celeritate ter quotidie Cretam obiuisset. De quo nonnulli uolunt Catullum intellexisse illo carmine: Non custos si ego fingar ille Cretum. quamuis alij ad Dædalum referant.

Philippides c. x. stadia ab Athenis Lacedæmonem biuo cucurrit.

Canistius cursor Lacedæmonius et Philonides Alexandri magni à Sicyone Elin uno die m. c. stadia cucurrerunt.

Iuba apud Plinium testis est, Troglodytarum gentem miræ uelocitatis esse.

Ladas cursor fuit Alexandri uelocissimus. Mart. lib. 2. Quid si per glacialis uias petauri Inuitum iubeas subire Ladam. Petauri autem dicuntur homines agiles, qui se per circulos immittunt, nascunturq; sub Delphine. Idem Mart. lib. 11. Habeas licet alterum pedem Ladæ, Inepte frustra crure ligneo cures.

Atas puer Vipsano consul à meridie ad uesperum 75. millia passuum cucurrit, magna omnium admiratione. Mart. lib. 4. Siue leuem cursu uincere queris Atan.

Philippus Lysimachi frater regem perduceta stadia uelociter pedes comitatus est, quum etiam lorica indutus arma gestaret. autor Curtius lib. 7.

Iphiclus Philaci & Climenes filius tanta fuit corporis agilitate & pedum celeritate, ut curreret super triticeas aristas, nec oblaederet. Demaratus uerò etiam per mare incesisse prodidit. autor Cælius cap. 7. libro 5.

Orto Neptuni filius ex Euryale Minois filia natus fuit, cui cōcessū est, ut super fluctus curreret perinde ac in terra super aristas ferretur, nec eas cōmueret. Higimus.

Mithridates rex Ponti, ad ultimum uitæ tēpus equitabat, iaculabaturq;: & per mille stadia, dispositis per interualla equis una die discurrebat. Currus sex & decem equis agitauit.

De Lycaste Dianæ comite, Clau. Et cursu Zephyris nunquam cessura Lycaste.

Echion Oui. li. 8 Meta. Impiger Eurytion cursuq; inuictus Echion.

Tiberius Nero uehiculis trib. ad Drusum fratrem in Germania ægotantem festinans, ducenta passuum millia emensus est.

Haraldus quidam nonnulla inusitate agilitatis spectacula exhibuit: nam duobus equis in stadium admissis utroque metam prior tenuit. Geminis siquidem bacillis inter currédum innixis, crebris saltibus corpus concitabat. autor Saxo.

PICTORES DIVERSI.

F Vit Phidias initio pictor, pinxitque Clypeum Athenis.

Paneus eius frater pinxit Aegidam Minervae.

Bularchus Magnetum praedium.

Hygiemon primus in pictura marem foeminaeque discreuit.

Eumarus Atheniensis figuras omnes imitari ausus.

Cimon Cleonaeus eius inuenta excoluit, obliquaque imagines invenit, articulis membra distinxit, uenas promit, in ueste rugas et sinus invenit.

Pythis certavit in Timagoram Chalcedensem de praestantia picturae.

Polignotus Thasius primus mulieres lucida ueste pinxit, instituit os adaperire, dentes ostendere, uultum ab antiquo rigore uariare. Pinxit Delphis aedem et Athenis porticum, cuius partem etiam mercede pinxit Mycon.

Mycon alter minor filliam habuit Timaretem pictoricam.

Olympiade xco fuerunt Aglaophon, Cephalodorus, Phrylus, Euenor pater Parrhasij pictoris.

Apollodorus Atheniensis primus species exprimere instituit, primusque gloriam penis illo contulit. Fecit sacerdotem adorantem, et Aiacem fulminatam.

Zeus arte picturae tantas opes sibi comparauit, ut in earum ostentatione Olympiae nomen suum aureis interitum literis o-

stentaret. Postea opera sua donare instituit, ut Alcmenam Agrigentinis, Pana Archelao, quod nullum precium putaret esse illis dignum. Fecit et Penelopen, et Athleia, adeoque sibi in illo placuit, ut uersum scriberet celebrem ex eo, inuisurum aliquem facilius, quam imitaturum. Fecit et magnificum iouem in throno astantibus, Dijs, et Herculem infantem dracones strangulantem, Alcmena matre coram parente, et Amphitrione tanta fuit diligentia, ut Agrigentinis saculus tabulae (quam in templo Iunonis Lacinae dicarent) uirgines eorum nudas inspexerit, et quinque elegerit, ut quod in quaque laudatissimum esset, pictura redderet.

Aequales eius, et amici fuerunt, Timanthes, Androicles, Eupompus. Parrhasius descendit in certamen cum Zeustide: et quam Zeustis detulisset uuas adeo ingeniose pictas, ut ad eas aues deuolarent. Parrhasius linteam attulit, ueritate adeo representata, ut Zeustis alicuius iudicio tumens flagigaret, remoto linteo ostendi sibi picturam, et intellectu errore, palmam concederet: quoniam ipse aues sefellisset, Parrhasius uero se artificem. Idem Zeustis postea pinxit puerum uuas ferentem, ad quas quum deuolassent aues, iratus est operi suo, quod uuas pinxisset melius, quam puerum. Nam si puerum contumasset, aues timere debuerant. Pinxit quoque Helenam et Marsiam religatam. Parrhasius primus Symmetriae picturae dedit, primus argutias uultus, elegantiam capilli, uenustatem oris expressit, et artificum consensione in lineis extremis palmam adeptus est. Vide alta eius opera quam plurima apud Plin. Superatus est tamen a Timante in Atace.

Pinxit Timantes Iphigeniam aris immolantem, parentibus prope lacrymantibus, uelato patris eius uultu, quem dignum non poterat

poterat ostendere. Item Cyclopem dormientem. Alij in hac arte celebres fuerunt, Euxinidas praceptor Aristidis, Eupompus Pamphili, Apellis Pamphilus, qui neminem minoris talento docuit annis decem. Quam mercedem ei dederunt Apelles et Melantius. Clari etiam extiterunt Echion, Terimachus, quos omnes superauit Apelles, uoluminibus editis, quae etiam doctrinam continent. Cedebat tamen Amphioni de dispositione, Asclepiodoro de mensuris. Idem nauigauit Rhodum ad uidentem opera Protogenis pictoris excellentissimi. Apelli autem fuit perpetua consuetudo nullum diem, quibuscumque negotijs occupatum praeterire, quin lineam aliquam duceret, ducendo exerceret artem. Ad eius officinam frequenter uenditabat Alexander, qui etiam edicto uetuit, ne ab alio pingereur. Venerem Cou inceptam moriens reliquit imperfectam, nec repertus est, qui tam egregio operi uellet succedere. Pinxit Alexandrum Magnum fulmigerum in templo Dianae Euphesiae talentis 20. Numerosa insuper opera, quae ponuntur a Plinio.

Aristides Thebanus aequalis fuit Apelli. Primus animum pinxit et sensus omnes expressit. Vnam eius tabulam Attalus rex centum talentis emisse fertur.

Asclepiodorum in Symmetria mirabatur Apelles. Et Mnason tyrannus pro duodecim Deis dedit in singulos Minas tricenas. Idem dedit Theomnesto in singulos heros Minas centenas.

Nicomachus Aristodemi filius, pinxit raptum Proserpinae: item Vlyssam pileatum, Apollinem, Dianam, Deum matrem leoni insidentem, et nobiles uaccas arripentibus Satyris, et Scyllas. Fuit in ea arte omnium uelocissimus. Discipulos ha-

buit Aristidem fratrem, Aristoclem filium, et Philoxenum Eretrium, qui ultimus pinxit praedium Alexandri cum Dario. Item Leosciuam, in qua tres Sileni comessantur.

Nicophanes fuit elegans et concinnus.

Apellis discipulus fuit Perseus.

Aristidi discipuli fuerunt Niceros, et Aristippus, qui pinxit Satyrum cum Scypho coronatum. Aristippi Antorides et Euphranor.

Pyreicus humilia secutus, humilitatis tamen summam adeptus est gloriam. Pinxit tonstrinas, sutrinas, asellos, et obsonia.

Serapion pinxit scenas, et homines pingere non potuit.

Dionysius nihil praeter homines pinxit, unde et Anthropographus dictus est.

Calicles parua quaedam pinxit.

Antiphilus Hestionem, Alexandrum, et Philippum cum Minerva, Liberum patrem, Cadmum, Europen, Gryllum.

Aurelius floruit Romae paulo ante Augustum.

Amulius Minervam, quae spectantem spectabat, quascumque aspiceretur.

Post eum in precio fuere Cornelius, Pictus et Aetius Priscus.

Pausanias Sicyonius, Brietis filius, discipulus fuit Pamphili, qui primus lacunaria pingere instituit. Paruas pingebat tabellas, maxime pueros. Pinxit Glyceram coronarum inuentricem (quam amabat) sedentem cum corona.

Euphranor Isthmii fecit Colossos, et Marmora, ac Scyphos sculpsit. Scripsit uolumina de Symmetria et Coloribus.

Euphranoris coetaneus fuit Cyclias, cuius tabulam Argonautas, Hortensius orator mercatus est talentis 144. ut iam diximus.

Antidotus discipulus fuit Euphranoris, fecit Clypeo dmicantem, & Luctator rem, & Tibicinem.

Antidoti discipulus fuit Nicias Atheniēsis, qui mulieres diligentissime pinxit. Eius opera multum probabat Apelles.

Maronites Glaucionis Corinthij discipulus, pinxit Achillem habitu uirgineo occultatum Vlysse deprehendente, & alia quaedam.

Metrodorus pictor fuit, & Philosophus magnæ celebritatis, quem Athenienses miserunt L. Paulo Aemilio, post Perseum deuictum, petenti probatissimum Philosophum, ad erudiendos liberos, & Pictorem ad triumphum excolendum.

Timomachus Bizātinus pinxit Casari dictatori Aiacem & Medeam, tabulas octoginta talētis uenundatas. Fecit insuper Orestem, Iphigeniam, & quaedam alia.

Aristolaus Pausiæ filius & discipulus, pinxit ædem Apollinis Delphis.

Antiphilus puerum ignem constantē, & lanificium, in quo properabant omnium mulierum pensa, Satyrum cum pelle Pantherina, & alia multa.

Alcimachus pinxit Dioxippum, qui Pancratiō uicerat in Olympia.

Ctesilochi opus fuit Iupiter Bacchum parturiens, & ingemiscēs muliebriter inter obstetrices & dearum clamorem.

Testidemus fecit Oechaliæ expugnationem, & Laodomiam.

Cleides reginæ Stratonices iniuriam, à qua nullo honore fuerat exceptus. Pinxit & uoluptatem cum piscatore, quem regina dicebatur amare.

Cratinus Comœdus Athenis Pompeium pinxit.

Euchides bigam regis cum uictoria.

Iphis Neptunum & Victoriā, Habron Amicitiam, & Concordiam, & deorum simulachra.

Nicearchus Venerem inter Gratias, & Cupidinem. Herculem tristem insaniæ poenitentia.

Nealces Venerem, Naumachiam Aegyptiorum & Persarum. Item Asellum in litore bibentem, & Crocodilum ei insidiantem. Aliorum nomina sunt Oenias, Philiscus, Phalerion, Simonides, Simus, Theodorus, Leontius, Theron, Tauriscus, Eriogonus, Pafias, Aristonides, Anaxander, Aristobolus, Syrus, Arcestylas Tisicratis filius, Coribas Nicomachi discipulus, Cermanides Euphranoris, Dionysiodorus Colophonius, Diogenes, Eurymedes, Heraclides Macedo, Mydon Phylomachi statuarij discipulus, Manasitheus Sicyonius, Mnasidemus, Nessus, Polemon Alexandrinus, Theodorus Samius Tadius, Xenon Neoclis discipulus.

MULIERES PICTRICES.

Mulieres pictrices fuerunt Timarete Mycaonis filia, Irene Cratini pictoris filia & discipula, Aristarete Nearchi filia & discipula, Lala Cixicena, Martia M. Varronis. Hæc omnia decerpta sunt ex Plinio, ne quis forte opinetur me ex aliena opera laudem promereri uelle.

PIGMENTA.

Inter pigmenta numerantur Minium, Auriamentum, Cymbaris, Chrysocolla, Indicum, Purpurissum, Synopis, Rubrica, Parrethonium, Melinū, Eretria, Auripigmentum, Orcha, Cerussa, Sandaraca, Sandix, Syricum, Atramentum, Appianum.

COLORES.

Colorum nomina sunt Andricelon, Ostreon, Prasinon, Crococides, Cyanus,

neus, Cynabari, Xanthus, Phæus, Phlogoleucus, Leucophæus. Genera colorū apud Gellium lib. 2. cap. 25. sunt, Ruffus, Ruber, Flauus, Fuluus, Rubidus, Phœnicæus, Rutilus, Luteus, Spadix, Cæsius.

SCULPTORES, CAELATORES, Statuarij, & Marmorarij.

Phidias sculptor Atheniēsis claruit minorib. simulachris sculpendis. Idem fecit statuam Mineræ ex auro et ebore amplitudine $\times \times \times \times \times \times \times$ cubitorum: in cuius scuto celauit prælium Amazonum, et Gigantomachiam: in soleis pugnam Lapytharum, & Centaurorum. Plinius cum uocat artificem nunquam satis laudatum. Fabius Phidias (inquit) dijs quam hominibus efficiendis melior. In ebore uerò longè citra emulum, uel si nihil nisi Mineruam Athenis, aut Olympium in Elide Iouē fecisset. Mar. lib. 3. Artis Phidiacæ toreuma clarū. Pisces afficit, adde aquam, natabunt.

Lysippus Sicyonius adeo claruit sculptura, ut ab eo solo fingi uoluerit Alexander, quemadmodū pingi à solo Apelle. Horat. Edicto cauit, ne quis se præter Apellē pingeret, aut alius Lysippo duceret æra. Hunc Plin. ait fecisse ad 610. opera.

Praxiteles marmore nobilitatus est, dupliq; Venere, Coa et Gnydia, sed Gnydia præcipuè, cui ob elegantē formā noctu congressus est puer, relictis maculis tantæ libidinis indicibus. Quintianus: Cedat Praxiteles, cuius muliebris imago procaem impuli adcoitum iuuenē. Sunt tamē qui hoc dicant de alio simulachro. Scripsi quinq; uolumina nobilium operum in toto orbe. Speculum argenteum primus fecit.

Theodorus & Teladeus fratres, Samij, Ræci filij, sculptores celeberrimi fuerūt, quorum Teladeus Pythij Apollinis signū

in Samo incepit, Theodorus Ephesi alio saxo absoluit: quibus simul compositis, ita cohesit & conuenit, ut ab unico artifice & eodem lapide factum uideretur. Fuit etiam Theodorus nobilis architectus, qui suavit ut carbones subijcerentur fundamentis templi Dianæ Ephesiæ. Idem primus ferrum fundere docuit, & ex eo statuam fecit ferream.

Timotheus sculptor unus fuit eorū, qui Mausoleum Arthemisiæ celauerunt.

Arcefilas sculptor fecit simulachrū Dianæ, in quod Simonides lusit epigramma.

Callimachus sculpturam in tenuiorem, exquisitioremq; disciplinam reduxit. Nam ipse primus lapidem perforauit, minutatim que tractauit.

Diopœnus & Scybis Cretensis, Sicyonem se contulere, ubi fuit quondam præcipua omnium metallorū officina, ibiq; sculpendo marmoris primi claruerunt.

Epitherses discipulus fuit Lysippi.

Alchimedon nomen est celatoris & uascularij apud Vergilium dicentem: — Pocula ponam Fagima, celatum diuini opus Alchimedontis.

Alcon nomen est argentarij, qui Aeneæ pateram celauit.

Plinius scribit proximos à Mentore fuisse Boetum & Agraganta. De Alcione & Boeto Vergilius in Calice: — Nec pocula gratum Alconis referunt Boetiq; toreuma.

Eurycion nomē est fabri argentarij apud Verg. libro 10. Quæ bonus Eurycion multo celauerat auro.

Polycletus statuarius fuit, Ageladis discipulus, qui quantum reliquos superauit in forma Hominū ad ueritatem effigiāda, tantum absuit ab autoritate reddenda formæ Numinum, quod Phidiæ & Alcameni

datū est. Signa fecit ex æve nobilitata scri-
ptorum præconio, ut Astragalizontes, id
est, talis ludentes. De eo & alijs Martialis
li. 8. Quis labor in Phiala, docti Myos? an
ne Myronis? Mentoris an manus est, an
Polyclete tua?

De Euphranore Fabius li. 12. sic ait, Eu-
phranorem admirandum facit, quod let cæ-
teris optimis studijs inter præcipuos, &
pingendi fingendiq; idem mirus artifex fu-
it. Iuuenalis Satyr. 2. Hic aliquid præcla-
rum Euphranoris, & Polycleti.

Mentor primus claruit argento cælan-
do, qua in re magnam promeruit laudem.
Testimonium laudis ei prohibuit Capito-
linus Iupiter, & Ephesia Diana, quibus
consecrata fuerunt artis eius uasa. Iuena-
lis Satyr. 8. Multus ubiq; labor, rara sine
Mentore mensæ.

Inter omniū opera præcipuam laudem
meruerunt Tabula Aristidis Thebani pi-
ctoris, quam centum talentis licitatus est
rex Attalus. Medea & Ajax Timomachi,
quas tabulas Cæsar dictator emit talentis
octoginta. Candaules rex Heraclidarum
Bularchi picturā, in qua erat Magnetum
prælium, pari rependit auro. Rhodij pe-
percit rex Demetrius, ne Protogenis tabu-
lam cremaret. Vespasianus amor pueri Gny-
diam Venerē maximè nobilitauit. Immor-
tale nomen peperit Phidias Iupiter Olympi-
us, ut Mentori Capitolinus & Diana
Ephesia. Dyadumenus molliter iuuenis Po-
lycleti centum talentis nobilitatus.

Cycliæ tabulam Argonautas talentis
144. mercatus est Hortensius orator. Ni-
cias Atheniensis dicā Homeri necroman-
tiam uendere uoluit Attalo regi talentis
60. Zeufis pinxit Archipallum, quam pi-
cturam 60. sestertijs æstimauiam Tibertus

princeps cubiculo suo inclusit.

Myro statuarius fuit numerosior in ar-
te quā Polycletus. Vitebatur æve Delia-
co. Ageladis fuit discipulus. Hunc maximè
nobilitauit Bucula celebratis uersibus. Fe-
cit & Canem, & Discobolon, & Persea
& Pristes, et Satyrum admirantem tibias,
et Mimerū, et Delphicos pentathlos Pan-
cratiastas. Ipse tamen corporum tenuis cu-
riosus, animi sensus non expressit. Iuena-
lis Satyr. 8. Et cum Parrhasij tabulis signis-
que Myronis.

Calamis calator fuit, cuius manu cæla-
ta duo pocula Germanicus Cæsar donauit
Cæsio Syllano. Fecit & Apollinem posi-
tum in hortis Seruilianis.

Scopas cælauit Mausolæum cum Brya-
xi, Timotheo, & Leocare. Ab Oriente cæ-
lauit Scopas, à Septentrione Bryax, à Me-
ridie Timotheus, ab Occasu Leocares.

Pythis in fastigio Mausolei quadrigam
fecit marmoream altitudine pedum c x l.
quæ totum opus inclusit.

Fecit Menestratus Herculem, & Ephe-
si in templo Dianæ Hecaten, tanta marmo-
ris radiatione, ut in eius contemplatione
æditui admonerent parcere oculis.

Socrates sculptor fecit Charites in Pro-
pyleis Athenensium.

Papippus Praxitelis discipulus fecit
Zetum, & Amphionem, Dircem & Tau-
rum.

Eutichides Liberum patrem. Timarchi
des fecit Apollinem canentem cithara.

Philiscus Venerem in Octauia porticu.
Item Latonam, Dianam, Musas nouam, &
nudan Apollinem.

Polysiles & Dionysius filius Timarchi
dis leuam in æde proxima.

Heliodorus Pana et Olympum luctātes.
Poly-

Polycharmus Venerem lauātem sese,
& Dædalum astantem.

Lyfias Quadrigam, currum, Apolli-
nem, & Dianam ex uno lapide.

Amphistratus simulachrum Callisthe-
nis historiarum scriptoris.

Agæander, Polydorus, & Athenodo-
rus, Rhodij, ex uno lapide fecerunt Lao-
coontem & liberos, draconumq; mirabi-
les nexu.

Chartherus cum Pythodoro, Polyde-
des cum Hermolao, Pythodorus cum Ar-
temone palatinas Cæsarum domos repleue-
re probatissimis signis.

Diogenes Atheniensis & Carsatides,
decorarunt Pantheum Agrippæ.

Arcefilaus fecit Leenam marmoream,
quam Varro dixit se habuisse. Item ali-
ros ludentes cum ea Cupidines, quorū alij
religatam tenerent, alij è cornu cogent
bibere, alij calcearent foccos, omnes ex u-
no lapide.

Coponius fecit 12 nationes, quæ sunt cir-
ca Pontum.

Canacus statuarius simulachra fecit
marmorea.

Sauros & Bathraces Lacones, fece-
runt templa Octauie porticibus inclu-
sa.

Myrmecides Quadrigam fecit cum agi-
tatore, quam cooperuit alis musca.

Gallierates Formicas, quarum pedes et
alia membra uideri non poterant.

Mys calator fuit argentarius. Martia-
lis: Quis labor in Phiala? docti Myos, an
ne Myronis?

Pyrgoteles sculptor fuit gemmarius, à
quo solo in gemma sculpi se uoluit Ale-
xander.

Alcimenem Atheniensem docuit Phi-

dias, sculptorem nobilem, cuius permulta
opera Athenienses in sacris ædibus posue-
re, præclaramq; Veneris imaginem extra
muros, quæ appellatur Aphrodite Exapo-
lis: huic supremam manum imposuit Phi-
dias.

Agoracritum Parium docuit Phidias,
quem adeo amauit, ut eius nomini pleraq;
ex suis operibus donauerit. Certauit Ago-
racritus in Alcmanem de Venere facien-
da, uicijq; Alcmanes, non opere, sed ciui-
tatis suffragijs contra peregrinum suo fa-
uentis. Quare indignatus Agoracritus si-
gnum suum uendidit, ea lege, ne Athenis es-
set, appellauitq; Nemesim. Quod simu-
lachrum positum est in Rhannunte pago
Atticæ, quod M. Varro omnibus signis
prætulit.

Antipater Satyrum in Phiala graui-
tum somno collocaſſe uerius quā cælas-
se dictus est. Inter eos, & qui in argento
cælando claruerunt, sequentes numeran-
tur à Plinio, Mëtor, Acrages, Boëus, Mys,
Antipater, Stratonicus, Cyzicenus, Tau-
ricus, Ariston, Onichus, Hecateus, Praxi-
teles, Posidonius, Ephesius, Lædus, Strati-
tes, qui prælia & armatos cælauit.

Zopyrus qui Areopagitas, & iudicium
Orestis cælauit in duobus scyphis 12 pon-
do æstimatis.

Pyrrheas cuius duæ unciæ uiginti uenie-
runt: Ulyſſes & Diomedes erant in Phi-
alæ emblemate Palladium surripientes. Fe-
cit & iocos in paruulis potioris.

Habuit & Teucer Crustarius fa-
mam.

Zenodorus Mercurij statuam fecit in ci-
uitate Gallie Aruenis. Item mandato Ne-
ronis colossum 120 pedum longitudine di-
catum Soli.

Phidiaz emulsiuere Alcamenes, Critias, Nestocles, Hegleas. Deinde Agelades, Calion, Polycletus, Phragmon, Gorgias, Laco, Myco, Pythagoras, Scopas Perelius.

Polycletus discipulos habuit Argium, Asopodorum, Alexim, Aristidam, Pbrinomem, Dimonem, Athenodorum, Dameam, Clitorum, Myronem, Lycium. Olympiade xcv. floruerunt Naucydes Dynomedes, Canachus, Patrocleus.

Olympiade cii. Polycles, Chephistorus, Leocrates, Epatodorus. Olympiade ciiii. Praxiteles, Euphranor. Olympiade cvii. Echion, Thermachus. Olympiade cxiii. Lysippus, Lysistratus, Sthenis, Euphronides, Sostratus, Ion, Syllanion nullo doctore nobilis factus: qui discipulos habuit Theusim & Iadem. Olympiade cxx. Eutychides, Eutycrates, Labyrinthus, Chephistorus, Timarchus, Pyromachus. Olympiade clv. Antheus, Callistratus.

Pythagoras Rheginus Pancreatiam in Delphis posuit. Hunc uicit Leontius, qui fecit Stadiodromon Astylon, qui Olympiam ostenditur. Et Lybin puerum nudum tabellas tenentem & ferentem mala. Syracusis aut claudicantem, cuius ulceris dolor speclatores uidebantur sentire. Item Apolline Citharcedum. Primus neruos, & uenas, & capillum diligentius expressit.

Pythagoras Samius Pythagorae Rheginii discipulus fecit signa fortunae feminuda. Labyrinthus, Bada, Eutycrates discipuli fuerunt Lysippi. Eutycratis discipulus fuit Thyficrates Sicyonius.

Telephanes Phocaeus habitauit in Thesalia, ubi opera eius latuerunt. Fecit Larissam, Spirarchum, Pentathlon, & Apollinem.

Aristides Polycleti discipulus fecit quadrigas, & Bigas.

Iphicrates Lenam meretricem, quae Aristogitonem & Harmodium tyrannicidas nullis unquam tormentis adacta uoluit prodere.

Aliorum & Sculptorum et Statuarius, rum nomina sunt Cresilas, Pericles Olympius, Cephistodorus, Chereas, Ctesilas, Demetrius, Dædalus, Dynomenes, Eutychides, Hegias, Butyreus, Lycius Myronis discipulus, Menechmus, Nancerus, Niceratus, Polycles, Pyrrhus, Phoenix Lysippi discipulus, Stypax Cyprius, Syllanion, Theodoros author Labyrinthi Samii, Xenocrates Thyficratis discipulus, Aristor, Callas, Desias, Cantharus Sicyonius, Dionysiodorus Critiae discipulus, Deliades, Euphoriion, Eunicus, & Hecateus.

Argenti cælatores Nestocles, Prodorus, Pythodiceus, Polygnotus, Scimus, Apollodorus, Androbolus, Asclepiodorus, Antimachus, Athenodorus. Alia sunt infinita huiusmodi nomina apud Plin. lib. 34.

FABRI, ET ALII artifices.

Vulcanum Poeta faciunt fabrum deorum, & Iouialium fulminum artificem. Idem Solis currum fecisse fertur. Oui. lib. 2. Metam. Genitor cunctatus ad altos Deducit iuuenem Vulcania munera currus. Auræ axis erat, temo aureus, aurea summe Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo. Per iuga chrysoliti, positaq; ex ordine gemmæ, Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.

Dædalus primus in formis animalium (quas ueteres plastæ cæcæ fingebant & immobiles) oculo induxit, et ab illis quibusdam neruis effecit, ut huc & illuc mouerentur.

rentur

rentur adeo scite, ut spectantibus uiuere et ingredi uiderentur. Idem ligneam Venerem fabricasse dicitur, quæ argento uiuo infuso moueretur. Fecit insuper Cretæ Labyrinthum, quo inclusus, alis sibi & nato confectus, per uiam mortalibus negatam periculum effugit. Hinc opera Dædalii uocantur ingeniosa. De eius Labyrintho Ouid. lib. 8. Dædalus ingenio fabræ celeberrimus artem Ponit opus, &c.

Phereclus abietarius faber Paridis ad Helenæ raptum nauigaturi naues fecisse dicitur. Hinc nauis Pherecleæ dici solet. Oui. in Epist. Paridis, Hac duce Sigæo dubias à litore feci, Longa Phereclæa per freta puppe uias.

Callicrates fuit minorum opusculorum fabricator, qui muscam fecit alis quadrigam cum agitatore regentem. Fabricauit & nauem, quam auicula pennis utegebatur.

Myrmecides fecit formicas tam tenues, ut uix membra uideri possent.

Myron artifex nobilis buculam fecit æneam, Græcis primum, deinde Ausonianis uersibus celebratam. Prop. Atq; aram circum steterat armenta Myronis, Quatuor artificis uiuida signa boues.

Architas faber simulachrum columbæ fecit ex ligno, libramentis ita suspensum, & aura spiritus inclusa atq; occulta concitum, ut ipsum uolaret. autor Gell. lib. 10. cap. 12.

Telephanes faber fuit lignarius, uictum sibi queritans in sacclitadibus curribus, quem tamen postea felix fortuna ad Lydorum regnum euexit.

Diphilus architectus fuit tardissimus in perducendis ad finem susceptis operibus. Unde factus adagio locus, Diphilo tardior.

Tericles calices torno faciebat ex Terentimo. autor Plinius.

Ferunt Harmonidem, Troianum fabri, fuisse unum ex eorum numero, qui Paridis Spartam iuri naues fabricauerunt.

Epeus autor fuit illius machinæ, quæ de litescens Græci Troiam non ceperunt dolo. Verg. li. 2. Aen. Et Menelaus, & ipse doli fabricator Epeus.

Didymaon autor fuit cuiusdam clypei, quem Aeneas dedisse fertur Niso cursori peractis ludis, qui fiebant in Sicilia ad Anchisæ tumulum. Verg. Et clypeum efferru iussit Didymaonis arces, Hoc iuuenem egregium præstanti munere donat.

Lycæon Gnosius faber fuit et artifex ensis, quem Ascanius dedit Euryalo. Verg. lib. 9. Humero simul exiit ensis Auræi, mira quem fecerat arte Lycæon Gnosius, atq; habilem uagina aptarat eburna.

Acesæus natione Patarenis, & Helicon Caristius, duo fuerunt celebratae artis artifices, qui Peplum Palladis Poliadi (quæ in arce Atheniensium colebatur) contexerunt. Hinc adagium natum, Acesæi & Heliconis opera: de his quæ singulari sunt artificio.

Glaucus Samius primus æris ferrum nationem inuenit.

Sothericus faber fuit lignarius, cuius opera priscam illam & rudem simplicitatem præ se ferebant. Hinc natum pro uerbum, Sotherici lecti: de re uili, & minime ambitiosa.

Elico faber fuit, qui autore Plinio, ob artem fabrillem Romæ commoratus est.

Ariemon faber fuit loripes: autore Plutar. in Pericle.

Stasicles fuit artifex Alexandro Macedoni gratissimus, qui dicebat Thraciam

montem Athon in hominis statuam formari exsculpiq; posse.

Perillus reperit aeneum taurum, ad torquendos fontes, ut eo suppositis flammis inclusi, magitum bouis imitarentur. Quod genus tormenti ipse primus expertus est, mandante Phalaride. Prop. li. 2, Nonne fuit fatius duro seruire tyranno, Et gemere in tauro sepe Perille tuos?

Mamurius faber ararius fabricauit Salliorum Ancylia, qui propterea nomen eius solebant canere suis carminibus. Vertumnus apud Prop. lib. 4 simulacrum suum à Mamurio ex ære formatū dicit: ideoq; precatur, ut eius cineri terra sit leuissima. Hæc autem Vertumni uerba: Stipes acerbus eram properanti falce dolatus Ante Numã grata pauper in urbe deus, At tibi Mamurri forma celator ahene, Tellus artifices ne terat Osea manus, Qui me tam docilis potuisti fundere in usus, Vnum opus est, operi non datur unus honos.

Vatinius Beneuentanus fuit artifex Callicum uitreorum. Hinc Vatinia uocantur uasa uitrea. Mart. lib. 10, Vatiniorum proxineta fractorū. Idem in distichis: Vilia sutoris Calices monumenta Vatini Accipe. Is fuit disforti corporis, Sutrinæ alumnis, ediditq; munus gladiatorum Beneuenti: auctore Cornelio Tacito.

Eligius Nonionensis episcopus artem aurificum exercuit, in qua quicquid lucri faciebat, erogabat pauperibus.

ARCHITECTI NOBILES.

Smitharus Corinthius Delphicum templum construxit.

Ctesiphon templum Dianæ Ephesie, ubi simulacrum ipsius deæ uirginium fuerat. Plinius: Operi, inquit, præfuit Ctesiphon architectus.

Meleagenes sanū Mineræ Priensis, Theodorus Phocensis fecit Tholium Delphicum.

Philo Atheniësis armamentariū Pyrei, Hermogenes ædam Doricam Iunonis Magnesiæ.

Sugilas mausoleum Artemisiæ, Zenodotus nobile pauimentum Pergami.

Democrates Alexandriam metatus est.

Mnesicles architectus arcem Athenis ædificauit, auctor Plutarch. in Pericle.

Nicon pater fuit Galeni geometriæ et architecturæ peritiſſimus.

Eupaimus Megarensis, filius Naustrophii, Rhœcus, Philei filius, et Mandrocles Samius, nomina sunt Architectorum apud Herodotum.

Hermodorus nomen est architecti, qui obeliscum fecit.

Zmilus, Rholus, et Theodorus, architecti, fecerunt Labyrinthum Lemnium.

Valerius Ostiensis architectus fuit, qui theatrum Romæ texit.

Apollodorus Traiani forum, Methonem et Gymnasium Romæ fabricauit. Hunc interfecit Adrianus.

CONDITORES DIVERSORUM LOCORUM, et ædificiorum.

Neptunus muros Troiæ. Vergilius libro nono Aeneid. An non uiderunt mœnia Troiæ Neptuni fabricata manu considere in ignes?

Diomedes, Arpos, oppidum Apulie. Verg. lib. 10, Atq; iterū in Teucros Aetolis surgit ab Arpis Tyrides. Alter uocatur Argyripa. Idem lib. 11, ille urbem Argyripam patriæ cognomine gentis Victor Gargani condebat Iapygis agris.

Cadmus

Cadmus Thebas Bœotias. Ouid. li. 3 Metam. Hos operis comites habuit Sidonius Hospes, Quum posuit iussam Phœbeis foribus urbem.

Amphion muros Thebarum. Horat. in Arte: Dicitur et Amphion Thebanæ conditor urbis.

Dido Carthaginem. Verg. li. 4 Aen. Fœmina quæ nostris errans in sinibus urbem Exiguam precio posuit. Dido apud eundem sic loquitur: Urbem præclaram statui, mea mœnia uidi.

Dardanus Troiam. Verg. lib. 9 Aen. et lib. 8, Et Troiæ Dardanus auctor.

Dane Acrisij filia Ardeam urbem Italiae. Verg. li. 7, Quam dicitur urbem Acrisiois Danae fundasse colonis. Plin. lib. 3, Ardea à Danae Persei matre condita.

Capys Capuam. Syllius libro 11, Tum Capys ut primus dederit sua nomina muris. Verg. Et Capys hinc nomen Campanæ dicitur urbis.

Telegonus filius Ulyssis, Tusculum oppidum Italiae. Prop. lib. 2, Quid petis Aetli mœnia Telegoni.

Semiramis Babylonem. Propertius libro 3, Perfarum statuit Babylona Semiramis urbem.

Busyrus Thebas Aegyptias, Ogdous Memphim urbem Aegypti, Archias Syracusas.

Cleopes rex Aegypti Pyramidem magnificentiſſimam.

Masilienſes Niceam, Alexander Alexandriam urbem Aegypti, auctoribus Plinio et Curtio.

Amazones, Ephesum, Mithridates, Eupatoriam.

Alexander, Heraclea: Antiochus, Laodiceam: Darius, Susas urbem Persidis, Pho-

ronens, Argos: Nimus, Niniuen. Sichen, Sidonem, Ocnus, Mantuan. Agenor, Tyrum. Amyclas filius Lacedæmonis regis, Amyclas urbem Laconiae. Neleus pater Nestoris, Pylon. Ouidius in Epist. Nos Pylō antiqui Neleia Nestoris arua Misimus. Romulus, Asylum. Ouidius lib. 3 Fast. Romulus ut saxo lucū circumdedit alto, Qui libet huc, dixit, cōfuge, tutus eris. Peranus Phœnicum dux, Masilia. Polij Metapontum. Iapygas, Iapix Dædali filius. Coram, Dardanus. Agyllam, Pelasgi. Diomedes, Beuentum.

Catillus Arcas, Tybur oppidum Romæ uicinum. Verg. lib. 7, Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linguūt, Fratris Tyburti dictam cognomine gentem.

Ceculus Prænestæ. Vergil. 7, Nec Prænestinæ fundator desuit urbis.

Arcades Pallanteum oppidum, situm in monte Palatino. Verg. li. 8, Arcades his oris genus à Pallante profectum, Delegere locum, et posuere in montibus urbem Palantis proau de nomine Pallanteum.

Antenor condidit Patavium urbem. Verg. lib. 1 Aen. Hic tamen ille urbem Patavi descendit; locauit Teucrorum.

Philoctetes Petiliam urbem Brutiorum. Verg. lib. 2 Aen. Parua Philoctetæ subnixta Petilia muro. Romulus Romam. Verg. lib. 1 Aene. Iude lupæ fuluo nutricis tegmine letus Romulus excipiet gentem, et Ma-uortia condet Mœnia, Romanosq; suo de nomine dicet. Ascanius Albam.

Munacius Plancus, uir consularis, et praetorius, et Ciceronis discipulus, Lugdunum urbem.

Cæsar Augustus Nicopolim ciuitatem in memoriam uictoriae suæ de Antonio et Cleopatra, auctor Suet.

Galli Mediolanum. Claud. Continuo sublimè uolans ad moenia Gallis Condita lanigeræ suis ostentantia pellem.

SEPTEMORBIS miracula.

Septem fuerunt ædificia toto orbe cantatissima, quæ propter operis magnitudinem & sumptum incredibilem extiterè loco miraculi, ut nihil diuinius ars humana posset confingere aut excogitare. Fuerunt autem hæc: Pyramides Nili, Turris Pharia, Muri Babylonis, Templum Dianæ Ephesiæ, Simulachrum Mausoli, Colossus Solis apud Rhodios, et Simulachrum Iouis Olympici, quibus nonnulli addunt domum Cyri Mæcedorum regis.

Pyramides in primis erant structurae & moles lapideæ in fernè quadratæ, sursum uersum acutæ, quas Aegypti reges superponendas tumulis erigebant, aut ad inane diuitiarum ostentationem, aut ut populi torporem excitarent. Earum una saxo naturali fuit elaborata, & rubrica, cuius ambitus per frontem centum duos pedes colligebat, longitudo erat 143 pedum, altitudo 62. Alia fuit facta ex Arabicis lapidicinis, quæ sexcenta hominum millia uiginti annis construxisse memorantur. Tres aliæ fuerunt annis 78. et mensibus quatuor factæ. Plinius scribit 1800 talenta fuisse eorum rogata in raphanos, allium & cepas, quibus artifices uescebantur in extruenda earum una. Quo argumento coniectare est, quanta, quamq; prodigiosa fuerit aliarum rerum impensa. Omnium amplissima continebat octo soli iugera, quatuor angulorum paribus interuallis per 888. singulorum laterum altitudo pedes uiginti quinq;

secundæ singula interualla per quatuor angulos paves DCCC. XXXVII pedes comprehendebant. Tertia erat minor prædictis, sed multo spectatior Aethiopicis consurgens lapidibus, trecentis sexaginta tribus pedibus inter angulos. Omnium minimam fecit Rhodope meretricula, Aesopi fabulatoris conserua, diuitijs illis, quas meretricio quaestu sibi cõparauerat. Herodotus in Euerpe scribit, Cleopæ Aegypti regem fecisse Pyramidem ex Arabicis lapidibus, cuius longitudo erat quinq; stadiorum, latitudo decem passuum, altitudo octo passuum, in qua decem annos fuisse consumptos memorat. Fecit & aliam uiginti annis absolutam, in qua tantum profudit pecuniæ, ut nimio sumptu attritus, filiam (quam habebat formosissimam) coactus sit prostituere. Ea est in qua M. DCCC. talenta in cepis & raphanis erogata prædiximus. Herodotus alias complures memorat, quas uolens omittere, quoniam prædictæ satis arguit, quæ ociosa fuerit illorum regum & opera, & prodigentia. De Pyramidibus Lucan. li. 8. Quum Ptolemæorum manes seriemq; pendam Pyramides claudant indignaq; Mausolea. Martial. Barbara Pyramidum sileat miracula Memphis.

Memoratur etiam turris illa, quam Ptolemæus fecit in Pharo insula, non ad alium usum quam nocturne signæ nautarum cursui ostendendos. Hanc autem constituit talentis DCCC. Sostrata architecto, qui structurae tantæ suum inscripsit nomen.

His miraculis annumerantur Babylonis muri, quos Semiramis condidit, aut saltem ruinosos reparauit, coctilib. laterum & bitumine ferruminatis, ducentum pedum altitudine, latitudine uero quinquagenum pedum, adeo ut quadrigas inter se occurre-

tes recipere, turreq; haberent 300. plures multo habituri, nisi aliqua ex parte paludes pro moenibus fuissent. Huic autem operi portentoso adhibita sunt trecenta hominum millia. De Babylone Propert. libro 3. Persarum statuit Babylona Semiramis urbem, ut solidam cocto tolleret aggere opus. Et duo in aduersum misit per moenia currus, Ne possent tacto stringere ab axe laeuis. Duxit et Euphratem medium, qua condidit arces, iussit & imperio surgere Bactra caput. Herodotus scribit muros Babylonis habuisse crassitudinè quinquaginta cubitorum regionum, celsitudinem ducentorum. Per ambitum centum portæ stabant aere, omnes cum cardinibus.

Templum Dianæ Ephesiæ factum est à tota Asia ducentis & uiginti annis. Hoc autem in solo palustri fecere, ne terræ motum sentiret, aut hiatus timeret. Et ne in lubrico & instabili tantæ molis fundamenta locarentur, ante calcatis eas substraerent carbonibus, deinde uellerib. lanæ. Templi longitudo erat 425. pedum, latitudo 220. Columnæ in eo centum uigintiseptem à singulis regibus factæ, ex quibus 36. erant celatæ. Operi præfuit Ctesiphon.

Artemisa regina Cariæ Mausolo marito mortuo sepulchrum erexit inter orbis miracula annumeratum, cuius altitudo attollebatur 25. cubitis: cingebatur columnis 36. Patebat ab austro & septentrione 63. pedes. Toto circuitu continebat pedes 411. Ipsum ab oriente celauit Scopas, à Septentrione Briax, à meridie Timotheus, ab occasu Leocares. Regina opere nondum absoluto concessit fati: Artifices tamen non recesserunt, nisi eo consummato. Ab hoc sepulchro omnia regum & imperatorum

monumenta, quæ preciosa sunt, uocantur Mausolea. De hoc Propert. lib. 3. Nec Mausolæ diues fortuna sepulchri Mortis ab extrema cõditione uacat. Mart. li. 2. Aere nec uacuo pendentiæ Mausolea Laudibus immodicis Cares ad astra ferant.

Colossus Solis apud Rhodios fuit 70. cubitorum altitudinis, qui post quinquagesimum sextum annum terræ motu prostratus, iacens quoq; fuit miraculo. Pauci pollicem eius amplectebantur. Maiores erant digiti, quam pleræq; statuæ. Vastis specibus hiabant defraclis membris. Spectabantur intus magnæ molis saxa. Factus est hic Colossus annis duodecim, trecentis talentis. Artifex fuit Chares Lyndius Lyssippi discipulus. Soldanus Aegypti quum insulam Rhodiū inuasit, ex aere huius statuæ 900. camelos onerasse fertur. Ab hoc Colosso Rhodij uocantur Colossenses, & Rhodos Colossicola.

Inter orbis miracula recensetur simulachrum Iouis Olympici, quod Phidias fecit ex ebore. Propertius lib. 2. Nam neq; Pyramidum sumptus ad sidera ducti, Nec Iouis Elæi cœlum imitata domus.

Sunt qui addant domum Cyri Medorum regis, quam fabricauit Memnon, illigatis auro lapidibus.

De his miraculis et alijs quibusdam ædificijs Politianus in Manto sic inquit: Nec uerus immensum fuerit quæ sparsa per orbem Gloria septena celebrat spectaculi fama: Nam neq; belligeris Babylon pulsata quadrigis, &c.

ALIA OPERA, ET AEDIFICIA SVMPTVOSA,
& magnifica.

Regiam Solis describit Ouidius lib. 2. Metam. his uerbis: Regia solis erat,

sublimibus alta columnis, Clara micante auro flammisq; imitante Pyropo: Cuius ebur nitidum, fastigia summa tegebat, Argenti bifores radiabant lumine ualua. Materiam superabat opus: nam Mulciber illi Aequora celarat medias cingentia terras, Terrarumq; orbem, caelumq; quod imminet orbi.

Vergilius scribit Didonem fecisse Templum Iunoni donis opulentum, Aerea cui gradibus surgebant lumina, nexaq; Aere trabes, foribus cardo stridebat ahenis.

Eodem autore Iarbas rex Getulorum Tempa Ioui centū latis immania regnis Centum aras posuit, uigilemq; sacrauerat ignem Excubias diuim aeternas.

Idem libro 7. scribit, domum Latini regis centum columnis fuisse sublimem, & cedrinis auorum simulachra ornatam.

Obelisci uocantur structurae minores Pyramidibus, deorsum uersum specie quadrata, in angustum uerticem desinentes, et paulatim gracilescentes. Aegypti reges quatuor fecerunt obeliscos 480. cubitorum longitudine.

Ramises rex Aegypti (cuius aetate captum est Ilium) obeliscum fecit quadraginta cubitorum, & alium longitudine undecenis pedibus, per latera cubitis quatuor, quem fecisse dicuntur uiginti hominū millia. Cuius operis admiratione factum est, ut quum Syenem oppidū expugnaret Cambyses rex, uentumq; esset incendio ad crepidines obelisci, extinguere ignem iuberet, molis reuerentia.

Obeliscum posuit Pthius 45. cubitorum. Ptolemæus unum Alexandriae 80. cubitorum.

Alij duo fuerunt Alexandriae, quos excedit Mæphbes rex, 42. cubitorum.

Alius fuit excisus à rege Semneserteo 125. pedum.

Nuncoreus filius Sesostris unum fecit 50. cubitorum.

Dædalus Labyrinthū fecit in Creta, tanta uiarum perplexitate, ut introeuntibus non patretur reditus. Vergil. lib. 6. Hic labor ille domus, & inextricabilis error.

Fuit & Aegyptius Labyrinthus, lapideis è Paro columnis introitu, reliquis Syenitis. Fuit & tertius in Lemno, quartus in Italia, oēs lapide polito, fornicibus tecti. Lænius habebat 150. columnas, quarū in officina turbines ita librati pependerunt, ut puero circūagente tornarentur. Eius architecti fuerunt Zmilus, Rhodus & Theodorus. Italicū sibi fecit Porfena rex Ethruiae loco sepulchri, quod si quis improperasset sine glomere lini, exitū inuenire nequiuisset. Suprà erant Pyramides quinq; quatuor in angulis, & in medio una, in imo late pedum 70. alta pedū 150. ita fastigiata, ut in summo orbis aeneus, & pegasus unus omnib. sit impositus, ex quo pendebant iuncta catenis tintinabula.

Aegyptiæ Thebæ centum portis nobis coniecturā miræ amplitudinis reliquerūt uniuersæ posteritati. Iuuen. Ecce uetus Thebæ centum iacet obruta portis.

Pergama seu muri urbis Troiæ seruntur habuisse in ambitu 40. millia passuum. Nec aliam ob causam ascribuntur Deis auctoribus, quā propter magnificētiam. De his Lucan. lib. 6. Nunc uetus Iliacos attolat fabula muros, ascribatq; deis.

Nitocris Assyriorum regina (quæ multis annis post Semiramidem floruit) Euphratem fluuium, qui mediam Babylonem reclus praeterfluebat, fecit tortuosum, supraq; pontem erexit trium stadiorum, difficili-

scillimum factu propter paludes, quæ urbem ambiunt. Fecit & ingentes cauernas ad excipiendum fluminis impetum, egestiq; quicquid erat limi, ad iacienda fundamenta. auctor Herodotus & Curtius.

Superest magnificum illud Templum, quod anno regni sui quarto ædificare cepit Salomon Dauidis filius. Triginta imprimis hominum millia cædendis arboribus, ut cedris, & cupressis, sunt in Libanū destinata. Lapidarum uero extiterūt octoginta millia. Latitudo templi fuit uicenum cubitorum. Sexagenum longitudo, altitudo fornice distincta centum & uicenum. Inferioris structurae materia erat excandenti saxo. Amplitudo uestibuli denum cubitorum. Cellæ erant uicene & per uicem in ter se usu, & aliæ his suppositæ. Trabes erant cedrinae, cedrina cōcameratio auro illita, ut parietes omnes. Sanctior locus à reliquo tēpli corpore distinguebatur muro, in quo erant ianuae sculptæ, uela ductilia, uarijs mæandris & floribus intexta. Duo cherubini (ita enim dici solent) ex puro auro. Pauimentum petalis aureis instructū. Ianuæ uicenum cubitū altitudine auro corruscantes. Ante uestibulum erant duæ colūne aeneæ xvi. cubitorū altitudine, ambituq; duodenum. Erat & uas aeneum tantæ magnitudinis, ut ab re nominatū sit mare, quod uituli duodecim diuersa mundi plagas terni singulas prospicientes circumstabāt. Fuit uas illud triū millium batorū capax. Erant & aliæ figuræ, quas longū esset recensere. Altare fuit æreū denum pedum altitudinis, longitudine duplo maiore. Itē mensa una aurea. Phiala et patere aureæ decem millia. Argentea quadruplo maiore numero. Candabra decem millia ex auro & argēto fabricata. Circa tem-

plū aula capacissima, in qua profanus populus consisteret. Hoc autem opus septem annorum spacio ad finem perductum est. Fecit & Salomon sibi regiam candenti pauimēto, triplici intus materia, cedro, argento & auro. Quod opus absoluit tredecim annorum spacio.

Fuit & Colossus Apollinis Tuscanicus quinquaginta pedum à pollice, dubiū ære mirabilior, an pulchritudine.

Ambitus Mæphis urbis Aegyptiorū ab Ogdo rege ædificatæ fuit 190. stadiorum.

Alexāder Macedo tabernaculum fecit, in quo centum lecti sternebantur, aureæ columnæ sustinebant uerticē aureum uarijs textū ornamentis. In eo consistebant mille Persæ, mille sagittarij Macedones, et quingenti cum scutis argenteis. In medio autē erat sella aurea, super quam sedebat Alexāder, stipatus suis Sarriisophoris.

Inter mirabilia hominum opera sunt, Athos factus à Xerxe nauigabilis, isthmus coeptus à multis perfodiri, nec absolutus, Alpes aceto diuise, Lucrinus lacus undecim annis à triginta hominum millibus exiccatus. Luculliana uilla, ubi exciso monte Euripus admittebatur.

Murus Byzantij urbis fuit olim Milesio quadrato lapide, ad eō indiscreta laterum structura, ut una propè muri compages spectantibus uideri posset.

Colossus fuit Tarenti quadraginta cubitorum factus à Lysippo.

Fuit in Capitolio Colossus Apollinis translatus à Lucullo ex Apollonia Ponti urbe 30. cubitorum, factus talentis 600.

M. Aemilius Scaurus Syllæ priuignus in aedilitate sua Theatrum fecit altitudine 600. columnarum, cuius pars scænae erat è marmore, media è uitro, columnæ

in 48. pedum. Erant inter columnas si-
gna 300. numero. Cauca capiebat
hominum 70. millia. autor Plinius lib. 36.

In M. Scauri uillæ incendio bis mille
sestertium absumptum legitur.

P. Clodius quem Milo occidit, domum
habuit sestertijs CXLVII. millibus em-
ptam.

L. Lepido uiro consulari, & Q. Ca-
tuli collegæ, fuit olim domus omnium in
urbe pulcherrima, quæ tamen intra an-
nos xxxv. centesimum locum non ob-
tinuit.

Amphitheatrum Pompeij capiebat 40.
millia hominum. Theatrum hoc Nero in
unum diem totum auro operuit, ut Tyri-
dati regi Armeniæ illud ostenderet.

Agrippa fecit in ædilitate sua DCCC. la-
cus. Fontes 150. Castella CCCCXX. Signa
CCC. ærea, aut marmorea imposuit, co-
lumnas CCCC. ex marmore. Fecit & æ-
quarum ductus memorabiles: alios item in-
cepit Caius Cæsar, quos peregit Claudius
in omnes mōtes urbis leuatos, in quos in-
fluebant Curtius & Cæruleus fontes. Ero-
gata in id opus 555. millia sestertia.

Cicero non minoris quinquaginta mil-
libus aureis habitauit. Quam pecuniã sur-
to & rapina comparatam scripsit Salu-
stius in sua contra eum inuectiua.

Cæsar uno die pontem in Arari consti-
tuit: alium supra Rhenum mira celeritate,
quem decem diebus absoluit.

Iulius Cæsar Circum fecit longitudine
triium stadiorum, latitudine unius, sed cum
ædificijs iugerum quaternum, ad sedem
260. millium. Idem solum tantum foro ex-
truendo sestertijs mille ducentis emisse di-
citur.

Aurea Neronis domus tanto sumptu,

tantoq; rerum omnium apparatu construx-
ta est, ut ad eam peragendam Otho quin-
quenties sestertium, id est, duodecies cen-
tena & quinquaginta millia aureorum no-
strorum attribuerit, quum tamen nihil de-
esset operi: atq; hoc tam prodigiosum ædi-
ficium à Theatro M. Sauri uisum con-
tendit Plinius. Habebat illa Neronis do-
mus stagnum instar maris, uineta, syluas
cum omni pecudum genere & ferarum.
Item aues argenteas, quæ in modum coeli
mouebantur. In solarijs lapidem quendam
Sphengitem, quo perpetuus dies illucebat.
De hac domo intellexit Mart. lib. 1. dicens:
Hic ubi sydereus propius uidet astra Co-
lossus, Et crescunt media pognata celsa uia,
Inuidiosa feri radiabat atria regis, Vnaq;
iam tota stabat in urbe domus. Hic ubi con-
spicui uenerabilis amphitheatri Erigitur
motes, stagna Neronis erant.

Ætate Plinij Zenodorus fecit colof-
sum Mercurij in ciuitate Gallie Aruen-
nis, sestertijs 400.

Idem quum uenisset Romam, simula-
chrum fecit mandato Neronis 110. pedum
longitudine, quod postea Soli dicatum
est.

Traianus lapideum pontem fecit in Da-
nubio, in quo uiginti ex quadrato lapide
erant pilæ, quarum altitudo 150. pedum
præter fundamenta extabat, Latitudo se-
xaginta pedes continebat. Distabant inter
se 170. pedibus, fornicibus uerò coniunge-
bantur, quum tamen fluuius ipse sit admo-
dum præceps & impetuosus, & nonnun-
quam imbrium mole concitatus ripas lon-
gius submoueat, & ubi angustior est, ibidem
sit ferox, & uorticus. Hanc tamen po-
stea mole seu liuore maligno, seu alia cau-
sa, diripuit Adrianus, auctor Dion Cæsarius.

Martialis

Martialis lib. 1 Domitiani Imperatoris
Amphitheatrum omnibus miraculis, super-
bisq; ædificijs anteposit, dicens: Omnis Cæ-
sareo cedat labor amphitheatro, Vnū pro
cunctis summa loquatur opus.

Sabellicus ædificia quædam & magnifi-
ca loca sequentibus uerbis enumerat: Nunc
uetus Ogygios attollat Græcia muros, A-
seribatq; deis Neptunia moenia, laudat Mi-
renturq; suos Parthi Babylona labores,
Nec sileat Pharios iam barbara Memphis
honores, Aeternumq; sui memores pia bu-
statyranni Caria diues opum, magnum
uulgata per orbem Tercentum populi cele-
brent delubra Dianæ.

TEXTRICES, ET lanificæ.

Pholoe Cretensis fuit foemina lanificij
& texturæ admodum perita. Verg. li. 5
Aen. Olli serua datur operum haud ignara
Mineræ Cressa genus Pholoe, geminijq;
sub ubere nati. Prima telas texere, easq; re-
torqueri inuenit in Co.

Pamphile mulier, Platidis filia. autor Plin.
lib. 11. cap. 22.

Arachne (ut fabulantur poete) quum
esset lanificij peritissima, ausa est Mineruæ
eius artis inuentricem ad certamen prouo-
care. A qua uicta, in araneam mutata est,
quæ nunc quoq; nere nõ desinit, suisq; filis
hæret adhuc pensilis. Archirenius: Nobis
le surgit opus leuius quam torsit Arachne:
Pollice Lydia manus et uestibus impluit au-
rum, Pectinis ingenio nulli cessura.

Fusus in lanificio reperit Closter, filius
Arachnes. Linum & retia, Arachne ipsa:
autore Plin. 6.

Fuit & optima textrix Penelope poeta-
rum testimonio. Ouidius: Nec mihi quæ-
renti spaciosam fallere noctem, Lassaret ui-

duas pendula tela manus. Vnde & Tela
Penelopæa, & Icarioris dicitur, quod Ica-
ri filia fuerit Penelope. Idem Ouid. lib. 3 de
Ponto: Morte nihil opus est, nihil Icario-
tide tela.

TONSORES, AC VARI apud uarios tondendi ri- tus.

Maxies Aphricæ populi dextrâ capi-
tis partem comatam gestant, sinistrâ
uerò tondent.

Machiles occiput erimitum gestant, cõsa
anteriori parte. Herodot. lib. 4.

Anses (uel ut Strabo uult, Anases) ante-
riorem partem crinitam habet, occiput ue-
rò tonsum.

Macæ summum capitis uerticem radunt,
in medio capillos crescere sinentes, hinc ad
que hinc in orbem.

Apud Athenienses uetus fuit cõsuetudo,
ut qui ex ephæbis excessissent, delati in Del-
phos de comis Deo primitias darent, ante-
riorem capitis partem abradendo. Plut. in
uita Thesei.

Abantes ne ulla hostibus ad capiendũ
ansas darent, anteriorem capitis partem ton-
dere consueuerunt. Idem eodem.

Thracæ quidam à re atrociora uocati,
antias in frontem muliebriter demittunt.
Cæl. lib. 4. cap. 23.

Baboici comâ per tergum susam alunt,
atq; ideo Opethocome uocantur. Idem
eodem.

Intonsi capitis consuetudo à Lycurg: le-
gibus, ut multi arbitrantur, processu, qui
discitare solitus est, eorum qui honesta sa-
cie forent, accedente cecina, decorum ma-
gis auerit: atq; isti, qui deformes essent, ex ea
plus terroris inesse. Plutarchus in uita Ly-
santri.

Romani ad 4.54. annum usq; intonsi sue re, donec adducente P. Ticinio ex Sicilia tonsores uenerint. Plin. lib. 7. cap. 59.

Alexander in exercitu suo nihil aliud de fiderari dicebat, nisi ut Macedonibus barba raderentur: nullum esse meliorem in pugna, quam barbæ captiua offerens Plutarch. in Apophthegmat.

Genas foeminae radi duodecim tabularum interdieto cautum est. Plinius libro 12. capite 37.

Tranquillus in uita C. Caligulae, de eius inuidia contra omnes scribēs, eum ait, pulchros et comatos, quos si occurrerent, occipitio raso solitum deturbare.

FULLONES.

A Nasistas Aquileiensis, qui sub Diocletiano passus est, artem fullonica prius exercebat.

Cleippus fuit etiam fullo: cuius meminit Plin. lib. 34. cap. 3.

FIGULI.

D ibutades Sicyonius primus fuit figulus Corinthi, qui ex creta docuit fingere: primusq; personas tegularum extremis imbricibus imposuit. Vide Plin. lib. 35. cap. 11. Sunt qui in Samo primos omnium plasticem inuenisse Ideochum, Rethum et Theodorum tradant, autor idem Plin.

Encirapus, et Egrammus Italiae plasticen tradiderunt. Homini imaginem gypso ex ipsa facie primus omnium expressit, ceramq; in eam formam gypsi infusa emendare instituit Lystratus Sicyonius frater Lyssippi. Hic et similitudinem reddere instituit, de signis effigiem exprimere inuenit.

Plaste laudatissimi fuerunt Dimophilus et Gorgasus. Cacothebes eruda opera fecit Athenis.

Thericles figulus fuit Corinthius, a cuius

nomine fictilia quaedam uasa Thericlea dicta sunt.

Praxiteles plasticen matrem statuariae, sculpturaeque, et celaturae esse dixit. Neque unquam aliquid fecit, antequam finxit.

M. Varro tradit, sibi cognuū Romae Posunium, qui tubas et pisces fecerit, quos aspectu discernere a ueris non potuisset.

Idem magnificat Arcesilaum, Luculli familiarium, cuius proplastiche pluris uenibat ab artificibus ipsis, quam aliorum opera. Idem fecit Venerem genitricem in foro Caesaris.

Turianus Iouis effigiem fictilem in Capitolio dicauit. Fecit et Herculem eadem materia. Tales enim effigies deum tunc erant laudatissimae. Haec omnia habet Plinius libro 35.

Vatinius Beneuentanus calices uitreos faciebat. Hinc uasa Vatinia dicuntur uitrea. Mart. li. 10. Vatiniorum proxeneta fractorū. Idem in Distichis: Yllia sutoris calices monumenta Vatini Accipe.

DE RE NAUTICA.

N auem primi excogitarunt Riphys, et Argonautae: uel Tyrii, ut maull Tybullus scribens: Prima ratem uentis credere docti Tyros. Danaus nauem primus in Graeciam ex Aegypto aduexit. Nam prius ratibus nauigabatur in mari Rubro ab Eritbra repertis. Antiquitus fiebant ex corio circumfusa in Oceano Britannico. In Mylo ex papyro, seirpo, et arum. Ine. Longa naue primum Iasonem nauigasse, testis est Philostepha. Egestas hoc tribuit Partholus, Ctesias Samira, Stephanus Semiramidi, Archimachus Aegeoni, Bibliographi Noe. Onerariam Hippus Tyrius inuenit, Lembum Cyrenenses, Cymbam Phoenices, Celocem Rhodij, Cercurum Cyprij, Side-

rum

rum obseruationem in nauigando Phoenices, Remum Copae, Latitudinem eius Plateae, uel Icarus, Malum, et Antennam Dadalus, Teckas longas Thasij, Rostra Piscaus, Tyrrheni anchoram, Anacharsis Harpogones, Admicula Tiphis, Classe depugnauit Minos.

NAUTAE NONNVLII.

D e Tiphys licet satis dixerimus, adhuc tamen testimonia adijciemus. Ver. Aegloga 4. Alter erit tum Tiphys et altera quae uehat Argo Delectos heros. Ouid. in Epist. Quid tibi cum Minys, quid cum Tritonide pinu: Quid tibi cum patria nauita Tiphys mea. Seneca in Medea: Quaeq; domitorem freti Tiphyn nouam formare docuisti ratem. Idem: Ausus Tiphys pandere uasto Carbasia Ponto, legesq; nouas scribere uentis.

Mnestheus, Sergestus, Cloantus nautae fuerunt Aeneae. Vergilius lib. 4. Aeneid. Mnesthea, Sergestumq; uocat, fortemq; Cloantum.

Fuit et Palinurus gubernator nauis Aeneae. Verg. lib. 3. Ipse gubernator puppi Palinurus ab alta.

Telonem Massiliensem Lucanus nauigandi astrorumq; peritia laudat lib. 3. ubi ait: Dirigit huc puppim miseri quoq; de/extra Telonis, Qua nullam melius pelagoturbante carinae Audiuerunt manum, nec lux est notior ulli Crastina. seu Phocum uideat, seu cornua Lunae. Semper uenturis componere carbasia uentis.

Idem comendat Phocum quandam uiridatorem adeo natandi peritum, ut merge/ret se, ac demum emergeret quum uellet. Haec eius uerba: - Pugna fuit unus in illa Eximius Phocus, animam seruare sub un-

dis, Scrutariq; fretum, si quid inersisset arenis, Et nimis affixos unci conuelleret morsus, etc.

Opheltes fuit nauta et circumuentor sceleratissimus. Sidonius: Qui uigor in pedibus frustra tibi natus Ophelie. Canopus, autor re Plinio, fuit gubernator nauis Menelae, a quo hostium Nili Canopicum nomen sumpsit, ubi ictu aspidis mortuus est ille.

Fuit Saro quispiam nauta, qui moribus suis inelegantibus et inurbanis sequenti adagio locum fecit: Sarone magis nauticus. Simonides apud Plutarchum testis est, Amarsyadem Phereclum fuisse gubernatorem Thesei in Cretam ad Minotaurum nauigantis. Philochorus ibi ait, Mausibeam, et Phaeacem rectores fuisse eius nauis.

Idem in Themistocle ait, Ariomenem Xerxis fuisse nauarchum. Eodem teste Petittus fuit gubernator nauis, in quam Pompeius post fugam conscendit.

Acessus fuit ignauus quispiam nauta, qui ut nauigationem prorogaret, dicebat se Lunam magis opportunam expectare. Vnde natum adagium, Accessi Lunam in comperendinatos, qui semper causam comminiscuntur, quod negotium differant.

Mandro fuit quispiam nauicularius, qui aspirante fortuna, tandem factus est imperator, unde etiam factus adagio locus, Fuit et Mandroni ficulna nauis: in eos, qui praeter meritum ad opes euecti, pristinae conditionis non meminerunt.

Amyclas nauta fuit, ad quem tempore belli civilis accessit Caesar, ut ab eo transueberetur in Italiam. Lucanus lib. quinto: - molli consurgit Amyclas, Quem dabat alga, toro,

Herodotus in Melpomene ait, Colæum fuisse gubernatorem cuiusdam nauis Samiorum.

Pherecius fuit architectus, qui naues Paridis ad captū Helenæ iuri fabricauit, unde & nauis proprio epitheto Phereclæa dicitur.

Pelorus fuit gubernator nauium Annibalæ fugientis.

ARGONAUTARVM nomina.

ARgonautæ dicuntur Heroes illi, qui in Argo nauis Colchos profecti sunt ad rapiendum uellus aureæ. Sunt qui dicant fuisse duo et quinquaginta numero. Alij quatuor addunt. Sed parum refert de numero. Val. Flac. lib. 2. seriatim multos enumerat. De Zete & Calai Ouid. lib. 6. Met. Vellera cum Minyis nitido radiantia uillo Per mare non notum prima petiere carina. Propert. lib. 2. Hunc duo seclati fratres, Aquilonia proles, Hunc super & Zetis, hunc super & Calais. Omnium summi & principes fuerunt Tiphys & Iason. Vnde Ouid. lib. 3. de Arte: Tiphys in Aemonia puppe magister erat.

PERICVLA MARINA.

Charybdis periculum est marimum, in Sicilia, prope Tauronimitanū littus, quod crebris aquarum uorticibus infrenere, & siduis fluctuum concursibus raptim absorbere dicitur. Ouid. libro 4. de Ponto: Nec potes infestis conferre Charybdim Achæis, Ter licet epotet, ter uomet illa fretum.

Scylla, saxum est in mari Siculo, mare ipsum reddens importuosum & plenum periculi, quod asiduis aquarum concursibus latratum uidetur emittere. Poeta fabularum, Scyllam Phorci filiam mutatā in mon-

strum supernæ uirgineum, infernæ uerò piscem, et sex caninis capitibus latrans, cum se lauisset in fonte, quem Circe ueneno infecerat. Ouid. li. 7. Met. Cinctaq; scæuis Scylla rapax canibus Siculo latrare profundo. Plin. lib. 3. In eo freto est scopulus Scylla. Item Charybdis, mare uorticofum, ambo clara scæuita. Cicero Actione 6. in Verris: Non enim Charybdim tam infestam, neq; Scyllam nauis, quam istum in eodem freto fuisse arbitror.

Malea promontorium est Laconia scopulosum, quod per quinquaginta millia passuum in mare protentum periculosam reddit nauigationē, propter aduersos uentorum flatus. Hinc natū prouerbiū, Quā ad Maleam deflexeris, domesticos obliuiscere. Est autem penultima dictionis indifferens. Vergil. Ionioq; mari, Maleæq; sequacibus undis. Statius lib. 4. Theba. Item in Achill.

Caphareus mons est Euboiæ altissimus, Hælespontum uersus, importuosus & formidolosus propter scopulorum frequentiam, et crebros undarū uorticis. Hic Nauplius rex Euboiæ, mortem filij Palamedis Vlyssis dolo interfecit, ultus est. Nam cum Græci Troia redirent, Nauplius facem in uertice montis posuit, ut locus fidem portus faceret. Quā cum uenissent, multi naufragium fecerunt. Stat. in Achil. Quā redices Danaï, nocturnaq; signa Caphareus Exercet.

Syrtes duo sunt loca in finib. Africae Aegyptum uersus, ubi mare fertur esse uadofum & importuosum, propter aquas recit. procas. Sene. Et amica nauis ante promittet uada Incerta Syrtis. Syll. lib. 17. Et semper naufraga Syrtis.

Ouid. li. 12. Eleg. de quibusdam sic inquit:

Cum

Cum domina Lybicas ausim prærupere Syrtes, Et dare non equis uela ferenda Nothis. Non quæ uirgineo portenta sub inguine latrant, Nec timeam uestros curua Malea sinus. Nec quas submersis ratibus saturata Charybdia Fundit, & effusas ore recepat aquas.

NAVIGIORVM DI. uersa genera.

Acatium nauis erat actuaria. Iulius Polux ait, fuisse uelum in naui maximū, sicut minimum Dolonem.

Actuarie naues dicuntur agiles, et præstantes celeritate. Sallust. His actuarie naues circiter 30. Onerarie decem erant.

Anchiromachus nauigium est aptum ferendis anchoris, cæterisq; nauticis instrumentis.

Baris erat cymba, qua Aegyptij suorū cadauera ad tumulum comportabant. Propert. lib. 3. Romanamq; tubam crepuitanti pellere sistro, Baridos & contis rostra Liburna sequi. Herod. lib. 2.

Catafscopium dicitur nauis exploratoria, ut Catafscopus circumspector, quod etymodictionis cognoscitur. Caesar in Comentarjjs: Literis celeriter in Siciliam conscriptis, & per Catafscopium misis.

Celox dicitur breue nauigiū, à celeritate. Apuleius: Qui celocem regere nequit, onerariam petit. Plautus Aulu. Quò hanc celocem conferam? Varro: Nautæ remiurgam mouent celocem.

Corbita nauis est tarda, et grādis. Plautus in Poenulo: Tardiores quā Corbitæ sunt in tranquillo mari. Dicuntur aut Corbite, quòd in earum malo corbes pro si pro gno susperderentur.

Cylarum Calepinus ait, esse nauiculæ genus: sed quale, ut in plerisq; tacet.

De Cymba Ver. li. 6. Aen. Gemuit sub pòdere Cymba Sutilis. Ouid. li. 2. Met. Occurrit hic collem, cymba sedet alter adunca.

Cyrceus nauis est prægrandis Asiatica Plaut. apud Noniū: Quum percōtor portitores, ecquæ nauis uenerit ex Asia: negāt uenisse. Conspicatus sum interim Cyrceum, quo me maiorem non uidisse censeo. Idem: Aedificat nauim Cyrceum, & merces emit.

Damenam Plutarch. in uita Periclis ait, esse quandam nauim rotundam & concauam, & in uentris similitudinē formatam, ut mare percurrere, ac celeriter conuerti possit. Atque hoc illi inditum nomen, quòd in Samo primū reperta sit, & à Polycrate tyranno ibidem aedificata.

Embolum genus est nauigij uelocissimi. Alij ponunt pro rostro aereo, quod ex protra nauium eminet.

Fasellus est nauigium Campanū, eodem Nonio teste. Sallust. lib. 3. hist. Et fortè in nauigando cohors una, grandi facello uectā, à cæteris deerrat.

Geseorta nauis est, quam nonnulli Prosumiam uocant.

Halius dicitur breuis scapha.

Hippago seu Hippagium, nauis est lata & expansa, qua equi & currus transmittuntur.

Horiā Nonius ait, nauim esse piscatoriā. Plautus in Rudente: Mea opera laboratur & Rete & horia. Diminutiuum est: Horiola. Idem: Malo hunc alligari ad horiolam, ut semper piscetur, etsi sit tempestas maxima.

Lembus dicitur nauicula breuis, & uelocissima. Plautus: Dum hæc aguntur, Lembo aduehitus tuæ pater paucillulo. Verg. Lembum si fortè remisit, Atq; illū in præceps pronc rapit aluicus amni. Plinius libro septimo ait, Cyrenenses fuisse reperto res Lembi.

Lenunculus dicitur nauis piscatoria. Sallust. apud Nonium: Primo inducit forte per noctem in Lenunculo piscantis.

Liburni dicebantur bellicæ naues, et uelocissimæ, à Liburnia Dalmatiæ parte, cuius exemplo fabricantur, uel quod Liburni populi olim nauibus citissimis Ionium mare insulasq; prædarentur. Hinc naues leuitate præstites Liburnicas dixerunt. Horat. in Epod. Ibis Liburnis inter alta nauium Amice propugnacula. Dicimus et Liburnica. Sueton. in Augusto: Vitrobiq; parte Liburnicarum demersa. Dicuntur etiam Liburnæ. Luc. Ordine contentæ gemino creuisse Liburnæ. Veget. lib. 4.

Lintre dicitur nauicula cauatis arboribus facta. Hac utebantur quondam Germani Danubium habitantes. Nonius ait Lintres naues esse fluminares. Ouidius ad Liuiam: Quæ semel umbrifera nauita Lintre tulit. Sidonius: In pugnam Pyrata coit, pars Lintre cauata.

Monoxylon dicitur nauis ex integro ligno, et non conciso in trabes. Monon enim unum, et xylon lignum dicitur.

Myoparo genus erat nauigij, quo utebantur pyratæ, autore Nonio. Cicero lib. 3 de Rep. Nam quum quaeretur ex eo, quo scelere impulsus mare haberet infestum uno Myoparone. Eodem (inquit) quo tu orbem terræ. Sallust. lib. 4. histor. Mariq; placido à duobus prædonum Myoparonibus circumuenta.

Onerariæ naues dicuntur negociatorie, et propter onera tardæ.

Parones erant genera quædam nauium. Varro: Iamq; duos Parones habebant instructos. Budæus ait, Paronem hodie uocari Brigantium.

Pontones dicuntur, quibus pontium lo-

co utimur in traieciendis fluuijs. Apul. Et si uado non poterunt, pontonibus transibunt.

Prosumia genus est nauigij speculato-rij. Cæcilius apud Nonium: De nocte ad portum sum profectus prosumia. Idem: Qui pro gubernatore se gerens propè uertit prosumiam.

Scapha nauicula est in ligno cauata. Horat. lib. 3 Car. Tum me biremis præsidio scaphæ Tutii. Veget. Scaphas quoq; de singulis trabibus excavatas cum longissimis sinibus, interdum etiam ferreis cathenis legio portat. Nonius ait, Scaphas nauiculas esse, quæ maiores naues consequuntur.

Schedia nauigium esse rude et impolitum, et trabibus inter se connexis factum, cuiusmodi sunt rates.

Sorrillum nauigiū est istricū, quod limo et sparto conseritur et condensatur.

Stlata nauis est lata, quales forte sunt, quibus equi et currus transuehuntur. Antiqui flatum et flites, pro satum et lites dicebant.

Trieris nauis est magna, quam remiges tribus utrinque remorum ordinibus impellunt. Latine Triremis dicitur, et trium ordinum nauis, quemadmodum Quadrirèmes et Quinquerèmes apud antiquos legimus, et apud Græcos Epteres, Enneres, et Deceres, quæ naues septenarium, nouenarium, denariumq; ordinum significant. Biremem primum fecere Damasthenes, autore Plinio. Triremem, Ammocles Corinthius. Quadrirremem, Carthagenensis. Quinqueremem instituit Nesechton Salaminus. Sex ordinum, Xenagoras Syracusanus. Decemremem, Nesihton. Instituit Alexander Magnus ad duodecim ordines. Ptolemæus Socher ad 15. Demetrius Antigoni ad 30.

Pto-

Ptolemæus Philadelphus 40. Ptolemæus Philopator ad 50.

Nauium appellationes apud Gellium lib. 11. cap. 25. sunt Gauli, Corbitæ, Caudicæ, Hippagines, Cercuri, Celoces, Oxia, Remiculi, Actuarie, Prosumie, Geseortæ, Orioles, Catta, Scapha, Pontones, Nactia, Media, Phaselli, Parones, Myoparones, Lintres, Caupulica, Mareplacida, Cydarum, Ratariæ, Cata scopium.

PROPRIA QVÆDAM nauium nomina.

Argo dicitur fuisse prima nauium, quæ Iason, Tiphys, Castor, Pollux, et alij (quos inde Argonautas dicimus) profecti sunt Colchos, ad rapiendum uellus aureum. Sumpsit autem nomen ab Argo archilicæ. Vnde Val. Flac. lib. 1. Ad charum Tritonia Argum, Moliri hunc puppem iubet et demittere ferro Robora, Pellicæ etiam comes exit ad umbras. Vel ab Argiuis, qui in ea nauigarunt. Hanc nauim poetæ multis ornant epithetis. Vocant imprimis fatidicam et loquaculam, quod beneficio Mimeræ facta sit ex quercu Dodonæa, quam Sophocles tradidit fuisse non tantum uerbo sam, at etiam futuræ præsagâ, ut in periculo Argonautas moneret. unde Claud. Licet omnia uates In maius celebrata ferant, ipsamq; secandis Argois trabibus iacent iudasse Mimeruam, et Arbore præsagatubulas animasse loquaces. Val. Flac. Prima deum magnis canimus freta peruia nauis. Fatidicamq; ratem. Vocatur præterea Pegasæa, à Pegasa urbe Thessaliæ, apud quæ fuit edificata. Item Pelias, à Pelio monte Tritonis, quoniam beneficio Mimeræ et ingenio facta est. Magnesis seu Magnesia à Magnesia reg. de Macedonia proxima. Argos, et Argiua, ab Argiuis nauis.

Hæc ex autoribus confirmari possunt, ut Ouid. lib. 7 Met. Val. Flac. 1. et 8. Statius lib. 5. et Pontanus lib. 5. de Stellis, et Propert. lib. 1.

Pristis, Centaurus, Chimera, Scylla, nomina sunt nauium apud Vergil. lib. 5. Aen. De Pristi et eius rectore Mnesteo sic inquit: Velocem Mnesteus agit acri remige Pristim. De Chimera: Ingentemq; Gyas ingenti mole Chimeram. De Centauro et Scylla: Sergestusq; (domus tenet à quo Sergia nomen) Centauro inuehitur magno, Scyllaq; Cloanibus Cerulea.

Apud eundem lib. 10. Tygris nomen est nauis, cuius rector fuit Masticus. Hæc eius uerba: Masticus ærata princeps secat equora Tygri.

Est et Centaurus nomen alterius nauis, cuius rectorem uocat Cupaonem, ubi ait: Filius æquales comitatus classe cateruas, Ingentem remis Centaurum promouet.

Triton nauis fuit cuiusdam Aulestis. Idem: Hunc uehit immanis Triton.

Cælius ex testimonio interpretum Aristophanis ait, duas Athenis naues fuisse publico muneri destinatas, ex quibus Salamina euocatos ad iudicium subueheret, Paralus uero ueheret Delphos ad rem diuinam.

VOCABVLA AD REM nauicam spectantia.

A Nchori ferrum est repandum, et uentrisq; acutum, quo sistuntur naues: unde adagium, Nauis tua fulta est duabus anchoris.

Antennæ instrumenta sunt annem atq; ti secantia, uiamq; nauibus facientia. Verg. Cornua uelatarum obuertimus antennarum.

Carbalus lunum est tenuissimū, quo uela nauium siebant quondam: unde & Carbasia prouelis accipi solent.

Carina dicitur cōcauitas nauis, & capitur pro tota nauī. Virgil Frondentesq; ferunt remos, natat unctā carina. Carinare, instar carinæ formare.

Celeuma dicitur clamor nauticus.

Classis capitur pro multitudine nauium, & quandoq; pro unica nauī. Verg. Et Lycia ductorem classis Orontem.

Helicarij, qui maiores naues funib. trabunt canabinis aduersus undas.

Nauis uocabulum est generale. Naualia, nauium stationes. Nauarchus, nauis princeps. Nauclerius, seu Naucleriacus, ductor. Nauta, & Nauita idem.

Naulum et Portorium merces nautarū & portitorum.

Naumachia uocatur pugna nautica: Naumachiarj, qui nauale praelium cōmittunt. Suetonius in Claudio: Sed quum pro clamantibus Naumachiarj, Aue imperator, morituri te salutant.

Puppis pars posterior nauis, Prora anterior. Proreta, rector prore.

Rates dicuntur rudes & impolite trabes, inter se connexæ. Ratis tamen capitur pro nauī. Ouid. lib. 4. de Ponto: Et freta uelivolæ non habiura rates. Ratiarij, ratis ductores.

Remiges nautæ qui remos agunt. Remigare remos agere.

Rudentes dicuntur funes nautici. Luca. lib. 8. Aut laqueum collo, tortosq; aptare rudentes.

Transtratabulæ sunt, in quibus sedent remiges, uel per quas ad regimen nauis deambulāt.

Vela dicuntur linea uel canabina te-

gnina, quæ dispassa malo nauis alligantur, ut uentos recipiant. Hinc mare uel uololum.

Urinatores dicuntur natatores subaquatiles. Urinari, seu urinare, sub aquis natare.

PISCATORES, ET URINATORES.

Ichthyophagos Plinius ait populos, Troglodytis uitinos, natate ceu maris animalia.

Scylliam Herodotus ait, fuisse urinatorum Sicyonium Themistoclis ætate, qui etiam in naufragio ad Pelium facto multam pecuniam Persis seruauerit, plurimamq; sibi lucratus sit.

Dyctis fuit piscator quispiā, qui educauit Perseum, de quo Stat. lib. 2. Syl. Fluctuatus uolucrum comibat Persea Dyctis.

De Herminio Syllius lib. 5. Nec minus Herminium primis obrūtcat in armis, Asfuetum Thrasymane tuos prædantibus hamis Exhaustire lacus, patriæq; alimenta se necesse Ducere suspensio per stagna latentia lino.

Nicolaus quidam Calapiscis cognominatus, ex Apulia oriundus, a puero aquis assuetus, debebat inter marinas beluas multos dies continuos illatus, & profunda pelagi scrutabatur, futuræque tempestates prædicebat.

PISCINARIJ.

Piscinarij dicuntur, qui piscinas habent refertas piscibus, easq; magno studio curent. Ostrearum uiuaria, primus omnium Sergius Orata inuenit, optimumq; saporem Lucrims adiuuauit.

Licinius Murena reliquorum piscium uiuaria primus instituit.

Lucullus

Lucullus ad piscium receptacula monentem excidit iuxta Neapolim, maiore impendio, quam uillam ædificauerat, admisso mari.

Varro scribit, M. Catonem Uticensem (quum heres testamento Luculli seu Lucilij esset relictus) pisces de piscina eius 49 millibus uendidisse.

Murenarū uiuaria excogitauit C. Hirpinus, qui cœnis triumphalibus dictatoris Cæsaris sex millia murenarum mutua appendit, & dedit in pondus.

Vedius Pollio quum piscinas magno studio coleret, solebat seruos suos occidere, eosq; piscibus uorandos præbere, ut hominum cruore pasti delicatiores essent.

Curauit & piscinas Hortensius Orator, Murenamq; adeo dilexit, ut mortuam multos dies atratus fleuerit.

Antonia Drusi Murenæ, quam diligebat, in aures addidit. Cochlearum uiuaria primus instituit Fuluius Hirpinus.

VENATORES.

Dianam poetæ fingunt perpetuo uenandi studio duci, quod ideo fabulantur, ut doceant magnopere his cauendā esse de fidiam, quibus curæ est uirginitas. Nam (ut inquit Seneca) amor iuuentæ gignitur luxu, Otio nutritur inter lata fortuna bona. Et Ouid. Otia si tollas, periure Cupidinis arcus. De Diana idem Oui. lib. 2. Fast. Mille feræ syluis Phœbe uenata redibat.

Arethusa uirgo fuit uenatrix Dianæ comes. Unde Verg. 4. Geor. Et tandem postis uelox Arethusa sagittis.

Orion uenator (ut fabulantur poetæ) quum uiribus fidens gloriaretur, nullam esse feram, quā non conficeret, dijs insolens uerbum ulciscens contigit, ut terra scorpionem pareret, a quo uulneratus occu-

buit. Pamphilus: Errauit, quoniam cecidit uenator Orion. Idem: Valle sequebatur iaculis uenator Orion, sæpe uagas ista retibus atq; feras.

Hippolytum ferunt Thesei filium sese in consecrandis feris exercuisse, studio uirginitatis, et otij uitandi causa. Phædra apud Ouid. Si uenerem tollas, rustica sylua tua est. Et apud Senecam in tragœdijs.

Cranen Ouid. lib. 5. Fast. ait, fuisse nympham lustradis syluis deditā. Hæc eius uerba: Inde sata est nympe, Cranē dixere priores, Nequicquam multis sepe pelita prociis, Rura sequi, iaculisq; feras agitare solebat, Nodosasq; caua tendere ualle plagas.

Adonis Cynaræ ex Myrrha filius, dū uenaretur, ab apro interfectus est. Qui. li. 2. de Arte: Cura deæ syluis aptus Adonis erat.

Cephalus Atheniensis, Procridis maritus, uenator fuit, quem poetæ fabulantur ab Aurora adamatum. Ouid. in Epist. Phædræ: Clarus erat Cephalus syluis, multæq; per herbam Conciderant illo percutiente feræ, Nec tamen Auroræ malè se præbebat amandum,ibat ad hunc sapiens a fene diua uiro. & lib. 1. Met. inducit Cephalum sic loquentem: Sum nemorum studiosus, ait, cæterisq; feris.

Eius quoq; uxor Procris uenationi uacasse arguitur, testimonio eiusdem poetæ scribentis: Montibus errabat studijs operata Diana. De Cephalo Strozæ pater: Venanti Cephalo cura minor ne fuit?

Atalanta mulier fuit Arcadica, quæ tumens uteros foeminarum, laboresq; conceptu perosa, uirginitati ac uenationi se totā deuouit, adeo ut immanè aprum toti formidolosum Arcadiæ prima percussisset cum Meleagro. Ouid. lib. 8. Venit Atalante Schoeneti pulcherrima uirgo, &c.

Abas Centaurus inter uenatores reponitur uerbis Ouidij, lib. 11. scribentis: Et Pholus & Melaneus, et Abas prædator aprorum.

Helymus & Patopes Aecessæ regis Sicilia comites, uenatores fuerunt, teste Verg. lib. 5. Aen. Tum duo Trimacrij iuuenes, Helymus, Panopesq; Assueti syluis, comites senioris Aecessæ.

Fuit & Lausus Mizentij filius, ferarum debellator maximus. Vergil. lib. 7. Aeneid. Lausus equum domitor, debellatorq; ferarum.

Idem uocat Amycum ferarum uastatorem lib. 9. ubi ait: Inde ferarum uastatorem Amycum, quo non felicius alter Vngere te / lam manu, ferrumq; armare ueneno.

Idem libro 11. Ornitum quendam inter uenatores reponit, his uerbis: Procul Ornitus armis ignotis, & equo uenator Iapige fertur.

De Mopso Cretenfi uenatore diximus in cap. de Sagittarijs.

Calisto Lycaonis regis Arcadiæ filia, uenatrix fuisse dicitur, quod docet Ouid. libro 2. Fast.

Nota est Adiconis fabula, qui Aristæi filius, indignatione Dianæ (quam inter uenandum nudam repperat) mutatus in ceruum, et à suis canibus dilaniatus dicitur, ut scribit Ouid. lib. 3. Met.

Amimone Danai filia, & uenatrix fuit, quæ dum in syluis iaculo se exerceret, Satyrum læsit, & postmodum à Neptuno ibidem compressa est.

Britona nympha, Martis filia, inter uenatrices puellas, & Dianæ comites numeratur.

Crocum poetæ dicunt uenatorē fuisse, Musarum precibus in astra relatum.

Hippe mulier Chironis Centauri filia,

in Pelio Thessaliæ monte sese exercuit uenando, ubi deorum commiseratione in equam mutata est, dum patris indignationē expauesceret. Alio nomine Theba dicitur.

Philocetes quum cruciaretur non ferendis doloribus, propagabat tamen uitam accipio sagittarum, configebat tardus ceptres, stans uolantes, pennarumq; contextu corporis tegumenta faciebat. autor Cic. libro 5. de Finibus.

Nicias fuit uenator quispiam, qui dum uenandi studio feras immisisset canibus præcepis insectaretur, in fornacem carbonariam decidit, ubi canibus circumgannientibus, & rapta ueste conantibus dominum educere, crematus est. autore Cælio.

Perdix uenator fuit, qui infanda corruptus libidine matri egressus, fecit, ut Perdix libido in proverbium abiret. Cælius cap. 15. lib. 16.

Melanionem quendam ferunt odio mulierum, & seruandæ castitatis desiderio, consectandis feris se totum deuouisse, nec unquam à solitaria illa, & umbratili uita ret uocari potuisse.

Endymiona pastor è poetæ dicunt quandoq; in monte Lathmo uacasse coniectandis feris. Val. Flac. lib. 8. Argon. Lathmus æstiuæ residet uenator in umbra, Dignus amore deæ.

Mithridatem ferunt uenandi studio adeo intetum fuisse, ut septem annis neq; urbis, neq; ruris tacto ueretur.

Carpophorus fuit Romanus quispiam imperatori Domitiano charissimus propter uenandi peritiã. Nã imperator ipse eo studio delectabatur adeo, ut si quando esset ocium, nihil curaret ardentius, quam feram insequi. De Carpophoro Martialis lib. 1.

Sima tue Meleagre fuit quæ gloria fame,

Est

Est quota Carpophori portio fufus aper.

Idem lib. 12. ad Seriscum uenatorem hoc modo scribit: Parcius utaris moneo rapiẽte ueredo Prisce, nec in lepores iam uiolentus eas. Sæpe satisfecit prædæ uenator, & æri Decidit excussus, nec rediturus equo. Aconteum uenatorem fuisse docet Statius lib. 7. Theb. Donec flammatus Aconteus strage uirum, cui sueta feras prosternere uirtus. Syllius lib. 16.

Horatius lib. 1. Epist. ait. Gargilium uenatorem fuisse, qui spectante populo ceruos cum plagis & uenabulis per medium forum iubebat trãsire, ac demum demptum aprum palã referre, ut cepisse aliquid uideretur. Hec eius uerba: Venemur, ut olim Gargilius, qui mane plagas, uenabula, seruos Differtum transire forum populumq; iubebat, Vnus ut è multis populo spectante referret Emptum Mulus aprum.

Ceterum Castes, Plagæ, Retia, Venabula, instrumenta sunt uenatoria. Est & Podostrabe, uenatorium instrumentum capientis feris concinnum.

AVRIGAE, ET EQVO-
rum domitores.

Phaeton Solis filius, dum currum patris regendam suscepisset, equis ignotum aurigam excipientibus, cecidit in Padum, cælo passim cõflagante. Hinc equi Phaetontis, pro equis Solis solent accipi. Verg. libro 5. Aen. Auroram Phaetontis equi luce uehebant. Ouid. lib. 21. Met. Hic situs est Phaeton currus aurigæ paterni.

Idæus fuit aurigæ Priami. Verg. libro 7. Aen. Idæumq; etiam currus, etiam arma tenentem. Metiscus Turni. Idem lib. 12. Aurigam Turni media inter lora Metiscum Excuit. Ausonius, Nec celeres Mulas ipse Metiscus agas.

Naubolus Laij regis Thebarum. Stat. Naubolus Hippasides tuus õ mitissime Lai Hospes adhuc currus securaq; lora tenebat.

Cirrus Melampodis, Durius Pelori, Atlas Camphasi, Iberus Panchatis equorum fuerunt aurigæ. De Cirno Syllius lib. 16. Quò Cirne ruis (nam Cirnus agebat) Verbera dimitte, & reuoca moderatus habenas. Iberus ad Panchatem apud eundem sic loquitur: Te ne Astur certante feret quisquam æquore palmam Erepto? con surge, uola, perlabere campum. Durius ad Pelorum: Quò ruis, aut quisnam hic rabidi certaminis est mos?

Ferunt etiam, Iolaum Herculis fuisse aurigam.

Arceptolemus, Enipeus, Cabrion Hæctoris aurigæ fuisse memorantur. Mortuo Arceptolemo, successit Cabrion eius frater.

Myrtilus auriga fuit Oenomai, cuius ruina mari Myrtoe nomẽ imposuit. Ouid. in Ibin: Proditor ut seui perijt auriga tyranni, Qui noua Myrtoe nomina fecit aique.

Tortellius ait, Menonem fuisse aurigam Idomeni, Mnestem Diomedis, Mydonem Pylemenis, ducis Paphlagonum.

Amphitus & Telchius Castoris & Pollucis aurigæ fuerunt, testimonio Plinij lib. 6. scribentis: Sunt qui cõditam eam ab Amphito & Telchio, Castoris & Pollucis aurigis, putãt. Ammianus, Vbi (inquit) inter ciuitates alias Phasis est nomine fluuij distitata, et Diosocrias nunc usq; nota, cuius autores Amphitus, & Telchius Spartani traduntur, aurigæ Castoris et Pollucis. Alij dicunt, Castoris & Pollucis aurigas fuisse nominatos Rhecam, & Amphistratam. Strab. lib. 11.

99 2 Legitur

Legitur in Traceniorem historia, Sperum fuisse Pelopis aurigam, quanquam alij Olympia fuisse Cyllam tradant. In Ilyria ciuitas fuit Harpia, prope Encheliis, in quam Amphiarai auriga Baton absorpto domino se contulit. Autor Caelius.

Cebares fuit equiso, cuius asbu Darius regnum Persarum adeptus est. Nam quum magi inter se pacto cõuenissent, ut is, cuius equus primus hinniret, regno potiretur, Cebares manũ uulue equinae prius admotã, naribus equi prebuit olfaciendam. Quo odore irritatus equus primus dedit hinnitum. Autor Herodotus.

Patirampus fuit Xerxis auriga. Idem Herodotus: Post quẽ (inquit) ipse Xerxes uehebatur curru equorum Niseorum precedente auriga, cui nomen erat Patirampus, Othonis filio.

Poeta Bellonam Martis aurigam faciunt, flagello armatum sanguineo, ut docet Statius.

Automedon fuit Achillis auriga. Verg. lib. 12. Aen. Una ingens Periphias, & equorum agitator Achillis Armiger Automedon. Ouid. lib. 5. de Trist. Nunquid Achilleos inter fera praelia fidi Deseruit leuitas Automedontis equos. Idem lib. 1 et 2. de Arte amandi.

Picus fuit equorum domitor, dicente Verg. lib. 7. Leuiq; Ancyle gerebat Picus equum domitor.

Idem de Mesapo lib. 7. Aen. At Mesapus equum domitor Neptunia proles.

Anniceris Cyrenæus nobilis fuit equorum agitator, qui artem Platoni ostentaturus, ante Academiam curru iuxit, sepeq; eundem cursum iisdem uestigijs nihil delirando repetijt.

Erichthonius Atheniensis quadrigas pri-

mus iunxit. Pontanus lib. 3. de Stella: Quatuor Erichthonius curru & quatuor ausus iungere equos, rapidisque rotis insistere uictor.

Astyr Memnonis fuit auriga, à cuius nomine Astrues populi Gallæcis proximi dicti sunt.

Constat Felicem Russatum fuisse aurigam, uerbis Plinij lib. 7. scribentis: Inuenitur in actis Felicis Russati aurigæ, iam igne illato, in rogam eius unum è fauentibus tenuisse sese.

Inter eos (qui equitatu claruerunt) Castor principem locum obtinuit. Poli. Vixq; bonum frenis Castora frater anet.

IANITORES.

BVtes armiger fuit Anchisæ et Ianitor. Virgil. lib. 9. Forma tum uertitur oris Antiquum in Buten, hic Dardanio Anchisæ Armiger antè fuit, fidusq; ad limina curtos.

Cerberum poeta fingunt esse custodem et ianitorem inferorũ. Virg. li. 8. Aen. Te Stygijs tremuere lacus, te ianitor Orca.

Amnianus Marcellinus ait, Eunũ fuisse ergastularium quendam, qui ductauerit in Sicilia fugitiuos.

PORTITORES.

CAelius scribit, Phaonẽ fuisse portitorẽ, eoq; se fouisse artificio. Hic quum Venerẽ transuexisset, unguentum ab ea fertur accepisse, quo delibutus, factus est hominum pulcherrimus.

Phorcus Græcè Porihmeus, Latine portitor dictus est, quod per mare deferret colonias, teste Beroso.

Charon dicitur portitor inferorũ. Verg. lib. 6. Portitor ille Charon. Idem: Portitor has horrendus aquas & flumina ser-

uat

uat Terribili squalore Charon. Propert. lib. 3. Portorium, Porthmeũ, Telonarium, Minerua, stips Charontica, Naulum dicitur portitorum merces. Seneca de Charonte: Hinc seruat amnem cultu et aspectu horridus, Pavidosq; manes squalidus gestat senex. Idem in Oedipo: Quinq; capaci turbi da cymbo flumina seruat durus senior nauita Charon.

PASTORES, ET ARMENTARIJ.

Apollo priuatus deorũ ambrosia obinterfectos Cyclopes, pavit armata Admeti regis Thessalie. Tibull. lib. 2. Pavit & Admeti tauros formosus Apollo.

Crathis seu Craibides, pastor fuit apud Sybarin, quem infando amore capræ excarisse iam diximus.

Sybotus fuit Suarius, qui Vlysssem profugum & iam suis ignotum, in patriam duxit.

Cebares fuit equiso, & armentarius Darij, cuius asbu Darius ipse regnum Persarum affecutus est.

Alsus nomen est pastoris apud Vergil. lib. 12. scribentem: Sic rigido latus ense ferit, Podalyrius Alsum Pastorem.

De Amynta pastore Martialis. li. 11. Indulget pecori nimium dum pastor Amyntas, Et gaudet fama luxuriaq; gregis.

Tyrtorus fuit bubulcus mirandæ fortitudinis, qui cum Milone certauit.

Mithridates apud Herodotũ nomen est pastoris, cuius uxor Spaco nomine Cyrum infantem (qui postea rex fuit Mædorum) ab Astyage deuotum seris, aluit.

Daphnis fuit pastor, qui carmen Bucolicum reperit.

Gyges beneficio cuiusdam anuli rex è pastore factus est. autor Cicero.

Sophi (qui postea rex fuit Turcarũ) in agendis armentis uictum puer querit auit.

Philetus fuit bubulcus Vlyssis, & Eumeus porcarius. De his intelligit Ouid. in Epist. Vlyssis: Hoc faciunt custosq; boum, longeuãq; nutrix, Tertius immundæ cura fidelis haræ.

Tilippus fuit pastor, qui Lycastũ et Parthusium à Philonomia matre expositos educavit. autor Plutar.

Tamburlanus primum fuit bubulcus: Demum tamen adeo fauentem reperit fortunam, ut ad imperium Scytharum conscenderit.

Faustulus fuit pastor, cui Amulius dedit Romulum & Remum exponendos. Alijs placet, Faustulum eum fuisse, qui expositos nutriuerit. testis Plutar. in Romulo.

Actius Nauius, augur clarissimus, ob paupertatem sues pavit. autor Cicero lib. 2. de Diuinatione.

Mirmillo fuit armentarius, cuius similitudo obiecta est Cassio Seuero celebri oratori. Testis Plin. lib. 7.

Euthycus apud Suetonium nomen est Asinarij, ubi ait: Apud Actium descendenti in actiẽ asellus cum asinario occurrit. Homini Euthycus, Bestiæ Nicom erat nomen.

Primislaus è bubulco factus est Bohemorum rex.

COCI.

PHyrrnis Lesbicus coquus fuit Hieronis Syracusani, datus postea Aristocli.

Mythillus, & Taratalla nomina sunt coquorum apud Martialem scribentem: Si tibi Mythillus coquus Aemiliane uocatur, Dicitur quare non Taratalla mibi?

Perdax fuit caupo quispia claudus, qui sequenti prouerbio locũ fecit, Perdixis cura: in homines distortis cruribus.

VESPILLONES.

Sunt autem Vespillones tumultatores ca-
dauerū, qui mortuos efferunt ad sepul-
chretum. Suetonius de Domitiano loquēs:
Cadauer eius populari sandapila per ue-
spillones exportatum. Aliter dicuntur Li-
bitimarij, & Sandapilarij.

Plutarchus in Phocione ait, Cypionē
fuisse quendam inter Athenienses homin-
culum, qui in tumultandis efferendisq; ca-
daueribus quæstum faceret. Is interfectum
Phocionem accepta mercede in Eleusinam
deportauit.

Diaulus nomen est Vespillonis apud
Martialem lib. 1. scribentem: Chirurgus fue-
rat, nunc est uestillo Diaulus.

MANGONES, ET ALIAE
professionis homines.

GAnyemedem poeta faciunt Iouis præ-
gustatorem.

Cadmus fuit quispiam notæ impietatis
carnifex. Horatius: Tūne Syridame, aut
Dionysi filius audes Dejicere è saxo ciues,
aut tradere Cadmo?

Apud eundem Lycinus nomen est tonso-
ris, ubi in Arte scribit: Si tribus Anyciris
caput insanabile, nunquam Tonfori Lyci-
no commiserit.

Fuit Diadamenus pincerna Augusti.

Secundus (id proprium est uiri nomen)
pincerna Nicomedis regis Bithyniæ.

Carpophorus mango fuit temporibus
Domitiani, alius ab illo uenatore, de quo
scribit Martialis: Est quota Carpophori
portio sūsus aper.

Thoranius fuit mango, qui uēdidit Mar-
co Antonio duos eximia forma pueros, al-
terum Asiaticum, alterum Gallicum, ut ge-
minos & uterinos, tanta erat formæ uni-
tatis & similitudo. De eodem sic ait Macro-

bis: Delectatus erat Augustus inter cenā
symphoniaci Thoranij mangonis, atque
eos frumento donauerat. Meminit & Suet.
Qui matres familiās, inquit, & adultas æ-
tate uirgines denudarent, atq; perspicerēt,
tāquam Thoranio mangone uēdente. E-
rant autem mangones seruorum & puero-
rum liberali forma diuēditores, quibus mo-
ris erat, medicamentis pueros uenaliū
pubertatem & barbam coercere, ut formo-
si semper apparerent. Hoc autē faciebant
Hyacinthi radice bulbacea, quæ uino dul-
ci illita non patitur pilos erumpere. Man-
gonium, uocatur ipsum mangonis artifi-
cium. Plinius: Nec tamen in hoc mangonio
quicquam toium placet.

Alphenus nomen est futoris apud Ho-
rat. lib. 1. Ser. dicentem: Ut Alphenus uaser
omni Abiecto instrumento artis, clausaq;
taberna Sutor erat sapiens operis.

DENOMINATIONES A VA-
RIIS ARTIUM PROFES-
sionibus, ordine lite-
rarum.

Abietarij dicuntur fabri lignarij, ab
abiete arbore. Abiegnæ trabes, abiete
factæ.

Acupiciores uocantur Phrygiones, qui
aurum & colores uestibus intextunt.

Actuarij siue ab Actis dicuntur notarij,
qui ueloci stilo acta, actionesq; describunt.

Acupedarij optimi cursores, à pedum
acumine.

Agasones æquorum ductores. Horat. Si
patmam pede lapsus frangat agaso.

Aliptes corporum unctor. Item serē si-
gnificant Vespillo, Sandapilarij, Libiti-
narij. Iuuenal. Sat. 3.

Alutarij sutores coriarij, ab aluta, id est
pelle, quæ à luteo colore dicitur.

Ampho-

Amphorarij pincernæ, seu pocillato-
res, ab amphora uase uinario.

Apiarj qui curant apes. Aliter uocan-
tur Mellatores.

Aquarij qui aquam circumferunt uena-
lem. Idem autor.

Arcarij arcarum fabri. author Cælius.
Appellantur & Scrimolarij. Apud auto-
res passim obuuium.

Architectus primarius faber.

Arcularij arcularū & sermiorū fabri.

Argentarij dicuntur campsores seu num-
mularij. Budew: Argentarij Romæ taber-
nas in foro publico conductas habebāt. Ali-
ter uocantur Mensarij, Mensularij, Trape-
sita, Collybista, Monetarij.

Argyrognomones minutuli nummula-
rij: quasi pecuniæ spectatores.

Astinarij qui astrictos pascunt. Hoc uoca-
bulo utitur Cato de Re rustica.

Atrieneses custodes atriorum, seu Vesti-
bularij.

Aucupes qui aues rapiunt.

Auarij qui aurum curā gerunt. Colum.
Sic tamen ut illustria sint loca, quæ com-
modius habitet Auarius.

Aurarij qui aliquid inaurant.
Aurifices dicuntur aurarij. Aurificina,
aurificis taberna.

Aurige currum & uehiculorum du-
ctores.

Balneatores balneorum ministratores.
Vnde & apud Erasmus est adagium, Asti-
nus balneatoris.

Bractearij qui Bracteas faciunt, quiquæ
aurum malleis tufum, & ad quamuis tenui-
tatem ductile rebus inaurandis reducant.
Budew.

Bubulci & Bubsequæ, bouum custodes.

Calceolarij qui calceos cōjuunt et con-

ficiunt. Vocantur aliter, Alutarij, Coria-
rij, Crepidarij, Sandalarij.

Calones militū serui, qui clauas ligneas,
hastas et fistes ferunt à tergo dominorum.
Horatius: Hunc permixxerunt calones
atq; caballi.

Capsarij capsarum & crumenarum cu-
stodes, uel artifices.

Carnarij carniū uenditores, à Græcis
Creopole dicuntur, & Creurgi.

Carnic octores qui coctas carnes expo-
nunt uenales.

Carpentarij fabri lignarij, qui carpen-
ta conficiunt.

Caupones esculentorum, poculento-
rumq; uenditores.

Celeustes qui remiges hortatur, quasi
navigationis moderator. Et Celeuma nau-
ticus clamor dicitur. Budew.

Cellarij qui asseruando penu præsumt.

Cementarij dicuntur Cementorum, id
est, edificiorū (quæ ex lapidibus fiūt) stru-
ctores. Hieronym. uocat fabros murarios.

Ceroplastæ cerearū imaginū artifices.

Chirurgi medici uulnerarij.

Cimclidarij quibus atrij et uestibuli cō-
mittitur custodia. Cimclidas enim Græci ap-
pellant ualuas duplices aut foramen, quo
immittitur clauis.

Cimerarij et Cimiffones dicuntur tonso-
res, à constandis calamistrorum cimeribus,
in quibus calamistra ad inueniū puellarūq;
capillos uibrandos calefaciebāt. Catullus:
Nunc tuum Cimerarius tondet os.

Cimiffones qui modum docent crispā-
dorum capillorum calamistris.

Cistiferi uasculorum aut capsarum ue-
ctores.

Clitelarij qui sarcinas ferunt elitellis.
aliter uocantur Mutumariani.

Codonophori, id est, atrati anteambulones, & ferales præcones tintinabula gestantes. Budeus.

Collybistæ dicuntur nummularij. Nam Collybus dicitur nummus.

Conchyliarij, qui conchyliam in mari conquirunt.

Condi qui reconduunt in cellam penuriam bona domestica.

Copiarj qui legatis foris profecturis pecuniam suppeditant necessariam.

Coronarij qui coronas conficiunt. Plin. lib. 21. Coronarij quidem & spina flore uentur.

Cosmetæ dicuntur unguetarij, à Cosmo medico, ut opinor, sicut Cosmiani.

Crepidarij qui crepidas conficiunt. Alii uocantur, Calceolarij sutores.

Crocatarij qui crocino colore uestes inficiunt. Plautus: Qui incedunt infectores Crocatarij.

Cubicularij cubiculorum famuli. Suetonius in Iulio: Mansitq; apud eos non sine summa indignatione prope 40 dies cum uno medico, & cubicularijs duobus.

Cupedinarij uenditores ciborum lautiorum, qui uocantur Cupedia.

Dardanarij dicuntur propolæ, qui omnia præemunt, ut carius postea uendant: à Dardanio quodam mago, qui hoc facere consueuerat.

Decupa qui uinum quotidie minutatim uendit. Cicero: Vinum à decupa & propola quotidie sumit.

Dulciarij dicuntur pistores placentarij, quos Pastillarios dicimus.

Epibatæ dicuntur, qui ob hoc tantum sunt in nauibus, ut uehantur. auctor Budeus.

Essedarij dicuntur fabri essedorum uenticulorum. Suetonius in Augusto: Quum

essedario (pro quo quatuor filij deprecabantur) magno omnium fauore indulisset rudem.

Fartores qui sarcinima faciunt ex insecta carne, & adipe. Terentius: Cupedinarij omnes, cetarij, lanij, coci, fartores.

Ferale præcones, dicuntur atrati illi anteambulones, qui cadauera (quæ effertur) cum tintinabulis præcedunt.

Ferramentarius ferramentorum confector. Iulius Firmicus utitur.

Flamearij dicuntur infectores flameicoloris uioleæ luteæ, quæ flameola appellatur. Hinc Flamea, coloris lutei uestimenta.

Fœnifecæ qui secant focuam. Columella utitur.

Fullones dicuntur qui maculam in pannis detergunt. Eorum ars uocatur Fullonica. Martia. lib. 7. Tam male Thais olet, quàm non fullonis auari Testa uetus.

Furnarij qui ex furno, panisq; coctura quæstum faciunt. Vocantur etiam Fornacarij.

Gangabæ à Persis dicuntur, qui humeris onera portant. auctor Curtius lib. 3 de Gestis Alexandri.

Gemmarij gemmarum uenditores. Cælius: Gemmarius quidam uitreas gemmas, ut legitimas uerasq; imperatoris uxori magno pretio uendiderat.

Hamotæ dicuntur piscatores, ab hamis, quibus utuntur ad capiendos pisces.

Helciarij qui naues deducunt, subducuntue, ad officia inuicem adhortantes, & rudentibus corpori suo inuolutis trahunt in star equorum. Martia. lib. 4. Quem nec rumpere nauticum, nec clamor ualet Helciariorum.

Herbarij qui uires herbarum noscunt, aut ex his conficiunt unguenta. Idem Plin. libro

lib. 13. Herbarij in utraq; pauca his & alia alijs miscent. Item lib. 21. Scelus herbariorum aperitur in hac mentione.

Horrearij appellantur horreorum custodes.

Hostiarij custodes hostiorum. Plin. lib. 12. Nat. hist. cap. 15. Sed præter has & custodes satellitesq; & hostiarij, & ministri populantur.

Institores proprie dicuntur rerum deliciarum uenditores & negociatores, quod gerendis instent negocijs. Prop. lib. 4. Mūdus demissis institor in tunicis. Ouid. Institor ad dominam ueniet discinctus emacem.

Insularij, inquit Budeus, dicuntur ab insula, qui lingua uernacula Conciergi uocantur. Eiusmodi homines esse solent in domibus principum, quæ insulæ plerumq; sunt, id est, à priuatorum domibus distinctæ.

Lactarij qui cibos ex lacte conficiunt. Spartianus in Heliogabalo: Dulciarios et Lactarios tales habuit.

Lachanopoles oleorum uenditor, qui et Olitor, & Olearius dicitur.

Lanarij qui lanas curant. Plaut. Stat. fullo, Phrygio, aurifex, lanarius.

Lanius seu Lanio, qui carnes uendit in carnario. Aliter dici potest Bouicida.

Lathomi dicuntur lapicideæ, & Lathomia dicuntur lapicidmæ, ubi eruuntur & caduntur lapides. Thomas enim Græcè, se stio dicitur Latine.

Lecticarij lecticarum curatores. Sertorius Sulpitius: Meisq; lecticarijs eum in urbem referre.

Lenobates appellatur uix calcator.

Lenones dicuntur illectatores, & productores meretricum, ab alliciendo. Et est communis generis, quamuis etiam dicamus Lena.

Libitiniarij dicuntur, qui ex rebus funeralibus, & exequijs quæstum faciunt. A Libitina dea sepulchrorum, aut sepulchro ipso. Vide Senecam.

Librarij qui libros uendant. Aliter Bibliopolæ. Catull. Nam si iusserit ad librarium Curam scribita.

Libratores qui aurum aut aliquid aliud ad libram expendunt. Theodorus per Zenobium Acciaolum: Ille (inquit) qui scire amet, quot pondo censenda sunt uel aurea uasa, uel argentea, uel nimis mata quæpiã pendenda, & libratoribus defert.

Limborarij qui limbos consuunt. Plaut. Textores limborarij. Est autem limbus uestimentum purpurâ inferne consuã habes.

Linthearij qui linthea uendant & conficiunt, ut Lintheones.

Lintheones qui linthea conficiunt. Vocabulum est Vegetij.

Lixæ dicuntur, qui aquas hauriunt. Seneca in Theb. Humilisq; Jocerum lixa dominantem sequar. Sill. Et inuile Marti Lixarum uulgas.

Lucenarij anteambulones, & tædisferi. Appellantur & Lucerniferi, & à Græcis Daduchi, & Dadurgi, Tedifices.

Macherophori dicuntur hastiliferi. Cuiusmodi sunt regij stipatores. Cic. ad Q. fratrem: Macherophoris centum sequentibus uiros risus nobis edidit.

Macheropij dicuntur fabri gladio, quo nomine dictus est Demosthenis pater, quod cultellos faceret. Macheræ Græcè, Latine dicitur fida, seu gladius.

Mangones dicebantur magistri & conceptorum formæ puerorum & puellarum, quos exponebant uenales. Solebant enim artificio colorem corporis pulchrificare, quo facilius uenderent quos uolebat. Hinc

Mangonizare, est aliquid ornare ad alliciendos emptores.

Mansuetarij qui syluestria animalia mansuefaciunt, & curant, & ex feris domesticos reddunt. Aliter Exarmatores dici possunt. Lampridius.

Margaritarij, margaritarum aliarumque gemmarum uenditores, & negociatores. Dicuntur & Gemmarij.

Mediastinus est mancipium adiectum, quod uilissima, & sordidissima ministeria obire domi cogitur: ut domum uertere, purgantia efferre, ligna congerere, & huiusmodi alia facere. Ita autem dicitur, quod in media domo ad imperium omnium, nutusque excubare soleat. Horat. in Epist. Tu mediastinus tacita prece rura petebas.

Medicamentarij & medici, a medendo dicuntur, qui morbis afferunt remedia. Plinius Herbarias, & medicamentarias artes dixit.

Mellatores qui curam mellis & apum gerunt. Aliter uocantur Apiarij. Volater. Ad hac propellenda diligens mellator remedijs instabit.

Mellisenes seu Mellarij, qui mella & apes curant. Aliter Mellatores & Apiarij, ut iam diximus.

Mensarij et Mensularij dicuntur collybista, seu monetarij & trapexite.

Mercenarij qui causa mercedis operam nobis prestant, a mercede hostimento.

Mesonauta nomen est uilis mancipij in nauis diciturque is, qui iubente Nauarcho queque munia subire cogitur.

Metallici qui metalla eruunt, aut conficiunt. Plin. lib. 13. cap. 16.

Molitores uulgo molendinarij, qui frumenta molunt in pistrino. Aliter Pistrinarij dici possunt.

Muliones qui mulorum habent curam, Apud Martialem Mulio capitur pro esse dario, ubi lib. 9 ait: Nec pigri rotas quasque mulionis.

Myropola unguentorum uenditor, & Myropolium, officina unguentorum & pharmacorum.

Nauta seu Nauita magister et dux nauis. Eodem etymo uocatur Nauleter.

Noauacularij qui nouaculus seu cultros raforios conficiunt.

Obsterices & Obstericula, que parturientium curam habent, quod si aperitis dolori obstant. Unde Obstericare, est partum adiuuare.

Odorarij qui odores conficiunt, & uendunt: a Grecis uocantur Aromatopola.

Oeconomi dicuntur custodes & dispensatores frugum, pecunie, & omni imperij quam dominus possidet. Unde Oeconomia, rei domesticæ administratio.

Oenopolita uini uenditor, Oenopolita, taberna uinaria. Plaut. Quum a Piflore panem petimus, uinum ex Oenopolito.

Obitores qui ortum oliuibus confitum exercent, & curant. Aliter uocantur Hortulani. Oliuor etiam dici potest, qui uendit oliuam.

Organici & Organarij dicuntur organorum artifices. Lucretius in libro 2. Organici que non bilibus digitis experspecta figurant.

Ostiarij custodes Ostiorum. Uocantur aliter Atrienses, Aedilij, Aediluenfes, Aeditimi, Clastrarij, Claustritimi, Ianitores, Liminarij, Liminarie, Vestibularij.

Oxyropoli, qui ei bos uendunt acetum confectos. Plin. in eoujzest, Et Oxyropoli seruant, addito dulcibus crescentia acetum

ti temperantes. Et Oxyropa dici possunt esculenta aceto condita. Unde idem Plin. lib. 20. cap. 23. Id ipsum condimentis prope omnibus inseritur, Oxyropis etiam apertissime.

Panifex seu Panifici, qui panem conficiunt. Panificum panis confectio dicitur.

Pecuarij pecorum custodes, qui & Armentarij uocantur. Pecuariam rem facere, est armenta gregesque alere.

Pegasarij dicuntur cursores, qui stasis locis mansiones suas positas habet, quorum diuersoria Stathi uocantur. de beo Budeo.

Pelliones qui uestes pelliceas, aut alia queuis opera pellibus conficiunt. Phrygiones dicitur, qui acu pingunt, aut uestes auro intexunt. Phryges enim primi inuenierunt aurum tele intertexere.

Pharmacopola medicamentorum uenditores. Et Pharmacopolium amuletorum officina.

Pigmentarij qui pigmenta uendunt, aut conficiunt. Hieronymus in Exod. Composuit & oleum, & sanctificationis unguentum, et thymiamata de mundissimis aromatis opere pigmentarij. Caelius inter eos, qui corporis curam agunt, recenset Tonsores, Balneatores, Pilicreptos, Alipilos, Mediastimos, Magonos, Coronarios, Cosmetas, & id genus alios.

Piscarij qui pisces uendunt. Var. Inter piscarios nemo uendebat.

Piscatores qui pisces inquirunt. Aliter uocantur Hamioles, ab Hamis, quibus esca operis pisces decipiuntur.

Piscarij qui piscinas curant, cuiusmodi fuerunt Sergius Aurata, & Licinius Murena, qui captorum piscium letabantur uocabula. L. quoque Philippus, et Hortensius piscinas habuerunt preciosissimas piscibus

refertas, quos propterea Cicero piscinarios appellat.

Pislores seu Pislores dicitur furnarij panifices, a pifendo, qui proprio & decenati epibeto uocantur Farinulenti.

Placentarij qui placentas & cibos dulciarios conficiunt. Uocantur etiam Officinarij.

Plumarij qui acu pingunt. Aliter uocantur Polymitarij. Opus plumarium acu factum. Vitruu. lib. 6 de Archit. cap. 6. Non minus, inquit, pinacotheca, & plumariorum textrina, pictorumque officina, uti colores eorum in opere propter constantiam luminis immutata maneant qualitate.

Pollinctores dicuntur funerum curatores. Pollincere enim est mortuos carere. Plautus in prologo Pœnuli: Eorum alter uiuit, alter est mortuus. Propterea apud uos dico confidentius, quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxit. & in Stichos: Hodie pollinctura est. Martialis libro 12.

Pocillatores dicuntur pincerne, et prægustatores, qualem poetæ fabulantur esse Ganymedem assistentem Ioui. aliter Propinatores dicuntur. Nam quamuis propinare significet præbibere, aliquando tamen est dare bibere. Plinius libro 21. capite 20.

Medici in uino decoquant recens uel aridum, illumineque, ut Splenetici propinant ex aceto. Idem libro 18. Artemon propinauit aquam e fonte noctu Comitialibus morbis. Vbi (ut in plerisque alijs locis) propinare pro dare bibere ponitur. Sunt tamen nescio qui ridiculi, qui nihil probant, nisi quod in putidis quibusdam autoribus legeant, aut possunt circumscribere pomœrijs suæ ignorantie.

Popinones sunt quos Tabernarios dicimus, uel luxuriosi, qui popinas amant, qualem Horatius uillicum suum arguit, quod rure uelit redire Romam, desiderio popinae. Budaus decenti epitheto delicias uocat popinales.

Porcarij dicuntur porcorum custodes. Alio nomine dicuntur Suarij. Porculatio porcorum nutritio, & porculena merces ipsius.

Portitores dicuntur transfretatores, à portu. Vir. lib. 6. Portitor has horrendus aquas, & flumina seruat Terribili squallore Chacon. Vocantur aliter Telonarij. Portorium merces, & stips, quam merentur.

Præcones enunciatores publici, qui iussu magistratus publicè aliquid enunciat. Horat. Ut præco ad merces turbam qui cogit emendas. Domesticus præco dicitur, qui se ipsum laudat.

Promi dicuntur, qui præsumt promendis cibarijs, alijsq; rebus domesticis. Ausonius: Promus quam condus magis.

Propolæ à Græcis dicuntur, qui à nobis Reuenditores, qui aliquid præemunt, ut carius postea uendant. Lampridius: Imitatus propolas circumforaneos, equos curules sibi comparauit. Vocantur aliter Dardaniarij, ut iam docuimus.

Proreta dicitur, qui proreæ præfectus est, quemadmodum Gubernator, qui puppi. Plautus in Rudente: Si tu proreta isti nauis, ego gubernator fuero. Refro acceptum Budaus.

Proxenetæ licitatores uendendarum comparandarumq; mercium mediatores.

Purpurarij purpurarum piscium piscatores, qui et Conchiliarij dicuntur: possunt etiam dici Infectores purpureæ.

Putearij qui puteos excuant. Plin. li. 33.

cap. 3. Depressis puteis sulphurata, uel aluminosa occurrentia putearios necat. Puteorum excavatores Græci Phreorychos uocant. Eorum instrumentum dicitur Teuresis. Organum quo ex puteo hauritur aqua, Celonium, uel Ciconia. Puteos aperire, apud iu reconsultos est excavare. Cæli. lib. 6. ca. 17.

Quadrigarij qui quadrigas agunt, aliter uocantur aurige & Essedarij.

Questores pecuniæ publicæ collectatores, & qui curam habent ararij. Magistratus uocatur Questura.

Ratiarij à rate, ut nauicularij à naue, dicuntur negotiatores, qui ex ipsa rate questum faciunt.

Sagarij dicuntur, qui uendunt saga. Est autem Sagum uestis militaris, ut postea docuimus.

Salarij qui cibos salsos uendit. Mart. Quod uiles pueri salariorum.

Salsamentarij dicuntur uenditores ciborum sale conditorum. Alio nomine Salarij.

Sandapilarij dicuntur rerum funebrium & exequiarum curatores. Aliter uocantur Vespillones, Libitinarij, Necrophori, & Funerarij. Est enim Sandapila, autore Fulgentie, ferrum, seu loculus mortuorum, quo non corpora nobilium, sed Plebeiorum, atque damnatorum cadauera portabantur. Sidonius: Hanc non uespillonum sandapilariorumq; ministeria ominosa simulauere. Sueton. scribit, cadauer Domitiani populari sandapila per uespillones exportatum.

Scoparij, ministri, quorum interest paruimenta scopis deurrere, & mundare domum. Hinc Hiero. Aquilonem uiarum scopam appellauit, quod distillando per purget quicquid in uia puluerulentum obiacet. Vl. pi. de Tit. de fundo.

Scriptura

Scriptuarij dicuntur tabelliones, quos Clericos & Commissarios uocant: dicuntur & Scribæ.

Segmentarij qui aurum uestibus intertexunt: à segmentis, id est, bracteolis, orbiculisq; uarietibus. Oui. lib. 3. de Arte: Quid de ueste loquar? nam non segmenta requiro, Nec quæ de Tyrio murice Lana rubet.

Sellurarij dicuntur, qui opus aliquod sedendo conficiunt: qui & Sedentarij.

Sericarij textores sericorum. Sericati homines, pannis sericis induti.

Solearij solearum sutores, qui & Crepidarij dicuntur. Plau. in Aul. Solearij astant.

Spheristerici et Spheristæ dicuntur studio ludii pileæ, & periti. Spherizo, id est, ludo pileæ. Spheristerium, ludus pileæ. Lampridius in Alex. Post lectionem operam palaestrae, aut spheristerio, aut cursui, aut lustraminibus mollioribus dabat.

Statuarij qui statuas fingunt, Græcè Idoloplastæ uocantur. Quales fuerunt Lyfippus, Praxiteles, Myron, Polydetus.

Suarij qui sues pascunt. Aliter uocantur Porcarij, ut iam diximus.

Suffarranei dicuntur, qui farra & frumenta in castra conuehant, crebris & uilibus institorum uecturis.

Sutores dicuntur calceolarij, aut uestimentorum artifices, qui melius Sarcinatores appellantur.

Telonarij dici possunt tributorum collectores, qui & Telones uocantur.

Thermularij dicuntur, qui thermis præsumt, & ex his questum faciunt.

Tonsores lanæ aut capillorum dicuntur incisores. Horat. in Epistola. Si curtatus inæquali tonsore capillos Occurri, rides. Hinc culter tonsorius dicitur.

Vascularij, qui uasa conficiunt, & uen-

dunt, aurea & argentea. Nam inter Aurifices numerantur Vascularij, Calatores, Inauratores, & Bractearij.

Vehicularij uehicularum ductores: Carrucarij, carrucæ: Essedarij, essedorum.

Vespillones dicuntur funeratores, et curatores cadauerum. Suetonius in Domitiano: Cadauer eius populari Sandapila per uespillones exportatum.

Vestispici famuli, quorum interest mundare uestes dominorum. Et Vestispice ancillæ, eodem modo dicuntur.

Veteramentarij, dicuntur sutores Crepidarij, qui ueteres calceos reficiunt. Plautinus Enclio multa eiusmodi commemorat in Aulu. ubi ait:

Stat fullo, Phrygio Aurifex, Lanarius, Caupones, Patagiarij, Industarij, Flamea rarij,

Violarij, Carinarij, Manulearij, Myrobrecharij,

Propolæ, Lintheones, Calceolarij, Sedentarij, Sutores, Diabathrarij,

Solearij astant, astant Molochina: ij, Petunt fullones, Sarcinatores petunt.

Stropharij astant, astant Semizonarij, Terceni quum stant Phylaciste in atrijs.

Textores, Limborarij, Areularij dicuntur.

Vexillarij qui in exercitu ferunt uexillum, dicuntur etiam Antesignani, Primipili, & Vexilligeri.

Vinarij uini uenditores, à Græcis Oenopole dicuntur. Sueton. Quum de uinarijs, aut lanijs ageretur, exclamauit in curia.

Vinitores rustici uinearum cultores. Vergilius: Aut custos gregis, aut maturæ uinitor uux.

Visceratores dicuntur carnum distributorum. Et Visceratio ipsa distributio.

Vnguentarij qui unguenta exponunt.

3. ueralia

uentalia, aut conficiunt. Plin. lib. 12. Ipsiq; unguentarij digerūt, haud difficulter. Idem lib. 22. Et unguentarij propter colorem eo maxime utuntur.

Vulnerarij qui uulneribus medentur, ut Chirurgi.

OFFICINAE ARTIFICVM.

Lanien: laniorum & bouicidarum. Myropolium unguentariorum & pharmacopolarum.

Oenopolium officina uinarij.

Pimotheca seu Pimacotheta pictorum est tabula, in qua pictae tabulae reponuntur. Vitruuius lib. 6. Non minus pimacotheca & plumbariorum textrinae, pictorumq; officinae, uti colores eorū in opere propter constantiam luminis immutata maneāt qualitate.

Sutrina dicitur Sutoris officina.

Textrina textoris. Plau. Ipsa per se tenax ratio textrinae.

Thermopolium officina, in qua esculenta & poculenta calida uenduntur. Plau. Semper uideas bibentes in thermopolio.

Tonstrina tonsoris.

Vstrina metallici. Plin. 36. capite 21. In vstrina ter siccantur, ita ut torreatur carboe pura.

REPOSITORIA DI- uersarum rerum.

Aramentarium repositorium armorum & nauium.

Atramentarium atramenti.

Bibliotheca librorum.

Calamarium calamorum.

Casteria instrumentorum nauticorum.

Dactylothecca gemmarum repositoriū. Plin. li. 36. Dactylotheccam, inquit, priuauis habuit Romae priuignus Sylla Scruuus.

Granariū, id est, horreum, seu repositorium granorum. Varro de Lingua Latina:

Panarium ubi panem seruabant. Granarium, ubi granum: in quo aliqua conduntur, horreum.

Myrothecium, ubi unguenta conduntur.

Panarium panis repositorium. Stat. li.

2. Syl. Hi panaria candidasq; mappas subuectant, epulasq; lautiores.

Vestiarium dicitur uestimentorum repositorium. Plinius libro 15. Vestiarium contra teredines, ac noxia animalia, amurca aspergit.

DIVERSORVM ARTIFICVM

opera, & primum quidem de ciborum diuersis speciebus.

Bellaria cibi dicuntur secundae mensae. Apponuntur ad irritandā gulam. Vocantur a Graecis Tragemata, et Pemmata.

Botulus seu Botellus, genus farciminis ex suilla carne. Mart. lib. 11. Botellos imitatur & boletos. Fiebat Botulus initio hyemis gratis quidē omnibus mensis, sed maxime celebratus in Saturnalibus. Idem Mart. Qui uenit Botulus medio tibi tempore brumae, Saturni septem uenerat ante dies.

Bucellatum cibus erat militaris, ita dictus, quod in bucellas & frustra cōfectus esset. Ammianus: Frumentum ad usum diurnitatem excōctum, Bucellatum, ut uulgo appellant, humero imposuit libentium militum.

Carica genus est ficuum, uel ficus sicca. Ouid. li. 1. Fast. Quod uult palma sibi rugo saq; carica? dixi. Caricas antiqui uocabant esculentū lautum, & uarijs conditiū cupedijs. Carica enim genus erat cibi Lyij, multijugis lauticijs, & sanguine confectum.

Caryotides dicuntur palmarū fructus, qui delicatis olim mensis adhibebantur. Statius: Et mustaceus, & latente palma Praegrandes

grandes Caryotides cadebant. Nam Caryota species est palmae.

Coccentum edulium erat ex melle & papauere.

Conchis edulium est ex faba, uel leguminis genus. Vocatur aliter Concha, ut Conchus. Iuuen. Sat. 14. Aliterum concham aestiui cum parte lacerti Signatam.

Epidipnides appellantur dapes, quae post dipnon, id est, coenam apponuntur. Idem Martii. Hic seras epidipnidarum parabit, hinc pistos farreas facit placentas.

Epityriū genus est edulij, seu casei Siculi. Forbea erat quidam cibus, qui calidus absunebatur.

Firtilla cibus erat ex pulte.

Ireus genus erat farciminis.

Maltia condimentum est carniū unctum, a uerbo Graeco matto, id est, obliuo. Hoc genus edulij excogitauerunt Macedones. Mart. lib. 10. Diues, & ex omni posita est instructa macello Coena tibi, sed te maltia sola iuuant.

Merēda uocatur cibus postmeridianus. Calphurn. Sereaq; uidetur hora merēdae.

Minutal est genus edulij, quod Perseus Minutū uocat. Fiebat Ceto marino pisce, liquamine, oleo, uino, porris et coriandre. Iuuen. Sat. 14. Hesternum solitus medio seruare minutal Septembri. Vocatur autē Minutal, quod minutatim cōcideretur, et pariticutatim.

Lucanica genus farciminis, quod porci carne fieri consuevit. Mart. lib. 4. Et lucanica uentre cum falsco.

Obsonium dicitur omnis cibus, qui per ignem preparatur.

Oximum edulij erat redolens, quod fiebat ex intestinis. Aliqui oximum uocant ab oxiflora nonnisi herba quod in hortis cre-

scente. Persius Saty. 4. Cum bene discernas cantauerit oxima uerna.

Pernam antiqui, & lardum, & Petasidum nem famebant ex porco. Idem Stat. Nō lardum graue, debili. ue perna.

Pulmentum capitur pro pulle, aut cibo aliquo facto instar pulvis. Plau. in Pseud. Ego pulmento utor magis unctiusculo.

Pulpamentum capitur pro cibo lautiore. Terent. in Eunu. Tut e lepus es, & pulpamentum quaeris.

Pulpa cibus est minutatim cōcisus, qui & minutal dicitur. Apul. Quae suis dominis parabat iuscum farim circumcisum, et pulpam frustatim consecram.

Sagina uocatur cibus pinguefaciens, & reddēs obesum corpus. Hinc Saginare uerbum. Pontanus in pompa Lepidina: Ecce uenit pingui multum saturata sagina.

Tomacula edulia fiunt iecore porcino semicocto, et minutatim cōciso, permixtis ouis crudis, caseo, liquamine, pipere, miso & gingibere, tegunturq; tomento suillo. Iuuenalis Satyr. 10. Extā & candiduli diuina tomacula porci.

Tragemata quae Latini uocāt bellaria, constabant ex Cocco, Faba, Chondro, Caseo, Melle, Sisamide.

Tuceta uocantur cibi regij sapore praestantes. Apul. libro 2. Metam. Abacum patense uinulentum, & quidem naribus iana mibi ariolabat Tucetum perquā sapidissimum.

Venter Faliscus est genus farciminis, inuentum a Faliscis populis. Stat. lib. 4. Syl. Non lucanica, non graues falisci.

PANES AC PLACENTAE diuersi generis.

Panificij multa discrimina obseruauit antiquitas, panis tamē uocabulū a par-

no dici Varro putat Messapios redundan-
tiam & saturitatem adpellasse panian te-
stis est Athenæus. Vnde, ut idē uult, Latini
panis nomen deflexerunt. Erant enim pa-
ni eunicæ cognomento sacri.

Acerosus panis sine paleis Festo Pom-
peio dicitur, quos Græci uocant Achyra.

Acidus & squarofus Græcè oxylepes
uocatur ab Aetio fabricantibus eum dan-
te, quibus uenter profluat. Hunc Aegyptij
eylastin dicunt.

Album panem uocamus apud nos, fur-
fure maxima ex parte excreto.

Aleurites à farina, gyrites à polline,
chondrites ab halica siue zea, ipnites &
caminites à coquendi ratione uocatur.

Aboleti forma boletinus, accepto papa-
uere & fimosi casei colore.

Artolaganū genus est panis, seu placen-
te, ex similia in oleo coctæ. Et infunditur
modicū uini cum pipere uel adipe. Hic pa-
nis quondam habebatur in delitijs.

Artocrea fiebat ex pane & carne. Nam
artos panis, creos caro dicitur. Persius Sa-
tyra 6. Væ nisi comminues oleum artocre-
asq; popello.

Artopititius panis à elibanite ac furna-
ceo differre uidetur, quod hic duriore
fermento splendidus conficitur, illi fermentum
semper quàm tenerrimum desiderant.

Artoptesia panis erat quem faciabant
Quirites, priusquam usus pistorum esset
Romæ.

Ataragos uocant quas alij Psotia, sed
Polluci est superior in pane crusta.

Autopyri panes, siue quod idē est auto-
pyrites, qui furfure tantum leuiter succe-
to fiunt, qualis se: è cibarius & secundarius
est. Et ideo ait Galenus, ut quod
totes triicum generosum non est. Firmis-

ma siligo, deinde similia, ut tradit Celsus, de-
inde cui nihil adeptum est, Antopyron
Græci uocant.

Azymos panis non fermentarius, cuius
scriptura sepe meminit. Ab alijs daratos
uocatur.

Basinia placente apud Delios Iridisa-
cre, ex triticea farina cum melle cocta
fiebat.

Bellarium in Gallia uulgarissimum fin-
gitur è polline uel similia, cū lacte, ouis, &
butyro subacta, conspersis ueteris casei mi-
cis, hoc in circumate rotunditatis pastillum
colligitur, & furno mandatur excoquen-
dum, Gallico sermone Gaster nominatur,
uel Gastellus.

Blema candidus et egregiè subactus pa-
nis est.

Blomioli quadrati panes, ex oleo, ane-
tho, & caseo. Alio nomine Cubi.

Bouts panes nūcupati, quod cornua ha-
berent præfixa. Offerebantur autem Apol-
lini, Dianæ, Hecate, & Lunæ.

Bromites idem est qui furfuraceus, à qui-
busdam eucanos adpellatus. Alio quoque
nomine Pityrites.

Bucellatus panis, quē inter militaris an-
nonæ genera nonnulli commemorant. Cu-
ius mentionē faciunt Paulus & Aetius, his
coquitur, à bucca buccæ dictus. Est autem
Buccæ, ut ex Suetonio colligitur, idem fer-
re quod nūc bolus dicitur. Suntq; qui Buc-
cellatum panem fermento putant carere.

Caces Aegyptiorū panes, ut inquit Stra-
bo, ad sistendum aluum utiles erant.

Canicaceus panis furfureus est Pacu-
uio.

Capryria sunt placente, ut Athenæo pla-
cet, quæ alio nomine tractæ dicuntur.

Catillus ornatus Romanorū placēta,
ut

ut Athenæo placet, ita fingi solet, Lactu-
caelotæ igitur feruescunt, & iniecto uino
in mortario teruntur, expressoq; succo cū
siligine subiguntur, ubi coniderint pau-
latim inter terendum, nonnihil suilli aci-
pi & piper adijciuntur, ea rursus con-
tra colliguntur in lagana, quæ in placenta
ceas formas extracta, in feruentissimum o-
leum coniecta coquantur.

Charistios Aristophani placenta est, pa-
nis uerò Eubolo, præmium hoc in perui-
gilijs dabatur. Suntq; qui putent, chalifio-
nes quasi charistiones adpellari ex amygd-
alis & saccharo, nec alia ferri materia, quæ
Max panes, sed oblongi fistigiatiq; in me-
lio, quasi dehiscente crusta tument.

Chondripos. Vide Collabum.

Cicum panem, quem cibarium & se-
condarium doctis audio adpellari, cum ali-
bo conuenire ferunt.

Chærimæ placenta à subibus.

Chrysolcollæ ex limo & melle fiebat.

Clibanites. Vide Artopititium.

Cnestos panis habetur à nidore. Cuius
mentionem facit Ioannes Ruellius de Na-
tura stirpium lib. 2. cap. 14.

Coccora celebrantur mirum in modum,
quorum meminit Demosthenes in oratio-
ne pro Ctesiphonte, continet autem ficos
& nuces tres.

Colix panis quem subemeritium non-
nulli interpretantur.

Collabus, siue, quod idem est, collix, &
per diminutionem Colliphion, ex caseo re-
centi constat, hic & trimatias & Chon-
dripos quoq; dicitur. Sunt & Maconides
uocati.

Collabi à similitudine quadam Colla-
borum in cithara dicuntur. Sunt autē cla-
uiculi, quibus circumnectantur fides.

Collyræ minuti erant panes.

Coliphium genus panis. Plautus: Coli-
phia mihi ne incocta detis.

Conos fiebat ex uuis passis & amygd-
dalis.

Copta & Coptaplacēta Samis et Rho-
dia placēta insignis duritia, et accipit hæc
papauer & mel.

Cotyliscus ab hemina, qui ex tertia chœ-
nicis parte fictus erat, unde et nomen sum-
psit.

Creion placenta erat, quam apud Ar-
giuos sponse ad sponsum ferunt, in carbo-
ne coquitur, accersiebantur & amici, &
tum melle præsentebatur.

Cribanæ placente sunt specie mammo-
sa.

Cribanites præfertur omnibus sanita-
tis usu à Galeno, siue quod idem est, cliba-
nites, à clibano quem Attici clibanum ad-
pellant.

Crimnites è crimno siue farine utri-
culo fiebat.

Cubi sunt quadranguli aut etiam qua-
drati ex oleo, anetho, caseo, quanquam, A-
thenæus eos qui Romæ quadrati uocaren-
tur, inuisuris præcinctos & blomiplos ad-
pellari Græcis prodit.

Cyllastis ex hordeo, uel ut Herodotus
uult, ex siligine fiebat.

Cyllastin uocant Aegyptij panem aci-
dum & squarofum, qui Græcè Oxylepes
uocatur ab Aetio, fabricantibus eū dante,
quibus uenter profluat.

Cyribanæ Lacedæmonijs sunt proprie,
in conuiujs scæntinarum circumferri soli-
tæ, cum uirgo à choro muliebri commen-
danda laudibusq; decantanda promere-
tur.

Dipyros, siue Dipyrates ab Hippocra-

te, panis delictus fuisse traditur. Verum cum dipyrites ad aquam intercutem cibo utilis existimatur, coniectari licet pro biscocto capiendum esse.

Domesticum & familiarem nominant Galli tertiarium, qui proxime succedit Ciuico.

Doratos panes uocant quidam non fermentatos, quos alij Azmos.

Echinus panis ab erinaceo nomen habet, qui secundis mensis offerebatur.

Elaphos placenta erat ceruorum ueneratoribus dicata, ea pimsita farina & sesamo constructa, alij à nomine mensis quo fingebatur, dictam putant Septembre.

Elaphus placenta fiebat ex sesamo & flore farinæ.

Empeptas triticeus panis est cauus, crepida non dissimilis, in cuius uentrem cæsariæ placentulæ ut in thecam retondi solebant.

Enchryphia subcimericus panis in Saturnalibus præberi solita. Vide Lasgana. Idem enim est.

Enchryphi qui & Agar aus, id est, sorenensis & uenalicus et Atticus uocari solebat.

Euchris placenta oleo primum coquitur, mox accipit mel. Habetur & panis hoc nomine, ut paulo ante diximus.

Epicelyos Syracusanorum placente, nos uero Catonianas esse arbitramur.

Ericitem uocant panem qui ex confracto, non excreto fit tritico.

Escharites à craticula, sub finem cœnæ cœnuijs apponi solitus est, et intingi passo usque ad ebrietatem legitimam. Coniectura autem colligi licet, id genus panis, quod à tenuitate et candore nebulas fere Galli uo-

cant, Escharitem ueteribus fuisse.

Euconos idem quod fursuraceus, à quibusdam pityrites uel Bromites appellatus.

Farreum genus est libi ex farre. Plin. Nouæ nupæ farreum præstebant.

Fertum genus est libi, sacris adhiberi solitum. Flauius Vopiscus Farratum uocat. Persaus: Attamen hic extis & optimo uin cere fertio Intendit.

Fursuracem magna ex parte recrementum dicimus, quod exta tritici capiat, que Græci cyribia, aut etiam fursures, quos ijdem aphaerema & pitytes, nos etiam canicas & aplaudas uocamus. Unde Canticæus panis fursureus est Pacuio.

Gastris placenta fit in Creta è nucæ uellana, amygdalis & papaueritum pomis, sesamo & pipere quadrangula figurata.

Glycimas ex passo & melle, Cretensibus familiaris, eadem fere cum mustaceo, nisi quod illa ex passo, hæc ex mulsio fabricatur.

Hypotyrides ita finguntur, Athenæo teste. Mel & lac coniectum expressumque fictile mittitur, & cogi coalescereque sinitur, & in tenuia, si adsint, incernicula subiecta uasè mista coniunguntur, ut seruati fluat. Sin desint, stibellis, quibus ignis uentilatur, utendum: nam eorum supplet inopiam. Cuius fati uidebitur concreuisse, in argenteum uas transferenda.

Itrion, quod & Itricon appellant Græci, ex illis placentula sesamo & melle confectans, sumiale à Festo dicta, forsitan, ut conijcio, quod sumè Itron Græcè dicatur: sed sumiale libum potius Latinis dicendum Docti suadent, quod Cato libum ex caseo & oua condidit.

Lagnum cibus est ex farina & aqua distentus in modum membranulæ. Conditur batur olim caseo, pipere, croco, cynamomino.

Lagunculi & Gaioli cibi erant delicatissimi, in quibus signa & effigies Gai & Lagonis puerulorum representabantur, ut nunc nostro tempore uidemus placentas formari in rosas & lilia. Staius libro 1. Sylvarum: Molles Gaioli, Lagunculi que.

Lasgana siue Lagana panis minimo pondere, quanquam leuior et temerior, etiamnum à carbone dictus epanthracias. Saturnalibus præberi solitus, nihil, ut quidam putant, ab encryphia differens: uterque subcimeritius est.

Libum farreum, à farre. Libum uero, quod prius libaretur quam esset coctum, ut Varroni placet, dictum est.

Libum fiebat ex farre, melle & oleo. Quid. Liba deofunt, succis quia dulcibus ille Gaudet, & à Baccho mella reperta ferunt.

Libi circi siue circuli adempta farina, aqua & caseo fiunt, quia circuitum æqualiter fundebant. Hos quidam qui magis incendere solebant, & lixulas & semilixulas, ut Varro tradit, uocant, Sabino uocabulo.

Libi genera Latina sunt & sacris dicata, que farium et strues adpellantur. Unde Strusciani qui ea ferre consueuerunt.

Maconides Feste Collabum.

Magnos & sordidos panes cilicis uocabant, & à colore subnigro phæos, sicut ægelos, qui à Gallis Gregarij & ciberis dicuntur.

Maza uocatur rigidus panis, qualis est quoniam uocatur nautæ. Plebecula Biscoctum

uocat. Fuit tamen species præstantis eadem lili. Hinc adagium Græcis usurpatum, Supramaxam: in eos qui diffuissent delicijs. Fiebat ex farina, oleo, aqua, & lacte.

Melicerides à melle placentiam uocant.

Mola salsa rosam farisale conuersam, quoultima perfundebantur, Vlochytos græcè dicta.

Myllus Syracusani celebrant, ex sesamo & melle, muliebris pubis specie, quas femine dearum focis & altaribus circumferrebant.

Mystile uocabatur panis forbitionis gratia excauatus.

Mustaceus seu Mustaceum, erat libum, quod fiebat ex farina filiginis musto conuersa. Iuuen. Causa necesse, quare cœnam & mustacea perdas.

Nanos placentatijs panis est, caseo & oleo constans.

Nasti panes, seu Sacli, fiebant ex melle, uuis passis, & aromate, quorum artifices uocabantur Nastocopi.

Nastos è nucibus & intestinis & farinilibus adiecto melle fit, atque lacte, unde nostos quasi farium dicitur.

Nauticum panem intelligimus qui uetus sit & siccus, fortasse bis coctus, quem Græci diephoton uocant.

Obelia panes Baccho sacri, ita dicti, uel quod ab obolo Alexandriæ uenirent, uel quod in uera torrentur.

Oedepasa Coi celebrant.

Orinda panis est factus ex orindio semine Aethiopico.

Ornides ab Oriza, siue ab semine quodam Aethiopico tam simili sesamo, ut difficile possit internosci.

Orthofrates erat sacer panis.

Pancarpia Alexandrinis celebratur in modum rotæ papyro inuoluta, diuturnitatis gratia; sed hæc sunt cum melle trita, & post cocturam in orbem coacta, et tenui charta, quo diutius referuentur, obducta.

Pelani communes erant dijs omnibus, fiebant ex tenuissima farina.

Phacinos panis fiebat de lente, populi, lauis Alexandriæ.

Pityria panes sunt uiliores, ut fursuræ rei. Triticæ appellantur Pyrimi, Sitanij qui fiunt ex quadrimestri tritico. Callistei apud Aegyptios uocantur panes in acutum formati.

Pitirites et bromites panis idem est qui Fursuraceus, à quibusdam Euconos appellatus.

Placenta libum farinaceum, caseo & melle conditum, cuius pistorum uocantur Placentarij Martialis lib. 4. Nec te liba in uant, nec sectæ quadræ placente.

Placentarum species sunt Ames, Ametidis, Pyramus, Sexianus, Erichytus, Erubrya, Strepta, Cotyliscus, Phibædia, Crepis.

Alia placentarum genera numerantur à Cælio: ut Tarentinum, Crastranum, Siculum, Clustrum, Plicium, Montianum ex uino & caseo. Erant & Tyroscimon, Coptoplacus, Pancarpia, Polton, Pyamion. Ex caseo fiebant hæc placente. Enchyton scriberissus, Bitulus. Fit & ex Halita subitullus, spira ex caseo.

Iam luculentæ argyro tryphomata, libi, circi siue circuli, exaphæ, crustopla, euntes, oryxite, phioes, que ita fiunt. Pressus caseus teritur & in ceno cribro colatur. Dein mel & filiginis beminia in uinum subacta coguntur.

Poltos ab Alexandrinis dicta placenta, quæ nos uocamus pultem. In Catone quidè punice fit pulvis mero inter placentas. forte libo, nõ dissimilis ei quod punicum ea ratione uocabant, quod ex Africa uenisset.

Popanum erat lata placenta, quam neteres offerebant dijs. iuue. Satyr. 6. Scilicet & tenui popano corruptus Osyris.

Psothia, siue, ut aliqui, psathyria, sunt qui placente genus fecerunt. alij micas panis interpretantur, quæ & Attarragos uocant.

Punica placenta alij uocant Poltos, ut iam dictum est.

Pyramides placente erant, que in perwigilijs dabantur quasi præmia, ijs qui nõ esse tota in somnes excubassent. Fiebant ex torrefacto tritico & melle irrigato.

Pyramutes à tritico nomen duxerunt, & ab ijs diuersæ sunt pyramides, quæ in perwigilijs dabantur.

Rubidum panem uocat Plautus, quem nos alio nomine nauicum adpellamus, bis coctum.

Sauillum panis est, quem Athenæi Saubillum nominant.

Scribilita erat cibus omnino placente similis, præterquam quod sine melle coqueretur, et absumeretur adhuc calida. Mart. lib. 3. Circumlata diu menses scribilita secundis, Vrebat nimio sæuo calore manus. Secundarius seu Secundus panis dicitur plebeius. Horat. Pastus siliquis, et pane secundo. Sueton. de Augusto: Cibi minimi erat atq; uulgaris, secundariu panem, et pisciculos minutos, et caseu bubulum manu pressum, & ficos uirides bisera maxime appetebat. Semidalites panis e simila fit. Dictam uero simalam à Cerere putant, quam Syracusij Simalida nominant & Sitranam.

Sesumides

Sesumides panes ex melle et sesamo torrefactis, adiecto oleo orbiculata pilariq; specie formabantur.

Sordidus panis erat, quo Neronem uisum legimus. Idem ferè est panis qui Syncomistos, quamquam Paulus separet.

Sordidos panes uocabant cilicios, alio nomine, ut diximus ante, Magnos.

Spodites idem uidetur esse cum Brancho.

Spoleta, ut Athenæus author est, panem Græci uocant, quo necessarij duntaxat cognatiq; uescuntur.

Steiites ex pinista conficitur, que liquida in patellis funditur adiecto melle, sesamo & caseo, ut Hierocles tradit. Sunt tamen qui in pingui melle, caseo & sesamo factiari prodant.

Stilo subuculum uocari scribit Aelius libi genus, ex halita, oleo atq; melle, ut Festus inquit.

Streptitus siue Streptos ex lacte, oleo, pipere, conficitur, aut olei loco adipe.

Strux dicebantur placente digitorum conuersionum similitudine, qui superiecta panicula in transuersum continebantur.

Sumanalia erant liba farmacea facta in modum rotæ.

Syncomistos is est quem alio nomine uocari autopyron Galenus est autor, quod ex omnibus sue firmæ partibus citra ullam detractionem constat, inter fursuraceum & simalagineum medius. Syncomistos quasi confusaneus dicitur, quoniam castratus non sit, sed omnia simul tulerit, fursuræ, utriculos & simalam.

Tabarites pusillus erat, Achenes pergrandis, quo Thesmophorijs utebantur Atticæ mulieres.

Taganite à patellis & sartagine dicun-

tur, que cum accepto melle coquuntur ac tepentes bullant.

Tagenite quos epichytas & anites uocari Pamphilus author est, an idem sit genus, quod apud Cratonem uocatur enchyton, in dubio est, Phocion nihil distinguit, Iulius Pollux distinguere uidetur.

Teslutaceus Varroni dicitur, quod in testo calido coqueretur, namq; quod libanum Græci, Latini testum dixerunt. Vtas eocomitalibus matronas scribunt.

Thalysius panis est qui primus nouella messe fingitur. Alioq; nomine uocant Thargelos.

Thargelos qui & Thalysius est, ita dicitur ei panem uolunt, qui primus, ut iam diximus, nouella messe fingitur.

Thiagones in Aetholia dicuntur pares deo dicari.

Tractæ sunt placente, que alio nomine Capyræ dicuntur.

Triangularis placenta, à matronis Gallicis conficitur, ex simila, cum ouis, lacte & butyro, in panificium subacta, capacientius uentre, quem perhiscentem rimulam uere complent caseo & furno, dum eliquescat & torreatur caseus.

Tyroscimæ placente dicuntur à caseo & usu cribri.

Tyronites à caseo nomen habet, Eucridi similis est Physicillus, quo Spartani utebantur in sacris epulis rapi effigie.

Zymites, hoc est fermentatus, qui et nastos dicitur, quamquam nastos quibusdam placente genus sit.

AVCTARIUM.

Alia quoq; habentur genera, Ostracites, Atticæ, Amylon, Thyroisimon, cuius parandi ratio hæc est. Pressum bene caseum in uas mitto, & per æreum cri-

brum superpositum cernito, cum offerenda tempus adierit, satis mellis superpono.

Varia panis genera ponuntur à Plinio lib. 8. ut Artolagani à delicijs. Speusici à festinatione. Furnacei uel Artopessi à coquendi ratione. Picentini panes fiebant ex alicà materia nouem diebus macerata, decimo ad speciem iacta, & subacta uis passæ succo.

Panes hi probantur Iulio Polluci, Cribanite, Obelie, Collices, Collabi, Nasti, Amyli, Collyre, Zymetes, Siganite, Charissis, Canchride, Maxa, Melicuti, Hyglea, Anihema, Thridacine, Physte, Oemita, Bphieras, Dandalis, Loledia, Comò, Iupe.

Artoptem est officina coquendi panes.

Bucellam panis Psemon, Entihesin, & Blomon uocant.

Arcam panariam Aristophanes Sypiam uocat. Instrumentum subigendæ farinæ idoneum Maciram.

Tripodes, & Magades uocantur mensarum fulcra.

In castris mensas habebant quadratas, quas Cibilas uocabat, domi uerò rotundas.

Monopodia dicuntur mensæ, quæ unico pede fulciuntur.

Abacus mensa uascularia & uinaria.

Antiquitus tres tantum adhibebantur conuiuæ ex numero Gratiarum. Deinde nouem ex numero Musarum.

Cyrus conuiuas sinistro lateri admouebat, ut cordi propinquiores et chariores.

Antiquitus Prandere et Cœnare in proptulo uerecundie non erat.

Conuiuij locus uocatur Symposium, Andron, Syssition, Triclinium.

Conuiuas Græci Symptas, Homostos, Syssitos, S. musistas, Thiafotes, Thiasias, illapinas, & Eranistas, uocant.

Sunt prouerbiales quædam locutiones, quibus delicatum cibum possumus exprimeret, cuiusmodi sunt iste, Deorū cibus, Deorum ambrosia, Cælestis manna, Iouis cerebrum. Quædam purpurei comedunt obsopnia reges, Pontificalis cœna, opipara, dapsilis, adijcialis, dubia, saliaris.

CIBI ELECTILES, & delicati.

Genera eduliorum alijs præstati hæc ponuntur à Gellio, ex testimonio Varonis. Pauus è Samo, Phrygia Attagens, Grues Melice, Hædus ex Ambracia, Pelamis Chalcedonia, Helops Rhodius, Scari Cilices, Palma Aegyptia, Glans Iberica.

Horatius electiles cibos enumerat his uerbis: Non me Lucina iuuerint conchylia Magisue rhombus aut Scari, Si quos Eois innotata fluctibus hyems ad hoc uertat mare. Nō Afrā auis descendat in uentrē meum, non Attigen Ionicius iucundior.

Statiu lib. 2. Syl. inter mensarum delicias ponit Adorea Bellaria, nuces Ponticas, palmas Idumeas, Pruna Damascens, Eboisie Zacharū, Gaiolos & Lagunculōs, Pyra Amerina, Mustaceum, et Carytides.

His annumerandæ sunt lauticia, quas habuit Vitellius in sua patina. Tranquillus ait, fuisse Scarorum iecimora, Phasianorū & Pauonum cerebella, linguas Phœnicopterum, Murenarum lactes à Carpathis usq; fructo per Nauarchos petitarum.

In ueterum quoq; luxu fuerūt Rhōbus, Placenta Samia, Murena Tartesia, Thynnus Tyrius, Cestreuus ex Sciato, Conche Pelorina, Manidus ex Lipara, Rapa apud Mantineam, Ctenes Methymnei, Galeus Rhoius, Psete Eleusinia, Cybnius & Siculus caseus, Sal Tragasius, à Tragasia Epyri loco, Faba Aegyptia.

Scripto-

Scriptorū monumentis probantur Rauenā Asparagi, Aegyptium acetū. Attilius Padi, Anguille, Banaci, Gangis, & Timau. Aurata Actiaca, Anthiaca, Anthiamaris Rubri, Allofe, Tyberis, Bulbi Megarici, Casei Lunenses et Vestini, Lucræ Conche, Cumarum capsæ, Benaci Carpiones, Petragorieorum Casiana, Gallinae Numydiae, Venetiæ Gobi, Circellarum lauce, lac Salsinae, Arcadiæ Musculi, Melones Ostiensis, Auellanae nuces et Tarentinae, Napi Amiterni, Oleum Venafranū, Velitrarum Oua, Poma Phæacum & Phaliscorum, Porri Ariciae & Tarenti, Placentæ Picentinae, Capuæ Pepones, Rhombus Adriaticus, Germaniæ Raphani, Rapa Nursina, Salina Aquitanicus.

CIBI QUIBUSDAM HOMINIBUS GRATI, CVM DIuerso populorum uisitu.

Plato gaudebat sicibus, unde & Philoſycon eum dixerunt nonnulli.

Philippus & Alexander dicti sunt Philomeli, à pomis, quæ auide esitabant.

Gaudebat lupinis Protogenes.

Ante usum frugum Arcades uescebantur glandibus, Argei pyris, sicibus Athenienses, pyris syluestribus Tirynthij, Palmyrus Carmani, milio Maotici & Sauromate, Perse cardamo.

Nomides Aethiopiæ uescuntur elephantis, ut Symbaxi: Cynocephali populi Læcie: Agriophagi pætheris et leonibus: Ambrotophagi humana carne: Mandi locustis, ut etiam Parthi. Solite piscibus. Ophiophagi serpentibus. Arpai bacca.

Ætate Hieronymi carnes humanas esitabant Scoti.

Amazones lacertis olim uescebantur,

unde & Sauropatidas Græci eas appellauerunt, nam & Sauras lacertas uocant.

Nero gaudebat porris, quibus uocis gratia omnibus ætatis diebus permixto uescebatur oleo, nihilq; aliud præter panem esitabat. autor Plin. lib. 19.

Claudius imper. gaudebat Scaræ pisce: Iulia quotidie inula herba uescebatur.

VESTIMENTORVM genera.

Abolla uestis erat tragica et grauiorū personarum. Ea utebantur externi reges: erat enim magni splendoris & pretij. Mart. lib. 4. Cærea quem nudi tegit uxor Abolla grabati. Idem li. 8. Nescit cui dederit Tyriam Crispinus abollam. Suet. scribit Pompeiū quendam baculo percussum fuisse à Caligula, quod spectacula ingressus, conuertisset omnium oculos fulgore purpureæ Abollæ. De hac iuuenalis Sat. 2. Atque audi facinus maioris Abollæ.

Adasus tunica erat ab humeris non conſuta.

Amictorium indumentum erat pectoris, quo dormientes se integebant, ne nocturno frigore offenderentur. Erat autem ex limo, mulieribusq; maxime in usu.

Amphitapæ dicuntur uestes, uillos utrinq; habentes. Lucilius apud Nonium: Amphitapæ uillis ingentibus molles, & si aliud quid deliciarum.

Anaxyrim Cælius ait indumentum fuisse Persis peculiare. Nos Pileum dicimus.

Arsineum autore Fesio, ornamentum erat capitis mulieris.

Eulea teste Nonio, genus erat uestis peregrinæ. Nos Auleum dicimus uelamen beluatis intextum picturis. Aliter dici potest Peripetasma, Peristriona, et Tapes, seu Tapetum. Vergilius libro 1 Aeneidos 2

Aulæ iam se regina superbis Aurea composuit sponda.

Bardocuculus uestis erat Gallica, uni cuique tempore idonea, cum qua milites in bruium tempore iacebant in castris, et in agris rustici. Lucanus lib. 1. Urbica Lingonius, Tyrianthia bardocucullus.

Batrachides uestes erant uiriles et floride, quæ nomen traxerunt à colore raneæ, quæ Batrachos Græcè dicitur. Similis prope erat Bardiacus, sed sine cucullo, id est capitis ligamento.

Birri genus est uestis Gallicæ, quo capiti integuntur.

Braccha uestimentum erat Gallis quoddam peculiare. Vopiscus: Gallicis, inquit, brachis ornatus Tetricus in triumphum est ductus. Lamprid. ait, Alexandrum principem inter militaria uestimenta brachchas donasse. Hoc etiam utebantur Sarmatæ.

Brachialia dicuntur brachiorum tegumenta, ut Tibialia tibiarum. Plinius libro 25. Nec ullo malo medicamento ledi posse, aut ueneno (si quis in brachiali habeat) arbitrantur magi.

Erat et Burrhanicum genus cuiusdam uestis.

Calantica tegmen erat capitis muliebri. Tullius in Clodium: Quum calanticam capiti accommodares.

Calasiris fuit uidem Persarum uestis omnium pulcherrima. Hero lotus in Euterpe: Vestibus amictu lineis circa crura simbriatis, quas Calasires appellant, super quas candida ferunt amictula tanquam superiecta.

Caliga tegumentum est tibiarum. Hinc Caligati, caligis induti. Imperator Caligula nomen sumpsit à caligis, quas margaritis refectas prius portauit. Ausonius: Ca-

ius cognomen caligæ cui castra dederunt.

Callula uestis nomen sumpsit à Calla herba, seu uiola coloris lutei.

Calyptra genus erat uestimenti, quo mulieres integebant sua capita.

Campestre dicitur lumbare, seu subligar, quo integuntur lumbi. Horatius lib. 1. Epistol. Penula solstitio, campestre niuidibus auris.

Candys indumentum erat Persicum, et regis quidem Haliporphyros. Plutarchus in Alexandro Magno: Nunquam tamen ut Mædorum amictum barbarum nimis et ab se alienum assumeret, induci potuit, semper anaxyridas, Candyn, tyaramque repudiatis.

Capidulum idem significat quod captium.

Capitia dicuntur tegumenta capitum. Varro apud Nonium: Nec capitia, nec strophia, neque zonas.

Capyris tunica erat Persarum manicata.

Carbasus (inquit idem) pallium est quo flumina amiciuntur, aut opulentia: Sericeum erat, aut lino tenui. Ver. lib. 8 Aen. Eum tenuis glauco uelabat amictu Carbasus.

Casica nomen est uestis, qua utebantur Græci milites. Casianam uocauit Eustathius, à nomine Casij montis.

Castula dicebatur palliolum, quo puellæ nudæ infra papillas præcingebantur. Varro: Castulam mulier sumpsit pro suctula. Hec etiam Perizonium et Præcinctorium appellatur.

Causia seu Casæa, tegmen est capitis ad calores. Valerius Maximus: Quemadmodum Antigonus caput Pyrrhi texit Causia, qua uelatum caput more Macedonum habebat.

Cæsitiium

Cæsitiium limbeolum erat purum, et candidum, sic dictum, quod oras haberet circumcisas, autore Nonio.

Cento uestis est crassa, uariisque pannis et partibus cõsuta, ad quam alluisse uidetur Horat. in Arte, dicens: Purpureus late qui splendeat unus et alter Assuitur pannus. Iuue. Saty. 6. de Messalina Imperatrice: Intravit calidum ueteri Cætone lupanar. Nomades, autore Strabone, tentorijs utuntur, Centonum instar pilo contextis. Cætones per similitudinem uocantur carminis genus, ex diuersis carminibus, et carminum fragmentis, hinc atque illinc accersitis, confutum: qualis est Ausonij Cento nuptialis, ex Vergilianis carminibus concinnatus. Hinc natum adagium, Farcire centones: id est, commentitijs nugis auditores ludere. Plautus in Epidico: Quin tu, inquit, alium quæras, cui Centones sarcias, id est, quæ tu gloriosius mendacijs expleas.

Chafalis tunica erat laxa et muliebris, uel (ut alij malunt) nodus tunicæ muliebris, quo connexa circa ceruicem tunica sumitur.

Chirodita uocatur tunica proluxa, ultra brachia manus operiens. Peculiaris est Dalmatarum genti. Eius pannum Galli Damscum uocant.

Chiton uestis erat prætenuis, et simplex, quæ fiebat lino. Capitur etiã pro thorace: unde et Homerus Chaleochitonas Achaos uocauit, tanquam æneis præmunitos tunicis.

Chlamys dicitur uestis militaris pallio strictior, et breuior. Val. Flac. lib. 6. Non auro depicta chlamys, nõ staua galeri Cæsaries. Plautus ad ornatum militis ait opus esse chlamyde, machera et petaso. Tranquillus in Tiberio accipit pro ueste pueri-

li: Munera, inquit, quibus à Pompeia, Pompeij sorore, in Sicilia donatus est, chlamys et fibula. In Caligula uerò posuit pro ueste militari, dicens: Ut sæpe chlamyde, peltaque et galea armatam. Et iuxta adequit antem miliibus ostenderit. Chlamydati dicuntur induti chlamyde. Plaut. in Pseud. Quis hic homo chlamydatus est, aut unde est?

Chlæna uestimentum erat, quod alijs omnibus superponebatur. Nos Lænam dicimus.

Cinctus Gabinus toga erat sic in tergum reiecta, ut lacinia eius reuocata hominem cingeret. Ea utebantur Romani consules bellum inducitur. Verg. lib. 7. Aen. Ipse Quirinali trabea cinctus Gabino insignis referat stridentia limina consul. Porro Cinctus uirorum erat, Cingulum mulierum.

Colobium tunica erat sine manicis, qua utebantur quondam Romani.

Conopeum genus erat tentorii ad culices prohibendos, quo maxime utebantur Alexandrini, qui Conopeis lectos operiebant, ne à culicibus infestarentur. Prop. li. 3. Foc. laque; Tarpeio Conopea tendere saxo. Horat. in Epod. Interque signa turpe militaria Sol aspiciet Conopeum.

Crocoton genus est uestis rotundæ, ac simbriatæ, qua utebantur diuites matronæ. Numeratur à Festo inter delicatas uestes. Hinc adagium natum, Feli Crocoton dare: quum indignis honor exhibetur.

Crocotula uestis crocei coloris. Plaut. Patagiatam, Callulam, aut Crocotulam.

Cucullus uestis erat quæ implicabatur collo. Nostri monachorum gestamen uocant, quod relinquere plane sit nefas. Cucullam tamen dicere malunt fratres heremitani. De Cucullo Mar. lib. 10. Pullo Meuius alget in cucullo. Iuuenal. Saty. 6. Sumere

mere nocturnos meretrix Augusta cucul-
los. Georg. Valla ait, breue esse tegmen, et
uile, quo caput humeriq; ad arcendam plu-
uiam conteguntur.

Culcitram Nonius ponit inter genera
uestimentorum. Est autem tela illa, seu linthe-
um, quod dormientibus nobis ad quietem
supponimus, cuique plumam inculcamus.
Mar. Fraudata tumeat facitis tibi culcitra
pluma.

Cyclas uestis est fœminea, et in rotun-
ditate formata. Sidonius ait, pronubam Cy-
cladem Marti, sicut toga senator honora-
tur. Alexander Roman. imp. (autore Lam-
pridio) dicere solebat, matronas regias cō-
tentas esse debere Cyclade, quæ sex uncias
auri, plus non haberet. De Cyclade Iuuen.
Sat. 6. Hæ sunt, quæ tenui sudant in Cycla-
de. Cycladati dicuntur induii Cyclade. Tran-
quil. de Caligul. Sæpe depictas, gematasq;
indutus Penulas, manuleatus et armillatus
in publicum processit: aliquando serica-
tus et Cycladatus.

Dalmatica genus est uestis, quæ à Dal-
matis populis (apud quos frequens fuit eius
usus) nomen sumpsit. Hac dictione usus est
Læpidius, Dalmaticatus, inquit, post cœ-
nam ambulabat.

Dextrocheria dicuntur dextrarum ma-
nuum ornamenta. Alio nomine uocantur
Dextrariola. Iulius Capitolin. scribit, Ma-
ximimum Imperatorē pollice fuisse ita us-
sto, ut uxoris dextrocherio uteretur pro
annulo.

Dipthera pastoricum erat indumen-
tum ex pellibus. Herodotus scribit, Ionas Bi-
blos dicere Diptheras, quod aliquando Bi-
blorū, seu papyri penuria, pellibus uteren-
tur tum caprimis, tum ouillis. Alio nomine
uocatur Beta.

Diplois dicitur duplex palliū, ut dicitio
mōstrat. Diplodion Celius numerat inter
uestes mulierum proprias.

Endromis uestis erat hirsuta et longio-
re uillo, quibus utebantur in gymnasio et
theatro ad munera arenæ exercenda. Mit-
tebatur autem ex Gallia ob peritiā texto-
rum, qui illic habebantur præstitissimi.
Martia. lib. 4. Dona peregrinam mittimus
Endromidem. Hæc uestis exigui erat præ-
cij, licet à diuitibus tantum usurparetur:
nam soli diuites in gymnasijs solebant e-
xerceri. Idem Martialis: Pauperis est mu-
nus, sed non est pauperis usus. Hæc tibi pro
togula mittimus Endromidem.

Ephestris à Græcis dicitur, quam mili-
tes armis superponunt.

Epitogium dicitur pallium, quod super-
ponitur togæ. Verbū est bigenum, ex Græ-
co et Romano compositum.

Exomides erant uestimenta quedam,
quæ alijs tunicis superponebantur. Sūt qui
Cornicorum esse putent.

Feminalia seu Femoralia dicuntur femi-
num seu femorum tegumenta. Femora enim
pro femoribus capiuntur. Plin. Prioribus
pedibus femina onerant, propter id natu-
ra scabra. De feminalibus Suet. in Augusto:
Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis
et subucula, et thorace laneo, et feminali-
bus et tibialibus muniebatur.

Flammea, erant indumenta capitis, qui-
bus matrone et nubentes utebantur ad ue-
landum pudorem in nuptijs. De his uide-
tur intellexisse Seneca, Cui coniugio cor-
pora uelut captiue pudor. Lucan. lib. 2. Lu-
thea demissos uelant flammea uultus.

Forensia uestimenta erant, quibus Ro-
mani utebantur in foro. Alii uocantur
togæ forenses. Sueton. in Augusto: Foren-
sia

si autem et calceos nunquam non intra
cubiculum habuit.

Gabanū habitus est Græcicus oblon-
gis manicis, quo nunc utuntur pleriq; Itali.

Galericulum capitis indumentum, quo
erimes operiebantur. In usu erat palestri-
tis, ne capilli eorum ceromate contamina-
rentur. Suetonius scribit, Othonem Galeri-
culum capiti propter raritatem capillorū
adaptaffe: ubi Galericulum accipit pro ad-
ulterina coma, quæ ex alienis capillis im-
par galeri compingitur, et ita graphicè ca-
piti annectitur, ut à uera coma interno sci-
nequeat. De hoc Martialis. Ne lutet immun-
dum nitidos ceroma capillos, Hac poteris
madidas condere pelle comas.

Galerus dicitur capitis tegumentum, fæ-
dū instar galeæ. Poetæ fingunt, Mercuriū
in serēdis Deū mādatis uti galero. Claud.
lib. 1. de Raptu: Cyllenius astiuit ales Som-
niferam quatiens uirgam, testusq; galero.

Gausapina uestis erat uillosa, nō tamen
onerosa. Martialis: Et dolet, et queritur,
sibi non contingere frigus, Propter sexcen-
tas Baccara gausapinas.

Hemitogium dicitur media pars togæ. Ra-
tio dictionis nota.

Hypotichos dicitur subucula, estq; pon-
tificum. autore Hieronymo.

Ianthina dicitur uestis uiolacea. Mart.
Coccina formosæ donas et Ianthina mee-
che.

Ias nomen est uestis apud Herodotū scri-
bentem: In quas quum alia ratione animad-
uertere non possent, uestem illarum in la-
dem manauerunt.

Impluua uestis erat, qua sacerdotes per
imbrem utebantur. Varro: Salium quoq; se-
reno tempore Impluua amictum fuisse cri-
minabantur.

Indusium uestis erat, quæ super subucu-

lam induebatur. Indusatus, id est, indusio
uestitus.

Insulæ dicebantur fasciæ factæ instar die-
dematum, à quibus utriusq; depēdebant uit-
æ. Verg. - Nec te tua plurima Panihu La-
bentem pietas, nec Apollinis insula textit.
Insulati dicuntur insula operiti.

Instita erat fasciola, quæ partem unam
stolæ ambiēbat. Horat. - Sunt qui nolunt
tetigisse nisi illas, Quarum subsuta talos
tegit instita ueste.

Lacerna uestis erat militaris, et cocci-
nea. Erant et Lacernæ albæ apud ueteres,
quibus utebantur in spectaculis, et ad usus
theatrales. His albentes togas (ut indicat
Epigrammaticus) contegebant. De his in-
tellexit Suet. in Augusto, dicens: Ne quena
posthac de cetero paterentur, in foro cir-
coūe, nisi positis lacernis togatum consiste-
re. Plin. lib. 16. Statimq; augeat lacernarū
precia. Prop. lib. 3. Tu tamen iniecta testus
Vesane Lacerna: ubi militari intelligit. Idē
lib. 4. Textitur hæc castris quarta lacerna
tuis. A lacerna fit lacernatus. Iuuenal. Ipse
lacernatæ quum se iactaret amicæ.

Latusclauus uestis erat senatorij ordi-
nis insigne, et Calceus lunatus. Tunica
purpuram Plinius Laticlauū appellat.
Suetonius in Augusto: Sumentis uirilem to-
gam tunica laticlaui resuta ex utraq; par-
te ad pedes decidit. Clauus etiā et Latuscla-
uus (quod etiā Laticlauū dicitur) capitur
pro senatoria dignitate: ut Ius annulorum
aureorū, pro equestri ordine. Ouid. Curia
restabat, clauus mensura coacta est. Tunica
laticlaui texti cœpit Plinij temporibus, qui
latiore clauo Tullum Hostilium è regibus
primum usum prodidit. Dicitur est autem
à textura, qua in mappis usus fuisse docet
Martialis. Et lato uariata mappæ clauo. Ab

hoc uestimento Laticlauij dicuntur senatores, & senatorum filij. Suet. in August. Binos pierunq; laticlauios preposuit singulis ait.

Lana uestimentū erat, quod superponebatur tunicis omnib. Verg. Tyrioq; ardebat murice Lana Demissa ex humeris. Græci Epigraphon dixere. Ab huius usu nomē traxerunt Lænates Romani.

Leuidensa genus est uestis uile, raro tenuiq; textu. Hinc Munus Leuidensa, pro uerbali figura dicitur munus minimi precij. Cicero ad Dolab. li. 9. Epist. Sed ego hosti ueteri & amico munusculum mittere uolui Leuidensa, crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera.

Limbus erat uestimentū muliebre, purpuram imo cōfusa habēs. Verg. li. 4. Aen. Si donia picto chlamydem circumdata limbo.

Lumbare quo integuntur lumbi. Hieronymus: Sicut tu posuisti lumbare istud ad lumbos tuos.

Mamillare indumentum erat ad compescendas papillas mulierum mammosarum. Martialis: Taurino poterat pectus constringere tergo, Nam pellis mammas non capit ista tuas.

Erat et Mandya uestimenti genus, quod ut lorica muniebant. Latini Mantellum dicunt.

Manica dicuntur manuum tegumenta. Hinc Manicate uestes, quæ olim probrodant sunt, & molliciei. Vergil. Et tunicae manicas, & habent redimicula mytræ.

Mantile dicitur lintheum, quo terguntur manus. Verg. Tonsisq; ferunt mantilia uillis. Dicimus & Mantellum. Plaut. Nec his sycophantijs, nec fucis ullum mantellum obuiam est.

Mastrugæ seu Mastrucæ uestes erāt Sar-

dis peculiare. Plautus: Mastrugatus et plenus puluere.

Mollicina uestis à mollicie nomen sumpsit.

Myoton Armeniorum fuisse uestimentum dicunt, muris figura uarie ornatum.

Multicia uestes erant tenues & lucidæ & delicatis aptissimæ. Fiebant serico. Dicebantur autem Multicia, quod sua uitate sua mulcerent. Iuena. Saty. 2. Non facient alij, quum tu multicia sumas.

Nebrides uestes erant uillosæ, facte pelli bus ceruorum, quibus in sacrificijs Bacchi utebantur. Sidonius: Rotat Enthea thyrsum Cassaris & maculis Eriuhreæ Nebri-dos horrens.

Otho apud Homerum nomen est candidi amiculi ex lana, non ex lino. Cælius.

Palla dicitur honestæ mulieris uestimentū. Stat. lib. 7. Theb. Et fibula rasilis auro. Tænariam sulua mordebat Iaspide pallam. In Gallia uiri etiam utebantur palla. Mar. Dimidiasq; nates Gallica palla tegit.

Pallium uestimentum erat Græcis peculiare. Hinc Palliatæ comœdiæ, quæ scriptæ sunt secundum ritus & habitus Græcorum palliatorum. Palliati & Palliolati dicuntur induti pallio. Suet. in Cæsare Didactore: Vno quo sagati palliatiue, altero quo togati cum illustrioribus prouinciarum discumberent. Mart. Hanc uolo quæ facilius, quæ palliolata uagatur. De pallio Suet. in Augusto: Togas insuper & pallia distribuit. Idem in Cæsare Tiber. Redegitq; se deposito patrio habitu ad pallium & crepidas. Pallium quoq; uestimentum erat philosophicum. Herodes (ut est apud Gellium) quendam barbatum, palliatumq; (qui ex eo habitu philosophus uideri uolebat) im-

ta taxauit: Video barbam & pallium, phi-

philosophum nondum uideo. Diminutiuum est Palliolum. Iuena. Satyra 3. Vxorem comædus agit, uel Dorida nullo Cultam palliolo. A Palliolo fit aduerbium Palliolatim. Plautus: Palliolatim amicus sic incessi ludibundus.

Paludamenta ornamenta erant, et insignia militaria. Ideo quum ad bellum exijt imperator, Paludatus dicitur proficisci. Cicero in Pisonem & Gabinium: Exierunt duo paludati uulturi. Paludamenta dicuntur à palâm, quod his induti palâm conspicerentur. Plinius scribit, Coccum fuisse dicitum paludamentis imperatorijs. Licet autem bellicum & castrense imperatoris esset indumentum, paludati tamen erant li-flores. Liuius: Cū paludatis lictoribus profectus ab urbe Brundisium uenit. Paludati (ut iam exemplis docuimus) dicuntur paludamentis ornati. Iuena. Saty. 6. Cumq; paludatis ducibus presente marito, Ipsa loqui rella facie, strictisq; mamillis. Paludamentum hodie Cottam armorū uocamus, inquit Budæus.

Parnacides uestes erant puellares. Testis apud Nonium Varro.

Patagium erat Chlamys aurea, quæ preciosis tunicis superindus solebat. Patagiarum dicuntur uestimenti huius textores. Patagiati, eo induti.

Penula uestes erant seruatorū, & pauperiorū. Optima texebantur ex lana Appulæ. Ea utebantur ad arcendam pluuiam, sed nunquā imperatores. Galba amico roganti Penulam, Non pluit, inquit, non opus est tibi: si pluit, ipse utar. De Penulis Lampri-dius in Alexandro Seuero: Penulis intra urbem frigoris causa, ut senes uterentur, permisit, quum id uestimenti genus semper uimerarium aut pluuiæ fuisset. Matronas

tamen intra urbem penulis uti uetuit, in itinere permisit. Horat. lib. 1 Epist. Incolumi Rhodos & Mitylene pulchra facit quod Penula solstitio, brumale niualibus auris. Notatus est Caligula, quod penulis uteretur, quæ imperatorem minime decebant. Suet. Sæpe depictas, gemmatasq; indutus penulas, manuleatus, & armillatus in publicum processit. Augustinus Penulam accepit pro grammaticorum indumento lib. 1 Confes. ubi ait: Quis penulatum magistorū, inquit, audit aure sobria, ex eodem puluere hominem clamantem & dicentem, fingebat hæc Homerus. Vlpianus Iuriscōf. inter communia uestimenta (quibus uir & mulier promiscuè utuntur) penulas numerat. Penularium dicitur penula repositorium, & Penulati penulis uestiti. Mart. li. 2. Non ipse Codrus alpha penulatum.

Peplum seu Peplus, uestis erat solennis, quæ uiro uel fœminæ iniiciebatur. Plaut. Nunquam ad ciuitatem ueni, nisi quum inferitur peplū hodie. Virg. Crimibus Iliades passis, peplumq; ferebāt. Lactantius grammaticus ait, peplum dici uestē candore eximio, aureis distinctam clauis, sine manicis, quam uestitores deorū simulachris iniiciebant. Peplū primō instituerunt Athenienses. Texebatur matronarum manibus, in partaq; triennium numini offerrebat, sed Meneruæ in primis. Seruius ait, Peplum palla esse fœmineam Meneruæ consecratā. Xenophon scripsit, Peplum etiam conuenisse uiris. Lactantius Peplus dixit in masculinogeneri. His Peplos (inquit) & indumenta preciosa, quibus usus uelaminis nullus est, his aurum & argentum consecrat.

Perinesa antiqui uocabant indumenta, in quorum extremitatibus affuta esset purpura, quadam insule imagine.

Perifcelis dicitur pectoralis mulierum fasciata, seu simile aliquod indumentū puellare: aut (ut alij uolunt) brachiorū est ornamentum, quod aliter Dextrocherium uocatur. Horat. lib. 1. Epist. Nota refert meretricis acumina, sepe catellam, sepe Perifcelidem raptam sibi flentis. Mœnâder scripsit, puellas gestare perifcelidas. Gremia / lia uocat Cælius.

Perizonium pallium est præcinctū, quo nudæ uirgines infra papillas præcinguntur. Aliter Præcinctorium uocatur.

Petasus dici potest capitis tegmen, seu umbraculū ad instar pilei formatū. Suetonius in Augusto: Domi quoq; non nisi petasatus sub dio spatibatur. Cicero ad Cassium: Sed tabellarij petasati ueniunt, comites ad portus expectare dicuntur. Plin. li. 36 scribit, in summo labyrinthi Italici Petasum unum omnibus pyramidibus positum fuisse.

Rhelonem pro quodam tuniculæ genere accipit Cælius.

Pileus seu Pileum, dicitur uirile tegumentum. Persius: Hanc nobis Pilea donant. Cælius Sabinus iurisperitus testis est apud Gellium, pileatos seruos uenū solitos ire: quo indicabant ueteres, uanundandi legem non esse operiendam. Corona signum erat capiti uirorum uenaliū. Pileus uero impositus demonstrabat, eiusmodi seruos uenundari. Hinc Pileus interim pro libertate capitur, cuius insignis est. Lilius: Postero die serui ad pileum uocati, et carcere uincti, emissi. Sueton. in Nerone: Tantumq; gaudium publicè præbuit, ut plebs pileata tota urbe discurreret. Idem in Tiberio: Seruis ad pileum frustra uocatis in Siciliam profugit. Serui enim (qui manumittebantur) accipiebant pileum capite raso. Sex. Aurelius: Omnis

(inquit) Roma adeo interitu Neronis exultauit, ut plebs induta pileis manumissionum, tanquam seuo exempta domino triumpharet. Mart. lib. 1. Permittit Puto pileata Roma. In Saturnalibus ad exprimentam libertatem pileata erat Roma: unde et dem Martialis. Dumq; decent nostrum pilea sumpta Iouem.

Poderis dicitur talaris tunica duplici syndone. Iosephus Byssinam uocat. Hæc adeo arcta est, et strictis adeo manicis, ut nulla sit in ueste ruga. Tales interdum habent milites, ut onere expediti aptiores sint torquendis hastis, aut uibrandis sagittis.

Polymitus nomen sumpsit à multipliciorū uarietate: nam mitos Græcè, filum dicitur Latine. Hinc Polymita uestis dicitur multis licijs cõtexta. Plinius: Plurimis uero licijs texere, quæ Polymita appellat, Alexandria instituit. Polymitarij dicitur, qui huiusmodi uestimenta conficiunt.

Prætexta uestis erat patriciorum, ab eo dicta, quod purpura prætegebatur. Hinc prætextatus Papyrius dictus est, ob loquendi tacentem; prudentiam in ætate prætextat. Et Prætextatus sermo, dictus ab antiquis, qui nihil haberet obscœnitatis. Pompeius Sextus lib. 16 de Verbis prisca: Nefas, inquit, apud ueteres habitū est, uti prætextati pueri uerbis obscœnis uterentur, ideoq; prætextatum sermonem appellauerunt, qui nihil obscœnitatis referret. Quam sententiam apud Macrobiū uidetur probare Vellius prætextatus: Nā toga, inquit, prætextata ratione pueris additur, ut ex colore purpure ingenuitatis pudor regeretur. Diuq; negatum libertatis fuit, uti prætextata. Unde etiam Prætextatæ fabulæ apud antiquos dictæ sunt, quibus præcepta et monitiones ad optimos mores pueris tradebantur. Horatius

ratiū in Arte: uel qui prætextas, uel qui docuere togatas. Contra tamen Sueton. in Tito Vespasiano, uerba prætexta, uocat impudica, qualibus solent uti lasciuientes pueri: Erat, inquit, dicacitatis plurimæ, et sic furrilis ac sordidæ, ut ne prætextatis quidem uerbis abstineret. M. Tull. in oratione pro Murena scribit, filios triumphantium maxime prætextatos sedere consuesse in equis triumphatoris.

Pulvinar, Puluinus, et Puluillus dicitur, quod dormientium capitibus supponitur, à plumis pullorum, quibus fit. Catullus posuit pro plumo lecto, et geniali thalamo, in quo noua nupta quiescit cum sponso, ubi ait: Pulvinar uero diuæ geniale locatur. Idem: Pulvinar complexa suo uelabat amictu.

Ralla uestis dicta est à raritate filorum. Plautus apud Nonium: Tunica Ralla, toga spissa.

Recinium uestis fuit antiquissima quadrata, cuius mediam partem iaciebat post humeros. Eadem Ricinus, et Ricinium dicitur à reiiciendo. Festus: Recinium est omnine uestimentum quadratum.

Rechidimna seu Recidipna, uestes erant peregrinæ, quibus utebantur in Gymnasijs. Iuuen. Sat. 2. Rusticus ille tuus sumit rechidipna Quirine.

Regilla uestis erat regia, unde etiam trachelum nomen. Ea erat auro et purpura intertexta, et regibus peculiaris. Plautus: Basilicam an Regillam induam tunicam.

Reticulum capitis tegmen muliebre. Varro: Suisq; suspendit laribus marinas molles pilas, Reticula et strophia. Capitur etiam pro quodam instrumento, quo antiquitus panes ferebantur. Iuuen. Sat. 12. Mox cum reticulis, et pane, et uentre lagene,

Rhenones uestes erant pellicæ, quibus autore Casare, Germani utebantur. Sidorius: Viridètia saga lumbis marginata puerniceis, penduli ex humeris baltei uel gladij balteis supercurrentibus struxerat clausa bullatis latera Rhenonibus.

Richa uestimentum erat, quod nos sudarium dicimus. Srenus: Aut Zonulam, aut auem, aut richam.

Rhiza uestimentum fuit Thracium. Sagulum diminutiū est à sago. Vergil. lib. 8 Aen. Virgatis lucent sagulis, tum laetea collo Auro innectuntur. Hinc etiam Sagulati sagulo induti. Suet. in Vitellio: Urbem quoq; ad Clasicū introijt paludatus, ferroq; succinctus inter signa atq; uexilla sagulatus militibus.

Sagum erat militare uestimentum, quod teste Cicerone, sumi solebat in bello. Et quando in sagis tota ciuitas erat, consules uiri solebant esse togati. Mart. li. 1. ibi ab excussio missus in astra sago. Plin. li. 27. Sacerdos candida ueste cultus arbore scan dit, Falce aurea demittit, Candido id excipitur Sago. Iuuen. Saty. 6. An sago uendentis nubat caupone relicto. Sagati dicuntur sagogorum.

Semitogium uocatur breuis et dimidia toga. Unde Semitogati dicuntur.

Singuliones genus erat uestis barbaræ, inquit Baptista Egnatius.

Stola erat talaris tunica, qua matrone utebantur. Tib. li. 1. Quamuis nec uitta ligatos impediatur crines, nec stola longa pedes. A' stola, pudor dicitur Stolatius, id est, matronæ conueniens. Mart. lib. 1. Et stolatum permittit meretricibus pudorem.

Stragulum uestis erat, qua lecti stereruntur, colorū et figurarum multitudine uariata.

riegata. Tibullus lib. 1. Nam neq; tunc plura, nec stragula picta soporem, Nec sonitus placida ducere posset aquae. Martialis: Stragula purpureis lucent u. llosa tapetis. Idē tamen accepit Stragulum pro Ehippio, ubi ait: Stragula succincti uenator summe ueredi. Varro: Quicquid in sternebant, a sternendo stragulam appellabant. Hieronymus posuit pro ueste muliebri: Stragulam (inquit) uestem fecit sibi, Byssus & purpura indumentum eius.

Strigium uestis erat Hispanica. Plaut. Nudus est, iurat se strigium oppignerasse.

Strophium dicitur fascia pectoralis ad deuinciendas puellarum mammas. Nonius ait, Strophium breuem esse fasciam, quae uirginearum papillarum coercet errorem. Martialis Fasciam uocat pectoralē, ubi ait: Fascia crescentes dominae compeisce papillas, ut sit quod capiat nostra tegatq; manus. De Strophio Catullus: Nō tereti strophio lactātes uincta papillas. Capitur etiā Strophium pro religiosa quadam corona, qua utebantur antiqui sacerdotes. Plin. Te nuioribus coronis utebantur antiqui, strophia appellant. Diminutiuum est Strophiolū. Autor hymni (qui in honorem diui Ioannis Baptiste canitur) posuit strophium pro uilloso corporis tegumento, ubi ait: Praebuit hirtum tegimen Camelus Artibus sacris, Strophium bidentes.

Subarmalia saga erant & chlamydes, quibus arma superinduebant.

Subligaria uestes erant, quae coxas usq; ad umbilicum a genibus contegebant. His utebantur Mimi in theatro. Mart. lib. 3. Iuue. Sat. 6. Aliter uocatur subligaculum. Cicero in Offic. Scenicorum quidem mos tantam habet uetere disciplina uerecundiam, ut in scena sine subligaculo prodeat nemo.

Imperitus subligaculum indatus omnibus id ostentat. Adagiū est in eos, qui propter insolentiam etiam ineptissimis rebus esse runtur.

Subucula uestis erat interior, quae sub alia induebatur. Varro: Postquam binas tunicas habere ceperunt, instituerunt uocare subuculam. Horat. lib. 1. Epist. — Rides, si forte subucula pexa Trita subest tunica, uel si toga distidet impar.

Sudarium dicitur lintheū ad detergendum corporis sudorem, & purgandas nares. Sueton. in Nerone: Neq; quicquam serio iocūne egerit, nisi astate Phonsco, qui moueret, parceretq; arterijs, ac sudarium ad os applicaret. Ex Setabi Hispaniae urbe mittebantur optima linthea, quae Sudaria dicebantur. Catullus: Nam sudaria Setaba ex Iberis Miserunt mihi munera Fabullus & Verannius. Diminutiuum est Sudariolum. Apul. Quanti sudores innocentibus hoc uno sudariolo afferantur, possum equidem pluribus disputare.

Supparus seu Supparum dicitur leuis et angusta toga. Festus ait, uestimentum esse puellare ex lino. Nos Subuculam & Camisiam dicimus. Nonius ait, Supparum esse lintheum femorale usque ad talos pendēs, quod subtus appareat. De supparo Afranius: Puella non sum, supparos si induta sum. Lucan. lib. 3. — Humerisq; harentia primis Suppara. Seneca pro uelis accepit in Medea: Et alto rubicunda tremunt suppara uelo.

Syndones uestes erant candidae ex lino, quibus magi utebantur. Erant autem subtilissimae, & tenuissimis filis intextae. Mart. lib. 4. Nec sic in Tyria syndone tuus eris. Syndones uero populi sunt in Aecotidis confinio, teste Pomponio Mela.

Synthe...

Synthesi genus est uestis breuis, & negotijs apta, qua Romani omnes toga deposita in Saturnalibus utebantur. Consuta erat, & composita quadam compositione uersicolori, unde inditū nomen. Mart. De nostra prasina Synthesis empta toga. Synthesi status hac dicitur indutus ueste.

Syrma uestis erat, quae in recitandis grauioribus poematis trahebatur ab histrionibus. Mart. lib. 4. Musa nec insano Syrmae nostra tumet. Ea ueste maxime utebantur Tragœdi, quod etiā innuit illud distichon Mart. lib. 11. Transulit ad tragicos se nostra Thalia cothurnos, Aptasti tragicum tu quoq; Syrma tibi.

Tapetum seu Tapes, uocatur tegmen diuersis coloribus et figuris uariatum, quo praecipue aulae & cubicula diuitum ornari solent. Aliter uocatur Aulæum, peristroma, peripetasma. Verg. 7. Instratos ostro alipedes, pictisq; tapetis.

Tibialia dicuntur Tibiarum indumenta, atq; etiam arma, quibus crura muniuntur. Sueton. in Augusto: Subucula & thyrace laneo, & feminalibus, & tibialibus muniebatur. Paulus Iuris. Si tibiale, uel humerale miles alienauit, castigari uerberibus debet.

Toga communis erat Rom. uestis, qua utriusq; sexus homines utebantur. Accipitur interdum pro peculiari habitu clientū, & saluatorum, qui togati salutati ibant, ut sportulam consequerentur. Mart. Mane uel a media nocte togatus ero. Toga praetexta uestis erat magistratuum. Togata fabula, quae scripta sunt secundum ritum & habitum Romanorum. Earū scenici actores uocantur Togatarij. Toga pura & uirilis dicebatur, quam adolescentes tyrocini die, posita praetexta puerili, sumebant in capi-

tolio. De toga Mart. lib. 3. Gallia Romanae nomine dicta toge.

A Toga Romani dicuntur togati. Verg. Romanos rerū dominos, gentēq; togatam. Trabea uestis erat togata purpura circumducta sub tegmine puniceo, quam aureae fibulae annectebant. Verg. 1. p. Quirinali lituo, paruaq; sedebat Succinctus trabea. Ouid. 1. Fast. Hoc igitur uidit trabeati cura Quirini. Trabeatus dicitur trabea indutus.

Tunica uestis erat breuior, & sine manicis, qua utebantur uiri. Manicata decebat feminas, ut arguit illud Verg. Et tunicae manicas, & habent redimicula mytrae. Plautus: Manuleatam tunicam habere hominem decet. Gell. lib. 7. Tunicis (inquit) uti uirum prolixis ultra brachia, & usque in primores manus, ac prope in digitos, Romae atq; omni in Latio indecorum fuit. Propterea Publ. Afric. Pauli filius, P. Gallo, homini delicato, probro dedit, quod tunicis uteretur manus totas operientibus. Diminutiuum est Tunicula. Gell. lib. 1. Elegans illa uestis & molles tuniculae ab amulis aduersarijsq; probro datum. Tunicati dicuntur tunica induti. Horatius libro 1. Epist. Vilia uendendum tunicato scrutata popello. Tranquillus in Augusto: Ut stare interdum per totum diem iuberet ante praetorium tunicatos.

Tyara tegumentum erat capitis, Persarum genti peculiare, quo reges & sacerdotes utebantur. Simile prope erat mytra aut galero. Iuuenal. Sat. 6. Et Phrygia uestitur buca tyara. Hieron. ad Fabiolam, Quartum genus est uestimenti rotundum pileolum, quale pictum in Vlyssae conspicimus, quasi sphaera sit diuisa, & pars una ponatur in capite: hoc Graeci & nostri Tyarā,

nonnulli

nonnulli Galerum uocant. Non habet acumen in summo, nec totum usq; ad comas caput tegit, sed tertiam partem a fronte in operam relinquit. Atq; ita in occipitio uita constrictus est, ut facile labatur ex capite. Est autem Byssinum & sic fabre operatum lintheolo, ut nulla acus uestigia forinsecus pateant. Ouid. lib. 11, Tempora purpureis tētat uelare Tyaris. Reperitur etiā in masculino genere, et frequētissimē. Ver. Sceptrumq; sacerq; Tyaras.

Tyrianthina uestes erant purpureæ, sumpto nomine à Tyrijs, qui usu purpurea elaruerunt. Mart. Verbica Lmgonicus, Tyrianthina bardocucullus.

Venfica tegumentum erat & mitella capitis subtilissima, qua Germanorum crines contegebantur. Mart. lib. 8, Fortior intortos seruas uenfica capillos.

Ventrale, uentris tegumentum, ut femorale femoris, brachiale brachij, humerale humerorum, tibiale tibiæ. Plin. Patris mei memoria cœpere Amphimata nostra, sicut uillosa, etiam uentralia.

Umbella itidem erat indumentum capitis, quo radij solis arcebantur. Mart. lib. 11, Umbellam luscæ Lygde feras dominæ.

Xerapellina uestes erant matronales, dictæ ab Ampelino colore, qui medius est inter coccum & muricæ. Merula ait Atrabicas fuisse appellatas. Iuuen. Sat. 6, Et Xerapellinas uestes donauerit ipsi.

Xystis autore Calio, dicitur talaris tunica & muliebris. Alij Tragicū putant indumentū. Xystus uerò appellatur lata porticus, in qua athletæ hyberno tēpore exercebatur. Unde et Xystici athletæ dicti sunt. Suet. in Aug. Nec tamen eo minus aut Xysticorum certationes, aut gladiatorum pugnas seuerissimē semper exegit.

Porro acu uestes facere Phryges inueniunt, ideoq; Phrygiones appellati. Aurum intexere in Asia inuenit Attalus rex Pergami, unde nomen Attalicis. Colores diuersos pictura intexere Babylon celebrauit, & nomen imposuit. Marialis: Non ego pretulerim Babylonicam picta superba Texta, Semiramia quæ uariantur acu. Plurimis licijs texere, quæ Polymita appellant, Alexandria instituit: Scutulis diuidere, Gallia: autore Plinio libro octauo, capite quadragesimo octauo. Vestimentorum sunt omnia aut lanca, uel linea, uel serica, uel bomicina. Omnia item aut uirilia, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiaria. Afri, Mauri, Saraceni, Scythæ, gaudent colorum uarietate, Græci crepidati incedebant. Fuerunt & priuatae quorundam uestes. Adam & Eua priusquam peccassent, degebant nudi, post peccatum texere folijs uerenda, crudis pellibus humeros amicti. Ioannes Zachariæ filius in heremo utebatur ueste camelorum setis contexta, seorteaq; cingebatur zona. Unica fuit Christo uestis inconiunctis, quæ nullo usu detrita est. Pallium Bartholomæi per annos xx neq; sordēs ullas, neque uelustatem sensit. Iacobus Apostolus, qui à corporis similitudine frater Christi dictus est, lineo utebatur amiculo. Idem in consuetudine uixit, nunquam cinctus, nunquam balneo usus. Paulus primus heremita uestem habuit palmaceis contextam folijs. Mortui eximias induit Antonius abbas diebus solū fructis. Capilli texerunt Timotheum Anachoretā, & adeo deformarunt, ut à Panuio in solitu line reperitus, fera primo aspectu sit creditus, non homo. Onophrius heremita consumpta ueste nudus egit, folijs uerenda tegebatur. Franciscus Assisitas crassi panis

ni iunxit

in tunica in iunxit, quæ funiculo cōpressit, nudis pedibus lignos subiecit socculos. Maria Aegyptia consuetis uestibus, nuda egit in heremo. Hercule Nemæi leonis exuuiō indutum Græcia fabulatus est. Diogenes unico pallio uixit contentus. Portius Cato nunquam toga usus est pluris quā centū drachmis empta. Pythagoras alba utebatur ueste, & coronam gestabat auream. Empedocles Agrigentinus utebatur ueste purpurea, creisq; calceamentis. Hippas & Gorgias purpureis. Porphyrius à purpura nomen sumpsit, quum Maichus diceretur. Fuit Aristoteles uictu uestituq; delitiosus, & ob id Platoni aliquātulum in sensus. Cethegixerto nudoq; erant brachio. Cæsar laxiore tunica. Augustus hyberno tempore thorace laneo, tibialibus & quaternis tunicis. Meccenas mollioribus uestibus, unde & Malacinus ab Augusto cognominatus est. Demosthenem Gellius scribit fuisse cultu corporis nitido, & nimis accurato: Hortensium quoq; multa cum mundicia & circumspēctē fuisse indutum.

De coloribus uestimentorum nunc aliquid adijciamus. Cymatitem colorem dixerunt marinū, & ceruleū. Glaucus pro uiridi ponitur, habetq; uirori commixtum alborem. Hinc glauci oculi, glaucæ salices & oliuæ. Impluuiatus color, quasi fumato fillicitio. Crocinus & Croceus à Croco. Hinc croceata uestis. Cerinus à cere colore. Ferrugineus, à ferro. Ostrinus subruber, Murex fuit purpureus, Anthracinus niger. Anthrax Græcè dicitur carbo. Amethyston ut uiola prope purpureum ponit Plin. Molochium dixerunt colorem similem maluæ, luteum croceum à luto herba.

VESTES GENTIVM
proprie.

Alium Gabinium. Cassica Græcorum. Toga & Prætexta Romanorum. Mistruga Sardonum Aræcæ. Bardocucullus Gallorum. Germanorum Rhænes. Attalea Britannorum. Strigium Hispanorum. Arsineum, Tyara, Candis, Caprys Persarum, Chorteus Massiliensium. Mycetor Armeniorum. Dalmatica Dalmatarum. Felplum Troadum. Caunaces Babyloniorum.

VESTES QVAEDAM
memorabiles.

Antisthenes Sybarita ueste elaborauit, in qua uariæ deorum effigies erant depictæ. Hæc quotannis in Liciniæ Iunonis tēplo suspendi miraculi causa solebat. Athenienses magno precio eandē sibi cōpararūt.

Lollia Paulina tunicam habuit ex margaritis æstimatam quadringētis sestertijs. Tarquinius Priscus aurea triumphauit tunica. testis Verrius apud Plin.

Habuit Nero triclinaria Babylonica 4000 millibus empta. Syloson, ueste habuit, quam quum Dario Hystaspis filio dono dedisset, totam ab eo & urbem & insulam Samiorum in hospitium muneris accepit. autor Valer. Max. de Gratitudine. Saxo Grammaticus scribit, Frostoni eundam uestem fuisse, qua circumamictus nullo telorum acumine lædi poterat.

CALCEAMENTORVM
genera.

Alopodium genus est calceamenti lignei, alio nomine dicitur Soccus.

Carpatina calceamentū erat rusticum, quod fiebat ex recentibus corijs bubulis, sic appellatum à Caribus, ut scribit Iulius Polux li. 9. ad Commodū Cæsarem. Aristote-

les in 2. de Animalium historia scribit came, los calceari carpatinis, ne in exercitu longiore fatiscant timere. Catul. Cullos et crepidas lingere Carpatinas. Sunt qui Crepidas carpatinas dicant esse calceamenta stercoreata.

Carpicum seu Carpisculum, genus est calceamenti, autore Flauio Vopisco, qui ait Aurelianum absentem a senatu uocatum fuisse Carpicum. Hodie quoque Itali Scarpos uulgo crepidas uocant.

Cothurnus aptus est utriusque pedi, fiebatque in modum crepidarum. Hinc adagium natum, Cothurno uersatiliior in homines inconstantes. Congruerat hoc calceamentum uiris pariter et mulieribus. Verg. Purpureoq; alte suras uincere cothurno. Quod interim pro tragico uersu accipiat, uaria docent exempla. Stat. lib. 5. Syl. Terentio super intonuerit cothurno.

Crepida Græcicum fuit calceamentum coriaceis superuimili ligulis. Persius: Non hic qui in crepidis Graiorum ludere gestit. Gell. lib. 13. cap. 20. ait Crepidas et Crepidulas esse, quas Romani soleas uocant. Cicero apud eundem Gallicas uocat, dicens, Cū Gallicis et lacerna cucurrissi. Eius item sutores Crepidarios dixerunt. Sæpronius Asellio lib. 14. rerū gestarum, Crepidarium, inquit, cultellum a crepidario sutore.

Crupezia autore Cælio, tibicinum sunt calceamenta.

Harpides calceamenta sunt multiplici futura, similes sunt crepidis.

Hopistocrepides genus est calceamenti feminei.

Hypodesis seu hypodema, calceum latine significat.

Mullei primum fuerunt calcei regum Albanorum, purpurei coloris, quæ postea

patriciorum. Vopiscus, Calceos mulleos, et hederaceos, et albos uiris omnibus abstulit, mulieribus reliquit.

Nymphides calceamenta sunt muliebria et sponfalina.

Peronem Seruius ait esse rusticum calceamentum è Crudo corio. Vergil. libro 7. Crudus tegit altera Pero. Iuuen. Stat. 14. Nil uictum fecisse uolet, quem non pudet alto Per glaciem perone tegi. Peronatus dicitur perone indutus.

Phecasij dicebantur ueterum sacerdotum calcei.

Sandalium genus est calceamenti Etruscis peculiare, ut docet Iul. Pollux. Legimus in lib. iudicib, quemadmodum illa induit sandalia in pedibus suis, assumpsitq; dextrariola et in aures. De Sandalio, Terentius, Communi tibi Sandalio caput. Apollo Sandaliarius dictus est, a uico eiusdem nominis, ubi Athenis colebatur. Et Sandaliarij etiam dicuntur calceolarij.

Sculponeæ calcei sunt ex lana confecti. Plautus, Qui quæso potius quam Sculponeis, quibus batuatur tibi os. Neuius, Sculponeas batuenda sunt latera. Cato scribit Sculponeas bonas alternis annis dari oportere familie rusticane.

Socci dicuntur calceamenta Comædiorum, ut Tragædorum Cothurni. Adiores enim Comædiarum, profcenium intrabant cum soccis, ut hi cothurnis. Hinc soccus plerumque capitur pro uersu comico. Horat. in Arte, Hunc socci cepere pedem, grandisq; cothurni. Diminutium est Socculus. Idem Suetonius in Vitellio, Pro maximo munere a Messalina petijt, ut sibi pedes præberet ex calceandis, detractumque socculum dextrum inter togam tunicasq; gestauit assidue, non nunquam osculabundus.

Soleas

Solea calceamentum est, quo calces plantarum obteguntur, cæteris pedum partibus prope nudis, ipsis tamen pedibus coriaceo uinculo supernè uinctis. Plaut. Date iam soleas, atq; intro me astutum ducite. Fiunt etiam ex ferro, quæ pedibus equorum et mulorum subiiciuntur. Solea interdum pro calceo ponitur. Propertius: Profluit in lata nixa pedem solea. Soleati soleis induit.

Tentipellium calceamentum est ferratum, quo extenduntur pelles.

Græcici calcei ex Polluce sunt Basilides, quibus utebantur Athenis. Crepides gestamen militare. Empades sumptuosum calceamentum. Crotopexium ligneum calceamentum, dictum a sonitu. Sunt item Schistes, singæ, Compodes, Asiræ, Embades, utriusque sexui communes. Hypocæma uirile calceamentum, Proschema senile, Peribates ancillarum, Polearia et Acontia meretricium. Radia uarium et circunuoletum erat. Baucides sumptuosorum. Rursus Crocotides, Aphractæ, Opitocrepides, Amphispheya, Acrospheya, Canobia, Gynepodia, Nyclipedeces, Mesopersicæ, Pheyracides, Seleucides, Nisides, Ambracides, muliebria fuerant. Vtriusque sexui communia, Phares, Lagarium, Chiton, Xistis.

VASORVM DIVERSA GENERA.

Abana uas erat, quo recodebantur cotinum cibaria, qui ad Theorias, id est, rem diuinam Delphos mittebantur.

Aconita Græcis dicuntur uasa non illita, quæ calido diluta humore aquam infertur.

Ahenum uas est ære factum. Horat. Sub noctem gelidum lignis calcifaciat ahenum. Virg. Aut salijs undam tepidi despumata aheni.

Alabastrer seu Alabastrum, dicitur per lucidum marmor, quo antiquitus uasa fiebant unguentaria. Interdum tamè pro ipso uase capitur. Mart. lib. 11. Quod Cosmi redolent alabastra, fociq; deorum. Cic. lib. 3. Quæst. Acad. Quibus etiam alabastrer plenus unguenti putere uidetur.

Amphithetum fuit poculi genus, ita factum, ut qualis ex parte positum staret, nullumque certum habere fundum. Hinc sumptum est adagium, Ex amphitheto bibisti in eum, qui liberius potaret, ac meracius.

Amphora uas est uinari, quod qui ferunt uocatur Amphorarij. Horat. in Arte: Amphora cœpit Institui, currere rota, cur urceus exit? Martialis: Amphora non meruit tam preciosa mori. Reperio etiam Amphoras dictas fuisse de uasis aut fœricis excrementicis. Monumentis enim proditur, Romæ in Angiportis et angulis uicorum amphoras fuisse collocatas, in quibus transitores ebrij et uinolenti meiere solebant. Quod indicat Caius Titus Lucilij coætaneus, in oratione, qua legem Faniam suscit: Dum meiunt (inquit) nulla est in angiportu amphora, quam non impleant, quippe qui uesticam uini plenam habeant. Ad hoc faciunt uerba Suetonij scribentis, Vespasianum nouum sordidumque tributum reperisse, pro amphoris in urbe refectis, quibus uesticæ commentium exonerarentur.

Amphotum uas erat utriusque anatum. Ampulla uas erat olearium, quo in balneis utebantur. Apuleius in Floridis: Hippias predicauit ampullam quæque oleariam (quæ gestabat) semet sibi fabricatum. Hoc genus uasis turgidum erat et uentrosum. Hinc Horatius in Arte ampullas uocat uerba turgentia, ubi ait: Projicit ampullas et se sequipedalia uerba. Suetonius in Domitia

no, Ampullæ accepit pro uas e uitreo, ubi ait: Quæ res oculi esset, alea se oblectabat, etiam pro festis diebus, matutinumq; horis, ac lauabat de die: prandebatq; ad societatem, ut non temere super coenam præter Martianum malum, & modicam in ampullæ: potiunculam sumeret.

Amula uasculum erat, quo ferebatur aqua Lustralis causa religionis & expiationum scelerum. Sumpsitq; nomen ab amulendi, id est auferendi malis. Vnde & Amuletum remedium aduersus inuidiam, & ueneficia uocabatur.

Ancafa dicebantur ab antiquis uasa cæcata, à circumcidendo. Quæ signis erant aspera, uocabantur Anaglyphæ.

Antlia uas est hauriendis aquis idoneum. Hinc ex ætate uerbū, id est haurire. Mart. li. 9. Curua laborat Antlia tollit aquas.

Arifanus, Aristeras, et Arystichos pro cyathis inueniri scribit Cælius, facta ab hauriendo nomenclatura.

Aristophorum dicitur uas, quo prandium deferunt. Latine uocatur Discus.

Armillum uas umarium, aptum sacris: ita dictum, quod armo, id est humero deponeretur. Varro apud Nonium: Etiam pocula, quæ uocantur capulas & Capides, quod est poculi genus: item armillū, quod urceoli genus umarium.

Bacchar uas est umarium, quod et Baccharum dici potest, à Baccho, ut etymum docet.

Est & Bacchium nomen uasis umarij, quo in sacrificijs Bacchi utebantur.

Biscanda uas fuit peregrinum, & Britannis peculiare. Mart. Barbara de pictis ueni Bascula Britannis, Sed me iam multi dicere possunt suam.

Batru uas est de manubrio, quod

Trullam nonnulli uocant.

Est et Botiola nomen uasis. Plaut. apud Nonium: Botiolam auream octo pondo habebat, accipere noluit.

Brochus uas est umarium, Gallis peculiare, neorsum uersum rotundū & capax, sursum uersum uerò angustum. Brochus (inquit Budæus) uas fundendo uino accommodatum, implendis deplendisq; culcis & uasis conditorijs.

Cacabus appellatur uas, in quo pulmentarium coquimus. Nomen traxit à sono, quem supra ignem positus facit. Apitium: Capita porrorum simul elixabis in Cacabo nouo, ut aqua ad tertiam deferueat.

Cadus uas est umariū, quo uinum ipsum conditur. Virg. in Coppa: Est & uappa cado nuper diffusa picato. Ouid. li. 5. Fast. Promit fumofo condita uina cado. Rustici cados ligneos circulis cinctos primi in Alpibus excogitauerunt. Diminutiuum est Cadiscus, significatq; uasculum, quo suffragia colliguntur.

Calathus uas est uimineum, in quo mulieres suos suos, & pensa reponunt, aut uiolas. Vnde Virg. de Camilla: Non illa colo, calathibus Mimeræ Foxinea assuetamans. Idem in Buc. Tibi lilia plenis Ecce ferunt nymphæ calathibus. A Calathus fit diminutiuum Calathiscus eiusdem significationis cum primitiuo. Catullus: Velleri uirgati custodiebant calathijci. Politianus in Ru. Aut cista exportant aut rasillis calathiscis.

Caldarium dicitur abenum, quo calida hauritur aqua. Nam Caldum, ueteres calidam aquam dixerunt.

Calix uas est umarium, licet Varro dictum uelut ab aqua calida quam ueteres in eo bibebant: conuictijs enim antiquitus Calida

lida & frigida adhibebantur. Iuue. Calida gelidæq; minister. De Calice Horat. lib. 4. Prodat perspicuus ne duo uina calix. Interdū Calix accipitur pro uase, in quo legumina coquuntur. Oui. li. 5. Fast. Stāt calices, minor inde fabas, olus alter habebat.

Calpar uas est fictile seu dolium. Varro apud Nonium: Quia antequam nomen dlij prolatum, quū etiam id genus uasorum Calpar diceretur.

Canistrum seu Canister, dicitur cista, seu fiscella contexta uimine. Ouid. lib. Metamor. 8. Prunæq; & in patulis redolentia mala canistris.

Cantharus proprium est Liberi patris poculum. Virg. de Sileno: Et grauis attrita pendebat cantharus ansa. Nomen autem sumpsit à similitudine nauigij eiusdem nominis. Nam Cantharum nomē esse nauigij ostendit Macrob. ex Menædri testimonio.

Capis capidis, nomen est poculi, dicti à capiendo. Diminutiuum est Capidula. Hæc didione usus est M. Cato.

Capruculum uas est fictile, detorto à capacitare etymo.

Capsa à capiendo dicitur, significatq; loculamentum seu uasculum, quo aliquid includitur. Diminutiuum est Capsula.

Capsaces capitur pro Lecycho & oleario uase. Cyprianus lib. 2. Epist. Fidelia farris non deficiet, & capsaces olei non minuetur.

Capula uas est umariū, quo utebantur ueteres. Ansatum erat, & manu facile capiebatur: unde inditum nomen. Varro: Capis & minores Capula à capiendo nominantur, quod ansate sint. Est & aliud eiusmodi, quod Capisterium dicitur.

Carchesium poculum erat forma pro-cera, & circa mediam partem compressa,

ansis à summo ad infimum pertingentibus. Nomen & formam accepit à similitudine cuiusdam nauigij. Nam mediam uel partem Carchelon, summā uerò Carchesium uocabant ueteres. Macrobius ait, Carchesium poculum Græcis tantummodo fuisse notum. Cui hæc in re non est adhaerendum: nam Liuius Andronicus, Latinorum poetarū uetustissimus, hoc uerbo usus est, ubi ait, Florem anilabant liberi ex Carchesium. Phereides apud eundem Macrobius ait, Iouem Alcmenæ precium concubitas Carchesium aureū dono dedisse. De Carchesium Virg. Cape Mæonij Carchesia Bacchi, Oceano libemus, ait. Idem, Hic duo rite mero libans Carchesia Baccho.

Carthallum Hieronymus in Deuteronomio posuit pro canistro: Tolles (inquit) de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in Carthallo.

Catinus seu Catinū, uas dicitur, in quo iurulentum aliquid ad escariā mensam reponitur. Hor. lib. 2. Sermo. Angustoq; ualgos pisces urgere Catino.

Chytra seu Chytrō, Latine dicitur olla. Idē sibi uolūt Chytrapos, & Chytrapida.

Ciboria proprie dicuntur Colocasia folia, in quorum similitudinem pocula facta, idem traxerunt nomen. Horat. lib. 2. Car. Obliuiofo leuia Mafico Ciboria exple.

Cirnea uas est umarium. Plaut. in Amphitruone, Cadus erat uini, inde impleui Cirneam.

Cistibitū dicitur lignum poculum ex hederæ, quod Hom. Cyclopi ab Ulyssæ datum scribit. Huius poculi Euripides & Callimachus apud Macrob. meminerunt.

Cista uas erat mysticum, quo utebantur in sacrificijs Bacchi. Catullus, Pars obscura cauis celebrabant orgia cistis, Nunc

pro capsa capitur, aut uase negotiatorio. Iuuenalis: Iamq; uetus Græcos seruabat ciſta libellos. Hinc Ciftifer Mercenarius dicitur. Mart. lib. 5. Nupſiſti Gellia ciftifero. Diminutiuum eſt Ciftella, capiturq; pro uafe, quo ſuffragia populi in creandis magiſtratibus, legibusq; ferendis colligebantur. Cic. ad Heren. Saturninus legem ferre coepit, collegæ intercedere: ille nihilominus ciftellam detulit.

Clepsydra dicebatur uas uitreum modo foramine pertuſam, horas dimetiens, in cuius fundo erat canalis guttatim aquam emittens. Nunc Clepsydras pleriq; uocant ea uascula multis ſubter foraminib. pertuſa, quibus æſtiuo tẽpore horti irrorantur.

Coculum uas æneum aptum coctionibus. Plautus: Aeneis coculis excocta eſt mihi omnis materia. Marcus Cato utitur.

Colum uas eſt uinarium, contextum uiminitibus, dictum à colando. Virgil. Colaſq; prelorum ſumofis diripe teſtis.

Concha ab eodem Horatio pro uafe ponitur, ubi ait: Funde capacibus Vnguenta de conchis.

Cophinus Græca eſt dictio. Corbẽ Latinè interpretatur Prifcianus. Iuuenal. Saty. 3. Iudæis quorum Cophinus, fœnumq; ſupellex.

Corbis cista eſt uiminea, qua utuntur meſſores. Propertius li. 4. Corbis in impoſito pondere meſſor eram. Cicero in oratione pro Seſtio: Meſſoria ſe corbe contentit. Diminutiuum eſt Corbula. Cato dicit Corbulaſ amerinas quatuor uillico neceſſarias eſſe, id eſt, ex amerina ſalice contextas. Fuit enim Amerina urbs Vmbria, quondã ſalicibus ferax, unde Verg. Atq; Amerina paret lentæ retinacula uitæ.

Cottabus uocatur phiala ſeu peluis æ-

nea. Interdum capitur pro genere potioris.

Cotyla uas eſt aptum bibendæ aquæ aut uino, quo Diogenem uſum fuiſſe ferunt. Capit autem ſex uncias. Mart. lib. 8. Poſt hunc in Cotyla raſa ſelibra data eſt. Capit etiam Cotyla pro manus concauitate. Cotyla animalia dicuntur garrula.

Cratanion, Cranion, Cylichnides, pocula ſunt apud Celiũ. Apud Lacones ſunt Coibon. Vnde Acratocothonas uocant merum ubertim haurientes. Et ebrietas Cotonifmus dicitur. Sunt et Cononia, de artiſtis nomine.

Crateram Nonius ait eſſe uas uinarium; Craterem uerò olearium. Ego differentiam hanc credo nihili fieri ab autoribus. Vergil. Crateras magnos ſtatuant et uina coronant. Idem: Craterasq; duos ſtatuant tibi pinguis oliui. Ouid. 2. Faſtor. Coruus in auratum pedibus cratera recuruis Tollit. Rariſimè Cratera fœmineum reperiunt, ſi reperiatur.

Creterra uas eſt aptum hauriendæ aquæ, nos ſitulam uocamus. Neuius apud Nonium: Vidimus præter amnem creterris ſumere aquam ex ponte.

Croſſus uas eſt, cui oleum et unguenta imponuntur. Plutarchus in Ariſtide: Subſequentur lactis et uini libationes iam amphoris: Olei quoq; ac unguenti Croſſos liberi adoleſcentes deſerunt.

Cucumæ uafa ſunt ænea ad calefaciendam aquam. Ambroſ. Dij tui aut erei ſunt, ex quibus Cucumæ melius ſunt ad uſus hominum.

Culigna uas eſt potorium. Cato: Culignã in fœnograeco penito, ut bene oleat. In co unum tantum reponebatur.

Cululli calices erant ſiſtiles, quibus potifices

tiſices uirginesq; Veſtales in ſacris utebantur. Horat. lib. 1. Carmin. Diues et aureis Mercator exiccet Culullis Vina. Idem in Arte: Reges dicuntur multis urgere culullis, Et torquere mero, quem perſpexiſſe laborant.

Cumera uas eſt frumentarium, ſeu quo frumenta reconduntur. Horatius libro 1. Sermo. Cur tua plus cumeris laudes granaria noſtris.

Cuppæ dicuntur maiora uafa ex ligno ad cõtentum uinum, in quibus uinitiores pedibus primum uuas calcant. Lucanus li. 4. Namq; ratem uſcuæ ſuſtentant undiq; cuppæ.

Cyathus paruum eſt poculũ uinarium. Hinc Cyathiffare Plautinum uocabulum, id eſt, bibere. Stare ad cyathum, dicuntur pincerne et præguſtatores, qui principibus uinũ præmiſtrant. Horat. Puer quis ex aula capillus Ad cyathum ſtatuetur unctus? C. Memmius obiecit Iulio Caſari, quod ad cyathum et uinum Nicomedi ſteſiſſet. autor. Tranq.

Cymbium poculum eſt uinarium à cymbæ ſimilitudine nuncupatum. Alij, Cymbium per ſyncopam dictum putant, quod ſi Cifymbium, ut eſt apud Macrobiũ. Varro apud Nonium: Item erant (inquit) uafa uinaria, ſicut cymbium, Aquilinae patere gutti. Sextarij. Eſt tamen Cymbium lactis quoq; poculum. Verg. Inferimus tepiſdo ſpumantia Cymbia Lacte.

Cypellum dicitur à Græcis poculum ad interna proclinaſtum. Vocatur et Amphicypellum, uelui undiq; intro inflexum.

Cyrium uas eſt piſcatorium, quod in aluororum anguſtijs terræ inſigitur, ut id ſe intro mittant piſces.

Decumodiæ et Trimodiæ, uafa ſunt

ruſtica, quib. ruſtici in ſerendo frumẽto uſuntur. His uocabulis utitur Columella.

Depeſta ſuit poculi genus, quo utebantur ueuſtiſſimi.

Diota uas erat ſiſtile, et utriusq; anſatum, aptiſſimum ſeruando uino. Hora. lib. 1. Car. Atq; benignius Deprome quadrum Sabina O Thaliarche merum diota.

Discus uas eſt eſcariũ, in quo reponuntur carnes et alia cibaria. Apul. Cœnariũ reliquijs diſcus ornatus. Capitur etiam pro ludo et rotundo lapide, quẽ in ſublime iaculabantur iuuenes. Ouid. lib. 10. Splendeſcũt, latiſq; ineunt certamina diſci, Quem prius aerias libratiũ Phoebus in auras Miſit, et oppoſitas diſcecit pondere nubes.

Dolia (inquit Nonius) uafa ſunt grandia, in quibus uinum reconditur. Cato de Re ruſtica: Eos conculcatos in dolia picata indito.

Fideliam Nonius ait uas eſſe Samium ad plurimos uſus. Plaut. in Aulularia: Miſſi congialem plenam tibi faciam fideliam.

Fiſcina uas eſt uimineam, aut iunco textum. Plinius, Frondarias piſcinas quatuor implere fundatorem, iuſtum eſſe autumat. Eſt autẽ proprie uasculum illud, quo excantur caſei. Verg. in Coppæ, Sunt et caſeoli, quos iuncea fiſcina ſicca. Diminutiuum eſt Fiſcella, itidem uasculum uirgultuum ſignificans, quo lac colatur, dum caſeus imprimitur. Verg. - Et gracilli fiſcel lam texti hibifco. Tibul. li. 2. Tunc fiſcella leui detexta eſt uimine iunci. utraq; etiam dictio capitur pro uafe, in quo maioris ſummæ pecunia reponitur. Aſconius: Sportæ, Sportulæ, et Sportellæ nummorum ſunt receptacula. Et Sacci, Sacculi, et Sacelli, Crumena, Mantica, et Marſupia. Item Fiſci, Fiſcina, et Fiſcella.

Erivorium dicitur sartago, in qua quid frigitur. Nomen à sono deductum.

Futis uas erat aquarium, quo aqua in elinium infundebatur.

Gabata uasa erant concuata, in quibus reponerentur pulmentaria et edulia. Mart. li. 7. Transcurrūt Gabatæ, uolantq; lances, Hæc uobis epulas habete lauti.

Gaster, genus est uasis. Gasterium dixit Aristophanes. Quali esset forma, non reperi.

Gutturium uas est gutturosum, ex quo aqua guttatim manat ad lauandas manus. Fluit aut stillatim propter oris angustias.

Guttus poculum erat, quo in sacrificijs utebantur, quod forte oris esset angusti, et guttatim distillaret. Plinius libro 26. cap. 29. Manius Curius iurauit se ex præda nihil attigisse, præter guttum faginum, quo sacrificaret.

Heracleum dici uolunt poculum in quo enauigauerit Hercules, ac esse solis proprium. In eo genere sunt Eibanium & Hermitomus. Fuit & Holmon, poculi genus Ceratio simile.

Hydriam Latine uocamus urnam aquariam. Budeus: Laguna uas est ea forma, qua hydriæ fictiles hodie à Bellouacis importantur.

Isthmus poculum erat Cyprijs peculiare. teste Celio.

Labrum uas est aptum balneis aut theremis. Dicitur à lauando. Cicero in Epistol. Labrum si in balneo non est, fac ut sit.

Lagena uas est fictile, ad formam hydræ: à tereti enim collo distentam laxitas sensim ad imum gracilescit. Martia. Nulla catenatis pila est præcincta lagenis.

Lanx uas est latum & rotundum, minus excauatum quam patina. Apta erat lax

rebus diuinis. Vergil. lib. 2. Georg. Lencibus et pandis fumaria reddimus exit. Capitur etiam pro uase escario Iuuenalis. Aspice quam magno distendat pectore lancem.

Larcos uas est in quo feruntur carbones. Lasanum uasculum est ad euacuandum uentrem. Horat. Te pueri Lasanum portantes Oenophorumq;.

Lecythus uocatur ampulla olearia. Hinc prouer. Lecytha pinguior. Hiero. libro 3. Reg. Hydria farina non deficiet, & lecythis olei non est imminutus.

Labasium, & Lesbium Cælius reponit inter pocula, & Lycinæges inter phialas.

Lebetes dicuntur uasa ænea apta coquendis carnibus, aut alijs rebus.

Ouidius libro 12.

Et prima pocula pugna missa uolant, fragilesq; cadi, curuiq; lebetes.

Vergilius libro 3. Aeneid.

Ingens argentum Dodonæosq; lebetes.

Lepista uas est ampullæ simile. Varro de uita patrum apud Nonium: Aliqui uendunt oleum, Lepistæ etiam nunc Saborum sani, pauperioribus plerisque aut fictiles sunt, aut æneæ.

Linter genus est ælij rusticani.

Tibullus libro primo.

Aut mihi seruabit plena in linteribus uas. Est etiam lignum conuatum instar nauiculae. Le. Unde & pro nauis solet accipi.

Luter uas est, quo diluitur uinum, & immiscetur aqua. Hieronymus in Iouiniolum utitur.

Malluum seu malluuiæ, uas est, in quo lauantur manus.

Mansiferna urceus est aquarius.

Plautus

Plautus: Effer mansifernam cum aqua foras.

Mastas à Paphijs nuncupatur poculum.

Matallides quoq; eiusdem sunt usus.

Matella uas est urinarium, & in quod emittitur lotium. Martia. lib. 10. Disperca si tu Pyladi præstare matellæ dignus es, aut porcos pascere Pirithoi. Diminutiuum est Matellio eiusdem significationis. Varro: Posularet Trulleum matellionem, peluim.

Mergus, mergoris, nomen est uasis à mergendo dicti. Capitur forte pro situla.

Metaniptrum calix erat, quo post cocenam utebantur ueteres, ubi lauissent.

Metreta nomen est mensuræ. Interdum accipitur pro amphora uinaria, seu alio uase. Mart. lib. 5.

Plurimus Hispanas mittet tibi nauta metretas. Iuuen. Saty. 3. At hic lignum capiti incutit, ille metretam.

Mistarius uas quo uinum aqua misceretur. Lucil. Urceus aut gemina longus mistarius urna.

Mortarium uas est in quo aliquid tunditur pistillo. Plaut. in Aul. Cultrum, securim, pistillum, mortarium, quæ utenda uasa semper uicini rogant. Aquam in mortario tundere, adagium est de inani opera.

Mulstra quandoq; capitur pro uase in quo malgetur. Vergilius libro 3. Georgic. Quam magis exhausto spumauerit ubere mulstra, Leta magis pressis manant ubera mammis.

Nanum uas est breue & latum. Calpinus ait, aliter dici Siculum barbarum.

Nasterna uas est aquarium, arsitum, ac patens. Varro de re rustica: Ut ex are, arenæ, urceos, nasternam faceret.

Nassa uas est piscatorium, quo quum intravit piscis, egredi nequit.

Cic. ad Attic. lib. 15. Ex hac nassa exire constitui, non ad fugam, sed spem mortis meliorem.

Nestorida Cælius ait poculum fuisse, quo sit usus Nestor.

Obba genus est poculi. Ponta. In Lepidiana: Obbam lactis, & hæc fumanti facta canistro.

Oenophorum uas est uinarium, aptum ferendo uino, Græca compositio docet. Iuuenalis, Tandem illa uenit rubicundula totum Oenophorum sitiens.

Olla genus est uasis. Varro: Cato ait uiam uimineam in ollis commodissime condit. Plinius libro 34. Quidam in ollis fictilibus tusam urunt, ac lauant in mortarijs, postea siccant. Aula in eadem significatio ne potest accipi. Unde Plautine Aululariæ inditum nomen.

Onyx calix erat ligneus.

Orca uas est capacissimum, Hispanis peculiare, quo fassamenta, uinum et oleum, & salgama condebantur. Nomen traxit ab Orca marinae similitudine. Persius: Augustæ collo non fallier orca. Item Varro apud Nonium.

Oxybaphum dicitur uas acetarium. Cratinus posuit pro poculo.

Panaria dicuntur uasa uiminea, quibus panes inferuntur ad mensam.

Stattius lib. 1. Syl.

Hipanaria, candida q; mappas subuectant, epulasq; lautiores.

Diminutiuum est Panariolum. Martialis: Cum panariolis tribus redisti.

Panatheniæcum nomen est poculi, apud Posidonium, quo etiã in genere sunt Pelicæ.

Paropsis uas est escarium. Martial. Cui portat gaudens ancilla paropsiue rubra Aleceus.

Patella uas est latum & aptum condendis obsonijs. Horatius libro Epist. Nec modica coenare times olus omne patella.

Patera poculum est latum ac patens. Vergil. lib. 4. Aen. Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido.

Patina uas est, in quo uapes elixæ & iurulentæ feruntur ad mensam, à patendo, ut liquet.

Pelle seu Pellides, uasa sunt quibus excipitur lac, dum mulgetur.

Peluis uas est aquarium, in quo proprie pedes lauantur, quamuis etiam dicatur de alijs rebus.

Pelluium seu Pelluia uas quo lauantur pedes, à perluendo.

Perfillum uas erat picatum, in quo seruabantur unguenta.

Phiala uas erat uinariū, aut aquariū. Iuuenalis Saty. 5. Virro tenet Phialas, tibi non committitur aurum. Conflabatur enim auro. Nostri Phialas uocant uasa uitrea, in quibus acetum, aut aliquid simile reconditur.

Poculum uas quo bibitur. Vir. Pocula bina nouis spumantia lacte quotannis. Idè libro 2. Geor. Pocula si quando sæua insecere nouerca. Diminutiuum est Pocillum. Plautus, Tecum unā postea, tecum æquè pocilla potitet. Hinc Pocillatores dicuntur pincerne.

Inter pocula etiam numerantur Pristis, Prochyris.

Pollubrū uas aquatile ad lauandas manus. Fabius Pictor apud Noniū, Aquā mani bus dato, pollubrum sinistra manu teneto.

Præferriculum uas erat æneum sine an-

sa, & patens, quod in sacrificijs solebant præferre.

Psyffer uas est ad usum mense celebre, teste apud Calium Polluce. Ipsum refrigerari comoditatibus destinatum erat. Psyfferes tamen Nicander posuit pro umbrosis locis. Plutarchus pro uase, in uita Alexandri magni: Glaucum medicū (inquit) in Theatro nactus absenti, caprū prandit assatum, & ingentem uini Psyfferem hausit.

Pyrsophorum uas est grandius, cui succensa imponuntur ligna. Podoniptrum, uas est, in quo pedes lauantur, unde uocabulum inditum à Grecis.

Quallus uas est uimineum, per quod uinum è prælo guttatim defluit, quum calcatur uua. Verg. Tu spisso uimine quallos, Colla; prælorum fumosis diripe testis. Capitur etiā Quallus pro calatho, in quo uirguncule suos reponunt sesos.

Rhytium uas est lunari specie. Mart. In Rhytio poteris Phoebe lauare pedes.

Sagana dicitur uas in quo aliquid teritur. Nomè est etiam ueneficæ apud Horat.

Salinum uasculum est in quo sal reponitur, ad mensam usum aut sacrificia. Hora. Viuitur paruo bene, cui paternum Splendet in mensa tenui Salinum. Persius: Purum & sine labe salinum.

Sartago dicitur patella, in qua caro frigitur, aliter uocatur Frixorium. Hieronymus, iussit ignem admoueri, & adhuc spirantem torrerit in sartagine.

Seleucides Athenæus pro poculis posuit. Seria uas est oblongum & ficitile. Liuius: Et in uico histrio, fontem tanta uaque fluxisse, ut serias, doliâ; (quæ in loco erant pronouoluta) uelut impetus torrentis tulerit.

Scaphium uas est excrementicium, &

aduo

ad recipiendam corporis fecem. Aliter uocatur Matella. Iuuen. Saty. 6. Et ride positus scaphium quum sumitur armis. Capitur quandoque pro omni uase lati orificij. Lucretius lib. 6. Et ramenta simul ferri, furerintus abenis In scaphijs.

Scutra seu Scutula uas est forma rotunda, aliquando in mor disco. Martia. accipit pro uase octo unciarum, libro 8. dicens: Bessalem ad scutulam lōgo peruenimus & uo. Nos etiam Scutellam dicimus.

Scutrisca uas itidem rotundum, quod à scuta uidetur deduci. Consule Catonem de Rustica.

Scyphus uas est portorium Herculi dicitur, quo ueteres in conuiujs & sacrificijs utebantur. Calius ait, Scyphos quasi Scythos, à Scytho populo, quibus frequēs est ebrietas. Hinc Scyphis, id est, mēbriari. Inter Scyphos laudantur in primis Bæotij, quibus Hercules primum in expeditionibus usus est. Deinde Rhodiaci, sequentibus Syracusis. De Scypho Ver. Et facer impleuit dextram scyphus.

Sinum uas erat sinuosum, aptum condendo lacti. Verg. Sinum lactis, & hæc tibi liba Priape quotannis.

Sitarchia uas est repositorium cibi. Hierony. li. 1. Regum: Panis deficit Sitarchij nostris, & Sportulam non habemus.

Situla cista erat, qua suffragia populi colligebantur in creandis magistratibus, legibus; ferendis. Dicimus & Sitella. Cic. pro Cornelio: Neq; maius est legere codicem, quum intercedatur, quàm sitellam ipsam ipso cum intercessore deferre. Situla etiam capitur pro uase, quo aqua hauritur. Plaut. Si hanc situlam accepero, omnem illi puteo animam intertraxero.

Solum uas erat, quo lauantur, qui

nolebant in thermis sudare. Factum est olim tanto sumptu, ut esset argenteum, quo mulieres lauantur. Mart. li. 2. Zote quid solitum subluto podice perdis?

Sportia seu Sportula, uas est uimineum, canistro non dissimile. Aliter potest uocari Corbis. Sallustius libro Histor. E muris canes Sportis demittebant. Capitur etiam pro distributione pecuniæ in populum, aut cibis ipsis qui distribuebantur. Iuuenalis Satyra 1. — Nunc Sportula primo Limine parua sedet.

Stammium à Polluce numeratur inter uasa uinariæ.

Strigilecula est genus uasis. Apul. iuxtaq; honestam strigileculam recta fastigiatiōne clausula flexa tribulatione ligula, ut & ipsa in manu capulo, &c.

Suturnium urceolus est, seu guttus, ex quo aqua in pelluium distillat.

Sympitium uas erat uinariū, quo utebantur in sacrificijs. Iuue. Sat. 6. Sympitiū ridere Numæ paruumq; catinum.

Synthesis uas est ficitile, ex diuersis uasis compositum. Statius lib. 4. Syl. Vnam mittere synthesi quæd horres Arborum calicum, atq; cacaborum?

Syriscum uas erat plexile, in quod conijciebantur fici.

Sytiopes Sytropedis, uas est ficitile tribus fultum pedibus.

Talarus uocatur calathus, qui contextitur uimibus, in quo coagulatur coctus.

Tepidarium uas est, in quo aqua temperatur.

Targelus dicebatur olla, in qua percoquebantur fructuum primitiæ in honorem Apollinis.

Thericium poculum est uinariū, in quo bibitur, à Thericle quodam inuento-

re nominatum. Hinc natū adagium, Theri clei amicus: in parasitos et amicos mensæ.

Timia apud antiquos uasa fuerunt uisaria.

Tragelaphum Cælius numerat inter pocula.

Triental uas est, tertiam partem sexta / rij capiens.

Trua, seu diminutium Trulla, genus est uasis, dictum à terendo. Eo uase aqua fundebatur in lauatrīnā. Fiebat Trulla ex ære Corinthio, & argento. Martialis posuit pro Scapho lib. 9. dicens: Clinicus Herodes Trullam subduxerat ægro. Horat. pro uase potorio, dicens: Qui Veientanum festis potare diebus Campana solitus Trulla, uappamq; profestis.

Trulleum uas est latum et aquatile, quo perluuntur manus. Varro apud Nonium: Itaque ea sibi modò ponere ac suspendere, quæ utilitas postularet. Trulleum, matellionem, peluim, uasiternam.

Vannus feminei generis, uas est latum & uimine cõtextum, quo sordes à frumentis auferuntur. Alij cribrū cereale uocant. Columella: Ipsæ autem spicæ melius sustibus tunduntur, uannis expurgantur.

Vrceus uas, quo aqua effunditur in urnam. Diminutium est Vrceolus. Cato de re Rustica, de hoc & alijs compluribus sic ait: item in cella olearia hæc opus sunt: Dolia olearia, & opercula, & labra olearia XIIII. Conchas maiores duas, et minores duas, Trullas æneas tres, Amphoras olearias duas, urceum aquarium unum, urnam quinquagenariam unam, festarium olearium unum, Labellum unum, Infundibula duo, Spongias duas, Vrceos fictiles urnales duos, Trullas igneas duas.

Vrta uas est fictile, quo hauritur aqua,

Pontanus: Non rivi crepantis opem, non fictilis urna. In urna etiā quandoq; uinum & oleum reconduntur. Cato de re Rustica: Vrta olearia, urcei aquarij, uinarie urnæ, & alia uasa ænea Capuæ. Dicitur etiā Vrvarium. Testis apud Nonium Varro.

SACCULORVM NOMINA.

Fisci, Fiscine, & Fiscelle dicuntur marsupia, in quibus reconduntur pecunie publicæ. Vnde confiscare uerbum. Iuuen. Saty. 3. Res fisci est, ubicunq; natat.

De Hippoperis Anneus Seneca in Epistolis: Cantherio (inquit) uehebantur, impositis quidem hippoperis, ut secum uilia portarent.

Loculus seu Loculamentum dicitur capsula in qua seruatur pecunia. Martialis. Hos nisi de flaua loculos implere moneta Non decet, argentum uilia ligna ferent. Ouilij libro 6 East. Gramina continuo loculis depromit eburnis.

Mantica dicitur pera uictoria.

Marsupium, Cato: Maiorem curam habere marsupij nostri, quam uitæ.

De Pasceolo Plaut. in Rudente: Nummi (inquit) ostingenti auri in marsupio inferunt, præterea cõtum denaria Philippea in pasceolo seorsum. Idem de Sacciperio, & Vidulo: Quenam balena, inquit, me uorauit uidulum, aurum atq; argentum ubi omne compactum fuit? Eadem illa credo quæ meum marsupium, quod plenum argenti fuit in sacciperio.

Pera capitur pro sacculo. Erat autē peculiaris Cynicis. Mart. lib. 4. Cum baculo peraq; senem. Idem in Dist. Dormiat & tetri: o cum cane pera rogat. Compositum est Hippopera equestris capsula. Et Sacciperium, ex pera & sacco.

SACCUM

Saccus in primis dicitur Culleus, seu malaris marsupium, in quo frumentū, aut quid aliud reconditur. Diminutia sunt Sacculus & Saccellus. Iuue. Sat. 11. Sacculus è caelo descendit. Saccus niuarius dicebatur pãnus lineus, quo nives attenuabatur, unde refrigerabantur uina. De hoc Mart. Attenuare nives norunt, & linthea nostra.

Saccularij dicitur latrones et incisores marsupiorum. Plaut. appellat zonarios se. flores. Græci Balantiotomos. Aeschinus apud Celiū: Adducem (inquit) illū ueneficum, Balantiotomū, qui Rempub. incidit.

SVBSELLIORVM

genera.

SvbSELLIORVM uocabula sunt Tripodes, Stratium, Hemicyclum, Trochus, Exhedra, Lectica, Cathedra, Hypodiō, Thorax, Sigeftria, Scabellum, uel ut alij malūt Scamellū, Silicastrū, Sella, Biffellū, Scimpodiū, Gellius Græciense uocat, quòd fructus fuerit in Græcia: Offendimus, inquit, Frontonē Cornelii in scimpodio Græciēsi cubantē, quū pedes grauitè agrotaret. Erant et Stibadia, ihori humi iacentes, ex lignis, ramisue structi. Accubita, & Accubita sedilia sunt accumbentium, ut etiam Sponda. Ver. Aureis iam se regina superbis Aurea composuit sponda.

VEHICVLO RV M

genera.

ARCIRNA plaustrum est exile, aptum ferendis hominibus. Blondus Arcera uocat, atq; rusticū esse plaustrū, tectum undiq; quo senes & ægroti uectari solent. Phauormus apud Gellium: Si homo in ius uocatus, morbo aut etate æger ad ingrediendum inualidus est, arcera nō sternitur, sed ipse aufertur, & iumento imponitur.

Basterna uehiculum est itinerarium,

quod mollibus stramentis compositum à duobus equis, aut alijs animalibus deportatur. Ammianus Marcellinus: Quo comitatu, inquit, matronæ complures cooperitis capitibus & basternis per latera ciuitatis cuncta discurrunt.

Benna uocabulum est Gallicum, significans quoddam uehiculo genus, in quo qui uehuntur, dicuntur Combennones, id est, sedentes in eadem benna.

Biga currus dicitur duobus equis uolubilis, ut Triga tribus, Quadriga quatuor. Diciturq; Biga quasi Bijuga. Pli. Bigas primum inuenerunt Phrygij. Quadrigas Eriphonius. August. Vincit duos equos bigas uocamus. Suetonius in Tiberio: Natalem suum plebis incurrentem, Circensibus uix unus bigæ adiectione honorari passus est. Nota argentei nummi fuerunt bigæ atq; quadrigæ. Inde Bigati & Quadrigati dicti. Grammatici contendunt Bigas plurimum solum numero dici debere, quoniam multitudinis numero tenentur. Nam sicut quatuor equi iuncti quadrigas faciunt, ita iunctos duos equos bigas uocamus. Grammaticorum autem opinioni refragatur auctoritas ueterum, qui bigam & quadrigam singulari numero dixerūt. Statius: Roriferū gelida tenuauerat aera biga. Pli. In summo mausoleo est quadriga marmorea. A Triga fit Trigariū, id est trigarū certamē.

Plinius: Ne equos quidem in trigarijs præferri illis uernaculis animaduerto. De quadrigis sic ait Gellius: Quadrigas Caesar (etiam si currus unus equorum quatuor iunctorum agmen unum sit) pluratino semper numero dicendas putat.

Birota uehiculū est duas habēs rotas, ut aperta dictionum monstrat compositio.

Burdones fuerunt uehiculi genus, uim-

eo homini ferendo idoneum.

Est & Cantherium genus uehiculi. Seneca epist. 3. M. Cato Cenforinus, inquit, (quem è Repub. tam fuit nasci, quam Sci- pionem: alter enim cum hostibus nostris bellum, alter cum moribus gessit) canthe- rio uehebatur Aethiopico. Canthus uerò ferrū est, quo rotæ uinciuntur, teste Quin- tiliano. Persius Saty. 5. Nam quamuis pro- pe te, quamuis temone sub uno Vertentem sese frustra sectabere Canthum.

Carpentū uehiculum est Petorito pro- pè simile, dictum quasi Carmentum, muta- tione unius literæ, à Carmenta Euandri matre. Vnde Ouid. lib. 2. Fast. Nam prius Ausonias matres Carpentia uehebant, etc. Corn. Tacitus, suum quoq; fastigium, in- quit, Agrippina altius extollere, carpen- to Capitolium ingredi, qui mos sacerdoti- bus & sacris antiquis concessus, uenera- tionem augebat foeminae.

Carruca uehiculum est, cuius actores di- cuntur Carrucarij. Spartianus de Alexan- dro Seuero: Carrucas Romæ & rhedas se- natoribus omnibus ut haberent argenteas permissi: interesse Romanæ dignitatis pu- tans, ut his tantæ urbis senatores uecta- rentur. Antiquitus Carrucæ ex argento celabantur. Plinius: Carrucas quoq; ex ar- gento celari inuenimus. Nero nunquam paucioribus mille carrucis iter fecisse dici- tur. Mart. lib. 3. Aurea quod fundi pretio carruca paratur.

Cisium uehiculum est duabus rotis uo- lubile. Vnde Cissarius, id est Carrucarius. Cicero 2. Phil. Inde Cisso celeriter ad urbem aduectus, domum uenit capite inuoluto. Vitruuius: Sunt innumerabiles modera- tiones machinamentorū, ut sunt rotæ, sol- les fabricorum, Rheda, Cista, torni.

Comba Sabimorum lingua, significat le- sticam.

Couinum currus erat Britannicus, qui sine auriga equis pusillis trahebatur. Mar- tialis lib. 22. O' iucunda Couine solitudo, Carruca magis, Effedoq; gratum. Sulpitius ait Couinum currum esse cameratum Gal- lorum lingua, ubi carmen illud Lucani ex libro 1. Phars. declarat, Et docilis rector monstrati Belga Couini.

Currus dicitur uehiculum, quo ueteres ad cursum utebantur. Hoc propriè ueteres in bello, iusticijsq; & alijs necessitatib. ute- bantur. Plutar. tamen de Cesare, Quā per Italiā, inquit, Caesar curru ueheretur, sem- per Antoniū unā secum habuit. Diminuti- uum est Curriculus, uel Curriculum. Cur- tius: Actorū turba equi in amē præcipi- tauere curricula. Capitur etiā pro cursu. Cic. pro Rabirio: Exiguū nobis uitæ Carri- culum natura circumscripsit.

Esseda currus erat Britannis peculia- res, quibus utebantur in bello. Vnde & Cæ- sar in Cōmentarijs, Essedarios uocat mili- tes Britannos, qui ex Essedis pugnabant, et ex his interim desiliebant, rotarūq; stre- pitu Cæsarianorum ordines cōturbabant. Proper. lib. 2. Esseda cœlatis sisse Britanna iugis. Ouid. Paruaq; quamprimū rapien- tibus Esseda Mannis. Horū tamē curruum inuentum Gallis acceptū refertur. Propte- rea Ver. li 3. Geor. inquit: Belgica uel molli- melius feret Esseda collo. Interim Essedum promiscuè pro quouis curru accipitur. Tranquillus in Augusto: Nos in Essedo pa- nem ei palmulasq; stauimus. Essedarij uo- cantur ductores essedorū. Idē in Caligula: Quum quodam die muneris essedario Po- rrio ob prosperam pugnam seruū suum ma- numittenti studiosus plausum esset.

Leſtica

Leſtica frequentissimum fuit apud pri- scos uehiculum, quo nobiles uiri & foemi- ne utebantur. Integebatur uelis, oculos à puluere, Sole, & uentorū flatu defendenti- bus: quorum aliqua erant densiora, ad ar- cendā pluuiam, grandinē, & alios rigores hyemis. Erat duorū capax, ea tamē unicus homo quandoq; ferebatur. Sueton. de Me- rone: Martis sæpe Leſtica per publicum si- mul uectus est. Ei succollabant deni duode- niq; serui, quibus lōgo in itinere uicarium in laborem alij succedebant, conscieban- turq; eo uectationis modo et lōga simul, et in quiete, & quamlibet accelerat itine- ra Seneca: Non faciet te beatum turba ser- uorum leſticam tuam per itinera urbana aut peregrina portantium. Iuue. Namq; fa- cit somnum clauſa Leſtica fenestra. Dimi- nutiuum est Leſticula. Sueton. in Augu. A- cena in leſticulam se lucubratoriam reci- piebat. Leſticarij dicuntur serui, qui domi- nū in leſtica portat. Idem in Caligula: Ad- primum tumultum Leſticarij cum asseri- bus in auxilium accurrunt. Curtius ait, A- lexandrum magnū crure uulneratum, usum fuisse Leſtica militari in expeditione.

Oſtophorum fuit octo rotarum uehicu- lum, quo solus usus est Caligula. Vnde Sue- tonius: Interdum segniter & delicatè in- cēsit, ut Oſtophoro ueheretur. Alij octo- phorum uocant leſticam delicatam, quam octo serui humeris suis ferebant, iacētibus resupinis ibidem magnatibus. Martial. O- ſtophoro sanus portatur Auite Philippus, Hunc tu si sanum credis Auite, furis. Ut etiā Hexophorum leſtica, quæ sex mini- stris ferebatur. Mart. lib. 2. Laxior hexa- phoris tua sit leſtica licebit. De hac intel- lisse uidetur Iuue. scribens: Quā iam se- xia ceruice feratur, Hinc atq; inde parens.

Petoritū Gallica uox est, autore Gellio, significans aliud quoddam uehiculi genus, quatuor rotis ductile. Plin. lib. 34. Cœpe- re deinde & effeda, & uehicula, & petori- ta exornare. Horat. lib. 1. Ser. Atq; caballi Pascendi, ducenda petorita, nunc mihi cur- to Ire licet mundo.

Pilentum uehiculum erat, quo fereban- tur matronæ. Erat cōsimile Petorito. Var- ro scribit, ipsum uenisse in cōsuetudinē sua- primum ætate. Ita autem fiebat, ut ibidem confidentes in puluine foeminae pensiles esse uiderentur, & in aere agitari. His aut- similib. adhuc utuntur Itale mulieres. O- lim quatuor rotis uoluebatur, unde nomen illi inditum lingua Oscorum uolunt. Nam impetora Osci quatuor uocant. Sole castæ utebantur Pilenis. Pensilia gestoria sunt, quos tremulos currus uocamus.

Plaustrum currus dicitur, in quo palam est & patens quicquid uehitur. Vnde tra- cta est origo nominis. Sunt qui plostrū di- cant, propter cognationem, quæ est inter au, & o, ut Aula & Olla, Lautus, pro Lo- tus, & contra Ausculum, pro Osculum, Cautes pro Cotes. Propterea Vespasianus (ut est apud Tranquillum) quum uideret Florum uelle emendare conuictu linē pri- scorum uocabulorum, & Plaustrum dice- re, quū prius Plostrum diceretur, die poste- ro Flaurū salutauit. Horat. Plostellū dixit lib. 2. Ser. ubi ait: Aedificare casas, plostellō adiungere mures.

Rheda uocabulum est Gallicum, signi- ficans carrucam, unde Rhedarius, id est, Auriga. Erat Rheda duarum semper rota- rum, sed multiplicium quandoq; iugum, qua omnibus etiam abiectissimis uti licuit, & multi simul ea commodè uehebantur, dummodo mularū & equorum iuga adhi-

berentur, qua sufficere possent oneri. Cicero pro Milone: Quum hic Milo cum uxore ueheretur in Rheda penulatus, magno et impelimento ac muliebri et delicato ancillarum puerorumque comitatu. Porro milis ad uehicula usos fuisse ueteres ostendit Lampridius de Comodo Imp. scribens: Dedit et uehicula cum mulabus et mulionibus et iuncluris argenteis, ut ita de conuiuo redirent. A Rheda fit uocabulum compositum et bigenum ex Graeco et Gallico Ephyhedium, significans idem aut simile uehiculi genus. Vergil. Tritoque trahunt Ephyhedia collo.

Sarracum uehiculum est, quo ligna et lapides uehi consueuerunt. Iuu. Sat. 3. Scinduntur iunice sarta, modo longa coruscant sarracoueniente abies, atque altera pinum plaustra uehunt.

Staticulum uehiculi genus fuit. Plinius: Coepere inde Effeda et uehicula et petorita excornari. Simili quoque modo ad aurea quoque et argentea staticula luxuria uenit.

Thensa sacra erat uehicula, quae in Circusensi pompa deferrebantur. Tran. in Aug. Accidit uotiuus Circensibus, ut correptum ualitudine, leuica cubans Thensis deduceret. Ser. a. ii. Thensam currum esse, quo Deorum porta nunc simulachra. Cic. in ult. Verrin. Omnes Dij, qui uehiculis Thensarum solennes caelus ludorum iuitis. Thense autem dicuntur, quod ante eas linthea tenderetur, quae manibus iagere gaudebant ductores. Asc. Thense, inquit, sunt sacra uehicula, pompa ordinata et officiorum. Sic hodie uocari possunt gestae rotulae, quibus Eucharistia et sanctorum reliquiae in supplicationibus circumferuntur.

Traba uehiculum sine rotis, quo utuntur coloni, dictum a trahendo. Virg. Tribulaque trahatque, et iniquo pondere rasti.

Tribula, seu Tribulum, uehiculum a tribu-

nucupatum lateribus, quo frumenta teruntur in area. Aug. Sub eadem tribula testae comminuntur. Vestibulum a uectando dicitur, et accipitur pro leuica uolubili, qua circumferuntur mulieres. Veha dicitur plaustrum, quo quid uehitur: Etymologia satis nota.

Vehes etiam dicitur, ut placet nonnullis, qui apud Plin. legunt et scribunt li. 36. ca. 15. Amplitudinem cauis eam fecisse proditur, ut Vehem foeni largè onustam transmitteret. Idem sibi uult uehiculum.

INVENTORES DIVERSARUM RERUM.

Pan inuenit fistulam. Ver. Pan primus calamos cara coniungere plures instituit. Minerva oliuam. Verg. 1. Geor. Adfuit o Tegeae fauē oleaeque Minerva Inuentrix. Syll. li. 3. Quae uirgo (ut fama est) bellatrix edita lympha Inuento prima Libyen perfudit oliuo. Triptolemus, uel ut alij malit, Osyris aratrum. Vergil. 1. Geor. - Vneque puer monstrator aratri. Sidon. Non cum Triptolemo uerendam Eleusium, Qui primas populis dedere aristas.

Ceres, cultum terrae et fruges. Ver. 1. Ge. Prima Ceres ferro mortales uerere terram instituit, cum iam glades, atque arbuta sacra deficeret syluae, et uictum Dodona negaret. Peletronij Thessaliae populi frana. Vir. Frena Peletronij Lapithae, gyrosque dedere Impositi dorso, atque equitē docuere sub armis Insultare solo, et gressus, etc.

Belgae effeda uehicula. Vir. li. 3. Aen. Belgica uel molli melius ferret effeda collo.

Aristeus rex Arcadiae apud mellis usum. Virg. lib. 4. Geor. Tempus et Arcadij memoranda inuenta magistri Pandere, quoque modo caesis iam saepe iuuenis Insinuerus apes tulerit cruor. Quid inuentum mellis Baccho tribuit lib. 3. Fausto. Lib. 1. deo

funct.

fiunt, succis quia dulcibus idem Gaudet, et a Bacchomella reperta ferunt.

Achates ignem silice excutere. Virgil. li. 1. Aen. Ac primū silicis scintillam excudit Achates. Secundum Pyrodes Cilicis filius.

Aegyptij sistrum. Virg. lib. 8 de Cleopatra: Regina in medijs patrio uocat agmina sistro. Ouidius libro 3. Eleg. Quid nunc sacra iuuant, quid nunc Aegyptia profunt Sistra.

Apollo medicinam. Vnde Ouid libro 2. Met. sic loquitur: Inuentum medicina meū est, opiferaque per orbem Dicor, et herbarum subiecta potentia nobis.

Aegyptij linum. Ouid. lib. 1. Met. Nunc dea linigera colitur celeberrima turba. Secundum alios Arachne.

Talus puer ferram. Ouid. lib. 8. Ferroque incidit acuto Perpetuos dentes, et ferrae reperit usum Primus.

Iason et Tiphys nauim, secundum ecclesiasticos Noe. Ouid. lib. 1. Met. Primaeque ratis molitor Iason. Tibullus hoc inuentum Tyrijs ascribit, dicens: Prima ratem uentis credere docti Tyros.

Mercurius lyram. Stat. in Syluis: Vocat in citharae repertor Arcas.

Græci trochum. Horatius lib. 3. Carminum: Venarique timet, ludere doctior Seu Graeco iuberis trocho, Seu malis uetita legibus alea.

Archilochus iambicum carmen Hora. in Arte: Archilochum proprio rabies arripuit iambo.

Bacchus uinum. Ouid. lib. 15. Victa rauce misero lyncas detit India Baccho.

Zoroastres artem magicam. Stroza patet: Nec Zoroastreas artes, magicius requiritam Carminis auxilium.

Purpuram Hercules. Politian. in Rusl. Aut bis in Herculea Milesta uellera concha Versantur.

Alcman poeta carmen amatorium. Anaximander Milesius horologium et spheram.

Bizes Naxius tegulas. Sp. Carbilus grammaticus G. literarum. Claudius Centinianus R. literarum. Daphnis pastor carmen Bucolicum. Palamedes Nauplius ordinem literarum. Corax et Ctesias Siculi, artem et precepta Rhetorice.

Ibicus Rheginus Sambucam. Perillus taurum aneum, qui propterea dicitur Perillus. Ouid. Ipse Perillo Phalaris permisit in ore Edere mugitus et bouis ore queri.

Pyscus et Ayrrheus aneam tubam. Phemonoe carmen hexametrum. Politian. Et Delphica longos Phemonoe commenta pedes.

Simonides Cens artem memorie. Amphion rationem musicam. Aristeus lactis coagulum. Atræus Solis eclipsim, Aesculapius detium euulsionem.

Tregillus quadrigam in Graecia. Amphitruon somniorum interpretationes.

Anagallis puella ludum pilae. Palamedes aleam. Tages artem aruspicianam. Capaneus scalas. Cadmeus lapidicinas, auri et metallorum conflaturam.

Cyclopes ferrariam fabricam. Cecrops coniugium apud Athenienses. Dedalus fabricam lignariam, a seiam, et perpendiculum.

Empedocles artem oratoriam.
 Epimetheus statum ex luto.
 Etholus iaculum.
 Gorgoris mellis usus apud Hispanos.
 Anaximenes umbrarum rationem.
 Cadmus solutam orationem.
 Belus scientiam syderalem.
 Eihrusci pratextas uestes.
 Idæi Phryges acu uestes facere, Aurum
 Attelus intexere, Alexandrini colores pi-
 cturæ intexere, Galli sentulis diuidere.
 Fuluius Hirpinus uinaria inuenit, L.
 Sergius Orata Ostrearum, Licinius Mure-
 na reliquorum piscium, C. Hirrius murena-
 rum, Deliaci gallinas saginare.
 M. Lelius auaritia.
 Cn. Matius nemora tonsilia.
 Argeus agrorum stercorationem.
 Numa deorum cultum apud Romanos.
 Mercurius Moly herbam: Hercu. Hera-
 cleon herbam, Mercurius parthenion, A-
 chilles Achillaon, Melampus melampodi-
 on, Teucer Teucrion, Gentius rex. Gen-
 tiana, Lysimachus Lysimachiam, Iuba rex
 Euphorbiam, Scythæ Scythicen, Thraces
 Ischemonæ, Vetones Betonicam, Seruilius
 Democrates Hiberidem, Hirundines Che-
 lidoniam, Canes canariam, Cirnæ Elapho-
 boscon, Sardoniam Peucedanum herbas.
 Ancus Martius Salinas.
 Seruius rex æs signare.
 Callias Atheniensis mimum.
 Asinius Pollio bibliothecam apud Ro-
 man. Gycera coronas.
 Dibutades plasticem, Græci subdialia.
 Annus Aegyptius usus clibanorum, in
 quibus panes coquerentur.
 Apollodorus pictor umbrarum imita-
 tionem.
 Staphilius uinum aqua diluere.
 Glaucus ferruminationem.
 Atracius artem magicam in Thracia.
 Attalus tapetes, qui propterea dicuntur
 Attalici.
 Dipelus, sculpturam marmoris.
 Dihyrambus Thebanus uersus dithy-
 rambicos.
 Eudymion cursum Lunæ.
 Iphitus Olympiadem:
 Melissus rex Cretensis, deorum sacrificia.
 Paralus, longam nauem.
 Pilemnus Iouis filius, & Dauni pater,
 pmsendi frumenti usum.
 Prometheus, ignem in ferula seruare.
 Thon apud Aegyptios medicinam.
 Thymele mulier saltationem scenicam.
 Martialis: Quæ Thymelen spectas, deriso-
 remq; Latium, illa fronte precor carmi-
 na nostra legas.
 Aegyptij uel Cleantes picturam.
 Rhodij Celocem nauem.
 Cinyras tegulas.
 Aegyptij ciuitatem regiam.
 Hostilius rex latum clauum, genus ue-
 stimenti.
 Crassus coronas argenteas.
 Danaus puteos.
 Bacchus diadema. Nicias artem fulloni-
 cam. Closter fusos.
 Hanno Carthaginensis leonum mansus-
 sationem.
 Chiron artem herbariam.
 Salaminij hyp pagium.
 Hortensius panos occidere.
 Lydi lanas inficere.
 Dedalus malum nauis.
 Thrason muros urbium.
 Typhis admnicula nauium.
 Nero aquæ decoctionem.
 Perse unguenta. Rhadamanthus leges.
 Zeno

Zeno Eleates, et Alexamenes dialogos.
 Sp. Coruinus diuortium. Prometheus
 oues occidere.
 Boetius artem suturam. Thales horolo-
 gium apud caelestios.
 Bacchus triumphos. Cyclopes turres.
 Phryges uehiculum quadrirotum. Ica-
 rium uela.
 Lycurgus munus humandi. Oppidum
 Cærops.
 Rhadamantibus Assyrias literas: Anubis
 et Mennon Aegyptias: Phœnices Græcas:
 Carmenta Euandri mater Latinas.
 Cope populi remum. Plateæ populi la-
 titudinem remi.
 Phelon nummum & mensuras. Vulca-
 nus fabricam.
 Minerva artes. Meson comicus, per-
 sonam.
 Damon Atheniensis remissam harmo-
 niam. Clonas elegiographus tibicinas re-
 gulas, & concentus. Terpander citharæ-
 dicas. Polymnestus Colophonius, carmina
 heroica: secundum alios Phemonoe: ut a-
 lijs placeat. Delphici in honorem Apollinis
 post interfectum Pythonem. Sabell... He-
 roica carmina Phœbo Delphica post cæ-
 sum cecinit Pythona iuuentus. Olympius
 Phryx legem tibialem. Hyagnis tibiam lu-
 gubrem. Cærops simulachra. Pelasgus tu-
 guria. Lycæon Lycæa. Rhœcus & Theo-
 dorus Samnij, artem æris fundendi, & con-
 flandi statuas. Theuth numeros, supputa-
 tionem, geometriam, talorum & alearum
 lusum.
 Artaxerxes Longimanus legem uena-
 tionis.
 Chalybes ferrum.
 Combe puella, Asopi filia, armaturam
 Aeneas.
 Anacharsis folles, anchoram, bidentem,
 figuli rotam.
 Pyxodorus usum marmoris.
 Asclepiades medicos lectos pensiles.
 Archytas crepitaculum.
 Ctesibius hydraulicas machinas.
 Pollux palæstram: ad quod alludit Sta-
 tius li. 2. Syl. Siue cathenatis curuatus mem-
 bra palæstris Staret, Amyclæa conceptum
 matre putares.
 Chus filius Cham, idololatriam. Nimus
 bellum.
 Vulcanus fulmen. Pontanus: Tum deus
 ignipotens inuento fulmine primum Ipse
 suum miratur opus.
 Lydi ludum tesseraarum. Darius tributa.
 Amazones securim, quæ propterea A-
 mazonia, et Penthesileæa dicitur, et Ther-
 modontia, quod Amazones ad Thermodon-
 tem fluuium habitauerint. Hora. li. 4. Car.
 Amazonia securi Dextras obarmet. Ouid.
 lib. 3. de Ponto: Nec tibi Amazonia est pro-
 me sumenda securis. Mantuan. in Alphon-
 so: Penthesileæa non inferiora securi.
 Cottalus Siculus libare pocula.
 Lycæon bellorum inducias.
 Prætus et Acritus clypeos. autore Pli.
 Loricam Mydias Messenius.
 Gladium, galeam, hastam Lacedæmonij.
 Ocreas & crystas Cares. Arcum & sa-
 gittam Scythæ Iouis: iaculum cum amen-
 to Aetolus Martij filij.
 Lanceas Aetoli. Hastas uelitates, & pi-
 lum, Tyrrhenus. Piseus uenabula. Scorpio-
 nem Cretes.
 Catapultam Syri. Ballistam & fundam
 Phœnices.
 Testudines Artemon Clazomenius.
 Arietem Epæus reparator machinæ
 Troianæ.

Turres ambulatorias Diades miles Alexandri.

Equestrem pugnam Centauri. Bigas Phryges.

Ordinem exercitus, signi dationem, & uigilias Palamedes in bello Troiano. Fœdera Theseus.

Sarmenes primus de equitatu scripsit.

Corfes primus barbam sibi rasit Alexandri seculo.

Alexander Cithærius primus psalteriū implicuit chordis.

Aegmetæ primū nummum culerunt.

Maris Thessalus primus equū ascendit.

Gregorius Pont. Max. primus se Seruū feruorum Dei appellauit.

Paulus heremita solitudinem heremiti. cam inuenit.

Calistus Pont. ieiunia quatuor tēporū.

Simon Græcus speculam. Sidonius mensuras & pondera, regnante apud Solymos Hieroboan.

De literarum inuentoribus reperi sunt sequentes uersus admodū uetusti, quos Critus ait se legisse in bibliotheca Septimana. Moyses primus Hebraicas exarauit literas, Mente Phœnices sagaci condiderūt Atticas. Quas Latini scriptitamus, edidit Nicofrata. Abraham Syras, & idem reperit Chaldaicas. Isis arte nō minore protulit Aegyptias, Gulfila prompsit Getarum quas uidemus ultimas.

Aegyptij Geometriam inuenerunt.

Dierū nataliū obseruationē Chaldæi.

Scapham Libyci.

Sunt & disciplinæ quædam, quarū inuentum Musis tribuitur. Clio fertur historias inuenisse, Melpomene tragœdias, Thalia comedias, Euterpe tibias, Terpsicore psalterium, Erato geometriam, Calliope

literas, Urania astrologiam, Polyhymnie rhetoricam. De alijs rerum inuentoribus uide Plinium.

QVI SVIS INVENTIS perierunt.

Thrasius seu Thrasillus quum ad exorandas à Ioue pluias, Busirim docuisset hospites immolare, interfectus est omnium primus. Ouidius in Ibin: Ut qui post annos sacri monstrator iniqui, Elicuit pluias uictima cæsus aquas. Idem lib. 2 de Arte: Dicitur Aegyptius caruisse iuuantibus arua, &c.

Perillus quoq; in tauro æneo (quem ad reos torquendos excogitauerat) à Phalari de cōbustus est. Oui. in Ibin: Aere Perilleo ueros imitere iuucos, Ad formā tauri conueniente sono. Idē lib. 4 de Arte amandi: Et Phalaris tauro uiolenti mēbra Perilli Torruit, infelix imbuit autor opus. Idē in Triptol. Perillū primū, deinde Phalarim sic inducit loquētes: Ut munus munere pensēs, Da precor ingenio munera digna meo. Dixerat, & Phalaris poenæ mirande reperi, Ipse tuum præsens imbue dixit opus: Claudianus lib. 2 in Eutrop.

Sic opifex tauri tormentorumq; reperor, Qui funesta nouo fabricauerat æra dolori, Primus in expertum Siculo cogente tyranno Sculit opus, docuitq; suum mugire iuuenem.

Phalaris quoq; tyrannus, eodem postea tauro inclusus, & crematus est, quo alios prius suffocauerat. Oui. in Ibin: Vtq; ferox Phalaris lingua prius ense resecta, More bouis Paphio clausus in ære gemas.

Pygnation frater Anthæi quum immolationem hesperitum docuisset, deorum arua suo sanguine instar cæterorum imbuit. Ouid. in Ibin: Frater ut Anthæi, quo sanguine debuit, arua Timæi, & exemplis occidit ipse suis.

Diome.

Diomedes ab Hercule datus est in pabulum suis equis, quos humano prius sanguine ipse pauerat. Ouid. in Ibin: Ut qui terribiles pro gramen habētibus herbis, Impius humano uiscere pauit equos.

Scyron latro in Attica à Theseo in mare precipitatus est, quo prius hospites ipse deturbabat: cuius ossa mutata dicuntur in scopulos.

Icarus pater Erigones, quū Atticos uisum uinidocuisse, ab eis in ebrietatē lapsus interfectus est. Ouid. in Ibin: Muneribusq; tuus lederis, ut Icarus, in quem Intulit armatas ebria turba manus.

Aegesta Siciliæ fuit oppidū, in quo principatus est Aemylus Cenforinus, qui noui tormenti inuentores muneribus cumulabat. Cui quum Aruntius Paterculus, equū ex ære factum ad fontes perimendos excogitasset, eiusdem iussu primus eō coniectus est, & ibidem enecatus. autor Aristides Milesius apud Plut.

DE VARIIS VIRTUTIBVS AC VICIIS.

Titulus VII.

RELIGIOSI.

Pericles suggestum ascensurus dijs uota faciebat, ne uerbum aliquod inconsulte & imprudenter euomeret.

Alexander Macedo mane ante omnia dijs sacra faciebat.

Numa instituit deos fruge colere, et molam salsam supplicare.

L. Albinus uxorem & liberos in uia pedibus ire iussit, ut Vestales cum sacris curru suo imponeret.

Tempore bellorū Sylla Apollinis imaniculam ferebat in sinu, quam imminente discrimine osculabatur, & uelut adiutori

cem inuocabat: autore Plutarcho.

Ludouicus Crassus, Francorum rex, sacerdoti Eucharistiam afferenti obuiā proficisci uoluit, quamuis grauissimo affectus morbo.

DE CHARITATE IN patriam exempla.

Quam Lacedæmonij ob interfectū contra ius gentium Xerxis legatū peste laborarent, ad finem mali reperiendum utile fore dixerūt, si quis ex Lacedæmone facinus indignum sua pensaret morie. Quod audientes Spartius & Bulides læti se obtulerunt, & ad Xerxem profecti cultris deuouerunt iugulos, ut uiolato iuri satisfacerent.

Agefilus filium suum Pausaniam inedia cōsumpsit, & quinquaginta auri talenta accepisset à Xerxe, ut Spartam proderet.

Eadem ratio impulit Cassium ad inferredam Crasso Bruto filio suo mortē, quod is portas urbis Romæ dicta mercede Latinis uoluisset aperire. Vtriusq; exempli testis est Plutarchus.

Dion Syracusanus usq; adeo patriæ studiosus habitus est, ut animum semper adiecerit ad eam liberandam à Dionysij tyrannide. Quod tandem fecit uirtute, pulso in exilium tyranno.

Demarathus Lacedæmonius patriam pulsus, quum Athenis exularet, non potuit tamē suos non monere belli, quod tacite parabant Athenienses.

Aratus Sicyonius patriam liberauit à Tyrannide.

Erectus in Eumolpum bello contentens, consultis oraculis responsum habuit, futurā sibi & patriæ uictoriā, si filiam immolasset. Quod quum audisset, filia uitam abstulit, ut afferret saluem patriæ.

Cleomenes dux Spartanorum, contra-
to cum Ptolemaeo foedere aduersus Anti-
gonum & Achaeos, in pignus fidei perpe-
tuae matrē eidem Ptolemaeo dedit obfidem.
Quae cum rescisset honestissimas pacis con-
ditiones Cleomeni filio offerri ab Achaeis,
litteris eū monuit, ne propter cariosum ue-
tulæ corpus pacem illam renueret, quā in-
telligeret esse utilem patriæ.

Regnante apud Phrygios Myda, quum
prope Celenas urbem debiscens terra sese
aperuisset, erupissetq; ex ea uoragine uis
aquarum plurima, propinquas domos e-
ruens; rex oraculo consulto, quid ea in re
faciendū esset, responsum habuit, Hiatum il-
lum nō prius clausum iri, quā quis intrō
se demitteret ad pacadam iram numinum.
Quod uidens Ancurus Mide filius, dato
patri & uxori osculo in uoraginem præ-
ceps desiliit, auctor Plutarchus.

Argiuis Thebas obsidentibus Mence-
ceus Thebanus pro patriæ salute se in muris
præcipitem dedit, gladio iam perfoffus.
Stat. lib. 16. — Insignemq; animam mucro-
ne corusco Dedit, artus pridem, mœ-
stamq; teneri Arripit, atq; uno quæsitam
uulnere rumpit. Sanguine tunc spargitur
res & mœnia lustrat, seq; super medias a-
cies nondum ense remisso, tecit, & in se uos
eadere est conatus Achuios.

Vlysses apud Calipso, patriam prætulit
immortalitati, auctor Cicero in orationib.
his uerbis: At si nos patria delectat, Quiri-
tes, cuius est tātus amor, ut Itachæ uir præ-
stantissimus, nidulumq; illum offixum saxis
immortalitati prætulit: multi tamen ex-
tra patriam melius rem gessere.

Cretinus Magnesium bello Mithridati-
co aduersus ipsum Mithridatē delegit im-
peratorem Hermiam, quo cum tamen pri-

uatas gerebat inimicitias, professus se inte-
rim iturum in exilium, ne quis tumultus ob-
illam duorum factionem suboriretur. Quod
si patria mallet Cretinū imperatorem, quā
Hermiam, orauit ut interim exularet Her-
mias. Aduersarij modestia permotus Her-
mias, sponte exulauit.

Quum Athenienses à Doriensibus bel-
lo premerentur, adeo ut resistere nō possent,
diffidētia humani auxilij ad Apollinis ora-
culū confugerūt. Consultus deus super futu-
ro rerū statu, ei uictoria, respondit, Partē
illam sictricē fore, cuius rex occumberet in
ipso bello. Quod responsum quum utriusque
exercitui innotuisset, utriusq; edictum est,
ne quis regem hostem interficeret. Id ubi
cognouisset Codrus Atheniensis rex, de-
positis insignib. imperij, familiarē et abie-
ctum cultum induit, & diffusis hostibus se
obijciens, unum ex his falce percussus in
eandem suam compulit. Quo facto, uictori-
am suis reliquit. Horat. lib. 3. Carm. Codrus
pro patria non timidus mori.

Thrasylbulus tanta fuit in Athenas cha-
ritate, ut parua stipatus militum manu ani-
mum adiecerit ad eam liberandam à tri-
ginta tyrannorum teterrima dominatione.
Cui intentum operi quum quidam interro-
gasset hoc modo: Quantas tandem tibi A-
thenas per te libertatem consecutæ gratias
debeunt Thrasylbulus? Respondit: Dij faci-
ant, ut quantas ipse illis debeo, uidear re-
tulisse.

Themistocles Athenis patria pulsus, co-
actus est se recipere ad Xerxem Persarum
regem, quem prius de bellauerat. A quo mi-
ra exceptus beneuolentia, & hospitalita-
te, quū postea sollicitaretur ad inferendum
in gratæ patriæ bellum, mortem sibi conscii-
uit, epoto sanguine taurino.

QUUM

Quum Carthaginenses & Cyrenenses
disceptantes de finibus agrorum, mutuis
bello claudibus se attriussent, ad dirimē-
dam armorum causam in hoc foelus coiue-
runt, ut certo die utriusq; legati domo pro-
fiscerentur, & quo in loco obuij inter se
fuiscent, communis utriusq; populi finis ha-
beretur. Missi sunt igitur ex Carthaginen-
sibus duo fratres, nomine Phileni, qui quū
seu se amantissimā celeritate, seu gressu ci-
tra horam constitutam maturato in lon-
gius terminos promouissent, Cyrenensium
iuuenes de fallacia eorum quæsti optionem
fecerunt Carthaginensibus, ut uel illi quos
sines populo suo peterent, ibi uiui obrue-
rentur, uel conditionem hanc sibi relinque-
rent. Phileni conditione probata, uitam
suam Reipublicæ condonauere, & uiui ob-
ruti sunt. Carthaginenses in rei memoriā
mortuis aras posuerunt, hisq; honores di-
uinis domi constituerunt.

Aristoteles Athenis in lectulo iacens nō
potuit tamen non esse sollicitus de patria.
Quam quum euersisset Alexander, ab eo-
dem literis obtinuit, ut instauraretur.

Thefeus quamuis Aegæi Athenarum re-
gis (aut, ut placet Cicero, & Plutarcho,
Neptuni) esset filius, nō grauatius est tamen
deuouere se Amoturo, ut patriam seruitu-
te eximeret. Catull. ipse suam Thefeus pro-
charis corpus Athenis Projicere optauit,
potius quā talia Cretam Funera Cero-
pi, ne funera portarentur.

Protogenia & Pandora filia Ericthihei
Athenarū regis, ingruente Bæotico bello,
se pro patriæ salute ultro ingulandas ob-
tulerunt, & immolandas. Quod factum est
in pago Hyacintho, unde & uirgines Hy-
cides sunt cognominate.

Quodam tempore quum annonæ cari-

tas Atticā premeret, consulta oracula ceci-
nere, finem malo nō prius futurum, quā
aliqua immolaretur puella. Id ubi rescitit
Leos Orphei filius, publico permotus bo-
no filias suas, Phasitheā, Theopem, Eubu-
len, exhibuit immolandas.

Macaria quoq; Hercules filia pro inco-
lunitate publica se deuouit.

M. Lepidus Pont. Maximus, & M. Ful-
uius in censura collegæ priuatas inimicitias
ad patriæ utilitatem posuerunt.

P. Seruilius et M. Lucullus priuata quo-
que odia reliquerunt in administratione
Reipublicæ.

Tres fuerūt Decij, qui pro salute patriæ
se se deuouere. Pater, quū Latino bello Ro-
manorum aciem inclinatam penē, & iam
prostratam uideret, seipsum deuouit, ac pro-
tinus concitato equo in medium hostium
agmē, patriæ salutem, sibi mortem petens,
irrupit. Filius in quarto consulatu Q. Fabij
collega aduersus Gallos & Samnites
profectus, pro patria fortissimē pugnans,
occubuit. Neq; perijt in bello Pyrrhi,
quod gessit pro Tarentinis. De his Cic. lib.
1. Quæst. Thusi. Simors, inquit, timeretur,
non cum Latinis pater Decius decertans,
cum Etruscis filius, cum Pyrrho nepos ho-
stium telis occubissent. Idem in Parado-
xo de his & quibusdam alijs.

Romanus populus Cannensi clade at-
tritus, quum nihil nisi de fuga, et patriæ co-
gitaret exilio, Scipio Africanus adhuc ad-
modum iuuenis stricto gladio mortem uni-
cuiq; minitans, iurare omnes, nunquam se
relicturos patriam, cogit.

De Atilio Regulo, Coelice, Fabij, Epā-
minunda, & Lysandro uarijs in locis, ut
res postulauit, locuti sumus.

Quum in urbe Romanas hiatus terra pau-

latum

latim excrescens accidisset, Curtius amore patriæ in vò se demisit, ac patriam à cruellissima peste liberavit.

P. Rutilium pulsum Roma et exulantē, quum nescio quis monuisset ad inferendum patriæ bellum, quo facilius reditum assequeretur: respondit, se civium salutem pluris facere, quam reditum suum, & malle ut exiliij sui puderet Romanos, quam propter reditum deseret patriam.

Monitus in somnis M. Marius consul, se ex Cymbris victoriam reportaturum, si filiam Calphurniam sacrificasset, arrepto cultro paruit nocturnis phantasmatibus, & filiam immolavit. autor Plutar. ex testimonio Dosithei Græci.

Quum Caesar odio Pompeij patriam vellet opprimere, M. Brutus ipsi Pompeio adhaesit, à quo tamen sciebat patrem suum bello Syllano interfectum fuisse Mutinæ, condonavitq; priuatis iniurias patriæ.

Nihil Castium Cheream compulit ad inferendam Caligulae sanguinario principi mortem, præter charitatem patriæ, quā ille multis homicidijs, probrosisq; flagitijs contaminabat.

Petronius Granus, centurio octauæ legionis, sub Cæsare Gallico bello militas, Gorgoniae portus tantisper ab hostili protexit impetu, dum socijs ad fugam tempus dederit. Reuertentibus demum ipsidem ad subsidium, uulneribus deficiens, ite nunc ait, incolumes.

AMOR CONIUGALIS.

Idas ausus est in Apollinem certare, propter ereptam sibi Marpissam uxorem.

Orpheus, ut fabulantur poetae, descendit ad inferos, non alia causa, quam ad recuperandum Eurydicen uxorem, quam prius

multis lachrymis defleuerat. Vergilius lib. 4. Geor. Ipse causa solans agrum testudine amorem, Te dulcis coniunx, te solo in litore secum, Te ueniente die, te decedente canebat.

Alcestis maritum suum Admetum regem Thessaliæ tanto amore dilexit, ut quum Admetus ipse morbo laboraret, consultaq; oracula respondissent, futurum eum incolumem, si quis amicorum pro eo mori uellet, sola uxor, recusantibus pietatem illam cæteris amicis, pro uiri salute morti se deuouerit. Propterea poetae fabulati sunt, reuiuiscendi munus ei à Dijs concessum. Admetus uero beneficij memor, perpetuas de fundæ nanius instituit. Iuuenal. Sat. 6.

Speclant subaëtem futa marii Alcestim. Tantus fuit Penelopes in Ulysses amor, ut eo absente per annos uiginti castitatem seruauerit impollutam, nullisq; procorum blandimentis succubuerit. Propertius lib. 2. Felix Admeti coniunx, & lectus Ulyssis.

Capanei apud Thebas mortui dum celebrarentur exequia, uxor Euadne in rogamum mariti se coniecit. Ouid. lib. tertio de Arte, Accipe me Capaneu, cineres miscibimus, inquit Iphias, in medios desiluitq; rogos. Martialis: Arserit Euadne flammis iniecta mariti.

Quum Belides omnes facta coniuratione maritos interfecissent, sola Hypermestra pepercit marito Lino seu Linco.

Proteflaus, sub cuius imperio fuerunt Antron, Phylaca, & Larissa urbes Thessaliæ, primus Græcorum interfectus est apud Troiam à Dardano quodam. Quod quum rescuisset Lao-lamia, in solatium mororis optauit, ut mortui umbram uideret. Quod quum impetrasset, in illius amplexibus

plexibus expirauit. Prop. Illic Phylacides iucunde coniugis Heros Non potuit cecis immemor esse locis: Sed cupido falsis attingere gaudia palmis, Thessalis antiquam uenerat umbra domum.

Artemisia Mausolo marito superstes in perpetuo luctu & mœrore uixit, quo etiã confecta contabuit. Amoris eius fidem facit sepulchrum illud memorabile, quod erexit mortuo. Sunt qui uelint eam cineres caueris uino mixto hausisse, quorum opinio arridet Architrenio.

Darius existimans uxorem suam ab Alexandro uictore fuisse interfectam, eiulibus impleuit castra, atque in hæc uerba prorupit: Quod ego tantum nefas commisi Alexander? Quem tuorum propinquorum necaui, ut hanc uicem scæuitiæ meæ reddas? Odisti me non quidem prouocatus. Sed finge iustum intulisse te bellum. Cum scæminis ergo agere debueras? Quibus uerbis conijcere est, quātus fuerit Darij amor in uxorem.

Pæthea uxor Abradatae uiri Persæ quum audiuisset maritum in bello perisse, arrepto pugione seipsam interfecit.

Hipsicrathea Mithridati marito in omnibus bellorum discrimine fuit adiutrix, eumq; armata in expeditionibus secuta est, raris etiam capillis, quo comodus uteretur galea. Strozæ pater: Nec Mithridatas quæ comitata uitas.

Pericles Aspasiæ uxorem adeo dilexit, ut nunquam egrederetur domo, quin eam dissuauiretur. Vnde ueteres comœdiographi Deianoram & Iunonem eam uocabant.

Uxorem adeo dilexit Peritander Corinthius, ut etiam mortuæ se commiscerit.

Antimachus poeta Græcus Lyfidicem uxorem adeo dilexit, ut eius mortem lamentabili defleuerit Elegia, qua omnes Heroum calamitates enumerabat.

Portia Catonis filia, quum audisset maritum Brutum apud Philippos interfectum, hausit carbonibus se suffocauit. Pamphilus: Vixisset Brutus, tunc non tam clara fuisset Portia.

M. Plautius in Asiam cum LX nauibus proficiscens, quum Tarentum uenisset, Orestillam uxorem (quam secum duxerat) ibidem morbo absumptam amisit. Cuius diu celebrarentur exequia, impatiens mœroris Plautius pugione se confodit.

Publius Rubrius Celer uixit cum Caia Ennia uxore sua annos 43. menses 8. sine ulla querela.

Aemilius adolescens seipsum interfecit, quod delitescens in uepribus uxorem, pro fera interfecisset. autor Plutarch.

Idem quoq; fecit Cyanippus Thessalus propter uxorem à canibus dilaniatam. autor idem.

M. Lepidus Apulei uxoris charitate, post repudium obiit.

Iulia Cæsaris filia, & uxor Pompeij, quum uidisset uestem mariti sui cruentam, et infectam sanguine quorundam, qui iuxta Pompeium ipsum mutuis uulneribus se læserant, subito pauore consternata, & exanimis collapsa est, ex eaq; turbatione partum edidit immaturum. Autor Plutarchus.

Albutius uixit in coniugio cum Terentiana Valentiã annos xxv. sine ullo iurgio.

Antonius Pius uxorem Faustianam tantum dilexit fide, ut mortuæ diuinos honores iussisset, & statuas erexerit.

Antonium quum superasset Augustus, Cleopatra animi dolore mortem sibi conficiuit.

Saxo Grammaticus ait, Gunildam fuisse mulierem, quæ quum uideret exequias Asmundi mariti sui, spiritum ferro sibi surripuerit.

MARITI VXORVM interfectores.

Mithridates rex Ponti, uxorem Laodicæ (qua mortua Hypsicrateam duxit) cum sorore, matre, fratribus, ac liberis interfecit. autor Herodotus.

Procris mulier existimans Cephalum maritum alteram deperire puellam, eundem in sylvas profectum secuta est, ut obseruaret quid faceret. Quum ergo in aulis delitesceret, ac uepres concuteret, Cephalus opinatus esse serâ, sagittis eam confodit. Ouidius libro septimo Metam. Adagium apud Erasimum, Procridis telum: de certis iaculatoribus, aut ictu exsententia iacto.

Miratur Sabellicus, nec sanè mirum quòd miretur, Periandrum Corinthium inter eos numeratum, quos Græcia sapientes appellauit, qui Lysidem uxorem (alij Melissa scribunt) in pellicis gratiam interfecerit, sciens uolensq; cum Cratea matre concubuerit, filium relegarit, & Coryrensiu natos Haliarti excæcandos præbuerit, ut Herod. ait.

Plinius lib. 14. scribit, Egnatij Metenti uxorem, quòd uinum bibisset è dolio, interfectam fuisse à marito, eumq; cædis à Romulo absolutum. Egnatius.

M. Cæcilius apud eundem Plinium libro uigesimo septimo accusat Calphurniū Bestiam, quòd dormientes uxores ueneno peremerit.

Nero Sabinam Poppeam uxorem calicis ictu, quamuis prægnantem interfecit, nulla impellente causa, sed sola bile & iracundia motus. autor Cor. Tac. lib. 16.

Constantinus Imperator, Constantij et Helenæ filius, uxorem Faustam (cuius suus Crispum filium prius interfecerat) in balneas ardentis coniectam interemit. autor Sext. Aurel.

Dacianus præses Alexandriam uxore, à beato Georgio ad fidem conuersam, suspendi fecit, & interfici.

Chilpericus Clotharij filius, Glonsindam uxorem Athanagildi Gothorum regis filiam, suasu Fredsgundæ pellicis noctu iugulauit. Volater.

VXORES QVAE MA- ritos occiderunt.

Circe uenefica mulier Sarmatarum regem (cui nupserat) ueneno uidem frui occidisse, arreptoq; regno subditos multum oppressisse. Sabel.

Redeuntem ab expeditione Agamemnonem, Clytemnestra uxor interfecit auxiliante Aegysto, quo cum stupri consuetudinem habebat. Verg. lib. 11. Aen. 1. & Mycenæus magnorum ductor Achiuum coniugis (infandum) prima intra limina, dextra Oppetijs, deuincta Asia subfedit adulter. Seneca in Agamemnone, Rex ille regum, ductor Agamemnon ducum, Cuius secute mille uexillum rates, Iliaca uelis maria tæxerunt suis, Post dena Phoebi iustra deueto Illo, Adest daturus coniugi iugulam suæ. Idem alibi: Adest cruenta coniugis uictrix sui. Iuuenal. Sat. 6.

Donatus Beli filii, quinquaginta habuit filias, quæ totidam Aegysti filijs nupsent, factaq; simul coniuratione omnes maritos nocte una interfecerunt, præter Hypermet

per mestrâ, quæ Lynceo uiro pepercit. Seneca in Hercule Furiente: Nunc nunc cruentæ regis Aegysti nurus Adeste, multo sanguine infectæ manus. Ouid. lib. 1. de Arte.

Semiramis quum à marito Nino intrasset, ut diem modo unum in regio sederet tribunali, obiretq; regium munus iuridicundo, sanciendoq; quæ uiderentur, exploratis satellitum animis, Ninum ipsum apprehendi iussit, & in uincula conijci, ac postremo interimi. autor Cælius.

Alexander Pheræus Thessaliæ tyrannus quum uxorem Thebem cuidam barbara nudam plerunq; ostendisset, ab eadem factum ægrefereute, dormiens iugulatus est. Ouid. in Ibin: Inq; tuo thalamo iugularis more Pheræi, Qui datus est loetho coniugis ense suæ.

Antiochus Deus cognomento, rex Syria, ab uxore Laodice ueneno interfectus est, ob inductam alteram Berenicem Ptolemæi sororem. Val. Max.

Scribit Volaterranus Albinam quandam Syriae regis filiam duas et triginta habuisse sorores, quæ totidam maritos interfecerunt: expulsasq; propterea à patre uenisse in Britanniam, & à nomine Albinæ insulam uocasse Albionem.

Curtius lib. 7. ait Barbarâ quendam Spitamenum somno & uino sepultâ, ab uxore in castris Alexandri fuisse interfectam.

Fabia mulier Fabium Fabricianum interfecit, ut liberius posset lasciuire cum Petronio Valëtano liberali forma adolescentulo, quo cum adulterij consuetudinem habebat. Plutarch. in Parallel.

Agrippina Tiberium Claudium principem maritum suum ueneno iussit. autor Plinius lib. 32. cap. 22.

Antonius Verus imperator perijt uene

no à Lucilla uxore propinato, ob Fabiæ consuetudinem, ad quam frequenter itabat. Volaterranus.

Gandulphus (qui in Burgundia pro fide martyrium passus est) dum uxore adulterij insimularet, eiusdem opera ab adultero interfectus est.

Albionus rex Lögobardorû, Cunimundo Gepidorum rege interfecto, eius filiam nomine Rosmundam sibi copulauit. Cui quum aliquando inter pocula, patris caluaria per iocum propinasset, irata puella non prius machinari destiuit, quam eum curauerit interficiendum. Quo marito alium maritum Helmigem nomine sibi copulauit, quem postea ueneno suffocauit.

Andreas filius Caroli Pannoniæ regis, à Ioanna uxore, regina Sicilia, interfectus est: quòd ignauus & regno inutilis uidetur. Volaterranus.

Galeotus Foroliuij princeps Ioannis Bentiuoli filiam duxit in uxorem. A quodâ sperneretur puella, simulata a gritudine sicarios subornauit medicos, qui cum adorti in cubiculo confoderunt. Volater.

AMOR, ET INDVLGENTIA
parentum in liberos.

Niobe filios suos ab Apolline interfectos tantis defluit lachrymis, ut in scopulum dirigerit. Propert. lib. 2. Nec tantum Niobe bis sex ad busta superba Sollucito lachrymans defluit à Sippho.

Hecuba Polymestori regi Thraciæ genetro suo oculos eruit, quòd Polydorum eius filium interfecisset.

Valerius Bestius simili modo excæcatus est à L. Imbrico socero suo, quòd eius filium Ruscium interfecisset.

Nauigati in Cretam Theseo quum Aegerus pater iussisset, ut si confecto Mino-

tauro reuertetetur incolumis, albis utere/ tur uelis, ac Theseus uerborum patris im- memor, reuertens nigrum tetendisset lim- theum, pater eo procul uiso in mare se con- iecit, quod putaret actum esse de filio. Fabu- lam hanc, seu si mauis, historiam fusiſſimè describit Catull.

Nihil magis curabat Aeneas quàm A- scanium suum. Vnde Vergilius lib. 1. Aenei- dos: Omnis in Aſcanio chari stat cura pa- rentis.

Confectus senio Priamus ubi uidit fi- lium suum Polyten à Pyrrho Achillis filio interfectum, non potuit iræ aut uoci parce- re, quin homicidium insectaretur cõuicijs, licet in eadem esset alea, ut docet Vergilius lib. 2. Aeneid.

Auctolia Sinonis filia et uxor Laertæ, quum falso nuncio intellexisset Vlyſſem fi- lium apud Troiam in bello decubuisse, im- patientia mœroris uitam proiecit.

Iam diximus Nioben in scopulum diri- giſſe, propter liberos suos ab Apolline in- terfectos. Idem quoq; dolor impulit Amphi- onem Niobes maritum mortem sibi consci- scere. Ouid. in ibin: Addidit ut fidicen mise- ris sua funera natis, Sic tibi sint uitæ tædia ista tuæ.

Euenus Martis & Steropæ filius, quum ſupratorem filie Mapiffæ Apharetum no- mine comprehendere non posset ad suppli- cium, coniecit se in Lycormam fluium ani- mi dolore, autor Plutarchus.

Thomyris Scytharũ regina filium suũ Sargapifem adeo dilexit, ut non prius sibi conſliterit, quàm mortem eius ulta sit ſene- riſſimè. Comprehensum enim interfecto- rem Cyrum, cruci affixit, teste Diodoro, & ablatum mortui caput demersit in u- trem sanguinis.

Myrcia

habebat unicã, adeo dilexit, ut mortuæ ca- dauer inucleret aureo bouis simulachro, quod in templis proximè deos posuit, flori- busq; ornauit, quotidie admota noctu per- petua lucerna, autor Herodotus.

Anius Thufcorum rex, filiam habuit Saliã nomine, quã quum rapuiſſet Ca- theus adoleſcens, iratus pater, in fluium Anienem, inde cognominatum, sese proie- cit, autor Plutarchus.

Artaxerxes Darium filium adhuc ui- uens regem constituit, contra morem Per- sarum.

Pythius Bithynius animi dolore, quem conceperat ex morte filij, à Xerxe interfe- cti, relicto uxori regno in mortui monu- mentum se coniecit, atque inibi quod ſupe- rerat uitæ, ſtebiliter compleuit.

Antiochus Soter, rex Syriæ, Stratonia- cen nouercam, cuius amore pruriebat, in- dulgentia patris Seleuci Nicanoris obii- nuit.

Hippo et Miletia, filie fuerunt cuiusdã Scedasi inter Bœotios ditissimi, quas quum impudici adoleſcentes per uim conſupraf- ſent, ac demum occultandi ſcleris causa im- puteũ demerſiſſent, pater impatiens mœro- ris ad eorum tumulos ſeiſum conſecit.

Attedius Melior duos habuit liberos, Bleſum & Glauciã nomine, quos adeo di- lexit, ut diem Bleſi mortui natalem ſingul- lis annis celebraret. Mar. li. 8. Præſtas hoc Melior ſciente fama, Qui ſolennib. anxius ſepulti nomen non ſinit interire Bleſi, Et de munifica profuſus arca Ad natalicium diè colendũ Scribarũ memori piæq; turbæ Quod donas, facis ipſe Bleſianum.

Mater Antiſtæ, quum uidiffet filiam à Cn. Pompeio repudiatã, ſuperinducta Ae- mylia, mortem sibi conſciuit.

Blauus

Blauus quum audiſſet filium à Triumui- ris interfectum, ab iſſdem impetrauit, ut in- terſiceretur, & filio mitteretur comes.

Gordianus ſenior, audita filij morte, ſeiſum ſuffocauit laqueo.

Orodes rex Parthorum, ubi reſciuit Pa- corũ filium in bello cõtra Ventidiũ periſſe, animi dolore uerſus eſt in rabiem.

AMOR LIBERORVM
in parentes.

ICarum patrem Erigones quum agre- ſtes Attici interfeſſent, filia doloris impatiens laqueum implicuit collo. Ouid. in ibin: Quodq; dolore necis patris pia filia fecit, Vincula per laquei ſac quoque guttur erat.

Alys filius Croeſi, quũ eſſet natura mu- tus, ubi tamen uidit hoſtilem gladium im- minentem paterno iugulo, ſolutis dentium clauſtris, prorupit in uerba, quibus docuit aſſectum animi ſui, autor Gellius.

Amphinomus, & Anapius, Siculi fra- tres, quũ Aetnæ incendio Catana urbs, & omnia propè Sicilia loca deſlagrarent, pa- renies humeris ſuperpoſitos, periculo ſub- duxerunt. Syllius: Tum Catane nimium ar- denti uicina Typhœo, Et glomeraſſe pios quondã celeberrima fratres. Autor Aetnæ: Amphinomus fraterq; pari ſub munere fortes, Quum iam uicinis ſtreperent incen- dia teſtis, Accipiunt pigrumq; patrem, ma- tremq; ſenilem, &c.

Simili exemplo laudatur pietas Aeneæ, quod ſtammis uniuersam Troiam popu- lantibus, inualido patri humeros ſubim- currauerit, relictiſq; diuitijs, unicum pi- gnus redemerit ab incendio. Claudianus: Quod ſi notus amor prouexit in aſtra La- cones, Aeneam Phrygiã raptus ab igne pater.

Lausus Mezentij Tyrreni filius, pa- trem in bello aduerſus Aeneam ſeruauit, eoque liberato ipſe ab Aenea interfectus eſt. Statius: Et Lydi pietas temeraria Lauſi.

Artaxerxes rex Perſarum patris ſui in- terfectorem dedit morti, mutata de indu- ſtria cum eo lorica.

Antigonus quum ingenti prælio ſupe- raſſet hoſtem, præmium belli tranſtulit ad patrem, & imperium illi tradidit Cypri.

Antigona patri ſuo Oedipo exoculato ducem ſe præbuit.

Cleobis, & Biton fratres, Argiam ſacer- dotem matrem ſuam curru inſidentè equo- rum penuria ob oppido traxerunt ad pha- num, ſeq; iugo alligarunt: quod ius eſſet ſa- cerdotè ipſam ad ſacrificiũ curru uehi, au- tor Cice. lib. 1. Quæſt. Tuſc. Claud. Si uetus Argolicos illuſtrat gloria fratres, Qui ſua materno colla dedere iugo.

Scipio adhuc puer patrem Poenis hoſti- bus circumſeptum, liberauit apud Tyci- num, ſeu Trebiam, authore Liuius. Statius lib. 3. Sylua. Quicq; tener ſeuis genitorem Scipio Poenis Abſtulit.

Oppium à triumuiris proſcriptum (dũ ad ſupplicium quæreretur) filius humeris extulit, & incolumem peruenit in Sici- liam.

Rofimunda filia Cunimundi Gepida- rum regis, maritum ſuum Albonium re- gem Longobardorum ueneno ſuffocauit, quod is Cunimundum bello uictum inter- feſſet, & ex interfecti ceruice feiſſet ſibi poculum.

Leo iunior, quum annum unicum præ- fuiſſet imperio, Zenoni patri manibus ſuis diadema impoſuit, ipſumq; deinceps impe- rare iuſſit.

22 4 Alphon 7

Alphonsus patrem suum Ferdinandum decem ac septem aureorum millibus furetrauit, magno pietatis argumento.

PARENTES LIBERORUM interfectores.

Tantalus (qui in Phrygia regnauit) deis hospitio susceptis, Pelopen filium coculum membratim comedendum apposuit, ut eorum diuinitatem experiretur. Seneca in Thyeste: Exceptus gladio paruulus impio, Dum currit patriū natus ad osculum, Immatura focis uictima cōcidit, Diuisusq; tua est Tantale dextera, Mensas ut strues hospitibus deis.

Progne Pandionis filia egrefrens sororem suam Philomelam à Tereo marito fuisse supratam, Nym filium eidem comedendum apposuit. Ouid. 6. Meta. Tendentemq; manus, et iam sua fata uidentem, Et mater mater clamantem, et colla petentem, Ense ferit Progne, lateri quā pectus adhaeret. Idem lib. 2. Eleg. Idē lib. 1. de Remedio. Sidonius: Siue prandia quis refert Thyeste, Discerptum aut puerū, cibumq; factum.

Perimele puella uim et stuprum ab Aecheloo passa, ab Hippodamante patre detestante facinus praecipitata est. Ouid. 3. Metamor. Quod pater Hippodamas egretulit, inq; profundum protulit ē scopulo peritura corpora nata.

Althea egre ferens fratres suos à Meleagro filio interfectos, fatalem combussit stipitē, de quo Parca praedixerant Meleagrum non prius periturū, quā stipēs ipse igni fuisset absumptus. Hoc itaq; modo natum emori fecit. Ouid. lib. 1. Tristium: Utq; creta se suum fertur sub stipite naum Teftia, et melior matre fuisse soror.

Aldona uxor Zei, libulum noctu im-

prudens occidit, dum unum ex filijs Amphionis (cuius uxori inuidebat) interficere uellet.

Artaxerxes Mnemon cognomento, Persarum rex, Darium filium cum quinquaginta filijs interfecit, quod ab eis insidijs peteretur. Trogus lib. 10.

Cambyfes Cyri filius Persarum rex, filium sagitta occidisse fertur, furore correptus, quo prius fratrem et grauidam sororem dederat morti. Sabellicus.

Medea ab Iasone (quem hospitio susceperat, et modum rapiendi uelleris docuerat) reiecta, filios ex eo susceptos Dyndimum et Thestrandrum interfecit. Vergil. Aegl. 8. Saeuus amor docuit natorum sanguine matrem commaculare manus. Idem in Culice. Ouidius lib. 7. Metam. Vtroque sanguine natorum perfunditur impius ensis. Idem libro 2. Elegia. Idem lib. 2. de Arte. Propertius lib. 3. Nam quid Medea referat, quo tempore matris Iram natorum caede piuit amor.

Athamas rex Thebarum furore correptus, Learchum et Eurycleam liberos proleonibus occidit. Ouid. lib. 4. Metam. Deq; sinu matris ridentem et parua Learchum Brachia tendentem rapit, et bis terq; per aurās More rotat fundae: rigi loq; infantia ferro discutit ora ferox. Idem lib. 6. Faistorum. Stat. lib. 2. Syluarum: Toruus adhuc Athamas insanos flecteres arcus. Idem libro 1. Theb. Claudianus libro 1. in Ruffinū: Haec Athamantea direxit spicula dextra. Bap. Pius 2. Eleg. Qualis ad absumptum per tela paterna Learchum, Desluit lachrymis saucia fida parens. Plinius quoque libro 34. capite 14. de hoc nonnihil meminit.

Boges Persa ab Atheniensibus abfessus,

ubi

ubi nihil habuit commeatus in castris, liberos cum uxore primum, demum seipsum interfecit. autor Herod. lib. 7.

Persis Graeciā inuestantibus, Pausanias Lacedaemoniorum dux 50 auri talenta, ut Spartam proderet, à Xerxe acceperat. Quod ubi rescituit Agesilaus pater, filium in templo Palladis inclusum inedia cōsumpsit. idem autor.

Idomeneus Deucalionis filius, et Cretensum rex, quum uouisset se immolaturum eum, qui primus Troia redeunti occurreret, filiam fortē fortuna repertam immolauit. Volaterranus.

Darius rex Persarum Ariobarhanem filium interfecit, quod is Alexandro promississet, se patri insidiaturum, et mortem intaturum. Plutarch. in Paral.

Leus Atheniensis ab oraculo monitus, Athenas ipsas perituras, nisi tres filias immolaret, maluit oraculo parere, quā suis parcere. Volaterranus autor.

Agave Thebana mulier Pentheum filium Bacchanalia despiciantē, cum ceteris Menadibus interfecit. Vergil. in Culice: Quo quondam uicta furore, Venit Nyctyleum fugiens Cadmaeis Agave, infandas scelera ta manus, et caede cruenta. Ouid. lib. 3. Metam. Stat. lib. 12. Theb. Seneca in Thebaide: Egit sorores mater, et gaudens malo Vibrante thyrso pratulit fixum caput. Idem in Oedipode.

Euristhenes quū malē in bello pugnasset, ac propterea domui suae ignominia perisset, inedia cōsumptus est à matre. Ouidius in Ibm: Obstrictusq; necem patris lumine teclus, Ac legem poenae cui dedit ipsa parens.

Stesibrotus ab Epaminunda patre Thebanorum duce interfectus est, quod contra

mandatum patris manū cum hostibus Lacedaemonijs conferuisset, quamuis parta uictoria. Idem Plutarchus.

Apteras uetustissimus Graecorum Saturnus patrem castrauit, filios interemit, fratibus bella et ferrum intulit. Annius in Betrosum.

Erichtheus bellū cum Eumolpo gerens, quum ab oraculo accepisset fucuram sibi uictoriam, si filia dijs immolaret, paruit, et cōsensu Praxithae uxoris puellam cecidit. Euripides apud Plutar.

Hippomenes Atheniensium princeps, filiam Limonem in adulterio deprehensam, unā cum equo feroci conclusit, nec huic, nec illi cibum praebens. Equus igitur fame in rabiem actus, puellam deuorauit. Hinc ortum adagium à Diogeniano positum: Magis impius Hippomene. Ouidius in Ibm:

Solaq; Limone poenam ne senserit illam,

Et tua dente ferox uiscera carpat equus.

Pyreus insula quum maxima laboraret peste, propter interfectum ibidem ab Atheniensibus aprum Dianae sacrum, consultū oraculum respondit, Finem mali futurum, si quis filiam immolasset numini. Unus autem repertus est Embarus, qui filiam solenni ritu ornatam sacrificauerit. Erasimus in Chiliadibus.

Orchamus Leucothoam filiam ab Apolline supratam, uinā defudit. autor Demitius in Ibm. Ouidius item libro 4. Metamorph.

Lysimachus rex Pergami Agathoclem filium fortissimum (cuius praecipua opera, multa bella feliciter gesserat) nouerca Arsinoe Ptolemæi sorore instigante, ueneno sustulit. autore Trogo.

Ptolemæus Evergetes à suis ob crudeli

Ad satem

latem regno pulsus, filium quem ex Cleopatra sorore susceperat, in Cypro occidit, eiusq; caput et pedes matri pro munere natalitio remisit. Linius lib. 56.

Ptolemæus Auletes regno suo redonatus (quo ob flagitia fuerat eiectus) Cleopatram filiam & Archelaum eius maritum (quos Aegyptij in regnum ascuerant) occidit. Strabo lib. 17.

Deiolarus quum multos suscepisset liberos, omnes, excepto tantum uno, iugulauit: ut qui superfuturus erat, potentior fieret, & maiestatis augustioris. Cælius.

Mithridates sanguinolentus ac crudelis in omnes fuit. Nam matrem, fratrem, & filios tres impuberes, ac totidem filias interfecit. autor idem Cælius.

Arpiages filiam comedit. Ouid. in Ibin: Ut puer Arpiage, referas exempla Thyeste, inq; tui casus uiscera patris em.

Echearchus rex Cretæ suam secundam uxorem, Phronymam filiam per negociatorem quendam nomine Themisonem, submergi fecit. autor Herodotus.

Manlius Torquatus itidem filium securi percussit, quod in Samnites contra edictum pugnaisset, quauis hoste profligato ad suos victoriam retulisset. Vnde Verg. lib. 6. Saturnusq; securi, etc. Liu. lib. 8.

Brutum à Rom. expulsus, quum filius prodere uoluisset, paterna cecidit manu. autor Aristid. apud Plutar.

Romanis in Latinos certantibus, Cassius signifer Crassum Brutum filium occidit, quod is patrem prodere, & hostibus portas aperire uoluisset. autor Plut.

Virginus filiam Virginiam Iulio desponsatam spectante populo & palam interfecit, ut Appium Decemuirum (qui eam stu-

prare uelut seruam tentauerat) in oculis & inuidiam populi traheret. Quod & factum est. Namq; ut propter illatum Lucretie stuprum Romani reges desisterent, ita quoq; immoderata Appij libido finem fecit Decemuirorum magistratui. autor Linius, et Syll. libro 13.

Marius quoq; Cymbrico bello profligatus, quum intellexisset se fore uictorem, si Calpurniam filiam dys darci uictimam, dedit, ut patriæ consulere.

Aulus Posthumus Tiburtus filium securi percussit, quod occasione rei bene gerenda iniussus populum tentasset. aut. Val. de Discip. m. Linius lib. 4. Et auult tamen hoc credere de M. Torquato, quum de Posthumio.

Antonius Caracalla Imperator Iuliam noueram in uxorem duxit, cuius filiam Gétam nomine paulo post interfecit. autor Aetius Spartianus.

Constantinus Magnus Crispum filium cum Licinio sororis suæ marito, incerta causa, morti dedit. Sextus Aurelius prodit, hoc eum fecisse suam Faustam coniugis.

Herodes rex Iudææ præter innocentissimam, tres quoq; ex liberis sibi suspectos, Alexandrum, Aristobolum, & Antipatrem morti dedit. Macrobius lib. 2.

Dioscorus pater beatae Barbaræ filiam multis prius tormentis affectam, ad extremum supplicio capitis affecit, quod ad idolatriam secti non posset.

Deuteria mulier timens ne filia sua (quæ nubilem & formosam habebat) à Theoderto rege corrumperetur, eam in flumen precipitauit apud Viridunum ciuitatē. autor Gregorius Turonensis.

Lino

Lenogildus rex Hispaniæ filium Hermodum, quod à se facta parentum abhorreret, ac Childeberti Francorum regis orthodoxi filiam duxisset in uxorem, morte affecit. Volat.

LIBERI PARENTVM INTERFECTORES.

Ozius Amos prophetam patrem suum uelut per tempora transfecit, quod contra mandatum Hieroboam regis uerbum Domini predicaret.

Orestes Clytemnestram matrem interemit, in ultionem patris Agamemnonis, quem à Troia redeuntum illa cum Aegysto adultero interfecerat. Oui. li. 1. Eleg. Et uindictam in matre, patris malus ultor Orestes, Ausus in arcanas poscere tela deas. Hora. li. 2.

Peliam senio confectum dum iuuebat à Medea persuasæ uellent ad iuuentutem reuocare, lebeti seruenti impostum occiderunt. Erasmus in Chil.

Alcæon Eriphylem matrem interfecit, quod illa Amphiarum patrem (qui in bello Thebano terra hiatus absorptus est) Polybici prodidisset, accepto monili aureo. Verg. lib. 6. Mæstantiq; Eriphylem Crudelis nati monstrantem uulnera cernit. Seruius & Diodorus lib. 5.

Perrhororum rex Triopas dum tyrannice nimis imperaret, à Carnaba filio tantæ fertatis impatiēte occisus est. Cælius.

Trogus scribit, Thessalonicem ab Antipatro filio interfecit, quum tamen uitam per ubera materna deprecaretur: idq; quod Alexandro fratri magis, quam sibi faueret.

Semiramidem à Nino filio interemptam produunt, quod eius concubium & congressum optasset, quæ prius equi amore concupisceretur. Cel. 37. li. 12. & Iustinus lib. 3.

Ptolemæus Evergetes à Ptolemæo filio interfecit, qui propterea (inquit Iustinus) Philopator, id est, patris interfectore uocari cepit.

Ptolemæus filius Epiphanis matrem Cleopatram dedit morti. Vnde & Philometor eadem ratione dictus est, quæ præcedens Philopator.

Oedipus cum Laio patre ignoto apud Phocidem congressus, ipsum nescius interemit. Oui. in Ibin: Nec plus aspicias, quam quem sua filia rexit, Experius scelus est cuius uerq; parens. Seneca in Thebaidē: Genitorem adortus impia strauit nece.

Cyane puella patrem Cyanippum (quod ab eo per uim stuprata fuisset) gladio confecit. Medullina quoq; ab Aruntio patre ebrio uiolata, eidem mortem intulit. Plutarchus in Paral.

Ouidius lib. 5. Meta ait, Agyrtem fuisse quendam, qui patrem interfecerit. Regisq; Thoastes Armiger, & caso genitore infamis Agyrtes.

Redeuntibus Troia Vlysses Thelegonus filium uerignotum occidit. Hora. lib. 3. Car. Declue contempleris aruū, & Thelegonē iuga patricidæ.

Cesroes rex Persarum senio confectus, dum Medorsen filium regni heredem instituisset, ab altero Siroche natu maiore interfecit. Idem Volat.

Ab Euandro quoq; occisus fuisse patrem quidam prodiderunt, ut scribit Cel. lib. 6. Lectionum antiquarum.

Polydice Pterelam patrem Thebarum regem Creonti prodidit, & occidit fecit, ut Nysus à Minoe obfessus prodicione Scyllæ filia crimem amisit fatalem, atq; ita interfecit. autore Seruio.

Orcades rex Parthorum, amisso filio Pa-

coro, qui in bello contra Ventidem occubuerat, in sua arma propè parvus, ab altero filio Phraate occisus est. Volaterranus in Geograph.

Nicomedes Prussia patrem Bythinie regem dominandi libidine uita spoliavit.

Mitridates, autore Cælio, tanta fuit impietatis, ut matrem, fratrem, filios tres, ac totidem filias interfecerit.

P. Malleolus, teste Livio, matre interempta primus omnium insuto culeo in mare præcipitatus est.

Post Annibalis bellum L. Ostius fertur primus patrem occidisse. autor Plutar. in uita Romuli.

Fabricianus matrem Fabiam interfecit, quod illa Fabium Fabricianum maritum suum occidisset, ut liberius adulterium cum Petro nio adolescente committeret. autor Dositheus apud Plutarch.

Nero cum Agrippina matre facta sua exquirente acerbius, et corrigente grauaretur, eam uarijs modis perdere tentauit. primo ueneno: sed quum sentiret, eam antidotis præmunitam, solutilem nauem (cuius uel naufragio, uel cameræ ruina periret) commentus est: simulataq; amicitia, Baias uocauit. Quam nando euasisse ut cõperit, inops consilij eam interficere iussit, quã prius supro contumauerat. Suet.

Heraclius Imp. Phocam patrem multis prius contumelijs, affectã, postremò interfecit, dominandi (ut credibile est) libidine. Volaterranus.

Fredericus Imp. Panorum profectus, Manfredi filij dolo interfectus est, quum annos 32. præfisset. Bap. et gnatijs.

Iul. Mansuetus ex Hispania rapaci legioni additus, impuberem filium domi reliquerat. Is mox inter septimanos à Galba con-

scriptus, oblatum forè patrem et uulnere stratum dum semianimem scrutatur, agnosceus, cognosceusq; et exanguem amplexus, uoce flebili precabatur placatos patris manes, ne se ut parricidam insectarentur. Cor. Tacitus.

Friscus Aclium Ferraria principem patrem suum in carcerem coniecit, atq; ibidem fecit emori, quum ob inductam noueram, tum libidine dominandi. Volat.

Guillelmus Iacobini Carrariensis filius patrem occidit, quod ab eo spurius fuisset appellatus.

Ioannes Maria Ioannis Galeatis filius, dux Mediolani, Catharinam matrem factã suã acerbius obiurgantem, in turri conchis, et ibidem mori fecit. Volat.

DE MUTVO FRATRVM et fororum amore.

H Yam à leone deuoratum forores Hyades lametatione miserabili prosecute sunt, adeò ut moerore uita finiuerint. Deorum demum commiseratione relatae sunt in stellas. Pont. Mox Hyadum chorus Eois emerget ab undis, Fratris Hyæ quas perpetuus dolor indidit astris.

Sorores Phaetontis, quæ Heliades et Phaetontiades appellantur, fratrem celo deturbatum tantis lachrymis deplorauerunt, ut deorum commiseratione in arbores commutatae sint. Vergilius in Culicæ: At quibus insigni curru proiectus equorum Ambustos Phaeton luctu mutauerat artus, Heliades teneris amplexæ brachia truncis, Candida fundebant lentis uclamina ramis.

Anna apud Vergil cõqueritur, quod a sorori suæ Didoni comes non fuerit in morte, ad simile genus mortis sibi cõfiscens. Hæc autem Annæ uerba ad Didonem ex 4.

Act.

Act. Comitiæne fororem Spreuisti moriens: Eadem me ad fata uocasses, uide ambas ferro dolor, atq; eadem hora tulisset.

Antigone Oedipi filia, fratrem suum Etheoclem in bello peremptum sepeluit, inuito Creonte tyranno. Ouid. lib. 3. Trist. Fratrem Thebana peremptum Supposuit tumulo rege uetante soror.

Cleomenes Lacedæmonius, fratrem Eulidam secum regnare permisit. authore Plutarcho.

Contrà uerò mutuo conflagrauit odio Romulus et Remus, Etheocles et Polynices, Atreus et Thyestes, Aeta et Perseus.

Fuit maximus amor inter Castorem et Pollucem, Ouid. Strozæ pater: Talis Amycleus non iunxit gratia fratres, Alternaqueorum uita redempta nece est.

P. Rutilius leui morbo impeditus, nunciata fratris repulsa in petitione consulari, ilico expirauit. autore Plinio.

Dagobertus Francorum rex, cõsortem regni fratrem Aripertum constituit, donata ei Aquitania.

Ramyrus Veremundi filius, Hispaniæ rex, cõsortem regni assumpsit Garciam fratrem adhuc impuberem.

FRATRVM ET SORORVM interfectores.

I Nuidia (quæ alienam prosperitatem ocululo irretorto nescit prospicere) fuit in causa, cur Cayn fratrem Abelem (cuius uultus domino uidebat gratus) nefarie interfecerit.

Ioram rex Iudæe suasu Athalie uxoris fratres interfecit, et nullum sceleris genus omisit, à nullo abstinuit flagitio.

Ioannes Iudæe pontificis filius, quintus Hebræorum pontifex, fratrem tejum nomi-

ne (quem affectatæ dignitatis habebat spectum, morti dedit.

Aristobolus rex Iudæe, Antigonum fratrem (quem prius regni cõsortem fecerat) falso postea insimulatum interficere iussit. Volaterranus.

Isis demum Ostridis fratris mortem ultam, Typhonem alterum fratrem auxilio filij (qui Oros dicebatur) occidit. Annius in Berosum.

Typhon Aegyptius fratrem suum Ostridem peremit, inuidia accensus. Autores Berosus et Seneca de sacris Aegyptiorum. Didorus item: Compertum est (inquit) Ostridem Aegypto iuste regnantem à Typhone fratre impio ac nefario interemptum. Quæ in sex uiginti partes dissectum, cuilibet eorum, qui tanti sceleris participes fuerant, partem dedit, ut ipsos defensores custodesque regni fidos haberet.

Orta inter Dardanum et Iasium contentione, Dardanus superior fratrem peremit. Adeò cõsortem nescit potestas, adeò rara est inter necessarios charitas, ubi illa domandi libido mentes hominum titillat.

Oedipus rex Thebarum moriens, filijs suis Etheocli et Polynici regnum alternis annis dimisit regendum. Verum quum Etheocles maior natu peracto anno fratrem cedere nolisset, moto propterea bello, cõtractisq; utriusque copijs, ambo mutuis se uulneribus interfecerunt. Virg. in Culicæ: Ac discordates Cadmeo sanguine fratres, iam truculenta ferunt infestaq; lumina, corpus Alter in alterius iamq; aduersus uenterq; Impia germani manat pro sanguine dexira.

Helenuus Priami filius dum uenaretur, nescio qua fortuna, Chaonem fratrem, à cu-

ius nomine Chaonia dicta est, imprudens peremit. Seruius in 3 Aeneid.

Mecia cum Iasone fugiens, Agyaleum fratrem membratim discerpit, discerpium per agros passim protexit, ut Aetem patrem se persequentem in colligendis filij ossibus remoraretur. Ouid. in Ibin: Et tua sic latos spargantur membra per agros, Tanquam per patrias detinere uias. Idem lib. 3 Tristium.

Menalippus Oenei filius, dum in syluis apru Calydonium uenaretur, a Tydeo fratre impudente occisus est. Statius libro 2 Theb. Pollutus placuit fraterno sanguine Tydeus.

Polytes quoque fuit quispiam, qui fratrem peremit. Stat. lib. 7 Theb. Casoque in famis fratre Polytes.

Cambyzes sororem interfecit, quod illa Simerus fratris sui a patre occisi mortem lugeret uelut multam. autor Herodotus.

Polyphontes rex fratrem interfecit, quod ab eo insidias et mortem parari sibi intellexisset. autor Gell. lib. 4. cap. 3.

Critolauus Tegeates sororem interfecit, quod sibi e uictoria redeunti non gratularetur, quum tamen ceteri omnes ei applaudentur. autor Demarathus apud Plut.

Cambyssi Persarum regi uisus est per quietem nuncius adesse, dicens, Mergidem fratrem solio sedere regio. Qua ille uisione consternatus, Prexaspem Persam ad eum in terimendum misit. autores Trogius, et Herodotus. Cui flagitio sororis quoque mortem adiecit.

Orodes Phraatis filius, Parthorum rex, Bithridatem secundum fratrem suum Babylonie obsedit, fixa quoque deditio in conspectu omnium quamuis supplicem interfecit. Deus te perdat ambitio, Que fratres at-

mas in fratrum uiscera. queque Securus a nato non sinis esse patrem.

Learchus Archestilaum fratrem Cyreneorum regem aegrotantem ueneno potauit, et eo modo strangulauit. Learchus de mum ab Eryxo Archestilai uxore legationis interfectus est. autor Herodotus in Melpomene.

Leucon ab Oxilocho fratre Ponti interfectus est, quod cum eius uxore adulterij et incestus consuetudinem haberet. Ouidius in Ibin: Aut pia te caso dicatur adultera, si cut Qua cecidit Leucon uindice, dicta pia est.

Mamertes quum Sisaphonis Corinthij fratris sui filios regnandi libidine peremisset, ab ipso Sisaphone membratim laceratus est. Ouid. in Ibin: Truca geras seuo multilatis partibus ense, Quaslia Mamertis membra fuisse ferunt.

Hesiodus poeta Ascreus noctu iugulatus est ab Antipho et Crimeno fratribus; non tamen opera dedita, sed per errorem, dum illi sororis suae interfectorem esse putarent.

Rhesus Maximi et America filius, fratrem Simulum in uenatione uolens interfecit, ac propterea ei paterna domo interdictum est. Aristides apud Plut.

Anacharsis philosophus, Scythagenes, dum Atheniensium leges apud suos introducere conaretur, ut patriae consuleret, a Caduido fratre eius loci rege per liuorem sagitta confossus est. autor Laertius.

Ptolemaeus Philadelphus Argeum fratrem (a quo insidias parari sibi intellexerat) interfecit, et alteri fratri Mage nomine (qui Cyrenis imperabat) bellum intulit. Pausanias apud Volat.

Ptolemaeo Philopatori non satis fuit pa-

atrem

trem interficere, nisi in fratrem quoque et amicos gladio seuiret.

Ardieus Pamphyliae tyrannus patrem senio confectum, et fratrem natu maiorem interfecit. autor Plato lib. 10 de Rep.

Iam diximus tantam in Mubridate rege Ponti fuisse feritatem, ut matrem, fratrem, et sex liberos interfecerit. autor Cal. lib. 16 ledionum Antiq.

Antiochus Mag. Seleuci filius mortuo patre fratrem uita exiit, ut solus principaretur, et regno frueretur.

Romulus quum ad exiitruedos urbis muros, uallum aratro duxisset, uetuissetque, ne quis illud transiliret, Remus in ludibrium fratris ausus est transilire. Quod iniquo ferens animo Romulus, eidem eripuit uitam. Liuius. Vnde Lucanus: Fraterno primi mauerunt sanguine muri. Ouid. in Ibin: Vique Remo muros ausus transire recentes, Noxia sint capiti rustica tela tuo.

Primus apud Romanos Horatius ob sororem interfectam, perduellionis reus factus est, dein absolutus. autor Liuius.

Iugurtha Manastabalis filius nothus, fratres suos Adherbalem et Hiempsalem, Micipse patris sui filios, interfecit, ut solus Numidis imperaret. Sallust.

Lucilla M. Antonij et Faustae filia, a Commodi fratre, in quem coniurauerat, deprehensa, ab eodem interfecta est. autor Herodianus.

Maximianus Diocletiani filius Artemiam sororem gladio percussit, quod relicta idololatriae heresi, ad fidem se conuerisset.

Henricus cognomine Clericus, Anglorum rex, Robertum fratrem hostem habuit, quem in bello captum, oculis primam anulis in carcerem detruxit, ac demum padore et inedia ibidem emori fecit. Volat.

Isacius Angelus Imperator ab Alexio fratre (quem a Turcis captum redemerat) per summum scelus, oculis, imperio, et uita priuatus est.

Frotho Danorum rex tres habuit liberos, Haldanum, Roem, et Scatonem. Quibus mortuo patre equa incesit regnandi cupiditas. Quo factum est, ut Haldanus natu maximus duos iuniores interfecerit, et regnum patriicidio susceperit. autor Saxo Grammat.

Feugo quoque Horuendiliu Danorum regem fratrem suum insidijs circumuenit: atque ubi parricidio datus est locus, cruenta manu sine stem metis libidinem satiauit, ut eo mortuo regnaret. Idem lib. 3.

Idem Saxo li. 6 historiae Danicae, meminit cuiusdam Stareatheri, quem inusitata fortitudine, uiribusque prodigijs ait fuisse, ut qui nouem fratres Athletas simul pugnantem interfecerit, decem et septem uulneribus acceptis, amissaque maiori uiscerum parte.

Herminefredus Bertariu fratrem uisum oppressit, ut soli sibi tranquillium et securum apud Thoringos liceret regnare. Author Grego. Turonen.

Theodebertus Chilperici filius Francorum rex, a Theoderico fratre bello petitus, et ad extremum interfectus est. Volat.

Fernandus rex Castellae Sanctij filius, Carsiam fratrem regem Nauarrae peremit, ut Nauarram ipsam suo adijceret regno. Vsq; adeo libido principandi non praescribit sibi modum.

Athila rex Pannoniae reuersus e Gallia, Budam fratrem (qui regnum occupauerat) de medio sustulit.

Bela rex Pannoniae, Polonorum copijs instructus, Andream fratrem bello aggressus est, partemque uictoriae interfecit uictum.

A. 4. Mem.

Mempricus filius Madda rex Britanie, Malym fratrem exuit uita, ut eo mortuo principaretur. Cunedagius quoq; nō alia ratione fratrem Morganū occidit, quo tempore Roma condita est, ut supputat Volaterranus.

Franciscus & Ludouicus Gonzage Volginum fratrem, simulata amicitia, ad eam inuitatū adorti sunt, et interfecerunt, sola ad facinus inuidia moti, quōd Guido Gonziga pater, Mantuanorum dux, ei soli principatum reliquisset. Volat.

Boleslaus Vratislai Bohemorū regis filius, fratrem Vuenceslaum æquitatis & religionis obseruantissimum, & Abeli iusto persimilē, interfecit, Draomitia matre sceleris conscia. Idem Volat.

Friola Alphōsi Catholici filius, rex Hispanie, ab Aurelio fratre interfectus est, cum annos duodecim regnasset. Volater.

Cansignorus Veronesium princeps moriens Antonium & Bartholomeum filios reliquit heredes. Quorum Antonius Bartholomeum fratrem de medio sustulit, quem in principatu consortem aut patrem ferre non poterat. Volat.

Canis grandis Veronensium princeps, fratrem Erganū (qui dum abesset, Veronā inuaserat) foris reuersus, obsedit, obsessum uicem, uictum dedit morti.

Henricus Alphonsti undecimi filius, Petrum fratrem multis homicidijs famosum, tandem interfecit magno omnium plausu. Volaterranus.

Perinus Eregosus Genuensium princeps, Nicolaum fratrem, doctrina moribusq; insignem, ob suspicionem affectati principatus interfecit.

Pimius Ordelaphus Poroluitiensis, ut solus regnaret, Franciscum fratrem trucidauit, eius liberis in exilium missis. autor Volaterranus.

ALII PARRICIDAE.

Theus Oenei filius, Alcatum & Lyothæum nepotes apud Calydonē interfecit, ac demum Argos aufugit.

Thyestes Pelopis et Hippodamiae filius, Europam, seu Aeropen fratris sui Atræi uxorem stuprauit, & ex ea duos suscepit liberos, Tantalum & Phisphenem, quos Atræus ipse interfecit, interfectos fratri commedendos apposuit. Seneca: Tantalus prima hostia est, &c.

Pygmalion rex Tyri et frater Didonis, quum esset auri cupidissimus, Sicheum sororis suae maritum, agri inter Phoenicias ditissimum interfecit, ut mortui diuitias arriperet. Verg. lib. 1. Aen. - Ille Sicheū impius ante aras, atq; auri cæcus amore Clamfero incautum superat, securus amorum Germana.

Pelops Tantali filius, ex Hippodamia duos suscepit liberos, Atræū, et Thyestem. Ex Danaide puella Chrysiptum patri ceteris chariorem. Quem quū nouerca Hippodamia odio prosequeretur, eius cruore manus impias contaminauit. Dositheus apud Plutarchum.

Aegyptus Thyestæ filius Atræi patrū suum adultus interfecit, mortemq; Phisphenis & Tantali fratrum suorum ab ipso Atræo interfectorum ultus est.

Acrisius Abantis filius, quum ab oraculo accepisset, se eius manu periturum, qui ex Danae filia nasceretur, natū postea ex ea Perseum iussit exponi & submergi. Cōpertus tamen in littore Perseus, a piscatore quodam nutritus est. Inde ubi adoleuit, suamq; rescivit originem, Acrisium ipsum interfecit. Volat.

Xerxes

Xerxes ob res infeliciter in Græcia gestas, adeo inter suos euiluit, ut Artabanus spem nactus occupandi regni, eum in regia interfecerit. Autor Trogus.

Mamertes Corinthius, filios fratris sui Sisaphonis regnandi libidine interfecit maximo suo malo. Nam ubi Sisapho factū rescivit, eum membratim discerpit. Autor Ouidius in Ibin.

Nuceria uxor Hebij, quum Firmum priuignum maligno persequeretur odio, filios suos ad inferendam ei mortem incendebat. Quod quum illi facere per pietatem abnuerent, dormientem gladio adorta est. Autor Dositheus apud Plutarchum.

Polymnestor rex Thraciae Polydorum Priami soceri sui filium iugulauit. Man. li. 1. de Cala. Verg. lib. 3. Aeneid.

Ptolemæus Auletes à Romanis regno Aegypti redonatus, quo propter flagitia electus fuerat, Archelai Cappadocæ regis filium, filiae suae Cleopatrae maritum (quem Aegyptij regē sibi delegerant) unā cum sorore interfecit. Strabo lib. 17.

Proca rex Albanorum duos filios Amulium & Numitorem, quibus regnum alteris annis demisit regendum. Quum autem prior Amulius regnasset, peractio anno fratri cedere noluit: quinetiam Lausum eius filium interemit, & Iliam eius sororem (ne qua inde manaret proles, quae facinus ulcisceretur) inter Vestales inclusit. Ouidius lib. 4. Fastorum.

Spoliante Campanos Annibale, L. Imbricus filium Ruscium cum magno auri pondere Valerio Bestio genero suo seruandum commisit: quem tamen Valerius auaritia stimulante obruncauit, ut auro potiretur. Plutarchus.

Constantinus Heraclij filius, quum an-

num unum imperasset, Martinæ nouercae, laborantis filium imperare, ueneno interfectus est. Bap. Egnatius.

Constantinus Magnus Licinium sororis suae maritum, pugna sepius oppressum, & tandem apud Nicomediam uictum interfici iussit. Eutropius.

Domitianus, autore Tranquillo, Flauium Clementem patruelē suum (cuius filios etiam paruulos successores palam destinauerat) interfecit.

Sextus Aurelius scribit Aurelianum Imperatorem seuum fuisse et sanguinarium, ut qui sororis suae filium interfecerit.

Albertus Imp. dux Austriae, dum suasu Bonifacij Pont. et Rodulphi Imperatoris exercitum pararet in Gallos, à Iohanne fratris sui filio interfectus est.

Orcanes rex Turcarū, Calapini filius, à Mose patruo (cuius fidei se pupillū commiserat) interfectus est, & regio spoliata.

Draomitia Bohemorum regina, Ludimillam socrum religionis obseruantissimā interfici iussit. Cuius suasu Boleslaus filius Vuenceslaum fratrem iam interfecerat. Autor Volaterranus.

Io. Galeatius Barnabam socrum Mediolani ducem per prodicionem cepit, coniectumq; in carcerē mori coegit, ut eo mortuo principatum arriperet.

Tyberius Nero Caligulae nepotis, imperandi libidine conflagrans, astu & dolo perijt, anno ætatis 78. imperij uero 23. Egnatius.

Childepertus Clodouei primi filius, fratris sui Clodomyri filios pupillos & clientes suos ad se uenire iussos, interfecit, ut eorum patrimonio potiretur.

Sigisbertus Clotarij filius, bellum cum

Bb Chil-

Chilperico gr̄sit, in quo Theodebertū eius filium post alia multa crudelitatis exempla interfecit. Gaguinus.

Egebertus Sicoberti filius rex Anglorum, fratres filios (quos patre mortuo educabat) impuberes occidit. Volaterranus.

Ednardus secundus rex Anglorum uenatu rediens, ab Afrida nouerca ueneno poculo interfectus est. Uolebat enim scelerata mulier Eceldredum filium suum septennem principari. Volaterranus.

Childebertus Cloioui filius in Almarichum Gothorum regem fororis suae Cloildis maritum bellum mouit, ac uictum uictor obruncavit, quod Cloildem ipsam iurgijs et uerbibus propter cultum orthodoxae fidei quotidie inesseret. Volat.

SERVORVM AMOR AC pietas in Dominos.

AEsopus libertus Demosthenis patronum suum adeo dilexit, ut nullo tormenti genere potuerit cogi ad reuelandum adulterium domini, auctor Macrobius.

Seleuci seruus quum seruiret amico eius, a quo dominus fuerat interemptus, cernantem in ultionem domini confortat.

Mycithus seruus Anaxilai Messenij ac ceptum a domino regnum eiusdem libaris, ubi adoleuerunt, restituit, sumptoque exiliatico cum summa tranquillitate conferuit Olympiae.

Negara, et Charmione ancilla fuerunt Cleopatras reginae, quae spontaneam dominas mortem imitatas sunt, ac semiuuere perptas, dominas iam mortuas coronam capite delapsam reponentes.

Annum Resionem proscriptum, et notu fugientem seruus eiusdem secutus est, abditumque ministerio suo aluit. Quum deinde persequentes adesse sensisset, senem

(quem casus primum obtulit) iugulauit, et in constructam pyram coniecit. Eadem ascensa eis occurrit, qui Resionem inquirebant, dicens, damnatum sibi posuisse, multoque acrius a se uexatum, quam ipse uexabat. Quo factum est, ut Resio liberatus effugeret.

C. Gracchum ex Auentino fugientem Europus seruus qua potuit ratione tutatus est. Super occisum deinde animam scissis proprio uulnere uisceribus effudit.

Cluentium Pelignum italicensem, comprehensum ab inimicis, seruus occidit, ne traderetur Pompeio hosti: ac se, ne domino superstes fieret, interemit.

Cepionem morti adiudicatum, quod infidias parasset Augusto, seruus ad Tyberim in cista detulit, peruectumque Hostiam in agrum Laurentem ad uillam patri noturno itinere perduxit. Cuius deinde nauigationis naufragio una expulsus dominum Neapoli simulanter occuluit, exceptusque a Centurione nec precia nec mimis potuit adduci, ut dominum proderet.

Vrbinum in agro Reatino delitescentem quum milites ad mortem inquirerent, seruus eius domini ornamentis intutus in eius sem cubile se reclinauit, ut irruentes hostes Vrbinum esse suspicarentur, et ita primo impetu iugularent. In cuius rei monumentum Vrbinum mortuo erexit statuam, eum titulo, et inscriptione, quae tam memorabilem testaretur fidelitatem.

AMICI ARCTISSIMI.

Inter paria amicorum numerantur etiam Hercules et Theseus. Na hic illius uirtutem et facta semper imitatus est: et hunc in inferis captiuum redimere conatus est ille. Ambo in Amazonas armati sunt, in Scythiam Phrygiamque una profecti, eis est

aruis

armis instructi, eodem telorum genere muniti, similibus studiis paribusque exercitationibus usi, ex geminis fratribus geniti, Hercules ex Ioue, Theseus ex Neptuno, secundum Plutarchum.

Fuit et mutuus amor inter Herculem et Nestorem. Nam Hercules Messenem dedit Nestori, et Nestor primum instituit iuramentum per Herculem.

Staius Dimata et Hoppleum amicitia insignes fuisse memorat. Syllius Marius et Cassrum lib. 9. dicens: - Sacro iuuenes Praeneste creati, miscuerant studia, et iuncta tellure secebant, Velle ac nolle ambo, uis diues concordia rebus, Occubuere simul, uotisque ex omnibus unum Id fortuna dedit iunctam inter praelia mortem.

Quum Orestes et Pylades uenissent in regionem Tauricam ad deponendas furias, quibus Orestes laborabat propter matrem occisam, essentque a rege comprehesi, quod simulachrum Palladis inde auferre uoluissent, rex Orestem (quem audierat esse auctorem furit) damnauit capitibus. Quum uero nesciret uter esset Orestes, Pylades eum se esse affirmabat, contendebatque ut pro socio interficeretur. Orestes uero uolebat irrogari sibi supplicium, nomen suum accusans et furium. Cicero in Lelio: Quum ignorante rege, inquit, uter esset Orestes, Pylades se Orestem esse diceret, ut pro illo necaretur: Orestes autem ita ut erat, Orestem se esse perseueraret, stantes plaudabant in re facta. Ouid. lib. 4. de Trist. et lib. 2. de Ponto.

Damon et Pythias Pythagorae condiscipuli, arctissima inter se amicitia conluerunt. Nam quum alterum eorum Dionysius Syracusanus interficere uellet su-

spicione proditiōnis, alter se mortis uadem prestare non dubitauerit, tantisper dum is qui rapiendus erat ad supplicium, reuerteretur a componendis rebus domesticis. Quum autem adesset hora mortis destimata, et iam obfes proximus esset supplicio, unusquisque stultitia tam temerarium sponsores damnabat. At is nihil se de fide amici dubitare praedicabat. Eodem autem momento quo supplicium tyrannus indixerat, qui discesserat, superuenit, obfidem liberaturus. De his Cicero in Officijs.

Metodorus Lampfacenus annis 17. nunquam discessit ab Epicuro.

Phydias statuarias Agorantum Parmenium discipulum suum adeo dilexit, ut nomen eius suis operibus inscripserit plerumque.

Galetes puer usque adeo amatus est a Ptolemaeo, ut quum uideret reos ad supplicium trahi, salutem eis et impunitatem exorauerit a rege.

Hispides Menedemo socio a Spitame-ne inimicis occidendum se praebuit, quum tamen liberum esset periculum declinare. Curtius.

Timagoras Meletem Atheniensem usque adeo dilexit, ut eo iubente se precipitauerit.

Theseus cum Pyriithoo amicitiam iurando confirmauit, auctore Plutarcho, quae nunquam diuelli potuit. Propterea finguntur a poetis comitatu indissolubili ad inferos descendisse ad rapiendam Proserpinam. Ouidius: Pyriithoom Theseus Stygijs comitatur ad umbras. Horat. Nec Lethaea ualet Theseus abrumpere fido Vincula Pyriithoo.

Solebant Spartiatae et Messenij uir-

Bb 2 gines

gines ad sese mutuo mittere, ad consouendas semper amicitias.

Amelius cum Plotino philoso. annos supra uiginti summa familiaritate uixit.

Darius usq; adeo amauit Megabyzum Persam, ut diducto malo punico optauerit sibi tot Megabyzos, quot illic essent acinorum. Testis Herodotus.

Quanta in Xerxem regem Persarum beneuolentia fuerit Boges, quoq; modo eius causa se, suaq; omnia morti et flammis deuouerit, alibi diximus.

Constituerat Achilles nunquam redire ad bellum Troianū, propter ereptam sibi ab Agamemnone Briseidem: ubi tamen intellexit Patroclum amicū ab Hectore fuisse peremptum, mutato proposito bellum adiit: nec prius quieuit ex animo, quam sibi mortem uindicauerit. Vnde mortuo Patroclo, sic apud Homerum loquitur, Nunquam pari dum uiuā, dolore afficiar. Propertius lib. 2. Statius lib. 4. Syll. Et lacrum qui circa moenia Troiae Priamidem caeso solatia traxit amico.

Nisus Hyrtaci filius, & Euryalus amici fuerunt arctissimi, qui pro Aenea certauerunt in Turnum, quorum alterum Euryalum quum Rutili interfecissent, Nisus qui periculum cursu euaserat, rediit tamen ad ulciscendam socij mortem. Quod quum fecisset, super mortui corpus se confodit, et exanimem proiecit. De his Virg. lib. 9. His amor unus erat, pariterq; in bellauebant. Idem de Niso, Tum super exanimem sese proiecit amicū Confossus, placidaq; ibi demum morte quieuit.

Achates perpeiū Aeneae comes & socius fingitur a Virgilio, sic ut alter altero semper comitatus abeat. Stroza pater: Nec minus hūc colui, quam dux Troianus

Achatem, Quam rector Graeae Nestora militiae. Nam et maxima fuisse fertur amicitia inter Nestorem & Agamemnonem.

Castor & Pollux fratres fuerunt, filij Leda, hic ex Ioue, ille ex Tynlaro. Propterea poeta fabulantur, Castorem fuisse mortalem, quem immortalis Pollux suo interitu fraterna redemerit pietate. Quod ideo fingitur, quia eorū stella sic se habet, ut una occidēte, oriatur altera, Seruio te. Se. Verg. lib. 6. Aen. Si fratre Pollux alterna morte redemit, itq; reditq; uiam toties.

Alexander tanta fide coluit Ephestionem, ut eo mortuo propugnacula urbium diripi, equos mulosq; tōderi, plerosq; gregarios homines interfici ad mōroris argumentum iusserit, idq; uocauerit Ephestionis inferias. In eius quoq; exequijs decem millia talentū profudit. autores Plutarchus & Arrianus.

Cyziceni adeo fideles Romanis extiterunt, ut in bello Mithridatico diutissime obfessi, neq; fama, neq; tormentis ullis ad deditiōnem cogi potuerint. authore Plutarcho.

Nicomedes rex Bithyniae, tam propenso fuit in Romanos animo, ut naso capite pileum sumpserit, & se Romanorum libertum uocauerit.

Licinius Surra tanta familiaritate et beneuolentia cōiunctus fuit Traiano, ut imperator ipse post delationem domum eius uenerit, pransusq; cum illo eius medico oculos tentandos exhibuerit, tonsoriq; operam dederit. Mox ad amicos conuersus, Ecquid accusare Surrā amplius potestis? inquit. Eidem mortuo sepulchrum fieri, & statuam poni iussit.

Quum Senatus Ro. Caium, & Tiberiū Gracchos, ob grauissimas seditiones, quas

in populo concitauerant, hostes patriae iudicasset, iussissetq; cōprehendi, & interfici cum omnibus eorū affectis: Blossius, qui Tiberium secutus fuerat, in senatum uenit, cul pam deprecaturus apud Leliū, quod tanti Gracchum fecisset, ut quicquid ille uellet, sibi faciēdum esse putaret. Cui Lelius: Dic, inquit, si Gracchus te in Capitolium faces ferre uoluisset, nunquid fecisses? Tum ille: Nunquam id quidem uoluisset Gracchus: sed si uoluisset, paruissimam. Quae uox quantum uim amicitiae promittat, unicuiq; relinquitur coniectandum.

Pomponius & Lectorius tanta fide C. Graccho adhaeserūt, ut ad eius salutē morti sese obtulerint. Nam quum L. Optimius Gracchum ipsum fugientem eū armata manu uelut hostē patriae insectaretur, Pomponius, & Lectorius persequentium furori sese obtulerunt, ut ille salutē fuga sibi quaereret. Nec prius cesserunt impetui, quam telis et uulneribus undiq; perfossi exspirarēt.

Seruilus Cepionē in uincula cōiectū L. Rheginus, ui amoris impulsus, custodia liberauit, & fugae illi se comitem dedit.

Volumnius tam effusis charitatis habitibus M. Lucullum complexus est, ut quū Antonius Lucullum interfecisset, quod adhaesisset Cassio & Bruto Caesaris interfectoribus, Volumnius amico mortuo noluerit superesse, quum tamen facile posset euadere.

Celium a Cinna et Mario Placētia obfessus, ne in eorum potestate ueniret, Petronium amicū suū orauit, ut inferret sibi mortem. Petronius quum ab ea sententia amicū non posset auertere, interfecit, seq; ibi comitem dedit.

Non minora beneuolentiae indicia praestitit Terentius Decio Bruto: nam quum

Antonius spiculatores misisset, qui Bruiū interficerent, Seruius Terentius, ut eum a morte liberaret, seipsum interfectoribus obtulit, nomen Bruti mentitus. Re tamen cognita, Terentium dimiserunt incolumē, traesto ad supplicium Bruto.

C. Lelius, et Africanus Scipio inter raras amicitias numerati sunt.

Pomponius Atticus tanta beneuolentia iunctus fuit Ciceroni, ut Ciceronis Atticus diceretur.

Iulius Caesar Syllanae factionis inimicus, adeo fauit Mario, ut deiecta eius trophaea restituerit, statuasq; noctu exerexit in Capitolio.

Memorabilis est amicitia duorum hominum, quos Saxo Grammaticus Asmundum & Asuitum uocat: quorum quum Asuitus morbo consumptus esset, alter Asmundus ob amicitiae iusurandum uiuus cum eo tumulari uoluit.

Quaedam amicorum paria numeratur Politiano, hic uerbis: Ut tibi collatus iuuenis Phocaeus Orestem Oderit, & spernat Thesea Pirithous, Sicanium Pyladem credatur fallere Dāmen, Vixq; bonum fratris Castora frater amet.

IVSTISSIMI.

Aristides ab incorrupta aequitate Iustitiae cognomen apud Athenienses meruit. Idem interrogatus, quid esset Iustitia: Nichil, inquit, alienum desiderare.

Aiunt Biblium fuisse uirum tantae integritatis & abstinentiae, ut quum inter eundem reperisset aliquid alienum, omnino intactum reperiret.

Philoxenus poeta maluit reduci ad fōdinas lapidarias, quam contra animi iudicium carmina Dionysij probare.

Blātis Prienae integritas in iudicandis

causis sequenti prouerbio locum fecit, Pri-
enenfi pollere iusticia.

Prodicus fuit quispiam apud Græcos in
iudicandis luitibus et arbitrijs inter dissen-
tientes amicos acerrimi iudicij.

Ripheus Troianus fuit quispiam, quem
Ver. lib. 2. Aen. iustissimum fuisse ait his uer-
bis: Cadit & Ripheus iustissimus unus,
Qui fuit in Teucris, & seruantissimus
equi.

De Emathione Ouid. lib. 8. Met. Ema-
thion equi cultor, timidusq; deorum.

Idem lib. 6. Met. de Erichtheo sic memi-
nit: Sceptra loci rerumq; capit modera-
men Erichtheus: Iustitia dubium est uali-
disne potentior armis.

Hermes Aegyptius tanta fuit æquità-
te & iustitia, ut quum quid emeret, iustum
semper exolueret precium, cariusq; eme-
ret, quam uenditor æstimaret.

Bocchyris rex fuit Aegyptiorum adeo
incorrupte in iudicandis luitibus iustitiæ,
ut si quem magnopere iustum significare
uellent, Bocchyrim appellarent. autor Sui-
das apud Erasimum.

Chiron fuit Centaurorum iustissimus.
Germanicus in Arato. Hic erit ille pius
Chiron iustissimus omnes Inter nubigenas,
& magni doctor Achillis.

Aristophanes Messenius tanta fuit æ-
quitate, ut quosdam ex socijs interfecerit,
quod puellas uirgines stuprare uoluissent.

Maris philosophus ex Laodica fuit om-
nium ætatis suæ iustissimus.

De Zeleuci æquitate in capite de Seue-
risumis hominibus, quære.

Timoleon Corinthus, quum nullis pre-
cibus fratrem posset inducere ad excedam
tyrannidem, eius interfectores a liuto /
rem se præbuit.

Cambyfes iudicem sibi charissimum,
quod perperam & iniquam sententiam
tulisset, corruptus pecuniis, euefigio com-
prehendi iussit, & pelle ex toto eius cor-
pore detracta tribunal iudicum inferni, ut
aliena fruerentur insania, eoq; periculo
rectius iudicarent.

Herodotus scribit, Mycerinum Cleopie
filium omnes Aegypti reges æquitate &
iustitia superasse. Si quis apud eum con-
quereretur de re aliqua furto sibi sublata,
sua ipse pecunia iacturam conquerentis
resarciebat & iniuriam.

Darius Scythen Zancleorum regem cen-
suit omnium quos uidiisset, iustissimum. au-
tor Herodotus.

Idem ait Glaucum Lacedæmonium E-
pycidis filium tam celebri & incorruptis
fuisse iustitia, ut ad eum uidendum multi a-
lienigenæ Spartam conuenirent.

Timochares, seu ut alijs placet, Nicias,
Pyrrhi Epyrotarum regis medicus, quum ad
Fabricium accessisset, promississetq; se pacta
mercede præministraturum Pyrrho uenenum:
Fabricius non tantum auersatus est facinus,
at etiam Pyrrhum hostem literis monuit,
ut à domesticis caueret insidijs. autor Vale-
rius & Antias apud Gell.

Quum Philippus in tribunali dormi-
tans aduersus Machetam quendam pro-
nunciasset, ubi uigilantior factus cogno-
uit factam Machetæ iniuriam, non rescidit
quidem iudicium, sed iniustam ipse exol-
uit multam.

Idem rogatus ab Harpalo, ut Crateta
eius familiarem iudicio liberaret: Eum, in-
quit, rectius est, quam nos ipsum male
audire.

Alexander Seuerus Imp. tanta fuit æ-
quitate, ut nullas unquam sanciret leges,
nullam

nullam constitutionem faceret sine uiginti
iurisperitis, & doctissimis ac sapientibus ui-
ris: nec ulla in re iudicium ferret, quin pri-
us iret per sententias singulorum, et scribe-
retur quid quisq; dixisset. Quum de iure
aut negotijs tractabat, solos adhibebat do-
ctos & disertos. Si de re militari, milites ue-
teres & senes. Si unquam firem uidiisset iu-
dicem, paratum habebat digitum, ut illi ocu-
lum erueret. Tanto odio prosequeretur iu-
dices, qui furorū fama laborasset, ut si eos
casu aliquo uideret, comotione animi cho-
leram stomacho euomeret, toto uultu mar-
descende. autor Lampridius.

Camillo Phaliscos obsidenti luji magi-
ster liberos Phaliscorum, tanquam spatian-
di causa, extra murum eductos tradidit: di-
cens, repetendis obsidibus ciuitatem impe-
rata facturam. Camillus non solum spreuit
perfidiam, at magistrum reuinctis post ter-
ga manibus, pueris dedit uerberandum, &
ad parentes cum plagis reducendum. Pha-
lisci ob hanc iustitiam sponte deditionem fe-
cerunt. Claudianus in Rufinum: Ductosq;
Camillus Trans murum pueros ossessa red-
didit urbi.

Cato & Phocion præcipuis amicis quã
doq; aduersabantur causa seruandæ equi-
tatis. autore Plutar.

T. Manlius iuris pontificalis peritus,
iurex inter Macedonas accusatores & si-
lium constitutus, audita causa, ita pronun-
ciauit: Quum probatum sit Silanum filium
meum pecuniam accepisse, ipsum repudio,
et prole mea indignum iudico, protinusq;
à conspectu meo abire iubeo.

Tranquillus ait, Augustum tanta fuisse
æquitate, ut nulli unquam genti sine iustis
& necessarijs causis bellum intulerit.

Vrsus Nolanus tanta fuit iustitia, ut ne

lapis quidem unus in Nolanas ædes (quas
inchoauerat) nisi soluta mercede conue-
ctus fuerit.

IN IUSTI.

Pilatus Hierosolymorum præsul auto-
rem nostræ salutis adiudicauit morti,
ne in Casaris offensionem impingeret.

Themistocles monitus à quodam, ut æ-
qualem se præstaret in iudicio: Absit, in-
quit, ut ego dum potero, non magis amicis
faueam cunctis in rebus.

Fanis rex Chalcidis Hesiiodum Home-
ro prætulit, ut Midas agrestem Panos canti-
lenam Apollinis musicæ.

Sisamnes nomen est illius iudicis, quem
ob iniquam sententiam à Cambyse exco-
riatum prædiximus. Eius uero filius uoca-
batur Othanes, testis Herod.

Amulius Numitorum fratrem regno ex-
pulsit, & paruulos nepotes perdendos in
Tyberim deuouit. Ouid. lib. 3. Fast. Hoc ubi
cognouit contemptor Amulius equi, Nam
raptas fratri uictor habebat opes, Amne
iubet mergi geminos.

Ultimus regum Romanorum Tarqui-
nius uir fuit iniustus, ut docet Ouid. libro 1.
Fast. dicens: Ultima Tarquinius Romane
gentis habebat Regna, uir iniustus, fortis
ad arma tamen.

PRODITORES, PERIURI,
& perfidi.

Ptolemæus Iudeus, Abobi filius, socer
suum Simonem Iudeorum princi-
pem, conuiuio exceptum cum duobus fi-
lijs interfecit, regnandi cupiditate.

Laomedon Neptuno & Apollini mu-
rorum Troiæ conditoribus pactam dene-
gavit mercedem. Verg. lib. 4. Laomedon /
tæ sentis periuria gentis.

Pelops filius Tantali periurio decepit

Myrtulum in Hippodamie certamine, ut fabulantur poetæ. Catullus: Periuri Pelopis uastabit tertius hæres.

De perfidia Thesei in Ariadnam, Iasonis in Medeam, Demophoontis in Phillidem, Aeneæ in Didonem, iam diximus in capite de Ingratis.

Zopyrus Persa benignè à Babyonijs exceptus, urbem eorum Dariò prodidit.

Harpagus Asyagem dominū suum prodidit Cyro regi Persarum.

Myrtulus Hippodamiæ Oenomai filiæ curruli certamine dimicantem prodidit, pacta mercede corruptus à Pelope. Seneca: Deceptor domine Myrtulus.

Helena Deiphobum Troianū, cui post mortem Paridis nupserat, dormientē Græcis prodidit, foribus eius apertis. autore Vergilio.

Iolas Alexandri pincerna dominum suum ueneno suffocauit.

Eriphyle capta aureo monili, quod sepebat Adrastus, maritū suū Amphiarāū delitecentem prodidit, ut prius dictum.

Qua perfidia Paris Menelaum hospitē eluserit rapta eiusdē uxore, iam diximus. Horat. Pastor quū traheret per freta nauibus Idæis Helenam perfitus hospitam.

Vlysses Calypso nympham, cuius hospitio septem annos fuerat usus, fide uiolata deseruit. Propertius libro 2. Sic à Dulychio iuuenē est elusa Calypso, Vidit amato rem pandere uela suam.

Qua perfidia Polymnestor rex Thraciæ Polydorum interfecerit, dictum est in capite de Auaris.

Conuenit inter historiographos, Troiam ab Aenea, Antenore, et aliquot alijs, qui postea profugi multis fuerunt annis, proditam fuisse Græcis.

Cillicon Milesius prodita Priensibus Mileto patria, inhonestè dicatus est.

Lasthenes Olynthum prodidit Philippo Macedoni.

Cleomenes Spartanus Argiuos inducerum fiducia consopitos noctu inuasit, aliosque contrucidauit, alios duxit captiuos.

Phrynicus fuit quispiam Lacedæmoniorum proditor.

Erybatus missus à Cræso cum multa pecuniarum ui, ut contraheret exercitum, ad Cyrum Cræsi hostem defecit.

Apollonius Samios, quibus erat præfatus, Philippo dedit occidendos.

Simonem Vergil, fabulatur fuisse Græcum nescio quem periurum, qui suis mendacijs et perfidia Troianos eluserit, et fatalem machinam uatibus nequicquam reclamantibus intra muros duxerit. Vergil, libro 2. Talibus insidijs periurijq; arte Simonis Credita res, &c.

Dion Syracusanus interfectus est prodicione cuiusdam Callicratis, quo cum summa familiaritate prius uixerat.

Annibal senior appellatus Afrubalis filius, quum primo bello Punico totam Italiam uastaret, Cornelium Asinam consulem spe pacis uocatum ad colloquium, punicæ fraude interfecit.

De Nicia Pyrrhi medico, eiusq; in dominum prodicione iam diximus.

Trapeia puella Capitolium Tatius regi Sabinorum tradidit.

Metius Suppetius, quum apud Albanos summam rerum teneret, à Romanis in auxilium cōtra Fidenates uocatus iure societatis, uenit quidē, sed in ipso prælio ad hostes defecit. Propterea Tull. Hostilius parata uictoria eum reliquit ad binas quadri-

gas, hinc in diuersa sapientibus membra- tim asserpsi.

Milo Epyrotarum urbem Papyrio Curfori spe mercedis prodidit.

Cethegus Romanus cum Catilina in Remp. conuulit.

Perpenna consul Marianarum partiū, Quintum Sertoriū, quo cum prius magna amicitia dimicauerat, inter epulas nihil sibi timetē ac terfecit, ut solus imperio potiretur in Hispania.

Aulus Postumius Albinus missus ad bellandam Iugurtham, pecunia ab eodem corruptus, sceleratam contraxit pacem.

De perfidia Septimuleij in T. Gracchū in capite de A. uiris inuenies.

Ca. Domitius Bituitum Aruernorum regem specie colloquij comiter inuatum uixit, ligaturq; Romam misit.

Fl. Timbrus a Valerium Flaccum in Asiā curauit interficiendum corrupto exercitu.

M. L. Drausus Magulsum Mauritanie principem, quæ uero hospitiū susceperat, Boccho prodidit, pecunia corruptus.

L. Magius, et L. Fannius legati à Mithridate ad Senatorium missi, defecerunt ad populum Romanum.

Curio quē prius esset inimicissimus Cesari, mutata postea uoluntate, factus est acerrimus eius propugnator, quam ab eo liberatus esse maximo ære alieno. Vide Lucanus: audax uenali comitatur Curio lingua. Et alibi de eodem: Gallorum captus spolijs et Cesaris auro. Seruius ait, Curionem uenidisse Romam Cesari 26 millib. aureorum.

Boleslaus tertius rex Bohemorum Moseho nem regem Poloniae simulatione colloquij exocutuit.

Cocalus rex Siciliae Minoem regem Cre-

tæ, qui Dædalum persequens, ad colloquium prætextu amicitie inuitatum, per proditionem in Thermis suffocauit.

Grimoaldus Pipini filius, Dagobertū, Sigberti secundi filiū, si ei sue post mortem patris eius commissum, interfecit, ut Austrasie regnum, cui præerat pupillus, sibi uendicaret.

Sedechias medicus Carolo Caluo regi ac domino suo uenenum præministravit.

Io. Galeatius dux Insulium Barnabæ scelerū suum, quæ simulabat se salutare uelle, obuiā prodeuntem in itinere per prodicionem cepit, coniecitq; in carcerem.

FIDELISSIMI.

Maluit Attilus Regulus ad supplicium redire, quàm datam Carthagensibus fidem uiolare, ut iam doctus Syll. lib. 6. Seranus clarum nomē, tua Regule proles, Qui longum semper fama gliscente per æuum, insida seruasse si tem memorabere Poenis.

De fide Penelopes in Vlysses, et Zophyre in Darium, suis locis iam diximus.

VERACISSIMI.

Pomponius Atticus nec mendacium dicebat, nec pati poterat.

Benius abbas, qui in Thebaidis solitudine uixit, nunquam in usus est iurare, nunquam mentiri, nunquam irasci, nunquam uerbis ociosum dicere.

Hor abbas nunquam mentitus est, nunquam cuiquam maledixit.

ASTUTI, ET fraudulent.

Vlysses et Sisyphum uafros admodū fuisse, pro cōperto est. Vnde Homerus apud Erasnum, Sisyphus in terris, quo nō astutior alter.

Cyrus Massagetis in se irruentibus castra reliquit diripiēda, ut cibo potuq; graues & somno deditos postmodum aggrediretur, & uinceret, ut accidit.

Ismenias Thebanus legatus ad regem Persarum missus, quum sciret ex consuetudine gentis nihil ab ipso rege impetrari posse, nisi quis prius adorans procumberet: ubi in eius fuit conspectu, annulum de industria ad pedes cadere permisit, ut in eo colligendo reclinatus, uideretur adorasse regem.

Atheniensibus in expeditionem Siciliae nauigaturis, Meson Astrologus insaniam mentis eius, ut onus detrectaret.

Pyrrhatras timēs primores Atheniensium, uoluntarijs affectus plagis in publicum processit, ubi de principum crudelitate questus populum concitauit ad ulciscendam factam iniuriam.

Quo astu usa sit Phryne meretrix in Apollinem, iam diximus in capite de meretricibus.

Scyllis Sicyonijs tanto astu claruit, ut quo tempore Xerxes inuadebat Græciæ, Persarum nauis rudentes & anchoris natando & urinando præseriberet.

Dionysius tyrannus citharædo cuidam, sibi plurimum grato, in spectaculis multa pollicitus est, neq; tamen sequenti die erogauit quicquam: mercedem uero repostentis, hoc modo respondit: Abundè tibi gratiam retuli citharæde. Quanto enim tempore oblectasti canens, tanto etiam speras es oblectatus.

Hyperbolus fuit quispiam Chremidis filius, uersutia in fallendo præsignis. Nam quum lucernas factitaret, plumbum immiscabat, ut ponderosiores factæ maius demeruerentur precium.

Theopompus Lacedæmonius permutato cum uxore habitu euasit è carcere ut mulier.

Pyrrhander fuit sycophanta quispiam et gregie uersutus, notaq; malitia. Aristop. apud Erasmus, Ac per Ioueni fuit quidem Pyrrhandrica ista techna.

Quum mortuo Cambyse septem Persarum magi inter se conuenissent, ut cuius equus primū soli orienti albamiret, rex saluaretur: Obares (seu ut aliqui scribunt) Cebares Darij equiso admissa in terra equa genitalia manum naribus equi Darij ad mouit. Quo odore irritatus equus, ante omnes hinnitum dedit.

Eucrates fuit uersutus quispiam, qui aliquo prætextu suffugiebat semper, si quando fides esset præstanda. Hinc adagium nolum, Vias nouit quibus effugit Eucrates.

Cantharus fuit quispiam impostor & maleficus apud Atheniensis.

Phrynondas fuit etiam uersutus & maleficus, summusq; malarum rerum artifex. Vnde quotiescunq; hominem insignem malum uolebat innuere, Phrynondam appellabant. Aristoph. apud Eras. Scelerate tu, ac Phrynonda, & impurissime.

Ciphissodorus, Pantoleon, & Matreas impostores fuerunt apud Alexandriam, qui uasris quibusdam commentis spectantes eludebant.

Alexander tertius Pont. max. Venetijs habitu serui fugiens, manus FridERICI subterfugit.

Annibal Romanam classem adortus, serpentes fictilibus uasis inclusos, in hoste nihil tale sperantem ei acutus est, & insperata formidine concussos in fugam uertit.

Papyrus Prætextatus ductus à patre in senatum, quum arcana quedam illic audisset,

set, reuersus domum, et interrogatus à matre, quid nam actum esset in senatu: ad deludendas importunas eius preces, respondit, constitutum esse, ut uni uiro duæ nubere uxores. autor Gellius.

Sertorius, ut est apud Gellium, in temporibus difficilissimis mentiebatur ad milites, si mendacium prodesset: & literas compositas pro ueris legebat, & somnium simulabat, & falsas religiones cõferebat, ut his rebus militum animos quoquò uellet, induceret.

Antonio Athenas intranti quum eius urbis obuia processissent, dixissentq; esse sibi diuina nubile, quam Libero patri (ita enim eum uocabant assentandi studio) deesse uellet, arrepta occasione ducturū se respondit sed oportere futuræ nuptiæ mille dari talenta nomine dotis.

Iulius Cæsar in obscundis expeditionibus exercitū nunquā duxit per insidiosa itinera, quum prius locorum situs experiretur: nec ante in Britanniam transiuit, quam portus & nauigationem, & accessum ad insulam explorasset.

Boemundus Roberti regis Siciliae frater ab expeditione Hierosolymitana rediens, quum per fines Alexij imperatoris inimici transire cogereetur, se clausum in loco ut mortuum ferri iussit, eoq; modo manu hostis euasit.

Ladislauus rex Poloniae, Cracouiam oppidum obsessum ad deditorem compulit opinione castris: copie, stratagemate deceptum, quum montes farina iniegi mandauisset.

CONSTANTES ET PATIENTES IN REBUS ADVERSIS.

Ob mortalium omnium patientissimus, amissis liberis, omnibusq; fortunis, sal-

tem habuit dicere: Nudus exiui è matris uero, nudus reuertor: Deus dedit, idem abstrulit: Sit eius nomen benedictum.

Esaias propheta niuis in duas partes sectus, tã constanti fuit animo, ut nihil patienti similis uideretur.

Ananias, Azarias, et Misael pueri in fornacem ignis coniecti, hymnū Domino ibidem cecinerunt.

Excrementa hirundinū fece excæcatus Thobias, sinistrum illum casum tulit constantissimè.

Quum Stephanus protomartyr lapidibus obrueretur, non potuit tamen de percussorum salute non esse sollicitus.

Diuus Hieronymus in heremo degens, asinum sibi ablatum æquo animo tulit.

Femella Amataciana quum intellexisset filium demisso nimis animo ad supplicium trahi, eidem occurrens iussit, ut exulto periculi metu, coelum & solem suspiceret. Quod quum fecisset, An, inquit, ignoras fili, te confestim in arces illas emigraturum?

Marcellinus martyr Diocletiani iussu stipitibus cum fratre affixus, psalmum illū cecinit: Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, habitare fratres in unum.

Agatha uirgini Catanea quum mandato Quintiani Siciliae proconsulis euellerentur mammae, puella tortori pauca hæc uerba satis habuit dicere: Ante non pudet Quintiane in me laniasse, quod te in matre alui?

Seuerianus Adriani iussu moriens, ignem petijt, & accenso thure, Vos, inquit, dii testes estote, nihil à me morte dignum esse commissum. Tantum hoc precor, ne cum mori uelit, possit.

Ce 2 Pigme-

Pigmenius presbyter Romanus Deo gratias egit, quod utroque captus esset oculo, ne ecclesie inimicos uideret.

Symphorosa Getulij martyris uxor mortem septem filiorum pro catholica fide occumbentium patientissime tulit, quin etiam ad martyrium animauit.

Parum filiorum numerum Felicitas mulier Romana pro religione Christiana sub Antonio emori leta conspexit.

Sophia mulier tres filias sub Adriano iugulari uidit cum gaudio.

Socrates uxoris suae Xantippes conuicia et iniurias domi constantissime ferebat, ut aliarum mulierum insolentiam foris pati disceret. Idem sitim et famem tolerantissime perseferebat. Nudis pedibus glaciem et pruinam calcabat facilius, quam calceati milites. Quatuordecim foret hyemis rigor, nihil addebat quotidianis uestimentis.

Diogenes Cynicus in conuiuio quodam ab insolenti iuuenum coetu cruentis affectus plagis, contumeliosam illam iniuriam tolerauit constantissime. Idem in maxima uirginitatis aeneam statuam frigidissimam solebat amplecti.

Pericles duobus filijs intra quadriduum spoliatus, iisdem diebus uultu pristinum habitum retinente concionatus est.

Xenophonti philosopho Grylli Atheniensis filio sacrificante, quum nunciatum esset, alterum ex filijs natu maiore in acie cecidisse, coronam tantum deposuit. Percontatus demum, quomodo nam modo occubisset, ut audiret fortissime pugnantem cecidisse, depositam capiti reposuit, numina testatus, se maiorem ex filij uirtute leticiam, quam ex morte mererem sentire.

Anaxagoras audita filij morte nunciatus: Nihil, inquit, nouum memoras. Ego enim

illum ex me natum sciebam esse mortalem. Sirox: pater: Viderat hoc celeberrimus Sami telluris alumnus, Hoc et magnanimus senesit Anaxagoras, Hoc Xenophon sensit, quem non reuocauit ab aris Filius extimatus, nec doluisse ferunt.

Zeno Eleates a Phalaride tyranno correptus, atque in foro cruciatus, ut coniurationis participes aperiret, constantissime reluctatus est, sociosque tyranni amicos eius facti suspectos reddidit.

Theodoros nullis uerberibus aut tormentis ab Hieronymo tyranno cogi potuit, ut tyrannicidij conscios proderet. Fingens tamen se cruciatibus tandem conuictum, Thrasionem tortorem coniurationis ignarum declarauit, qui protinus ad supplicium raptus est.

Anaxarchus quum in lapidea pila iussu Anacreontis Cyprij tunderetur ob ueteres iniurias, nullum doloris pro se tulit indicium, quin conuersus ad carnifices, Tundite, inquit, pilam Anaxarchi, nam Anaxarchum non tunditis. Qui in ibidem: Aut ut Anaxarchus pila minus in alta, tactaque pro soluis frugibus ossa sonent.

Aristippus cuidam, qui ob iram in uerba uenerat, dixit: Ne quaeso a uerbis propter iram discedamus, sed potius ab ira propter uerba. Idem cuidam maledicenti ait: Tu maledicendi dominus, ego audiendi.

Agessilaus Lacedaemoniorum dux, in castra Xerxis regis profectus, Mardonium Persam occidit, putans se regem occidisse. Raptus igitur ad supplicium, quum post uaria tormentorum genera nullum suspirium proripere emitteret, constantia illa meruit impunitatem.

Thraseas

Thraseas Stoicæ disciplinae studiosus, quum damnatus a Nerone solutis uenis moreretur, magna constantia suorum fletum compefcuit, libauitque sanguinem Ioui liberatori. Huius meminit Mart. lib. 1. dicens: Diuitior Crispo, Thraseo constantior ipso.

Plinius scribit, Gymnosophistas indorum philosophos ab exortu ad occasum persefuisse contuentes solem immobilibus oculis, atque etiam feruentibus arenis toto die alternis pedibus instillisse.

Phormio dux fuit quispian perferendis militiæ incommodis notæ patientiæ. Hinc natum adagium Erasmo positum, Phormionis thori. De stratis minime delicatis.

Phocion Atheniensis ruri ac militiæ nudis semper incesit pedibus.

Aristodemus Cylathenæus nudo itidem pede semper usus est.

Lygus foemina quum metu militum filium occultasset, et illi per cruciatus interrogarent, ubinam occulisset, uterum ostendens, ibidem respondit later: nec ullus tormentis cogi potuit, ut constantiam uocis egregie mutaret. autor Cor. Tacitus.

Theramenes philosophus iussu tyrannorum in carcerem missus uenenum constantissime hausit, dicens: Propino hoc Critiæ. Fuerat is causa mortis eius. Iocabatur in morte uir ille fortissimus.

Thucydides Atheniensis historicus a suis in exilium missus ob prodicionis suspicionem, fortunam illam a quo animo tulit. Neque unquam flere aut queri uisus est, neque Brasidam exilij sui autorem scriptis suis carpere.

Harpalo in conuiuio regis Persarum accitio quum appositum essent filij, finitaque coena, rex interrogasset, an coena ipsa fuisset optima, ubi dolus et seuitiam agnouit Harpalus, lachrymas tamen tenuit, dolore sup-

presit, uocem coercuit, atque etiam placido uultu, et gratias agenti similis, coenam laudauit.

Albuius æquissimo animo Athenis philosophabatur. Marcellus Mylenis.

Aristide quum improbus quidam os spurto coinquinasset, risit hominis improbitatem, satusque habuit eum monere, ne postea simile quicquam faceret.

Auditis Atheniensium legatis, et iam Athenas remigraturis, quum Philippus rex dixisset: Est ne aliquid obsequij, quod a me proficisci ualeat in ciuitatem uestram? Demochares legatorum unus: Si te, inquit, suspenderit. Quod uerbum procax et ingratiuissimum Philippus ipse quieto pertulit animo, quum tamen posset ulcisci, et deberet iure.

Quum Cambyses rex Persarum filium Prexaspis (a quo monitus fuerat uitandæ ebrietatis) saguta confodisset, pater dolorem suppressit, atque etiam regem laudauit, ut peritum artis sagittariæ.

Lycurgus a temulento quodam iuueni altero priuatus oculo, non tantum non permissit cum a ciuibus puniri, at blandè submouit.

Clitomachus Carthaginensis non tantum forti animo tulit excidium patriæ, sed ciues quoque cohortatus est ad persefendum.

Stilbon Megarensis patria capta, ac direpta, interroganti Demetrio, quid perdidisset, Nihil se amisisse, respondit.

Dion Alexandrinus in conuiuio probris cuiusdam loquaculi, et infamibus uerbis multum lacrimis, maledictis nihil penitus respondit. Ceterum ubi redijt demum, comitantibus plerisque, et conuitorum contemptum suadentibus, respondit, Ne Gry-

quidem. Quod egre ferens conuiciator inuenis, laqueo se praefecit.

Dion in cubiculo cum amiculis sedes, ubi audisset filium esse summo culmine domus prolapsam et examinatum, nullo signo mero ris dato, illum ad sepulturam ferri iussit, sermonemque institutum continuauit.

Rex Antigonus mortem Alcionis filij adeo constanter tulit, ut diceret illum seruis aliquanto, quam putasset, occubuisse.

Leena meretrix Attica nullis tormentis a Pysistrato cogi potuit, ut Harmodum et Aristogitonem tyrannicidas proderet.

Aesopo in neruo apud iudices captiuitas animi firmitatem non abstulit.

Pasceus tyrannus quum Luciae Syracensae nunciari iussisset, se illius amore captum, et oculorum pulchritudine illectum: nihil morata uirgo, oculos sibi eruit, ac tyranno misit.

Masinissa rex Numydarum, nonaginta natus annos, nudis pedibus incesit, nec imbre ullo aut frigore potuit adduci, ut operis esset capite. autor Cic. de Senectute.

Mutius Scaeuola tam pertinacis fuit constantiae, ut in conspectu Porseae Ethruscorum regis manum flammis dederit comburendam, quod regem ipsum non interfecisset. Lucan. lib. 2. Te quoque neglectum uiolat Scaeuola dextra. De hac constantia Mart. libro 1. Dum peteret regem decepta satellite dextra, iniecit sacris se peritura focis, &c.

Scipionem Africanum tanta in exilio commitata est patientia, ut audita fratris morte animum retinuerit.

Mors filij non deterruit L. Syllam, quominus aduersus hostem rem egregie gereret.

Scriptorum monumentis laudatur Attilij Reguli constantia, quod ad supplicium

redire maluerit, quam Carthaginensium captiuos relinere.

Qu. Fabius Maximus fraudatus pecunia quam pro captiuis Anibali publice numerauerat, publice tacuit. Compluribus etiam laesit in iniurijs semper eodem uultu mansit.

Metellus in exilium ire, quam Saturnini tribunus plebis iniquissimas leges ferre, maluit.

Aemilia Scipionis uxor non modo dissimulater tulit ancillam suam haberi a uiro in delicijs: uerum Scipione mortuo manumissam eam liberti suo dedit uxorem.

Horatius Pulvillus praefex, quum in capitolio Ioui aedem dedicaret, atque inter sacra moriturum esse filium audisset, neque templi dedicationem interrupit, neque uultum a publica religione ad priuatum dolorem flexit.

Paulus Aemilius quum quarto die ante triumphum suum Macedonicum alterum filiorum amisisset, alterum tertio post triumphum die, iacturam illam equo animo tulit. Progressusque ad populum, fortunae gratias egit: deosque precatus est, ut si quid disferimnis Reipublicae immineret, sua esset calamitate decisa.

Cato quoque nullis casibus unquam mutatus est, nulli succubuit calamitati.

Cornelia quum post amissos duodecim partus, Tyberium et Caium caecos, et infelpulos, misera a matronis predicaretur, Nunquam, inquit, me ego felicem non dicam, quae Gracchos pepererim.

Rutiliae post amissum filium Cottam (quem in exilium fuerat secuta) lacrymas nemo uidit.

Bibulus audita duorum filiorum morte, ita seipsum uicit, ut die postero ad solita Reipublicae officia processerit.

Q. Mar.

Q. Martius rex amisso magna spei filio, dolore tantae animi magnitudine commisit, ut peractis exequijs curiam statim petiuerit, et uocauerit senatum.

C. Marius rusticanus uir, quum secaretur, uenit se alligari, tormentumque solutus pertulit constantissime, nec ullo rigore supplicij corpus immutauit. Idem autor libro 2. Quae est Tuscul.

Gloriari solitum ferunt Sertorium, ducentum Romanum, ob amissum in bello oculum, quod (ut dicebat) caeteri fortes sua spolia bellica domi relinquerent, ipse sua ubique haberet.

Afinius Pollio intra quartum diem quam filium amisit, declamauit.

Pompeius a Gentio rege interceptus, quum senatus consilia prode comminationibus tormentorum sollicitaretur, digitum lucernae admouit comburendum. Quae potentia regi spem quicquam cognoscendi abstulit, et expetendae populi Romani amicitiae cupiditatem ingenerauit.

Iugurtha regno amisso Romano captiuus ductus ad carceris hostium iocatus dicitur.

P. Ouidius exilium non tantum fortiter tulit, at etiam multa in eo scripsit.

Augustus sparsos de se in curia famulos libellos nec expauit, nec eorundem autoritates requisit. Ei etiam in senatu uerba facienti quum a multis reclamatum esset, id mansuetissime pertulit.

Tiberius Caesar auditis quibusdam maledicorum conuicijs, respondit, in cinitate libera, liberam esse linguam oportere.

M. Antonius tanta fuit animi constantia, ut nullo unquam affectu, nullis rerum fortunis uultum immutauerit.

Val. Homullus interrogatus ab Anto-

nio, unde colunas propheticas sibi commiserat, respondit: Imperator quum in domum alienam ueneris, et surdus et mutus esto. Quod tamen insolens uerbum Antonius non tantum non moleste tulit, at etiam habuit praeepti loco.

Homullus quidam quum Romae causam ageret, audita filij morte institutum non interrupit sermonem.

Herodotus scribit, Seuerum Imperatorem iter facere solitum sine ulla intermissione, neque labores ullas curasse. Fuisse insuper frigoris et aestus patientissimum, media quandoque bruma, et agris omnibus gelu constrictis, aut niue et pruina albantibus, in montes altissimos inisse aperto capite, ut suo exemplo milites ad laborem et alacritatem induceret.

Adrianus seruum qui in se irruerat armatus, non solum non puniuit, uerum et curari iussit, quod esset furiosus.

Turbo praefectus praetorianorum sub Adriano tanta fuit constantia et animi magnitudine, ut nec morbo laborans domi se contineret, praepositos rerum stantes mori oportere dicens.

Gallieno Imperatori tanta fuit in acceptis cladibus patientia, ut in his etiam iocari non dubitauerit. Nam quum accepisset, Aegyptum a Romano imperio desciuisse: Quid, inquit, sine lino Aegyptio esse non possumus? Perdita Gallia ridens, Et non est, inquit, tuta Respublica, sine trabecis sagis? A sica Alemanorum et Scytharum incursionibus uastata, Quid, inquit, sine Aphronitis esse non possumus?

Carolus Malatesta uictus, captusque a Philippo Mariae Mediolanensis milibus, admirabilem in captiuitate animi firmitatem retinuit.

Pallus Siro floris pulvis, Pallas
exiit, ut exiliam ad ocularum literarum con-
uerisse uideretur.

Mauritius seruis quendam Neapolitano
pretore can. longi sibi capite occideretur, tra-
hereturq; per urbem ad manus supplicium,
quod liberum hominem occidisset, nullos
ua quant eius atus in sit, et neq; uultum muta-
uit, neq; staturam corporis.

Petrus Clareuallensis abbas, amisso ob-
agritudine a liero oculo non solum non ui-
sus est conueniri, imo uerum plurimum lea-
ri, quod ex duabus corporis partibus sibi
inimicissimis, alteram amiserat.

Ioannes Aragoniae rex candens chirur-
gi ferrum ad eum constantem uulit, ut supra
quam oportebat, uideretur.

Alphonfus rex Neapolitanorum capti-
uus, ea fuit constantia, uel libertatem non ui-
deretur amississe.

Alphonfus Tarracorensis rex Siciliae,
nunquam uisus est iratus.

Gabriel Braccensis, oratoris Minorum et
Cardinalis presbyter, in uere solebat, se an-
nos 30 nulli mortalium succensuisse.

Federicus Verbinas tam quo ferebat a-
nimo a lieris oculos sibi id esse, ut interdum
in desormitate illam uideretur.

Antonius Panormi otz multos annos
tormenta et urinae d ffit utate tam patien-
ter tulit, ut eam libenter et agritudine.

Erasmus Venetorum princeps, si-
lioni flagitiosis criminationibus infamem
relegari constantissime passus est.

MAGNANI MI.

Socrates accusatus a banyto, nec pa-
tronum que sunt ad iudicium capitis, nec
iudicibus supples fuit, contribuitq; liberam
contumaciam, a magnitudine animi indu-
ctam, non a superbia. Et paucis ante die-

bu quam facile potuisset educi a custodia,
noluit. Quumq; mors feram in manu po-
culum iam teneret, Et locutus est, ut non
ad mortem trudi, sed in eolum uideretur
ascendere. autor u. sem. Cicero lib. 1. Quae-
Tusculanarum.

Epaminondas qui uenisset Lacedaemo-
nios apud Mantinonem, ubi accepto ibidem
uultu exanimem et iam morti proximum
se uidit, percontari coepit, an saluus esset
clypeus, et fusi hostes. Quum autem audi-
uisset quod cupiebat, uelluisset eam (qua
erat transfusus) hystera, et ita multo san-
guine profuso in laetitia et uictoria mor-
tuus est.

Leonidas rex Lacedaemoniorum se in
Thermopylis, trecentosq; alios, quos edu-
xerat Sparti, oppo sicut hostibus, qui pro-
posita esset aut fuga Eurpis, aut gloriosa
mors. autor Cic. lib. 2. de Finibus.

Antidonus et hircopi regis miles fortissi-
mus in obsidione Perinthi catapultis cofsis-
sus, non prius eam uelluisset, quam
hostem fugatum in terra moenia compulisset.

Mithridates rex Pontitanta fuit ani-
mi magnitudine, ut suis, praesidijs, et uni-
uerso principatu desitutus, quum nec am-
plius Romanorum uirtuti posset obfiste-
re, nihil tamen humile aut obiectum con-
ceperit animo. Quenimmo a Celtas profu-
ctus, cogitauit una cum illis in Italiam ir-
rumpere.

Ea fuit animi fortitudine Scytharum re-
gina Tomyris, ut amisso exercitu et filio,
quem Cyrus interfecerat, animum tamen
non remisit, aut cliserauerit uictoriam.
Nam quo tempore legendus erat filius, et
exequijs uacandum, tene lib. 1. uirtute foe-
mina ut florem tam gloriosum, et nihil si-
bi non promittentem, regno usque excede-

reper

re per legatos. Quod mandatum quum ni-
bili fecisset Cyrus, non prius suas hortari,
et ad prostigandum barbarum desistat in-
mare, quam simulata fuga, hostem in me-
ditullum regni sui pellexerit, pellectum nu-
merosa militum caterua circumseperit,
circumseptum uicerit, uictum interfece-
rit, intusfectum coiecerit in utrem plenum
sanguinis, ut eo se saturaret, quem tanto-
pere stituerat. Herodotus hec.

Boges Persa, Xerxi ch. missimus, quum
ab Athenensibus et Cimone Milciadis fi-
lio obsideretur, licet eiq; ei accepta fide e-
gredi, et in Asiam remeare, tamen abnu-
it, ne regi praemetu subterfugisse uideretur.
propterea ad extremum usq; perstitit. At-
qui ubi nihil in moenibus commentus re-
liquum fuit, rogum accendit, cui liberos,
coniugem, concubinas, familiam iniecit, to-
tumq; urbis aurum et argentum e muris
proiecit in Strymonem. Quos factos, seipsum
postremum incendio dedit.

Hegestistratus Eleus, captus a Laceda-
monijs, et in uincula coniectus, remisit
uniuersae posteritati commendabilem. Na-
quum ferratis soleis uinatus esse, dimidium
pedem praecidit, ut se coespeditibus illis exi-
meret: demum subruto muro periculum ef-
fugit, deceptis excubitoribus. autor Hero-
dotus in Calliope.

Alcibiades Atheniensis, dum uenit a cum
socijs in uia iustaret, accedente cum qua
driga bubulcum monuit, ut plazistram si-
steret tantisper, dum absolueretur iulius.
Quod quum ille recusasset facere, Alcibia-
des in terram se ante boues stravit, bubul-
co monito, ut si uellet supram corpus
bouum pedibus ei rotis quadrigae conculca-
ret. Idem quum a lu. uilicet ar. j. magistro
Homeritum aliquod opus petisset, atq;

in respo. nisset, non esse sibi, colaphum ei-
dem in fregit, dicentans non oportere biblio-
thecam literati hominis tantis operibus
esse immanem.

Cyrus adhuc puerulus, rex per iocum
inter praeflores creatus, eos qui errasserat,
uerberibus seuerè castigabat. Propterea
accisat. quodam (quem acerbius de pal-
mauerat) apud Astyagem regem Mele-
runt, quum ab eodem carperetur, quod in
tam tenens aetate, uilibusq; parnis iam im-
perium exerceret, respondit, regum inter-
esse, ut delinquentes corriperent: unde et ex
eo tempore Astyagi factus est suspectus.

Aricathes rex Cappadociae, a Perdi-
ca obses, quum iam desperaret effugium,
in quid profectus aut triumphum accede-
ret inuicis, urbem incendit, sibiq; suis
omnibus conscuit mortem.

Leonides Spartanus ad Thermopylas
Persarum nepectas congressam, Eutychum
militem domi remisit. propter caecitatem,
quam quodam oculorum morbo contra-
xerat. Descendens Eutychus poenitentia et
tribore capiti affici, quod socijs periculum
expectantibus solus subterfugiu uideretur
ingrere. Propterea seruo duce egressus in
praelium, ut cuq; poterat pugnao uerteret.

Thestis Argiua mulier Argos oppi-
dam Graecia, a Cleomene Spartanorum re-
ge obses, una cum ceteris mulieribus,
quum deessent uiri, tutata est.

Iuba rex Mauritania superatus a Ce-
sare mortem sibi conscuit, ne in trium-
phum uerteretur.

Asdrubal capta Sicilia Romina bel-
lum indixit, in quo L. Glaucius praecipua
nobilitate comprehensam Asdrubaliana
uam non prius dimisit, quam ustram q. ami-
srit murum. testis Plutarchus.

Dd Horatius

Horatius Cocles Porsene regis Tuscorum tumultu repentino & insperato Romanam inuadentis, solus impetum sustinuit, donec à tergo pons solueretur à socijs: quo soluto, armatus et uulneratus in Tyberim se coniecit.

Chloelia eidem regi ad conditionem pacis obses data, traiecto Tyberi Romam rediit, seq; exemit captiuitate. De hac puella & Coclide Vergil. lib. 8. Aen. — Pontem auderet quod uellere Cocles, Et fluium uinctis innaret Chloelia ruptis.

L. Posthumius Albinus dū in conflictu contra Samnites accepto uulnere cecidisset, nocte concubia accepto spiritu surrexit, & ex intersectorum hostium clypeis trophæum erexit, timētaq; cruore dextra titulum inscripsit: Romani de Samnitibus loui, in cuius potestate sunt trophæa. autor apud Plutarchum Aristides.

Fabius Maximus dū in conflictu contra Pœnos suos omnes quingentos numero amississet, ipse mortifero accepto uulnere uehementi cursu irruit in Annibalem, eiq; diadema abstulit, demum iacuit supinus.

Cn. Popilius legatus ad Antiochū missus, regi ipsum differentem responsum, uirga circumscripsit, & priusquam egrederetur circulo illo, respondere compulit, magno dubium fortitudinis an temeritatis argumento, autore Plinio.

Maluit Metellus exulare, ut iam diximus, quā in perniciosas Apuleij Saturnini legesturare.

M. Scæue Centurionis fortitudinem iam diximus in capite de Bellicosis.

Quintus Sertorius accepto in bello uulnere deformatus gloriabatur, atq; hoc ipsum tribuebat laudi, & aeterno fortitudinis monumenta.

Alia fortitudinis & magnanimitatis exempla iam posui diuersis in locis. Super sunt tamen plurima que omittenda putauimus, quoniam nullus est delectus, ubi de multitudine certatur.

CONTEMPTORES HONORUM, & diuitiarum.

Simon dux Atheniensis spoliis uictis hostibus erepta suis ciuibus paritius est.

Phocioni quum Alexander ex Persica gazâ bello paria magnum auri pondus misisset, recusauit ille.

Crates Thebanus non paruum auri & argenti cumulis proicit in mare, quo melius philosopharetur citra impedimentū.

Democritus agros suos reliquit, eosq; pastua publica fieri passus est.

Lysander rex Lacedæmoniorum, uisita menta magni precij filiabus suis à Dionysio missa recusauit.

Aeneas militis cuiusdam Turno adherentis (cui nomē erat Magnus) diuitias preuit, quas offerebat, ut ueniam consequeretur uictus. Aeneas apud Verg. libro 10. Argenti atq; auri memoras quæ multa talenta, Natū parce tuis.

M. Curium raptam in foco torrentem cum legati Samnitum reperissent, eiq; multum obtulissent auri: Malo, inquit, hæc in fictilibus meis comesse, & aurum habentibus imperare.

Legati Samnitum Fabricij domum ingressi, quum uiderēt multa ad splendorem & tanti uiri deesse maiestatem, magnam uim auri eidem obtulerunt. Quam repudiavit ultro. testis est Gellius libro primo, capite decimoquarto.

Maior Scipio publicam rerum administrationem sponte reliquit, ut priuatus ageret.

Sextimus

Sextum Aelium Catum, uirum consularem, quum legati Aetholorum uasis fictilibus prandentem reperissent, eidem uasa argentea miserunt, quæ tamen recusauit. Neque aliud argenti ad extremum uitæ diem habuit, quā duo pocula accepta à L. Paulo socero suo, autor Plinius.

Maximianus princeps relicto imperio uitam quoq; priuatam elegit.

Diocletianus relicto sponte imperio in proprijs agris consenuit.

Theodosius Aramyienus imperator, post Artemium perthesius belli ciuilibus cessit imperio, monasticamq; uitam amplexus est.

Lotharius imperator & rex Gallorum imperio sponte se abdicauit.

Messala primus omnium Romæ urbis prefectus constitutus, die sexta ab ea dignitate se abdicauit.

Beata Eugenia relictis opibus paternis coenobio se inclusit.

Eiburga filia Eduardi senioris regis Angliæ, relicta itidem paterna domo claustrum ingressa est, in quo ad mortem durauit sanctissima.

Homobonus ciuis Cremonensis opes uindictarijs & negociatorijs partas laboribus reliquit, ut spiritali consuleret lucro.

Nicolaus Patavus Smyrna antistes patrimonium pauperibus imperiuit.

Raimundus, Io. Germanus, Vmberius Viennensis, Albertus magnus, se suis episcopatibus abdicarunt ultro.

Glouldis seu Bauidis uxor regis Cloduei, dimissis opibus, & regno, coenobio se inclusit.

Iudocus regis Britonum filius, relicto principatu, cui post patrem erat successu-

rus, byssum & purpuram in pannosas & uiles commutauit tunicas.

Antonius Anachoreta ne eligeretur episcopus, lauam sibi auriculam ferro præsecuit.

Tuditanus patrimonium populo diripiendum sparsit.

Michael Curoplates, imperator post Stauratium, Leoni Armeno curam imperij reliquit ultro.

Manuel quoque habenas imperij Alexio reliquit, monasticam secutus uitam.

Idem fecit Ioannes Catacuzenus imperator, qui successit Andronico iuniori.

In Tygris alued oppidum est Babythanice, cuius incolæ mortalium soli aurum in odio contrahunt.

Arsenius Romanus patricius, quum uocem hanc incerto autore audisset, Fuge, tace, & quiesce: relicta paterna hereditate ad coenobium properauit.

Rachis Longobardorum rex, regno se sponte abdicauit, ut monachum ageret.

Placidia uirgo, Valentini imperatoris & Eudostæ filia, repudiatis opibus nulli rei præterquam saluti imbiabat.

Agnes uxor Henrici tertij imp. omnibus & diuitijs & honoribus se abdicauit, ut religioni daret operam.

Amurathes Turca dimissa filio regni cura priuatus egit.

Petrus rex Angliæ, dimisso suis regno Romam uenit, ubi in paupertate priuatus uixit.

ARROGANTES, SUPERBII, gloriosi, & ambitiosi.

Poeta fabulantur Cæsiopæ, Cepheij filiam, Nereidib. se prætulisse, ut Niobæ

Dd 2 Ld

Latona, Antigonam filiam Laomedontis iunio, Lychionē filia Dedalionis, Diana.

Myxus fuit Diana sacerdos gloriosus, & uirtutum suarum eximius præco.

Narcissus puer liberali forma tanta fuit superbia, ut pueros omnes & puellas à quibus adamabatur, nihili faceret. Ouidius libr. 5. Meta. Multi illum iuuenes, multæ cupiere puellæ: Sed fuit in tenera tam dura superbia forma, Nulli illum iuuenes, nullæ tetigere puellæ.

Martialis illudit cuidā Sosibiano, quod patrem appellaret dominum, qui tamen erat seruus. Sic autem ait: Et seruo scis te genitum blandeq; fateris, Quum dicis dominum Sosibiane patrem.

Sesostris rex Aegypti, fuit adeo superbus, ut domitos reges ad currum iungeret, eoq; modo triumpharet.

Zeus sibi placuit in Helena, quā pinxit, ut non expectato aliorum testimonio, hos uersus ipse adiecerit: Haud turpe est Troas fulgentesq; ære Pelagos coniuge pro tali diuturnos ferre labores: Aeternis facies nimis est æquanda deabus.

Senetio fuit quispiā, qui grandia semper cupiebat dicere. Idem seruos nolebat habere, nisi grandes, & argentea uasa non nisi grandia. Concubinam habebat ingentis stature. Summis insistebat digitis, quum diceret, quod grandior uideretur.

Themison Cyprius Hercules dici uolebat, rem eoq; nomine sibi diuinam fieri patiebatur.

Callipides Græcus fuit Tragediarum histrio, qui in ea re plurimum se mirabatur. Propterea quum Agesilao regio occurrisset, arrogantius eum salutauit, subinde illi se ostentans, & interstantes sese intrudens, arbitratus fore, ut comites à re-

ge exciperetur. Verum is quum grauiores intenderet, ac ne Callipidem respectaret, Non admodum, inquit, nosse me uideris, ô rex, nec qui sim inaudisse. Ridens Agesilaus, An non es, inquit, Callipides ille mimus?

Varus Pergæus fuit quispiam, qui uerbis assentatorum corruptus, persuasit sibi, se esse omnium formosissimum, arte quoq; & robore in palestra omnes excellere, imò ne Musus quidem cantare suauius.

Salmones tonitrua astute finxit, ut Deitatis opinionem sibi uendicaret.

Acco mulier ad speculum ineptè sibi blandiebatur.

Sabor rex Persarum, uocabat se regem regum, participem siderum, fratrem solis & lunæ.

Appion Grammaticus Alexandrinus tanta fuit arrogantia, ut ei immortalitate polliceretur, cui opera sua nuncupasset.

Demetrius Poliorcetes, Antigoni Macedoniæ regis filius, tanta fuit insolentia, ut Atheniensium legatos biennium suspensos tenuerit sine colloquio, ac demum re infecta reuertii iusserit.

Maryas tibiæ notatur hoc uicio, quod Apollinem ad tibiæ certamen prouocauerit, ut fabulantur poetæ.

Meneceates medicus nullam ab his mercedem solebat accipere, quibus medebatur. Sed hoc tantum petebat, ut liberati se ipsius seruos esse faterentur, eumq; ionem dicerent.

Dares, ut est apud Vergiliū, fuit nescio quis gloriosus, qui in ludis & certaminibus (quæ Aeneas ad Anchisæ patris tumulum celebravit in Sicilia) mani brachiorū ostentatione gloriabatur, & immodicis laudibus se prædicabat; unum quens; ad

duellum prouocans, & suam unius uirtutem extollens immodicè. Vergil. lib. 5. Aeneidos: Nec mora, continuo uastis cum uiribus effert Ora Dares, magnoque uirum se murmure tollit.

Misenus fuit Aeneæ tibiæ, qui deos marinos ad certamen tubæ ausus est irritare.

Numanus Remulus fuit quispiam Rutulus, qui quum multum sibi tribueret, & immodicè placeret, Troianos in Italia obsessos arguebat imbelliæ, & molliciei. Verba Verg. sunt hæc: Is primam ante aciem digna atq; indigna relatu Vociferans, tumidusq; nouo præcordia regno ibat, & ingentem sese clamore ferebat. Eodem teste.

Murrhanus fuit quispiam, qui antiqua generis nobilitate gloriabatur. Sic autem ait lib. 12. Murrhanum hic atauos & aurum antiqua sonantem Nomina per reges astu genus omne Latini Præcipitem scopulo atq; ingenti turbine saxi Excudit.

Polydamas athleta, ea fuit animi confidentia, & temeritate, ut ruinam scopuli, quem præuidebat casurū, expectauerit, existimans se posse resistere: quo tamen obrutus est, ut iam diximus.

Tamyras poeta, Thrax natione, ausus est cum Musis de cæu certamen suscipere, ab eisdem propterea exocuiatus.

Iam diximus Theagenem Caprum pauperem fuisse, qui haberi uolebat diues.

Timæus Siculus historicus gloriabatur sese Thucydidem & Philistum in historia superaturum. autor Plut.

Ausa est Arachne certare cum Minerva lanificio, ut testatur Poetarum fabulæ.

Heracles philoſophus Pontius draconem aluit, quem seretro suo post mortem imponi iussit, ut ex hoc putaretur ad deos migrasse.

Empedocles Agrigentius poeta, in Aetnam se coniecit, ut ad superos conuolasse putaretur.

Suffenus fuit ineptissimus poeta, qui in suis operibus mirabatur se plurimum, sibiq; blandiebatur, & arridebat. Catullus: Quem non in aliqua re uidere Suffenum possis.

Amulius Numitorem, Artabanus Xerxem, Athalia uniuersum Dauidis semen interfecerunt, ut apud suos dominarentur.

Herostratus nominis & fame libidine templum Dianæ Ephesiæ incendio dedit. autor Cellius.

Rhemnius Palemon grammaticus gloriabatur secum natas esse literas, ac secum demum moriturus. Idem M. Varronē porcum appellare non ueritus est.

Alexander Macedo Iouis Ammonis filius dici uoluit.

Annibal Cannensis pugnae successu elatus, neminem suorum ciuium admisit in castra, nec ulli responsum dedit, nisi per interpretem.

Hanno Carthaginensis aues capere solebat, quas hanc edocebat uocem, Deus est Hanno. Adultas demum & doctas quaquauersum emittebat, ut eandem emitterent uocem. Hoc Erasmus refert in quendam Psaphonem.

Marcus Drusus tanta fuit arrogantia, ut L. Philippū Consulē, quia se interpellare concionatē ausus fuerat, obtorta gula per clientem suum acro uolenter in carcerem detruserit, ut multus è naribus eius cruor profunderetur. Quum senatus ad eū misisset, ut in curiā ueniret: Quare non potius, inquit, ipse ad me uenit?

Cneius Pompeius balnea egressus ante

pedes suos prostratum Hispeum ambitus reum, nobilem ac sibi amicum, iacētē relinquit contumeliosa uoce proculcatum.

C. Neuius Comœdiographus, superbiam suam testatus est Epitaphio, quod sepulchro suo iussit inscribi. Erat autem tale: *Immortales mortales si foret fas flere, Flerent diuæ camœnæ Neuium poetam. Ita que postquam orci traditus est thesauro, Obliti sunt Romæ Latina loquier lingua.* autor Gellius.

Constantinus Imperator Irenen matrē expulit, ut imperaret solus.

Iulius Cæsar dicebat, debere homines pro legibus habere quæcumque diceret, eo quod arrogantia progressus est, ut aruspice tristitia et sine corde exta quondam nunciante, futura diceret lætiora, quam uellet.

Domitianus iactabat in senatu patri se et fratri imperium dedisse, illos sibi reddidisse. Gaudebat appellatione Domini, atque etiam Dei. Vnde Eusebius: *Primus, inquit, Domitianus Dominum se et Deum appellari iussit.* Hinc fluxerunt duo uersiculi cuiusdam poetæ assentatoris: *Edictum Domini, Dei quod nostri, Quo subsellia certiora fiunt.* Vnde institutum est ab eo, ut ne scripto quidem, aut sermone cuiusquam aliter appellaretur. Statuas sibi in Capitolio non nisi aureas, et argenteas poni permisit. Septembrem et Octobrem menses ex appellationibus suis Germanicū Domitianumque transnominauit, quod altero suscepisset imperium, altero natus esset.

Caius princeps seipsum inter Diuos retulit, et Iouis maximi nomine statuas erigi sibi iussit.

Perpenna Consul regnandi cupiditate Sertorium inter epulas incautum occidit, ut solus principaretur in Hispania.

Adrianus fuit adeo cupidus famæ et laudis, ut libros à se scriptos de sua uita, liberis suis literatis dederit, qui eos suis nominibus publicarent. autor Aelius Spart.

Ducebatur Nero æternitatis perpetuæ quod famæ cupidine: unde et mensē Aprilē Neronem appellauit, et Romam Neropolim constituit appellare. autor Suetonius.

Maximus iunior tanta fuit arrogantia, ut manus et pedes senatoribus præberet osculandos.

Heraclius Rhocam interfecit, ut solus imperaret.

Iugurtha fratres suos Hiempsalem et Adherbalem morti dedit, ut Numydarum regno solus potiretur.

Sellus fuit quispiam, qui quum esset per tenui fortuna, uolebat tamen haberi diues.

Aelius poeta in Camænarum æde maxima forma statuam sibi posuit, quum tamen breuis admodum esset. autor Plinius libro 34.

Solebat Calliphanes poeta diuersorum carminum et orationū mita conscribere, ad tres aut quatuor uersus, eoque pronunciare et ostentare, ut cōmentum ignorantibus multiscius et eruditus uideretur.

Maricus quidam ex plebe Boiorum auus est se Deum facere. autore Cornelio Tacito.

Erat Athila rex Pannoniæ superbus incessa, huc atque illuc oculos circumferens, ut elata potentia in ipso corporis motu appareret.

Nestorius hæreticus factus præsul Constantinopolitanus, orationem postero die habuit ad populum arrogantia plenam et superbia, qua cœlum se unicuique daturum promittit.

Manes

Manes hæreticus prædicabat se natum uirgine, deitatisque numen sibi uendicabat.

Paulus Samosatenus hæreticus, diues factus est paupere, excreuit in superbiā intolerabilem. Nam incedens per uicos et compta, doctrinam et literas ostentabat publice, et notarijs in propatulo, quicquid primum in buccam uenisset, dictabat.

Spitigneus rex Bohemorum dominandi libidine bellum gessit cum fratre Vrauiulo.

DE IRA ET ODIS.

Saul quum audisset Dauidem sibi odio sum ab Abimelecho in Nobea ciuitate hospicio susceptum, ira et odio ciuitatem et hospitem incendit, hominibus utriusque sexus interemptis.

Anna sacer Cayphæ pontificis, audita à Christo ueritate, uertens à pectore dissiuit, quasi blasphemiam audisset.

Semiramis circa cultū capitis occupata, quum nunciatū esset Babylonem defecisse, ira feruens, altera erimum parte incōpita ateam expugnandam cucurrit.

Olympias Alexandri mater, tanta fuit iracundia, ut Iolam pincernā (qui Alexandro uenenū præmistrasse ferebatur) mortuum, et iam tumulatum resodi iusserit, ac resossum minutatim dissecari.

Cleomedes Athleta, post interfectum et exenteratum Lachum Epidamnium pugilem, quum à iudicibus in ius uocaretur, indignatus columnam, qua fulciebatur domus ludæ literarum, disiecit, eaque ruina extinxit plurimos.

Etheocles et Polynices mutuo odio in tantum exarserunt, ut mutuis quoque uulneribus, frustra renitente Iocasta matre, se confecerint dominandi ambitione. Quinetiam perimax ille odij tenor apparuit in

cadaueribus: nam dum cremarentur, rogi ipse in duas partes se diuisit. Vnde Ouidius: *Scinditur in partes, geminoque cacumine fuit, Scinditur in partes atra fauilla duas.*

Aeschines orator Demosthenem sibi insensum mordacissimis orationibus insectatus est.

Cherephon Atheniensis philosophus, impetuosa fuisse fertur iracundia. Hinc adagium natum, *In Palladis uestigijs nihil Cherephontis gubernabis.*

Hercules ob nimiam bilem sacro morbo fuit obnoxius.

Bellerophon ob mæsticiam solus in campis uagabatur.

Socrates quoque et Plato atra bile dicuntur laborasse.

Malacho poetæ Syracusano immoderata bilis plerumque usum rationis auferebat. Eratque tum præstantior in absoluendo carmine, dum erat alienatus mente.

Archelaus Macedonum rex sic atra bile afficiebatur, ut spei plenus sibi maiorem in modum consideret.

Philagrus sophista Cilix, auditor Lolliani, fuit iracundus maximè. Nam et dormitanti quandoque auditori pugnum in malam fertur impigisse, et infrigisse colaphum.

Cotys rex Thracum natura fuit præcipuus ad iram, et ad uisionem præceps, et impetuosis in seruorum delictis. Propterea accepta à quodam fictilia uasa, preciosa quidem, et tornatili opere conspicua, sed tamen fragilia, et obnoxia iniuriæ, pensauit collato precio: postea tamē fregit, ne si à ministris fracta essent, temperare non posset ab inferendo supplicio.

Eurlochum (qui Eliensem Pyrrhonem

auduit) tam b:kosum, et iracundum fuisse constat, ut quum in Elide uarijs questionibus ageretur, essetq; respondendo fatigatus, abiecto pallio Alpheum flumen traiecit: interdum quoque sumpto cum carminibus uerū ad forum usque cucurrerit, coquum suum persequens.

Speusippus Eurymedonis filius ira aliquando percitus catulum in puteum deiecit.

Perseus rex uictus à Paulo Aemilio, duos ex domesticis uictum solari uolentes, ira et dolore præcipitantibus sensim morti dedit.

Alexander ita percitus Clitum nutricis suæ filium conuiuio adhibitum ferro confudit.

Hipponax poeta tanto odio Bubalum pictorem insectatus est, ut eum suis scriptis ad laqueum perpulerit.

Promerus domesticus Archelai regis Macedoniae, Euripidem usq; adeo insectatus est, ut eidem à regis coena redeunti sursum canes immiserit, qui poetam ipsum dispersarunt.

Tantum fuit Annibalis in Romanos odium, ut annos octo natus, altaria tenens iurauerit, se quū per etate liceret, acerrimū hostem populo Romano futurum.

Martius Sabinus agrè ferens Hostilium sibi prelatum in regno, cui aspirabat, tanto serore exarsit, ut tædio uitæ mortem sibi consciuerit.

Simili exemplo Valerius Publicola, dolens Lucretium Collatinum collegam Bruto in consulatu fuisse designatum, senatoriæ dignitati, causarumq; patriocinjs et clienteljs renunciauit.

Q. Metellus quum utraq; Hispaniam consul, et demum proconsul, subegisset,

agré ferens Q. Pompeium cōsulem (quem summè oderat) sibi successorem mitti, iracundus exercitum dimiuit, comæntus et horrea militibus reliquit diripienda, arcus et sagittas confregit, elephantis cibaria dari ueluit, nihil deniq; (quo se tuetur Pompeius) dimisit.

Cornelius Sylla C. Marij reliquias, apud Anienē sitas, diss: pari iussit, solo motus odio. Propterea moriens primus apud Ro. cremari uoluit, rationem uirius.

Cotta apud Romanos dicti sunt ab iracundia, et oris toruitate.

Vatinius propter flagitia adeo fuit odiosus Romanis, ut in prouerbiū fluxerit, O ilium Vatiniānum. Catullus: Munere isto odissem te odio Vatiniāno.

Vedius Pollio fuit usq; adeo iracundus et præceps in choleram, ut seruū qui crinistallinum ruperat, ad supplicium rapi iussit, et murenis dari prædam. Et iam actum erat de seruo, nisi ad Cæsaris pedes se prouoluisset, nō mortem deprecaturus, sed mortis genus. Demiratus crudelitatem Cæsaris, ueniam exorauit puero.

Quanto Ciceronis odio deflagrauerint M. Antonius et Fulvia, literarum monumentis traditum est.

Nero audita Galliarum defectione discumbens præ nimio dolore mensam subuertit, fregitq; duo immensi precij pocula.

Commodus Imp. ira percitus balneato rem in fornacem ardentem coniecit, quod balneum intraturus tepidiusculum inuenisset.

Septimius Seuerus Clodiū Albimū prælio uictum interemit. Nudum eius corpus pro palatio proiecti iussit, ac postremo eum quum abhorrentem calcari ad eum coegit supinum cadauer conculcare. Quæ rabis

rabis nondum contentus ipsum retinuit, q. faetore compulsus, iusserit in flumen precipitari.

Helioabalū populus Rom. ita odit, ut mortuū proiecit in cloacam, mox in Tyberim cū matre Scenide traxerit, eiusq; nomen è publicis monumentis eraserit.

Clotarius seruatis per decenniū odij factu illis, Galterū Xuetotū Rothomagensem, sanctissima illa die et pasceuc (qua Christus pro nostra omnium salute mortē passus est) ad genua prouolutum, ira feruens interfecit, in sacro illo sacello, quod est Lutecia.

Horatius fatetur, se suapte natura iracundum fuisse, facile tamen placibile. ubi ait: Irasci facilem, tamen ut placibilis essem.

Fuit Aufonius poeta in iram propensus, quod suo ipse fatetur testimonio, dicens: tra sci propius properaui condere motū, Atq; mihi pœnas pro leuitate dedi.

Mortuo quoq; Michaeli Paleologo imperatori populus Romanus sepulture locum denegauit.

Ecelmus tyrannus tanto interdū serore correptus est, ut acceptum in bello uulnus, frendens in mortē sauiantis feræ unguibus dilaniauerit.

Mathometes O: homanus quū duos cucumeres in horto pubescentes foris rediēs decerptos inuenisset, protinus duos iuuenes elegati formæ præditos (quos ad usum nefarie libidinis domi enutriebat) sedecerpssisse negantes, gladio traiecit.

Stephanus Sextus pontifex Formosum pontificem (quem in petitione pontificatus aduersum habuerat) mortuum iussit erui è sepulchro, ademptisq; pontificis ornamento eis extra ecclesiam sepeliri, abscissis prius digitis.

Pari odio Sergius tertius pōtifex Formosum ipsum insectatus est. Eius enim corpus denuo erutum palam in foro capite multauit, ac deinde in Tyberim proiecit, in gratiam Lotharij Gallorū regis, cui Formosus ipse odiosus fuerat uiuus.

Quo die sacra Cineritia celebratur à catholicis, quum presbyteri Cardinales ad genua Bonifacij pontificis de more se reclinassent ad excipiendos cineres, pontifex ipse paropsidem cum cineribus proiecit in facie Procheii Genuensis Archiepiscopi, cuius odio conflagrabit, uerbisq; immutatis dixit: Memento homo, qui Gebellinus es, et cum Gebellinis morieris. Erat autē Gebellinorum factio Guelphis (quos amabat Pontifex) inimica.

I N V I D I.

Caim uidens Abelis fratris sui fortunam feliciorē semper incremento quam suas augeri, eundem gladio trahit.

Dathas et Abyrus eodem morbo laborantes, Aaroni sacerdotium adimere conati sunt.

Ioseph uenditus est in seruū à fratribus, quod patri esset charior illis.

Fecit liuor ut Herodes multa puerorum millia morti dederit, ad intercipientum uirginis partium, future cuius gloriæ inuidebat.

Hyacinthū Poete fabulantur liberali forma iuuenē, quum disco luderet, à Borea interfectum, quod Agollinem charius diligeret, quam ipsum Boream.

Simili figmento aiunt, fulminatū à Ioue Aesculapium, quod Hippolytum reuo casset. Vnde Quintianus in Cleopoli: Iupiter Hippolyto stygia à fornace redempto: Ecquid Apollinæa retonanti fulmine prolem Opprimis.

Paridis iudicium, & Ganymedis raptus tantam unoni inuidiā conflauerūt in Troianos, ut eos ē multīs procellis naufragos semper agitauerit, & auerterit ab Italia, ut fabulatur Maro.

Circe uenefica inuidēs Scyllā nympham à Glaucō amari, fontē (in quo se lauabat) in fecit ueneno, cuius uirtute Scylla in monstrum marinum mutata est.

Bauius et Menius ineptissimi poetæ, Vergilio suam inuiderunt gloriam. De quibus ipse Verg. in Buc. Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui.

Ajax Telamonius inuidens arma Achillis interfecti data in præmiū Vlyssi, uersus in furias se interemit.

Laborans hoc morbo Zoilus Homerū poetarum maximū conuicijs lacerare non destitit. Marcial. Ingenium magni liuor detrahit Homeri: Quisquis ex illo Zoile non mea habes.

Dedalus Telon discipulū suū interemit ob inuidiam, quod figuli rotam & feram excogitasset.

Hyrbata Maurus, dum Timaginē philosophum inter pocula declamantem uellet imitari, & non posset, inuidia crepuit. Horat. li. 1. Epist. Rupit Hyrbatā Timagenis emula lingua, Dū studet urbanus tenditq; disertus haberi.

Inter Xenophontem & Platonem tancitæ cuiusdam emulationis liuor extitit, quā hic illius nusquam operum suorē meminert. Contrā uerō Xenophō ipse Platonis libros de Optimo statu reip. administrandæ multis scriptis impugnauerit.

Sunt qui dicant, Aristotelē præceptorī suo Platoni adē inuidisse, ut bonā eius operam partē flammis & incendio dederit.

Drances fuit Rutulus, qui Turni gloriæ

semper inuidit. Verg. lib. 11. Tum Drances idē insensus, quem gloria Turni Obliqua in uiddia stimulisq; agitabat amaris.

Cato Uticensis uictoriam Caesaris egrē ferens, eiusq; principatū inuidens, se occidit.

Mutius fuit quispiam apud Romanos maleuolus, & alienā potestate adē egrē ferens, ut quā Publius eum solito tristiorē aliquando uidisset, statim dixerit: Aut Mutio nescio quid incommodi accepit, aut nescio cui aliquid boni.

Nec mutua caruerunt inuidia Sallustius et Cicero, quā ille huic impingit, quod eloquentiā pudicitie iactura apud M. Pisonē perdidicerit, uxoremq; sacrilegā, et filiam matris pellere habuerit. Hic uerō illi, quod impudicissimi corporis questu uicium sibi parauerit, patrem mori cogerit, quod e nondum mortuo pro herede omnia decoxerit, bis item ad iudicium subsellia tractus in extrema steterit fortuna.

Asinius Pollio adē fuit insensus nomini Cicerōis, ut eius laudes audire nequieuit. Non quum Sexilius poeta carmen hoc retulisset, Descendat Cicero, patriq; silentia lingue: Asinius ea re permotus audire noluit.

Didymus Alexandrinus liuore motus sex libros in Marcū Tullium edidit, dictus propterea Ciceromastix.

M. Varroni (quem Maurus Terentianus uirum undecunq; doctissimum appellauit) adē inuidit Rhemaius Palemon grammaticus, ut eum porcū appellaauerit.

Catullus poeta inuidiosus fuit cuidam Siconio, quem his uersibus insecatur: Siconi arbitrio populi tua cana senectus Spurcata impuris moribus intereat. Nō equidē dubito, quin primum inimica bonorum Lin-

gua

gua exerta uido sit data uulturio. Effossos oculos foret atro gutture corum, Inestima canes, cætera membra lupi.

Caesar egrē ferens Catonem sibi inuisum à M. Tullio multis celebratum laudibus, duos libros in eundē scripsit, qui à re Anticatones inscripti sunt, in quibus omnia propē Catonis uitia collegit, & inter alia ebrietatem, ut maximum probum, illi obiecit.

Caligula inuidia motus Torquato torquem, Cincinnato crimē, & Cn. Pompeio stirpis antiquæ Magni cognomentū ablitulit. Esium quoq; Proculum formosissimum adolescentem uigulari fecit.

Adrianus Tratan gloriā adē iniquē tulit, ut Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam ab illo acquisitas, Parthis concesserit, & pontem supra Danubium (quem ille magno construxerat impendio) furiosus euerterit.

Illud porrò adijciendū est, multos patria sponte excessisse ad declinandam inuidiam, & in aliena terra uixisse, ut fecit Iphicrates in Thracia, Conon in Cypro, Timotheus in Lesbo, Chabrias in Aegypto, Chares in Sigæo. Apud Romanos Pompeius post tot triumphos & imperia, domi aut ruri se cōtinebat, raro in publicū prodies. Syll. lib. 13. de inuidia hoc modo scribit: O dūm exitium mortalibus, o nihil unquā Crescere, nec magnas patiens exurgere laudes Inuidia. Ouid. li. 2. Met. Pallor in ore sedet, macies in corpore toto.

ALIENAE LAUDIS
aut uirtutis emuli.

Nihil maiore uoto studuit Thesæus, quā Hercules imitare uirtutē. Quod ut faceret, monstra plurimā confecit in terra Græcia: Scyronem, Procustem, & Scemin-

latrones, Cretonem tyrannum, Minotaurum bicorporē, & Centauros oppressit, Thebas domuit, ad inferos penetrauit.

Themistocli Atheniensi Milciadis trophæa somnum excutiebant.

Salmonæus apud Elidem Græciæ, & Alladius apud Albam Italiæ Iouis fulmen & tonitruamentiri & confingere uoluerunt.

Alexander uiso Achillis sepulchro, prope dum collacrymari cœpit, studio gloriæ & emulatione uirtutis: eumq; felicem prædicare, cui contigisset habere laudum suarum præconem Homerum.

M. Crassus apud Romanos emulus fuit rerum à Pompeio gestarum.

Iulius Caesar quā uenisset Gader, animaduersa apud Herculis templū Alexandri Magni imagine, ingemuit, & quasi pertæsus ignauiam suam, quod nihil tum à se memorabile actum esset in ætate, quā iam Alexander orbem terrarum subegisset.

LITIGIOSI.

Parnus fuit quispiam, qui ob amissam nauiculam obuijs quibusq; litigabat. Hinc adagium, Disceptare scaphulam: id est, ob res minutulas, multum mouere litiæ & querelarum.

Solebat Patacion bonis uiris calumnias struere, eoq; turpi questu rem domesticam augere. Hinc adagium, Patacione calumniosior.

Anus que piā fuit Ptolemæis, que e quo ad uixit, lites agitabat, nec unquā ab agentis causis feriabatur. autor Diogenianus apud Erasimum.

Eurymnus fuit calumniator, qui dissidium inter Castorem et Pollucem conatus est ferere, alterum apud alterum insimulans.

Hyperbolus fuit quispian mirum in modum appetens litium. Hinc adagium, Vitra Hyperbolium.

Gellius scribit, Xantippen Socratis uxorem morosam fuisse admodum, et iurgiosam: quod etiam de altera eius uxore Myrrho Aristidis filia predicatur. Ambae enim in muliebres contentiones propter ipsum Socratem deueniebant.

Herodotus scribit, Euristhenem et Proctem fratres ubi adoleuerunt, per omne uitae tempus inter se dissensisse, et eorum posteris os eundem perseuerasse.

Umpdoclem aiunt ijs fuisse moribus, ut astidue similitatem cum aliquibus susciperet, easque pertinacissime exercebat.

Notum est, quemadmodum Etheocles et Polynices fratres mutuo dissidio ad certamen et mutuam mortem uenerunt regnandi libidine.

Cornelius Tacitus ait, Verginium seditionibus obnoxium fuisse.

Plinius scribit, discordiam ignotam esse Hyperboreis uiritum gregatimque degentibus.

Fuit Pomponius Atticus tanta erga domesticos facilitate, ut iurauerit, se cum matre nonagenaria nunquam in gratiam rediisse, cum sorore pariter nullam gessisse similitatem.

AVDACES, ET TEMERARIJ.

Poeta Phaetontis arguunt temeritatem, quod patris currum acceperit regendum, quum tamen non esset idoneus auriga. Ouid. libr. 1. Trist. Vitare caelum Phaeton si uideret, et quos Optauit sultis, tangere nollet equos.

Gigantes ausi sunt Iouem armis laceessere, et in unum scopulos iaculari, ut uolunt

Mythologorum fabulae. Autor Aetnae Tentare (neas) olim detrudere mundo Sydera, captumque Iouis transferre Gigantes imperium, et uictis leges imponere mundo.

Thefeus et Pyrihous finguntur irremediabiles unibrarum domos irrupisse, ut dominam Ditis thalamo deducerent.

Icarus confectis a patre Daedalo pennis supra modum intumescens, ausus est medium cre parentis uolatū deserere, et in sublimitate, donec liquefactis a sole pennis, praecipit decidit in mare. Ouid. li. 1. Trist. Dum petit infirmis nimium sublimia pennis Icarus, Icaris nomina fecit aquis.

Bellerophon insidens Pegasus per medium aerem ferri uoluit.

Iason et Typhis uita uentis primi commiserunt, et uias maris (quas natura negat, teste Claudiano) aggressi sunt, Tristes Hyadas, rabieque noti, infames scopulos, Acroceraunia, et mare turbidum, ut ait ille, sic cis oculis prospicientes.

Fuit et in primis temerarium Simonis facinus, qui fatalem machinam in medios Troianos duxerit solus, in utramque partem aleam. autore Vergilio.

Milo Crotoniates nimia roboris confidentia tentauit arbores diducere.

TIMIDI, ET METICULOSI.

Iurauerat Petrus Apostolus, se non deserturum a Domino, etiamsi Apostoli omnes hoc fecissent: ubi tamen uentum ad disserimē, subduxit se periculo, et secutus est a longe, captumque ter ante gallicinium negauit, impietatis Iudaicae metu.

Archilochus scripsit, satius esse clypeum abijcere, quam interire. Unde et Lacedaemonij suis eum finibus iusserunt excedere.

Cleony-

Cleonymus notatur apud Aristophanem, quod abiecerit clypeum.

Theagenes fuit adeo superstitiosus timidus, ut domi haberet Heathes simulacrum, nec usquam pedem moueret, nisi illo consulto.

Artemon apud Graecos metu fractus et stupidus, et diu intra domus septa se continuit, duobus seruis areum scutum supra eius caput sustentibus, ne quid noxium superne excideret. Si quando autem testocregredi cogere, lectica testocadoperta gestabatur.

Pisander timebat, nec ubi animae suae occurreret, a qua uiuus esset destitutus.

Dionysius eo formidinis progressus est, ut cultros metuens torsorios, candente carbone sibi adureret capillum. Quin et tondere filias docuit, ferro tamen remoto: insistentibus, ut candentibus iuglandium putaminibus barbam adurerent.

Aristogiton fuit Atheniensis quidam scophanta, qui Martem habebat in lingua, et nunquam non loquebatur de bellis, ut propterea bellicosus appareret, quam tamen re ipsa foret meticulosus. Proinde quum die quadam intellexisset exercitum parari, et conuocari milites, simulata ualitudine cruris obliuiscit, et baculo innixus in publicum se protulit, claudicantem simulans. Quod ubi primum conspicatus est Phocion, cognita primo intuitu hominis uasfricia, exclamauit: Aristogiton claudicat.

Aristophanes et Lucianus induxerunt Plutum quendam omnia formidantem.

Demosithenes pro ignaui et maxime timido accusatus est, quod in propria causa dicturus, prius aufugerit, quam deueniret in iudicium.

Lycas furentem fugiens Herculem, complexus aras tremebunda manu mortem metu consumpsit, ut nimio de metu exanimatus mortem sensisse non uideatur.

Taurea Campanus, uerbis quam re ferocior, Claudium Asellum militem Romanum superbis cominationibus ad duellum irritauit ultro: ubi autem uentum est ad conflictum, repente concitato equo fugam arripuit, et aufugit Capuam.

Perses rex Macedoniae fractis opibus regni humiliter et abiecte prouolutus iacuit ad Aemylj pedes.

Cn. Vatienu sinitrae manus digitos sibi amputauit, ne bello Italico militaret.

Diocletianus quum multos idolis sacrificare uolentes morti dedisset, unus omnium Marcellinus pontifex ad simulachra demonum, metu mortis immolauit.

Anastasius Alexandrinus antistes, impar Arrianorum inuidiae, sex annos in profundissimo cisternae lacu metu mortis delituit.

MOLLES, EFFOEMINATI, et elegantes.

Syri olim male audierunt ob mortem molliciem. Unde adagium, Syrus quum non sis, ne Syriissa.

Bacchi molliciem Seneca in Hercule furiente his exprimit uerbis: Non erubescit Bacchus effusus tener Sparfisse crimes, nec manu molli leuem Vibrasse thyrsus. quum parum forti gradu Auro decor Syrma Barbaricum trahit.

Aristagoras quidam Milesius quum in concionem prodisset, insolita apud Lacedaemonios uestitus mollicie, quidam ex Ephoris hoc eum dicto submonuit: Domi Milesia.

Agathon fuit quispian tibicen, cantile-

Et 3 narum

marum suauitate aures maiorem in motum delinens, quæ infamia molliciei laborasse, testis est apud Erasmum Zenodo.

Sardanapalus ob insignē molliciei pro- uerbio locū fecit. Fuit delicijs usq; adeo ef- foeminatus, ut inter eunuchos, & puellas i- pse puellari cultu delitesceret.

Stratonē Sidonium Theopompus scri- psit mortales omnes superasse delicijs, & mollicie. Ad quod alludit Myrandula in hy- manis: Quam quæ Sidonium uelabat pur- pura regem.

Battalus fuit nescio quis tibiç, qui lasci- ua & uimolēta carmina cōplexus ē. fecitq; adagio locū, Battali simius. Cælius ait, hūc primū omnium calcis fœmineis in scena usum fuisse, artemq; tibiarum cinnino re- molliuisse. A quo fluxos, exoletos, & pa- rum uiros Battalos uocant.

Nitarum quendam fuisse Cælius scribit, mollicie plusquam muliebri infanem.

Dionysius apud eundem Cælium testis est, Aristodemū tyrannum apud Cumas in Romanis antiquitatibus mollem fuisse co- gnominatū, quod parum uir esset, ac pudici- tiam substrauisset.

Anāramylem Lydorū regem ferūt om- nium primū fœminas eunuchas fecisse, e- usq; eunuchorum uice usum.

Aristoteles gaudebat mūdo cultu, et ele- gante, comamq; delicatius cōtondebat: an- nulū præterea digitos onerabat, & in hoc placebat sibi nimium. Quo factum est, ut molliciei suspectus haberetur.

Philostratum Aristophanes quendam lasciuuicūle se ornantem Cynalopeca uo- cabat, uocabulo ex cane & uulpe concin- nato.

Demosthenē tradūt cultu corporis niti- do nimī, et accurato fuisse, adeo, ut molles

(quib. lasciuiebat) tunicula ab æmulis pro- bro data sint. Quæ etiā notatus est, ut pa- rum uir, quodq; polluto esset ore.

Lysicrates abiit in uulgi fabulam, quod iam senio confectus capillos fucaret, ut spe- ciosus uideretur & iuuenis. Cuiusmodi ri- dentur apud Martialem Ollus, apud Hora- tium uxor pauperis Ibyci.

Massylienses luxu periti muliebrem in- modū ornabantur, comis unguento delibu- tis, capillisq; religatis. Hinc ortū adagiū, E' Massylia uenisti in molles.

Argyruius fuit dux quispiam effœmi- natus, nihil habens uiri, præter barbam.

Diadumenus fuit quispiam elegans iuue- nis, cuius effigiem Polycleetus expressit iu- uenta molliore.

Miracles nescio quis fuit cōcinnatus, qui unguentatos, auratosq; capillos fertur habuisse. De hoc Val. Flac. lib. 2. Argon. Si- mul armiger ibat Semiuir, impubemq; ge- rens sterilemq; iuuentam.

Artemonē quendam aiūt fuisse mollem adeo, & solutū delicijs, ut nunquam pedi- bus itaret: sed semper lectica circumferre- tur, haberetq; duos uirumque famulos pel- uim æream supra caput ferētes, ne quid su- pernē noxium excideret. Propterea factus est prouerbio locus, Artemon uer fatilis. Crintus lib. 16. cap. 11.

Fuit et Abron quispiā uitæ adeo corru- ptæ, & effœminatæ, ut locū parcmie se- quenti reliquerit: Abronis uitā agens. De molliore, ac delitiose uiuentibus.

Clisthenes comicorū conuiujs laceratus est, quod parum uir haberetur, seq; cul- tu in decoro uelut in mulierem transfigura- ret. Quod fecisse dicitur Assyriorum rex Sardanapalus, ut liberius inter fœminas la- sciuiret.

L. Sylla

L. Sylla Imperator chlamydato sibi, & crepidato Neapoli ambulare deforme non duxit. Val. Max.

C. Duellius (qui de Poenis triumphauit) quotiescunq; epularurus erat, ad funalem cererem præeunte tibicine et faliçine à cœ- na domum reuerti solitus est. autor Vale- rius Maximus.

Clodius Pulcher eneruē & frigidam iu- uetam egit, perditōq; amore uulgatissimæ meretricis infamis fuit.

Hortensius orator probrosus laceratus est Satyris, quod circumspēctē & morosē indutus esset, quodq; manus eius inter agē- dum essent argutæ, & gestuosæ. Sed & L. Torquatus eum Dionysia saltatriculæ no- mine appellabat. autor Gellius.

Julius Cæs. fuit adō effœminatus, ut Cu- rio pater quadā eum oratione omnīū muli- erum uirum, & omnium uirorū mulierem appellauerit.

Augustus ad Mæcenatem scribens, eius- dem molliciei, & delicias multis expressit locis, sed hoc maxime: vale Mæcenas mel- gentium, ebur Ethruricæ, lasar Arretinum, Tyberinū margaritum, Cilneorū Smarag- de, Iaspi figulorū, Berille & carbunculum Porfena. Annæus quoq; Seneca Mæcena- tem uocat discinctū, mollißimasq; eius deli- cias, & portentosam orationem. Idem: Ma- gnum, inquit, Romana eloquētia daturus exemplum, nisi illum eneruasset felicitas. Macrobius lib. 2. & Crintus lib. 24.

Attidius Melior Domitiani temporib. tāte fuit molliciei, ut nitidus appellari me- ruerit. Vnde Statius: Stat quæ perspicuas Nitidi Melioris opacet Arbor aquas.

Traditum est, Heliogabalum (qui supra omnia prodigia fuit mollißimus) uerjatilia

triciuia habuisse, in quibus amicos quan- doq; ponere consuevit, eosq; uiolis & flo- ribus opprimere, sic ut aliqui animā effla- uerint. autor Lampridius. Idem quoq; qua- ternos canes ad currum iunxit: processit et in publicum, iunctis quatuor ceruis: cōiun- xit etiā Leones, & Tygres, Cybelem se & Liberū patrē uocans: habuit uehicula gena- mata, & aurata: atq; ut insaniam libidini adderet, iunxit etiam quaternas mulieres, nudasq; à nudis uectus est.

STULTI, ET IN-
sipientes.

P Sylli populi, dum Austrum uetum plus nimio haberent inuisum, ut sibi & sue- terre noxium, sumptis armis in eū hostili- ter profecti sunt, ceu uinum aliquem homē nem, & nō rem incorpoream peterēt. He- rod. lib. 4. & Gell. lib. 16. cap. 11.

Corcebi filij Mygdonis Phrygij stulti- tia uulgi fabulis celebrata est, qui maris un- das numerare conabatur, quū nō posset ul- tra quinque numerare. autores Eustat. et Lu- cianus apud Erasmum.

Bagas fuit quispiam stupida mētis et at- tonitæ. autor Plutar. in Collectaneis. Vnde ortum adagium: Vt Bagas constitisti.

Melitides fuit stultus, ab Homero cele- bratus, qui euerfa iam Troia uenisse legi- tur, auxilium laturus Priastro. Lucianus a- pud Erasmum: Melitidem aut Corcebum me putas per deos?

Amphitides tāta fuit stultitiæ, ut igno- raret, utro ex parente prognatus esset.

Acco uetula eo laborauit delirio (sicuti iam diximus) ut solita sit ad spectum cum imagine sua, perinde ac cū alia muliere cō- fabulari. auctores Cælius & Erasmus, ex aduocatis Græcorum testimonijs.

EE 4 Cippius

Cippius simulabat se dormire et sterte-
re, quo facilius eius uxor incecharetur.
Quod arguit eum à zelotypia longè fuisse
alienum. Vnde natum uidetur adagium Ci-
ceroni in quadam ad Fabium Gallum epi-
stola positum: Non omnibus dormio. autor
Lucilius apud Beroaldum.

Zenophantus fuit quispiam stultus,
qui quò magis risum cohibere nitebatur,
hoc ridebat profusius.

Midas Gorgij filius, quum agrestem Pa-
nos dei cantilenam Apollinis carminibus præ-
tulisset, indignatus Apollo, a sinibus auri-
culas eidem iniecit, quibus postea abiit in-
risum. Vide Ouid. lib. 11.

Claudius princeps inter stultos nume-
ratur, quòd Domitium Neronem adopta-
uerit, quum Britanicum legitimum thoro na-
tum haberet. Sabellicus.

Enthusiasmus est quidam mentis stupor,
quo laborauit Mammachutus quispiam so-
la insignis fatuitate. Vnde Mammachuti di-
cuntur biantes et stupidi. author Aristoteli
phanes apud Cælium lib. 9. cap. 28.

CRUDELISSIMI homines.

Saul rex Iudeorum, audita ab aratro suo-
rum hominum legatione de Hamonitarum
iniuria querentium, bobus (quos præ se a-
gebat) succidit crura, præfatus sic omnes
perituros, qui sibi eodem die ad Iordanem
fluuium pressi non essent in armis.

Abimelech Gedeonis filius regnandi cu-
piditate 111 fratres crudeliter occidit, u-
no duntaxat excepto, qui fuga et pedibus
salutem sibi reperit. Idem Sichimitas (quòd
ab his urbe et tribu electus fuisse) noctu
adortus, omnes trucidauit, nulla sexus aut
ætatis habita ratione. Urbem ui captam di-
ruit, et in eius area salem sparsit pro semi-

ne. Eos uero qui spe salutis ad templum se re-
ceperant, facta lignorum congerie ibidem
flammis et fumo necauit.

Athalia foeminarum seuerissima, omnem
Davidis stirpem sustulit, ne quis superesset
à quo prohiberetur dominio.

Herodes multa puerorum millia occi-
di iussit, ut autorem nostræ salutis inter-
ciperet.

Progne Pandionis Athenarum regis fi-
lia, Ilyn filium marito suo Tereo Thracum
regi apposuit comedendum, quòd stuprum
intulisset Philomelæ eiusdem Prognæ so-
rori. Verg. in Buc. Quis illi Philomela da-
pes, quæ dona pararit. Vbi Philomelam po-
suit pro Progne.

Medea fratrem Absyrtum et filios ex
Iasone susceptos membratim disperpsit.
Ouid. in Ibin: Et tua sic latos spargantur
membra per agros, Tanquam quæ patrias
detinuerent uias.

Tydeus arrosit caput Menalippi. Idem
Ouid. Nec dapis humanæ tibi crunt fasti-
dia, quæque Parte potes, Tydeus temporis
huius eris.

Gerion Mercurio natus patri hospites
immolabat: autore Plut.

Erix filius Veneris et Butæ, solebat ho-
spites crudeliter enecare. Hunc Hercules oc-
cidit. Mart. lib. 5. Et grauis in Siculo pulue
resusus Erix.

Diomedes et Busyris equos humana
carne pauerunt. Verg. lib. 3. Georg. Quis
aut Burythea durum, Aut illaudati nescit
Busyridis aras? Ouid. lib. 3. de Trist. Senio-
res tristi Busyride, senior illo, Qui falsam
lento torruit igne bouem.

Dirce Thebana mulier, ubi sensit Ly-
cum maritum copium amore Antiopæ Ni-
ctei filie, puellam tauri ceruicibus alligauit,
suspensam

suspensis à cornibus tædis ardentibus, ut bos
tormento furiosior, Antiope ipsam per ab-
rupta et scopulos tractam discerperet.

Damasippus homo nulla præditus uir-
tute, nobilissimos ciues (qui Syllani parti-
bus adhaeserant) inter uictimas tanquam
beluas crudeliter enecauit. Arumæ tribuni
plebis truncum in sublime elatum per ora
uulgi deferri iussit, tandem à uictore Sylla
obtruncatus.

Scythæ exenteratis animalibus uiuos
homines includebant eminentibus solis ca-
piibus, ut cibo capto diutius languerent,
uiuerentque, donec putrefactis animalibus
excrecerent uermes, à quibus consumeren-
tur. Præcedentia hæc exempla habet Vale-
rius Maximus.

Tomyrus Scytharum regina, quum Cy-
rum Persarum regem superasset, caput e-
ius abscissum demersit in utrem sanguinis
plenum, etque his illudit uerbis: Satia te san-
guine. quem tantopere sitisti Cyre.

Apteras fuit quispiam, qui patri testes
eruit, et filios occidit. autor Annus in Be-
rosium.

Cleomedes athleta Lachum Epidam-
nium istu pugni interfecit, interfecit late-
ra adaperuit, et iniecta manu intestina e-
duxit.

Termerus fuit quæspia, qui humana capi-
ta confringebat. Hunc Hercules interfecit
elaua.

Hippomenes Atheniensium princeps, Li-
monem filiam in adulterio deprehensam, e-
quo feroci et famelico præbuit absumen-
dam. Ouid. in Ibin: Solaque Limone pœnam
ne senserit illam, Et tua dente ferocis uiscera
carpat equus. Ortum est hinc adagium, Ma-
gis impius Hippomene.

Orodes rex Parthorum, Mithridatem

fratrem, quamuis supplicem, in conspectu
omnium interfecit.

Oroetes Persa Polycratem Samiorum
tyrannum affixit cruci. autor Herod.

Parysatis mater Cyri iunioris, rationem
commenta est, qua humana corpora sibi
gignerent uermes, à quibus demum lenta
morte consumerentur.

Cambyses rex Persarum blandè submoni-
tus à Prexaspe domestico, ut ab ebrietate
et potu nimio caueret quòd id malum quan-
doque rationis usum auferat: Statim furore
corruptus, filium eiusdem sagitta confodit.
Idem Cambyses templum et leges ludibrio ha-
buit, deorum simulachris illudit. Reclusis co-
ditorijs mortuorum inspexit cadauera. Ama-
sis cadauer è monumento reuulsum uerbe-
ribus cædi iussit, et omnibus probis affi-
ci, demum cremari. Duodecim Persarum
primores nulla penitus causa interfecit, ut
uos in caput defodiens.

Cambyses fratrem et duas sorores oc-
cidit, Apim bosem ferro uolauit. Captis
inimicorum urbibus, neque pepercit templis
neque simulachris deorum.

Sapor rex Persarum, quum Aurelianum
Imperatorem bello uictum cepisset, equum
ascensurus curuatos eius humeros preme-
bat suppedanei loco.

Xerxes maximum filiorum Pythij Bi-
thonij hominis ditissimi, à quo tamen cum
toto exercitu fuerat hospitio susceptus, me-
dium disseccari iussit.

Amastris Xerxis uxor uxorem Masti-
stæ Bactrianorum præsidis excarnificauit.
Eius mamillas præcidit quas obiecit ca-
nibus. Uermes nares, aures, labra, linguam in-
honestissimis deformauit plagis.

Darius rex Persarum constitutus, quum
populo iureiurando affirmasset se nullum

ex septem principibus (qui coniurauerāt aduersus Magos) ueneno, ferro, aut inedia oppressurum, ut religione solutus uideretur, locū parietibus circum cineribus plenum, superq; suspensum imposuit lignū, cui principes ipsos benignē cibo et potione exceptos insidere iussit, ut somno sopiti deciderent in insidiosos illos cineres.

Ochus Artaxerxes Ocham sororem, eandem & socrum, uiuam capite defecit. Patrum cum centum liberis et nepotibus telis imperauit transigi, quod in his maximam apud Persas probitatis laudem uidebat consistere.

Creon tyrannus, militum in bello mortuorum cadauera uetabat sepeliri, & in humari. Hunc Theseus interfecit. Qui in Metam. Prohibentem busta Creontē Atticus Aegides rupit Marathonide quercu.

Ptolemæus Philopator, rex Aegypti, patrem, fratrem, et amicos fr̄e omnes interfecit.

Achilles interfectum Hecora currui seu equine caudae alligauit, & circum muros urbis Troiae ter exanimem pertraxit. Demum uenale cadauer exposuit parenti Priamo. Verg. li. 2. Aeneid. Ter circum Iliaos raptauerat Hecora muros, Exanimūq; auro corpus uendebat Achilles.

Scimus latro Corinthius, arbores complicabat, hisq; alligabat hominū brachia, ut sublime redeuntes lacera membra discerneret. Proper. li. 3. Arboreasq; cruces Scinuis, & non hospita Graijs Saxa, & curuatas in sua fata trabes.

Atreus Pelopis filius uxorem habuit Meropē, quam quum stuprasset Thyestes frater, & grauidam fecisset, susceptos ex ea liberos Atreus decoxit, & conuocato per speciem beneuolentiae fratri apposuit

comedendos. Quod facinus adeo Sol exhorruit, ut resurgens matutinum repetiuerit cubile. Vide Ouidium lib. 2. de Ponto.

Therodamas fuit nescio quis carnifex, qui leones pascebat humano sanguine. Ouid. in Ibin: Therodomas eos ut qui sensere leones.

Phineus rex Arcadiae, filios suā fecit da uxoris ex oculauit: propter quod facinorū ultricōe numinū uindictā passus est amisso paulo post uisu. Oui. lib. 1. de Ar. Quid fœdis immeritis Phineu sua lumina natis?

Cleomenes Lacedaemoniorum dux, ab Antigono uictus profugit ad Ptolemæum, a quo benignē primū exceptus est, demum tamen Megarorū cuiusdā calūnia suspectus regi factus est, & ab eodem excoctatus.

Arpiages fuit quispiam, qui filium excoctedit. Ouid. in Ibin: Ut puer Arpiage reserat exempla Thyestes, Inq; tui caesus uiscera patris eat.

Thrax fuit quispiam, qui filijs suis omnibus oculos effodit, quod neglecto patris mandato, Xerxem secuti, aduersus Graeciam militassent.

Mamertes, Syzaphonis Corinthij fratris sui fil. interfecit, cupiditate dominādū.

Dionysius tyrannus Marsiam quendam interfecit, ea tantū causa, quod is per quietem iugulare se Dionysium existimauerat.

Phalaris tyrannus Agrigentinorū, nō cōtēntus exquisitissimis cruciatibus aeneo usus est tauro, quo miseri mortales inclusiboum mugitus effingerent. Ouid. Ipse Perillæo Phalaris permisit in are Edere mugitus, & bouis ore queri.

Alexander Pheræus, uiuos homines obuersis in se faciebus sepeliebat, alios urso, & rē pellibus inuolutos dabat conficiendos uenatoribus, & feris conficiendos. Polyphranem

phranem auunculum interemit hasta, quā sacrauit, & festa praecinxit corona.

Athenienses Aegmetis adolescentibus, nauticarum artium peritis, pollices praeciderunt, ne in certamen nauale secum deinceps descenderent.

Perillus excogitauit aeneum taurū, quo inclusi subditis ignibus longo & abdito cruciatu mugitū bouis imitarentur, ne euius latus similes humanae uoci Phalaridē tyrannum ad misericordiam inducerent. Quod teterrimū artis suae opus primus artifex inclusus expertus est. Ouid. in Ibin: Aere Perillæo ueros imitere iuuenecos, Ad formam tauri conueniente sono.

Ethrusci uiuorum corpora saniofis & tabidis mortuorū cadaueribus alligabant, ora oribus, manibus manus, & pedes pedibus cōponentes. Feritatem hanc in Mezentio notat Verg. lib. 8. dicens: Mortua quim etiam iungebat corpora uiuis, Componēs manibusq; manus, atq; oribus ora. Tormēti genus, & sanie taboq; fluentes Complexu in misero longa sic morte necabat.

Mithridates rex Ponti una epistola 800 millia Romanorū per Asiam dispersa mandauit interfici.

Cyrenis filia Diogiridis Thraciae regis, uiuos homines diffecabat melios, & parētibus comedendos apponebat liberos.

Ptolemæus Phisico, rex Aegypti, filium suum Memphitem (quē ex Cleopatra uxorē eadē & sorore susceperat) occidi iussit. Interfecto demū praecisos pedes, caputq; et manus cista conclusos pro munere natalitio matri misit. Idē quum animaduerteret se suis omnib. odiosum esse, ut periculo posset obistere, frequens iuuenute gymnasiū armis & igni circumdedit, inclusosq; omnes partim ferro, partim flamma necauit.

Carthaginenses Attilium Regulum palpebris ante resectis in machina referta aculeis recluserūt, ibiq; inaudito mortis genere necauerunt. Claudian. Prorogat aeternam feritas tibi Punica palmā Regule. Interfecto demum duce, milites fundo nauium substratos necauerunt.

Annibal horum dux pontem humanis cadaueribus in Gelo flumine cōstruxit, superq; exercitum traduxit. Oui. in Ibin: Vt quos dux Poenus misit putealibus undis, Et iactō canas puluere fecit aquas. Idē Annibal captiuos Romanorum itinere fessos prima pedum parte successa relinquebat itinere. Quos uero in castra perduxerat, ferro cogebat decernere, paria fratrum et propinquorum iungens. Nec ante explebatur feritas, quā ad unum uictorem omnes redegisset.

Tullia filia Tarquinij, currū super faciem mortui parentis duxit, equis etiā resurgentibus. Ouid. lib. 6. Fast. Filia carpento patrios initura penates,ibat per medias alta ferociq; uias: Carpus ut aspexit, lachrymis auriga profusus Restiuit, hunc tali corripit illa sono, Vadis, an expectas precium pietatis amarum? Duc inquam inuitas ipsa per ora rotas. Certa fides facti est, dictus sceleratus ab illa Vicus, & aeterna res ea pressa nota est.

Manlius Torquatus consul, dum cū Latinis bellū gereret, edictūq; esset, ne quis extra ordinem pugnaret, filium securi percussit, quod à Genutio Metio Tusulanorū equitum praefecto lacestitus manū conseruisset, licet parta de hoste uictoria.

Q. Mutius Scaeuola, Tribunus plebis, nouem collegas duce Sp. Cassio ad dominationem aspirantes, uiuos cremauit. aut or Valerius de Seueritate.

Lucius Sylla, Romam, & uniuersas Italiae partes, ciuilibus sanguinis fluminibus inundauit. Quatuor legiones contrariae partis, misericordiam implorantes, obruncari iussit. Praenestinos (qui iuniorum Marium receperant) post factam P. Ceibege deditioem extra moenia iussit occidi, & eorum corpora per agros spargi. Qua in moritate perierunt quinque millia hominum. Quatuor millia & septingentos dirae proscriptionis edicto iugulatos in publicas tabulas referri uoluit, ne tanti facinoris deleretur memoria. Virorumque cadibus non satiatuſ se iuit in mulieres. Abscissa miserorum capita afferri sibi iussit, ut diro illo aspectu satiaretur feritas. M. Marium praetorem non prius uita spoliavit, quam oculos eidem erueret, et singulas corporis partes confringeret. M. Pletorium (quod ad supplicium Marij exanimis cecidisset) mactauit proinus. C. Marij erutos cineres in Anienem sparsit.

C. Marius urbe politus post exiliu, cum Cinna, Carbone, & Sertorio statim ad eadem principum animu conuertit. Octauij consulis caput exposuit pro rostris. Antonij consularis caput mensis apposuit. Cæsarem & Eimbriam in penatibus domoru suaru trucidauit. Craſsi pater & filius in mutuo alter alterius aspectu iugulati sunt. Bebius & Numitorius per medium forum uncis carnificu tracti sunt. Catulus Luctacius haustis carbonibus hostili se exemit ludibrio. Archarius & Merula flamē dialiſ cōfossi sunt. Quae omnia feritatis exempla à Ianuarij Cal. intra Idus absoluit.

Septimuleius excisum C. Gracchi caput liquato plumbo respersit.

Auidium Cassium Romani alterum Catilinam uocarunt, quod cruoris esset cu-

pidus. Is inauditum & nunquam prius uisum tormenti genus comentus est. Trabem enim longitudine LXXX. aut C. pedum infixam terrae erigebat, cui à summo ad infimas partes alligatos homines flamma & fumo suffocabat.

Aemilius Censorinus, Aegestae urbis Siciliae tyrānus, multis muneribus eos prosequatur, qui inauditum aliquod tormenti genus excogitassent. Spē igitur lucri commotus quidam Aruntius Paterculus, equum ex aere fabricatum ei dono dedit. Ille autem muneris autorem primum ibidem conclusit, & emori fecit.

M. Antonius allatum sibi Ciceronis caput in mensa apponi uoluit, perque diem illud aspexit, quousque tali spectaculo animam exatiasset.

Eiusdem Antonij uxor Fulvia caput ipsum maledictis ac diris execrata est, demum in sinu gremio suo apposuit, acriusque inspicuens linguam illi e faucibus euellit, eamque frequenter confodit acicula, qua tunc ad ornamenta capitis utebatur.

Vedius Pollio quā piscem a magno studio ac diligētia coleret, seruos suos occidebat, eosque piscibus dabat in praeda, ut hominum cruore pasti deliciares essent.

Numatius Flaccus, Pompeiani nominis defensor, obiectus à Caesare in Hispania, et inclusus Attingensium moenibus, omnes eius oppidi ciues (quos Caesari studere intellexerat) iugulatos e muris praecipitauit. Foeminas quoque uirorum (qui in contrarijs erant) cum liberis interfecit. Alios infantes in conspectu parentum humo infixit, alios superiacos pilis excipi iussit.

Domitius Nero, Domitij Aenobarbi & Agrippinae filius, matrem interfecit. Octauiam & Sabinam Poppeam in matrimonium duxit,

duxit, uiris earum trucidatis, ipsaque demum uxores dedit morti Petro & Paulo uitam abstulit. Antoniam filiam Claudij, recusantem sibi nubere post Poppeam mortem, occidit. Item Aulum Plaucium iuuenem, quem ante mortem per uim costuprauerat. Rufum Crispinum priuignum Poppea natum impuberem adhuc submersit. Tuscum nutricis filium relegauit. Senecam praepropterea ad necem compulit. Plerosque libertos diuites & senes (quos semper fautores inuenerat) occidit. Cassio Longino iuriconsulto oculos effodit. Polyphago cuidam Aegyptij generis, crudam carnem mandere assuetu, uiuos homines laniandos obijciebat, & absumendos. Populo & moenibus patriae non pepercit. Urbem enim palam incendit, quasi offensu deformitate ueterum aedificiorum: quod incendium laetis oculis prospexit e Mecoenatiana turri. Inflammatis iam domibus nemini permisit ire ad reliquias rerum suarum.

Tiberius uero, tertius Romanorum imperator, testamentum matris pro irritu habuit. Tres ex Germanico nepotes, Neronem, Drusum, & Caium, uarijs modis afflicxit. Neronem ad mortem compulit, quum ei laqueos & uncas ostentaret carnifex. Drusum in ima Palatii parte sublatis alimentis adeo macerauit, ut illic tomenium e culcitra tentauerit mandere. Ex uiginti uiris patricijs (quos elegerat consilij causa) uix duos aut tres incolumes reliquit, ceteros diuersis causis necauit. Seleucum Grammaticum ad mortem compulit. Piscatori, qui sibi secretum aliquid agenti nullum in opinanter obtulerat, perfricari eodem pisce faciem iussit, & os locusta lacerari. Militem praetorianum ob surreptum e uiridario pauonem capite puniuit. Nullus à pce

na hominum cessauit dies, ne religiosus quidem ac sacer. Multos accusauit & damnauit cum uxoribus ac liberis suis. Interdixit, ne capite damnatos propinquarent. Nemini delatorum fidem abrogauit. Plerique citari ab eo ad dicendam causam, partim se domi uulnerauerunt, partim in media curia uenenum hauserunt, quos tamen colligatis uulneribus & semianimes in carcerem rapi imperabat. Puniti omnes in Gemonias unco tracti sunt. Viginti uno die abiecti tractique, nulla aetatis aut sexus habita ratione. Virgines pleraque prius à carnifice uiciatae, demum strangulatae sunt. Mori uolentibus, uim adhibebat uiuendi. Mortem adeo leue supplicium putabat, ut quum audisset quendam Carnulium eam antipatuisse, exclamauerit: Carnulius me euasit. Furiatus dolore quem ex morte filij sui Drusi conceperat, multos nulla causa interfecit. Rhodiensem hospitium, quem benignis literis Romam euocauerat, ubi aduenit, torqueri iussit, & occidi. Carnificina locum habuit Capreis, unde damnatos post exquisita tormenta praecipitari coram se in mare iubebat, excipientibus deorsum classarij, & cadauera remis elidentibus.

Domitianus multa crudelitatis exempla exercuit. Discipulum Pantomimi puberem occidit, nullam aliam ob causam, quam quod magistro similis esset forma. Item Hermodenem Tarfensem propter quasdam in historia figuras. Interemit & multos senatores, in his aliquot consulares, ut Ciuicam Cerealem Asiae proconsulem, Saluidienum, Orsitum, Acilium Glabronem, Aelium Lamiam ob suspiciosos iocos. Metium Postianum, quod habere imperatoriam genesim uulgo ferebatur, & alias quasdam ob causas leuiculas. Praeterea Sallustium,

Lucillum Britannie legatum, & Iunium Rusticum. Philosophos omnes urbe, Italiaq; submouit. Occidit & Eluidium filium, quod sub persona Paridis & Oenones diuortium suum cum uxore tractasset. Flauium Sabinum, quod eum proeco non consulens, sed imperatorē salutasset. Aretinum Clementē consularem capitibus condemnauit.

Claudius Cæsar (qui interfecto Caligula successit in imperio) tormenta quæstionum, poenasq; parricidarum representabat, & exigebat palam. Gladiatores retios iubebat interfici, ut expirantium faciē uideret. Bestiaris meridianisq; gladiatoribus adeo delectabatur, ut à prima luce ad spectaculum descenderet, & meridiē dimisso ad prandium populo persederet.

Aulus Vitellius nobiles uiros & condiscipulos, omnibus blâlicijs ad societatem imperij allicefactos, uario genere fraudis occidit, & in his unum ueneno manu sua porrecto in aquæ frigide potione, quam is febre affectus poposcerat. Portitorem quendam nulla penitus culpa interfici iussit, uelle se dicēs oculos pascere. Duos item iuuenes patri supplicium auertere conantes. Quendam equitem Roman. iugulari mandauit cum liberto. Item plebeios quosdam, qui Venetæ factioni maledixerant. Venit & in suspicionem matris uenenum porrexisset, quod audiuisset à Cata muliere uaticina, diutissime se imperaturum, si superstes parenti exiitisset.

Caligula auiæ Antonie defunctæ nulum exhibuit honorem, prospexitq; siccis oculis è triclinio ardentem rogi. Fratrem Tiberium interemit. Syllanum socerum ad secandas nouacula fauces compulit. Cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit, easq; (quod est omnium longè turpissimū) exoletis suis prostrauit. Ptolemæum

regis Iube filium consobrinum suum, item Marcronē, & Enniā (quos habuerat imperij adiutores) pro meritorum gratia pensauit morte. Multos ex senatoribus interfecit. Quæstorē suū in coniuratione nominatū flagellauit ueste detracta. Multos honesti ordinis prius stigmatē deformatos, ad munitiones uiarum, ad metalla, aut ad bestias cōdēnauit, aut bestiarum more quadrupes cauea coercuit, aut medios ferra dissectuit; idq; ob leuissimā culpam, aut nullam potius. Parentes supplicio filiorum cogebat interesse, quorum uni ualitudinem excusanti, lecticā misit. Curatorē numerum & uenationū, per cōtinuos dies in conspectu suo catenis uerberatum, nō prius occidit, quā offensus putrefacti cerebri odore. Comœdiographum quendam ob ambigui loci uersiculū igni cremauit in ipso statim amphitheatro. Equitē Rom. obiectum feris, quum se innocentē proclamasset, reduxit, abscissaq; lingua induxit rursus. Quendam ab exilio reuocatum, quum interrogasset, quidnam ibi facere consuesset, quum per adulationē hæc respondisset, Semper orauit ut periret Tiberius, et tu imperares: capta ex eo uerbo cōiectura exules suos mortem sibi imprecari, misit qui uniuersos contrucidarent. Præter facta, uerbis utebatur feritatem immanem spirantibus. Dicebat omnia sibi in omnes licere. Gallis Græcisq; aliquot uno tēpore cōdēnatis. gloriabatur Gallogræciam se subegisse. Quos torquebat, minutis ictibus plecti iubebat, quō diutius languerēt, addito etiam præcepto, Curate ut se mori sentiant. Iactabat et illud tragicū: Oderint dū metuāt. Optauit plerūq; ut populus Rom. unicā haberet ceruicē. Querebatur & dolebat sua tempora nullis calamitatibus publicis insigniri.

Opta

Optabat exercituum cædes, famem, pestilentiam, incendia, & hiatū aliquem terræ. Puteolis dedicatione pontis multos è litore ad se inuitatos oēs præcipitauit. Quosdam gubernacula apprehendentes, contis detruxit in mare. Publico epulo seruum ob detractam lectis argenteam laminam carnisfici confestim dedit, ut manibus abscisis, & ante pectus è collo pendentibus, per cœtus epulantium circumduceretur, præcedente titulo, qui causam poenæ indicaret. Mirmillonem secum rudibus certantem, sponte prostratum, confodit ferrea sica. Admota altariibus uictima elato malleo cultrarium macrauit. Insidens Iouis simulachro, quum Apellem tragœdum interrogasset, uter illi maior uideretur, cunctantem flagellis discidit. Vxorem aut amiculam quum osculabatur, addebat, Tam bona ceruix, simul ac iussero, demetur. Hæc omnia ex Tranquillo.

Traiano imperatē, Iudei, duce Andrea, multos ex Græcis et Romanis obrūcarūt. Quæ cæde non contenti, humanis carnibus uesci cœpere, seq; occisorū intestinis, stillante adhuc sanguine, incingere, eorūdem pellibus obuoluit. Multos itē per medium usq; ad uerticem dissectuerunt: multos obicerunt bestiis laniandos. Alios inter se digladiari coegerūt, ut ducenta & amplius hominū millia eo furore, & armis Iudeorum, interierint. autor Dion Cæs.

Dioeletianus paucis diebus xvii. millia Christianorū uarijs supplicijs affectit.

Antonius Commodus, gladiatoris cædibus adeo Romanum attriuit imperium, ut nomen gladiatoris uulgò meruerit. Idē, teste Lampridio, homines qui pedibus debiles forent, sagittis solebat conficere. Claua multos etiam affixit, Herculem se fin-

gens. Sacra Mithriaca homicidio polluit. Irridentes se feris obiecit. Eum qui Tranquilli librum uitam Caligulae continentem legerat, feris obiecit. Si quis se mortuē prædixisset, hunc inuitū iubebat præcipitari. Obesi corporis hominem medio uentre dissectuit, ut eius intestina subito funderentur.

Septimius Seuerus imperator post Didium Iulianum, Clodium Albinum tumultuantem interfecit, & capite eius Romano misso corporis truncum equo refugienti conculcandum præbuit.

Romanus Iunior Imp. matrem Helenā à se reiecit, & sorores, quas ablatis imperialibus pannis inclusit cœnobio.

Basilus huius filius, imperator post Iouannem Zimisem, Bardam Silerū unum ex suis ducibus rebellantem quū uicisset, oculis priuauit. Bulgaros tumultuantes quum in potestatem suam redegisset, quindecim milibus captis oculos effodit, uno tantum incolumi relicto, qui excæcatus ad Samuelem eorum ducem dirigeret.

Macrinus imperator prodigiosi fuit animi exhibendis supplicijs. Nam geminos boues miræ magnitudinis aperiri iussit, hisq; milites singulos (qui ancillæ hostis pudorem uiolasse ferebantur) inclusit, capitibus bouum excæcis, ut facilius unā colloqui possent.

Maximinus Imp. tam crudelis fuit animi, ut Cyclops, Bussyris, Gyges, & Typhō diceretur. Unde sequentibus uersibus eiusdem seuitiæ illud est: Et qui ab uno non potest occidi, à multis occiditur. Tygris acerrimus est, & tamen occiditur. Caue multos, si singulos non times.

Irene imperatrix, uxor Leonis quarti, Constantino sexto, filio suo in carcerem

coniecto, oculos eruit, quod ab ipso prius fuisset expulsa.

Spendius fuit quidam Italici generis, Capua oriundus, qui captiuus in bello bestijs tantum obijciebat, autor Polybius.

Tamburlanus Scytharum rex, nihil habebat crudelius, quam animi feritatem humano cruore oblectare. Cuidam rogant eum in omnes usque adeo sciret, toruo aspectu retortisque oculis fertur respondisse, An tu me hominem putas, et non Dei iram potius, ad hominum perniciem in terris agentem?

Tamburlanus rex Scytharum, Patraem principem Turcarum, bello captum caueis includit, et catenis uinctum, sub mensa instar canis iussit comedere, et mandere ciborum analecta.

Sanctius quartus Hispaniae rex, patrem suum Alphonsum decimum, e Germania redeuntem, occupato regno non admittit. Quatuor hominum millia trucidari iussit, quod in tumultu quodam Alphonsum fratris sui filium regem appellassent.

Atila rex Pannoniae, undecim uirginum millia in expugnatione Coloniae interfecit. Fratrem Budam morti dedit. Aquileiam diruit.

Tartari Pannoniam ingressi, Varidano oppido capto, foeminas templis inclusas cremauerunt, et Belam, quartum eius populi regem, sic terruerunt, ut ad praesidium salutis, latebras inquisiuerit.

Colomanus rex Pannoniae, Almo fratris oculos eruit.

Totila rex Gothorum, capta Roma tertiam partem murorum disiecit. Capitolium incendit, omnia diripuit. Et tantam pestem feritate debacchatus est, ut dei flagellum diceretur.

Vitoldus princeps Lituaniae, homines morti destinatos mira crudelitate urinis includebat pellibus, eoque modo inuolutos canibus dabat conserpendos, in bellicis expeditionibus arcum semper habebat intantum, ut ordine aberrantem sagitta confingeret. Multi tantae feritatis metu uulso sine carnifice animas proiecerunt.

Ecelinus (qui circa Taruisium, et in Euganeis exercuit tyrannidem) castrabat pueros, stupro uiciabat uirgines, matribat uteros, partus exertos in ignem mittebat. Bissena Patavinorum millia sub suo exillo merentia ad unum interfecit, audita Patavij defectione.

Othomanus Turcarum princeps, anno salutis DCCCCLIII. Constantinopolim cepit. Constantini Imperatoris mortui caput ad ludibrium palo affixit, et totis castris gestauit. Mares et foeminas illustres iugulauit, aut ad usum nefariae libidinis referuauit.

Egebertus Sicoberti filius, et post patrem Angliae rex, fratris filios enecauit.

Clodomyrus Clodouei primi filius, Sigismundum, filium Gundebaldi regis Burgundiae, bello captum una cum liberis et uxore in puteum coniecit.

Childebertus huius frater Almaricum regem Gothorum sororis suae Clotildis maritum obruncauit, et Toletum urbem (in qua ille se tutabatur) diripuit. Duos item fratres Clodomyri filios simulata beneuolentia conuocatos interfecit.

Clotharius horum duorum frater, et Clodouei filius, Conabrum ducem Britonum interfecit, et Crominum eius filium cum uxore et liberis igne cremauit.

Sigiprandus Arisprandi filius, et Longo-

Longobardorum rex, Ariperto (quo cum certabat) oculos eruit, uxoremque eius naso auribusque truncis debonestauit.

Alboinus Longobardorum rex ex capite Curimundi Gepidarum regis bello uicti eraterem sibi fecit.

Narses Italiae praefectus, Sindualdum Britonum ducem armis domitum in trabe suspendit.

Boleslaus tertius Bohemorum rex, Moesoni regi Poloniae superato oculos eruit, ut etiam Odoaltricus Boleslai frater alteri fratri lamuro.

Atelstanus rex Angliae, Edimum adolescentem in nauigio sine remige fluctibus perdendum exposuit.

Alphonso tertius rex Hispaniae, quatuor fratribus oculos eruit.

Alphonso primus rex Lusitaniae, matrem coniecit in uincula, quod mortuo primo marito secundas tentasset nuptias.

Amalgasuntha mater Atalarici regis Gothorum, mortuo filio adiutorem sibi delegit Theodatam, a quo tamen in balneo strangulata est.

Ioannes Maria, dux Mediolanensis, quotidie nouo tormenti generis ciues opprimebat. Idem matrem (a qua interim corripiebatur) in carcerem detrusit, et ibidem morti coegit.

SEVERISSIMI ET MATRICI.

Herodes Antipas filios suos Aristobulum et Alexandrum falso accusatos et suspectos insidiarum iussit interfici. Propterea dicebat Augustus, Malle se Herodis porcum esse, quam filium.

Socrates fuit eodem semper uultu, nec aut hilari magis aut turbato.

Zaleucus legem statuit Locris, ut in adul-

terio deprehensis eruerentur oculi. Quam legem quum filius eius temerasset, eundem oculum excuti iussit, et sibi alterum, ut eam probaret firmiter, Hinc Zaleuci lex, abijt in pro uerbum, de tetrico nimis edicto.

Aeacum, Rhadamanthum, et Minoam, poetae fecerunt iudices inferorum ob incorruptam et inexorabilem severitatem. Ouid. lib. 9. Quum uideat fessos Rhadamanthon et Aeacum annis, Et Minoam queri, etc.

Tenes fuit quispiam, qui legem induxit, ut a tergo iudicis astaret speculator, securim tenens, ut qui perperam aliquid in iudicio dixisset, eum protinus securi percuteret. Hinc orta parcemia, Tenedius homo.

Aelianus scribit, Anaxagoram Clazomenium nunquam risisse.

Epaminondas uictorem filium interfecit, quod praeter edictum congressus esset inimicis.

Artaxerxes rex Persarum quum sensisset parari sibi infidias a quinquaginta filiis, Darij iussu, omnes extremo affecit supplicio.

Vsumcassanus rex Persiae et Armeniae filium suum Massabeum secum semper auxit catenatum, et ad extremum adegit ad mortem, quia cum fratre ipsius regis Gulbano nech (qui ab eo descieuerat) sensisse uidebatur.

Phoenix Amyntoris filius, matri gratificaturus patris interfecit pellicem.

Simili exemplo Orestes matrem Clitemnestram interfecit, quod illa Agamemnonem eiusdem Orestis patrem occidisset maritum suum.

Damatriona Spartana mulier, filium occidit, quod eum ignaue esse animo, et inutilem bello accepisset.

Gg Talan-

Talantia alia Spartana, quum audiisset filium suum Pedaretū iniquē apud Chios principari, his ad eum uerbis scribit: Aut te melius in Chij administratione gerito, aut istuc maneto. Nam si Spartam redieris, non est quod ultra te spes uicturum.

Tigranes rex Armeniae, collapsus equo suo inter uenandū, statim ut surrexit, alterum ex filiis maiorē natu interfecit, quod parenti dextram non porrexisset.

Mithridates rex Ponti, filium suum catenis uinctum mori coegit, quod eius opera Phosphoranos & Colchos putabat defecisse.

Lucius Brutus filios suos, Tarquinij dominationem a se expulsam reducentes, comprehensos primum uirgis caedi iussit, hinc ad palum ligatos securi percussit. Vergilius lib. 6. — Natosq; pater noua bella mouen / tes ad poenam pulchra pro libertate uocabit.

Sp. Cassius filium itidem uerberibus affectum necari iussit, quod cum esset Tribunus ple. legem agrariā primus tulisset, multaq; largitione animos hominum sibi conciliauisset, senatus propterea et populo suspectus affectata tyrannidis.

T. Manlius Torquatus filium Syllanum ex patre Macedoniae, quam habebat prouinciam, accusatum & conuictum, sua sententia publicē damnauit, ac deuouit morti.

Dum apud Athesim Romani impetu Cimbrorum exterriti diffugerent, M. Scawrus filio suo uilius cōsternationis & fugae participi misit, qui dicerent, se libentius in acie eius interfecti ostibus occurrurū, quā ipsam tam deformis fugae reum uisurum. Ogo adno, filius animi dolore gladio suo se confodit.

Aulus Fuluius filium suum, prauo consilio amicitiam Catilinae secutus, & in eius castra temerario impetu uentem, timere abstractū, supplicio mortis affecit: praefectus, nō se Catilinae filium aduersus patriam, sed patriae aduersus Catilinam genuisse.

M. Crassus tanto fuit animi rigore, ut semel tantum in uita riserit. Sidanius: Tama Censorius haud fuit uel ille, quem risisse semel ferunt in auro.

Augustus Herioben Aegypti procuratorem malo nauis iussu cōfisi, quod conuenticem altiarum uicticem comeditisset.

Pescennius Niger quum Galliam regeret, imperante Septimio, tribunum quendam lapidibus obrui iussit, quod is militum stipendia decimaret.

Sextus Aurelianus scribit, Philippum imp. (qui Gordiano successit) tam seueri et tristi fuisse animi, ut iam tum a quinquenti etate nullo cuiusquā cōmento ad risum solui potuerit, aut ab inflexibili naturae toruitate dimoueri.

Federicus secundus Imp. filium suū Henricum peremit in carcere, quod suspicabatur eum fauere Gregorio pōntifici, quo cum bellum ipse susceperat.

Orbilius Beneuentanus ludimagister fuit Romae, tāta in discipulos seueritate, ut plagosus appellaretur, & uulnerarius.

Fuit in Tamburlano Scytharum rege tanta maiestas, & in coercendis militibus seueritas, ut gregarium militē (qui muliercule cuius lac farto iussit ferebatur) mandauerit interfeci, apertisq; intestinis, uisceribus lac epotum extrahi.

Apud Turcas Ioānis Huniadiis ducis fortissimi nomen usq; adeo fuit terrificum, ut nutrices ad comprimendos infantulorum uagitus Huniade adesse semper cōfingant.

LXXX

Lenogildus Gothorum rex, & heresis Arrianae sectator, quum rescisset filium suum Hermogildum ex Arrianae catholice effectum, eundem crudelissimē interfecit.

Matthias Coruinus, rex Hungariae, tonso fori suo barbam & nasum defecuit, quod uxoris suae posteriores uentium partes per iocum mutilasset.

CLEMENTES & humani.

Moses Aegypto fugiens Iosephi secum ossa tulit.

Tobias sepeliendis mortuis uacabat.

Machabeus post praelium in Gorgiam commissam iussit, ut occisorum corpora sepeliretur.

Iehu rex Israel hostem suum Iezabelem fecit ornari tumulo.

Pericles mortuos in bello Peloponnesiae primus oratione publica laudauit.

Darius eos obiurgauit, qui Hestiei caput truncauerant, testis Herodotus.

Antigonus Alcioneū filium, Pyrrhi ad se caput deferentē baculo percussum reiecit, ut barbarū et pollutū mclamans. Oculosq; obduxit, ne lugubri scēdaretur aspectu. Multis insuper lachrymis inimici mortem profecutus est.

Demetrius classe Ptolemæi (qui prius fuerat uictor) superata, eorum qui ceciderant, corpora sepeliri iussit, & captiuis omnibus liberum concessu reditum.

Ptolemæus rex fugato Demetrio quoscunq; Demetrij amicos cepit, captiuos unā cum eius supellecile remisit.

Antiochus rex captiuos Scipionis filium remisit sine precio.

Sydon Corathius fuit hospitalitate adeo insignis, ut eius fores omnibus essent per-

uia. Hinc adagium natum, Semper aliquis in Cydonis demo.

Polycrates matres militum, qui in bello perijissent, opulentiorebus ciuibus dabat nutriendas.

Mars fuit quispā apud Beroeam Syriae ciuitatē diuissimus, humanus & officiosus in omnes, tum ciues, tum hospites.

Dromocheeres Getarū rex Lyfimachus hostem bello captum mira clementia dimisit illaesus.

Alexander capto Dario Leonatum ex purpuratis suis misit, qui eius matrem, uxorem, aliasq; foeminas consolaretur, & lachrymis auerteret, & impediret. Atq; etiā matri Darij (cui nomen erat Sifigambis) permisit, ut quos uellet bello extinctos milites patrio more sepeliret. Eius uerō uxorem (quam nulla id aetatis foemina corporis pulchritudine uicit) non solum nō uolauit, at summam adhibuit curam, ne quis captiuo corpori illuderet. Omnem insuper cultum foeminis reddi iussit, nec quicquam ex priuatae fortunae magnificentia admittit. Et (quod omnium maximū humanitatis argumentum) Darium ipsum amisso iure belli regno restituit.

Pyrrhus captiuos Romano populo reddidit.

Annibale Capuam tenente Faucula Clunia captiuis egentibus suppeditauit alimenta.

Annibal inuentum Aemylj Pauli confulis, & collegae Terentij Varronis cadauer, honorificē tumulauit.

L. Aemylus Paulus, huus Aemylj filius, Perseum Macedoniae regem uinctū seuit, & assistere sibi iussit.

Scipio Hispanos captiuos sine precio dimisit.

Pompeius Syllæ cadaveri honorem exhibuit, teste Plutarch.

Fabricius Cornelium Ruffinum, quæ hostiliter oderat, iunxit in petitione cõsulatus.

L. Crassus orator tanta fuit clementia, ut nurenam mortuam multos dies atratus fleuerit.

Lucius Albinus quum animaduertisset uirgines Vestales sub sacrorum onere laborantes, & ope hominum destitutas, statim exponerato sarcinis curru, uxore & liberis iter pedibus facere iussis, uirgines cū sacris conscendere currum imperauit.

Cesar captis apud Pharsaliam Pompeij scriinijs, epistolas omnes inclusus bona cremaui fide, nulla earum lecta, autor Plinius lib. 7. Idẽ Imperator simultates contra nulos tam graues accepit unquam, ut non occasione obliata deponeret lubens. C. Memmio (cuius maledictis probrosisque uerbis fuerat laesissus) fuit in petitione consulatus. C. Caluo post famosa epigrammata de reconciliatione per amicos agenti, ultrò & prior scripsit. Valerium Catullum (cuius uersiculis ineluibile stigma receperat) satis facientem eadem die adhibuit cœnæ, hostitioq; patris eius, sicut consueuerat, uti perseuerauit. Cornelio Phagita (cuius insidias uix effugerat) noceri nõ permisit. Statius Syllæ & Pompeij inimicorum à plebe disiectas reposuit. Si qua grauius in se diceretur, inhibere maluit, quàm uindicare. Nocturnos coniuuratores satis habuit monere, ne perseuerarẽt. Criminosis Auili Cecinnæ & Pitholai scriptis laceratam suam famam ciuili animo tulit.

El. Vespasianus Vitellij hostis sui filiam splendidissime maritauit, dotauitq; & instruxit. Nullius unquã cede letatus est. Iustus etiam supplicij illacrymauit & ingemuit.

Traianus solebat egrotantes amicos uisere exinanita imperatoria maiestate, autor Ausonius.

Titus Vespasianus duos in urbe clarissimos uiros (quos habebat compertos insidiarum in suam uitam) non tantum nõ puniuit; at etiam sibi asidere iussit. Fratrem Domitianum insidias quoq; parantẽ flens sepe obtestatus est, ne parricidio assequi cuperet, quod breui esset habiturus. Idẽ laborantes morbo, & egrotantes suis pascebat manibus, & suorum moribus afflictos consolabatur.

Antonius pius fuit adeo mitis, ut quũ ob inopia frumetariæ suspicionem lapidibus à plebe Romana perstringeretur, maluerit placare, quàm ulcisci seditionem.

Iulianus Imperator Nebridium Constantij (in quem ille bellabat) factorem ad genua sua prolapsum paludamẽtia protexit, ne à militibus interficeretur.

Domitianus inter initia Imperij suadedo ab omni cede abhorrebat, ut edicere destinauerit, ne boues immolarentur. Autor Suetonius.

M. Aurelius Antonius Imperator auidio Cassio, alijsq; compluribus (à quibus insidias parari sibi cognouerat) pepercit, immemor furoris & uindictæ, qua tamen summi principes debacchari solent, si uel fracta nuce, aut ungue prauẽ secto offendantur.

Probus Imp. Arradionem (quẽ singulæ certamine pugnans confecerat) magnificentissimo honestauit sepulchro.

Beatrix Romana uirgo corpora martyrum occisorum in agro suo furtim sepeliebat, quod etiam fecisse ferunt Bibianam uirginem.

Cyprianus Afer diuitias omnes pauperibus erogabat. Crispus

Crispus & Crispinianus quicquid lucri faciebant arte sutoria, quã exercebãt, pauperibus impartiebantur.

Anastasia Chryzogoni discipula sanctis (qui in carceribus tenebantur captiui) tantũ ministrabat. Idem quoq; fecerunt Praxedes & Pudentiana sorores.

Ludouicus Pius, Gallorum rex, quum quatuor liberos uarijs principatibus honorasset, ab his tandem incommoda multa passus est, atq; etiã coniectus in carcerem. Quod tamen animo adeo ciuili & mansueto pertulit, ut cum his postea redierit in gratiam.

Laduslaus rex Pannoniæ uictum à se inimicum regnare permisit. Quimetiã si per proceres licuisset, oblatum recusasset principatum.

Alphonsus expugnata per uim Neapoli noceri ueluit, pepercitq; ciuibus, à quibus tamen fratrem suum sciebat interfecitũ fuisse. Proteæ cuidam homini uerbofo (cui iure plurimum succensuerat) non modò ueniam petenti dedit, at quinq; etiam talenta ultrò obtulit.

Philippus Maria Mediolanensis captiua nauali pugna Alphonsum cum duobus fratribus, non libertate solùm, at etiam multis honestauit muneribus.

Petrus Vrseolus Venetiarum princeps, pauperum egrotantium cubicula solebat furtim uisere, & opibus suis iuuare. Idem Xenodochium suo minus sumptu extruxit.

MODESTI ET uevecundi.

Hemistocles iacentem hostẽ armis pulcherrimis indutum sequenti militi exuendum reliquit, quum ab eiusmodi facto ipse abhorreret.

Quum Mitylenæi Pyttaco multum auri offerrent gratuito munere, tantum sumpsi, quantum hasta percurreret: ut apud Romanos P. Claudius, quantum uno die arasset.

Cimon Atheniensis reip. munera castè semper & incorruptè obiit, & ab omni genere expilationis abstinuit.

Pescenius Niger sic se ipsum & milites rexerit; ut nihil à provincialibus, nõ oleum, non lignum operamue extorserint.

Agathocles rex Siciliæ nullo unquam luxuriantis fortunæ zephyro auerti potuit à recordatione sigulinae patris officinæ. Quamuis enim haberet auri & argenti abunde, semper tamen ab acum uasis fictilibus onerabat. Ausonius: Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem, atq; ab acum Samio sepe ornasse luto. Quarenti causam respondit: Rex ego qui sum Siciliæ, figulo sum genitore satus. Fortunata reuerenter habe, quicunq; repente Diues ab exili progrediẽre loco.

Cato ob modestiam nullam sibi statuam erigi passus est, dicens: Se malle, ut posterẽ percontarentur, cur Catoni posita non esset statua, quàm cur posita.

Fab. Gurges, Fab. Pictor, C. Numerius, & Q. Vgolinus legati ad Ptolemæum missi, accepta ab eodem munera in ararium retulerunt.

Q. Cincinnatus dictatura se sponte abdicauit. Quod etiam L. Sylla fecit ultrò.

Cneius quoque Plancus censuram uolens exiit.

M. Fabius consul deuidis Veijs oblatum triumphum renuit ob fratris & collegæ mortem.

Terentius Varro delatã sibi ab uniuerso senatu

senatu et populo dictaturā recusauit, quod rempub. confregisset Cannensis pugnae temerarie congressu.

Cicerius quū pratorijs Comitijs Cn. Scipioni superioris Africani filio competi tori omnium suffragijs praeponeretur, eru bescens se tanti uiri filio praelatum, ex cō petitore suffragatorem se fecit.

Pompeius oblatam sibi ab Hebraeorum rege mensam ex sedem aureā, deferri iussit in publicum ararium.

Pōpeius in acie Pharsalica uictus à Cæsare, quum postero die Larissim intraret, oppidiq; illius uniuersus populus obuiam ei processisset: Ite, inquit, et istud officium praestate uictori.

Iulius Cæsar tribus ex uiginti uulneribus coniuatorum mucronibus confossus, à uerecundia absterri nō potuit. Nam eo tēpore quo spiritus à mortali corpore secernebatur, togam utraq; manu demisit, ut inferior pars corporis tecta collaberetur.

Spurina egregius adolescens quum sua forma complurimum sceminarum sollicita rei oculos, uerecundia motus oris decorem uulneribus deformauit.

TACITVRNI.

Pythagora discipulorum nemo minus biennio conticuit.

Agatho lapidem in ore tenuit per triennium, ut silere disceret.

De silentio Secundi philosophi uide caput de Incestuosis.

Zeno quum legatos Antigoni regis missos Athenas cum nonnullis philosophis ad cœnam inuississet, ceteri omnes uerborum multitudine doctrinam suam ostentarent, solus ipse tacuit. Silentij causam percontantibus legatis respondit, difficile illi omnium esse tenere sermonem.

Paulus Simplex, Pauli primi Anachoretæ discipulus, magistro iubente, integrū triennium obstinatusimē tacuit.

Thomam Aquinatem condiscipuli bonum appellabant, quod semper taceret, aut diretq; tantum.

HOMINES LIBERAE ET importunae loquacitatis.

Lara fuit nympha, cui Iupiter linguam abstulit, quod furtiuos eius amores Iu noni reuolasset. Ouidius lib. 2. Fast. Iupiter intumuit, quaq; est non usa modeste, eripit huic linguam, &c.

Tantalum apud inferos damnatum a iunt, quod deorum secreta hominibus reuelasset. Ouid. Quærit aquas in aquis, et poma fugacia captat Tantalus, hoc illi garrula lingua dedit.

Anaxarchū ob petulantes iniurias Anacreon Cyprius in pila contundi iussit.

Calisthenes liberius cū Alexandro locutus, eiusdem mādato ad iudicatus est morti. Hæc autem eius uerba ad Alexandrum fuisse feruntur: Si deus es, beneficia largiri mortalibus, non sua debes eripere. Si homo, id quod es, semper te esse cogita.

Lacedæmonij libros Archilochi ob solam dicacitatem, et ingenij uirulentiam ab urbe sua summonerunt, ne illorum lectione corruptum aliquid imbiberent lectores.

Dionysio inquirenti, ubinam terrarum exquisitius haberetur as: Antiphon Sophistes respondit, optimum se nosse Athenis, ubi statuas habebat Armodius et Aristogiton tyrannicidæ. Innucebat aut Antiphon, Dionysij esse dignū, qui ab huiusmodi hominibus interficeretur. Quæ petulans et uerbosa dicacitas homini male cecidit.

Susarion, Machres, Cratinus, Aristophanes, et Eupolis, Græci poetae, flagitia homi-

hominum tanta libertate insectabantur, ut opus fuerit lege, quæ maledicam illam exferre nō mordendi licentiam cohiberet, et comprimeret. De quibusdam horum meminit Horat. dicens: Eupolis atq; Cratinus, Aristophanesq; poetae, Atq; alij, quorum comœdia prisca uirorum est. Siquis erat dignus describi, quod malus aut fur, Quod moechus foret, aut sicarius, aut alloqui Fa mosus, multa cum libertate notabant.

Daphilas gramaticus in Thorace mote cruci affixus est, quod reges maledicis carminibus incesselet.

Zoili quoq; mordacitas prouerbio locū fecit. Nam et poetarū principem Homerū ausus est suis scriptis lacerare.

Nullum opus tā absolutū esse poterat, quod nō calumniaretur Momus. Idem Sardalium Veneris Praxitelicæ culpauit, quū Venerem ipsam non posset.

Oseus fuit quispia natus ad contumelias omnium ingenijs impingendas. Nulli non inuisit notam, autor Seneca.

Medius fuit quidā ex Alexandri adulato ribus, qui calumnias in quēuis iactabat, et alios ad idem opus hortabatur.

Timagenes historicus Augustū et uniuersam eius familiā maledicis uerbis, profrosiq; conicijs ausus est denigrare. Benignus tamen Imperator ad uindictam satis habuit ei domo sua interdicare.

Staterius ætate Marci Tullij, ob conicio sa uerba et mordaculos sermones rei capitalis iure damnatus est.

Theō fuit poeta quispia rabiose loquacitatis, petulantisq; maledicentiæ. Hinc adagium, Dente Theonis rodi.

Hipponax poeta fuit lambographus amarulentus, et nota mordacitatis. Hinc

Hipponactem præconium cecidit in parœciam.

Antigonus rex Theocritum Chiū occidit propter falsum et mordax scœmma ab eo de se dictū. Quum enim quasi puni edus ad Antigoni raperetur, solantibus eū amicis ac spem pollicentibus, quod omnino clemētiā regis experturus esset, quum ad eius oculos uenisset: respondit, Ergo impossibilem mihi dicitis spem salutis. Quo uersus bo illudebat regi, quod altero orbatu esset oculo, autor Macrobius.

Aesopus Delphos profectus gētis illius iram in se conuicijs et contumeliosis apolo gis concitauit.

Neuius Metellos ac Scipiones suis uersibus ausus est proscindere. Propterea Metellus consul hoc ei uersiculo respondit: Dabunt malum Metelli Neuius poetae. Tandem aut propter nimiam illam in scribendo maledicentiam à triumuiris in uincula coniectus est, et in carcerem detrusus.

Audax fuit et licentiosum C. Memij uerbum, qui ausus est obijcere Cæsari, tanquā pathico, quod stetit ad eum Nicomedi regi inter excoletos.

APOPHTHEGMATA CON uicia retorquentium.

Phicerates Harmodio ignobilitatem exprobranti respondit: Mei generis nobilitas à me incipiet, tua autem in te desinet. Plutarch. in Apoph.

Agathocles siciliæ rex, quū urbem ob sideret, et aliqui conuictarentur, dicentes: O figure, quomodo militibus stipendia solues? respondit: Quum urbem uestram cepero, idem eodem.

Androclides in uerapatus à quodā, quod claudus in anem descenderet: Pugnare,

non fugere, propositum esse sibi respon-
dit. Vale. de fidu. sui.

A zacharis exprobranti illi Attico, q
Scythia esset: respondit, Mihi quidem pro
bro est patria, sed patria tu. Diogenes li. 2.

Antagoras cōgrum quum coqueret, &
Antigonus illi adstipens dixisset: Putāsne
Homerum Agamemnonis et Græcorū de-
scribendis rebus intentum, quomodo con-
gri melius saperent pensitasse? respondit,
Opmaris (ō rex) Agamemnonē sollicitius
perscrutatium, ecquis in exercitu congrum
coqueret? Plut. in Apopht.

Diogenes olera lauās, Aristippo dicen-
ti, Si Dionysio adulari uelles, nō ista esses:
respondit, Imō tu si ista esse uelles, Diony-
sio non adulareris. Vale. de conti.

Cato cuiusdam probris uexatus, respō-
dit: Impar mihi tecum certandi conditio
est: nam ut malē dicere, & malē audire ti-
bi facillimum est: sic mihi malē dicere insua-
ue est, & malē audire insuetum. Plutar-
chus in uita eius.

ADVLATORES, SCVRRÆ,
& parasiti.

Tymagoras Atheniensis Darium regē
Persarum (ad quem legatus missus fue-
rat) adulando more Persarum adorauit.
Quod ubi rescuerunt Atheniēses, eundem
supplicio capitis punterunt.

Darij Babylonem obsidione prementis
fauorem & gratiam aucupari uolens Zo-
pyrus Persa, faciem et nares inhonesto uul-
nere sibi deformauit, ut Babylonij (ad
quos se receperat) silem faceret & menti-
retur se perpetuum Dario inimicum fore,
à quo tam turpiter mutilatus esset. Quibus
uerbis moti Babylonij eum in suam urbem
admiserunt, quam paulo post prodidit suo
regi. Hinc adagium, Zopyri talentum: de

his qui plurimum sibi nocent, ut alijs affe-
rant emolumentum.

Aristippus Cyrenæus, Socratis audi-
tor, meruit nomen regij canis, & auilici, q
adularetur Dionysio, & sequeretur qua-
cusuerum iret ille, saginandi uentris cau-
sa. Vnde Horat. Si pranderet olus patien-
ter, regibus uti Nollet Aristippus.

Quum Alexander Iouis filium appella-
ri se uoluit, & more Persarum, prostratis
humi corporibus à Macedonibus salutari,
talia concupiscenti protinus accefferunt
Gages Argiuus, pessimus carminum autor
post Cherilum, & Cleo Siculus, quos ma-
ximorum exercituum principatibus ante-
ferebant. Hi quum intelligerent nutum do-
mini, & quid creparet pollice, coeperunt
protinus plebis cum buccis immodicē præ-
dicare, & iam tum ante mortem deum fa-
cere. Adiecerunt insuper Herculem, Bac-
chum, Pollucem cum Castore nouo numi
ni cessuros. Horum sumis permotus Alexā-
der, cōuiuium omni opulentia exornauit,
cui non Macedones tantum, sed & princi-
pes Græci interfuerunt. Quum autem om-
nes unā cum rege discubissent, Cleo insti-
tutum & premeditatum sermonem cū ad-
miratione laudum eius exorsus est: enar-
ratisq; meritis, quibus eū noua Apotheosi
dignum prædicabat, iam unumquemq; cœ-
pit hortari, ut regem inter deos colerent.

Quod ne quis recusaret, obtulit se primū,
qui prostrato humi corpore regem adora-
ret. autor Cælius.

Philoxenus fuit parasitus quispiam, qui
coena quadam ubi atrio rem panem uidisset
apponi, Ne multum, inquit, attuleris, ne te-
nebras nobis inducas.

Apellophanes Antigoni fuit adula-
tor.

Cypriæ

Cypriæ mulieres translata in Syriam
curram inscenuras regum uxoribus hu-
meros subincuruabant, ut eis suppedanei
loco gradum struerent, & scalarem præ-
berent usum. Cælius cap. 13. lib. 11.

Dromeas fuit parasitus, à quo quum
quæfisset nescio quis, in urbe, an apud
Chalcidem lautius pararetur conuiuium,
respondit, Iucundius sibi uideri Chalci-
densis cœnæ proœmium, ostreorum nume-
ro & uarietate.

Patroclides assentator fuit Philippi.

Demagoram Athenienses decem talen-
tis multauerunt, quod Alexandrum deum
appellasset.

Euagoram uerò interfecerunt, quod
eundem adorasset.

Clisophus Philippi Macedonis para-
situs, claudum se fingebat, quod Philippus
fractum crus haberet. Os et oculos eodem
modo & ipsæ gestibus contorquebat, qui-
bus dominus.

Nicesias quum uideret Alexandrū Ma-
gnum petitem à muscis, Quanto, inquit,
hæc cæteris præstant, quæ sanguinem tuū
de gustant imperator. Idem quum uulne-
ratum eum conspiceret, illud Homericum
statim protulit, Quæ diuorum percur-
rit corpora sanguis.

Charisophus uidens Dionysium (cuius
erat parasitus) separatim cum amicis ri-
dentem, procul quoq; ridebat. Interroga-
tus autem ab ipso Dionysio, quid rideret,
Quod, inquit, ea putem digna risu, quæ di-
citis.

Andromachus Currens fuit adulator
Crafi, quem tamen Parthis prodidit.

Cælio oratori quum quidā cliens omnia
concederet, longa assentatione fastiditus
Cæli. Dic, inquit, contra, ut duo uideamur.

Decius Laberius actor mimorum inui-
tatus à Cæsare ut in scenam prodiret, re-
spondit, se necessariò coactum, nihil tan-
to uiro denegare posse, cui & ipsi dij om-
nia tribuissent.

Venienti ab expeditione Galliarū Cæ-
sari, & in Pompeium copias paranti, Cur-
rio obuiam approperauit multis blandi-
tijijs eundem confricans. Ait enim se inuito
senatu Cæsaris partes fouisse, tantisper di-
coacta bello siluissent leges. Præualente de-
mum Pompeio se expulsus Roma, uelut
exulem, sed tamen exilium non grauatè
perpeti, propter Imperatorem. Vnde sic
apud Lucanum inducitur lib. 1. - Dum uo-
ce tuæ potuere iuuari Cæsar, ait, partes,
quamuis nolente senatu, Traximus impe-
rium, tunc quum mihi rostra tenere ius e-
rat, & dubios in te transferre Quirites.
At postquam, &c.

Audita Curionis oratione Lælius pri-
mipilus statim Cæsari ad quæcumq; discri-
mina sese obtulit, testatus nullū esse flagi-
tium, quod non committeret libens, si im-
perator iuberet. Hæc eius uerba ponit idē
Lucanus: Iussa sequi tam uelle mihi, quam
posse necesse est: Nec ciuis meus est, in quē
tua classica Cæsar Audiero.

Adulationes uerò adeò & reprepsit &
neglexit Augustus, ut se Dominum appel-
lari ne à liberis quidem & nepotibus suis
uel seriò uel ioco iustinerit. Atq; huius-
modi blāditijs inter ipsos etiā prohibuit.

Sarmentus fuit Romanus eques currilli-
tate notissimus sub Augusto Cæsare.

Fuit & Apitius Galba nobilis scurræ
sub Tyberio Cæsare. De utroque Iuena.
Sat. 5. Si potes illa pati, quæ nec Sarmen-
tus iniquas Cæsaris ad mensas, nec uilis
Galba tulisset, De Sarmento Hora. in Ser.

Hb Nunc

Nunc mihi paucis Sarmenti scurræ pugna Messiq; Ciceri Musa uelim memores, & quo patre natus utriq; Cõtulerit lites Me. si clarum genus Ofci.

Rhynton fuit uilissimus nugator Tareninus, de quo Var. & Galba meminerunt.

Tectius Caballus scurrilitate claruit apud Romanos. De eo & (quem nunc diximus) Galba, Martialis lib. 1. Qui Galba salibus tuis, & ipsum Posses uincere Tectium Caballum.

Cæsar quoq; Tyberius adulationes a deo auersatus est, ut neminem senatorum aut officij aut negotij causa ad lecticam suam admiserit. Consularem uerò satisfaciendam sibi ac per genus orare conantem, ita subfugerit, ut caderet supinus. Idem si quid in sermone uel oratione blandius de se quicquam audisset, interpellabat et commutabat protinus. Domini appellationem ut maledicum nomen exhorruit. Quendam dicentem sacras eius occupationes, alium autem eo senatum se adijisse, uerbis motatis iussit dicere pro autem suam, pro sacris occupationibus laborat.

Burra fuit quidam scurræ, natione Hispanus, quem Sigismundus imperator in cõtuitio argento oneravit, adeo ut sub pondere iam p̄uiceret.

LIBERALES, ET MAGNIFICI.

Abilas centum prophetas in spelunca metu Iezabelis uxoris Achab delite fecerit, occulte pauit.

Darius Hystaspis filius insulam Samon & omnes ex ea proventus Sylosonti dedit ob acceptam ab eo uestem quandam magni precij.

Cimon Atheniensis hostiles exuias ciuibus suis contulit. Parabat quotidie domi

conuiuium, quod pauperes turmatim conueniebant. Famulis iubebat, ut si quem paupertate laborantem animaduertent, eum collata furtim pecunia adiuuarent. Agrorum suorū et prædiorū sepes auferrē iussit, ut omnia fructibus impune uescerentur. Hanc eius liberalitatem commendant Plutarchus & Lactantius de Veroculiu.

Dido Troianis in Africam appulsis misit uiginti tauros, suesq; totidem, totidem agnos cum matribus, si fides est Verg. lib. 1. scribenti. Nec minus interea socijs ad littora mittit uiginti tauros, magnorum horrentia centū Terga suum, pingues centum cum maribus agnos, &c. Eosdem quoq; excepit epulo & conuiuio, cuius apparatus idem poeta describit his uerbis: Dant manibus famuli lymphas Cereremq; canisirs Expediant, tonsisq; ferunt mantilia uillis. Quinqueginta uerus famula, quibus ordine longo Cura penum struere, & flammis adolere perates, &c.

Idem lib. 4. Aen. scribit, Tarbam Getulorum regem centum Ioui delubra et aras totidem possuisse, ignemq; uigilem & perpetuum sacrauisse.

Alexander Magnus cuidam Perillo quinquaginta talenta numerari iussit, ad dotem pauperum filij, quum illa decem, non amplius talenta postulat.

Alexander Taxile regimille talenta contulit, uasa item conuiuialia ex auro & argento plurimamq; uestes Persicæ, &c. equos 30 suis insignibus ornatos.

Idem Porum hostem agrum curauit, & inimicorum numerum recepit, et ampliore donauit regno, quam prius tenuisset. Bis Persarum ciuitatem ingressus, toties mulieribus erogauit nummos, pregnantibusq; manus duplicari iussit.

Africanus

Africanus Scipio non prius e foro sollebat discedere, quam unum aliquem ex his quibus congregaretur, beneuolum sibi & amicum efficeret. Et quamuis eius potestate uicta fuisset Carthago, moriens tamē argenti libras xx. xiii. auri duas duntaxat reliquit, tanta in omnes exciterat munificentia.

Proculius fratres suos Scipionem & Murenam impendij bellorum ciuiliū at ritos, & spoliatos partito iuui patrimonio. Vnde Horat. lib. 2. Car. Viuet extento Proculius æuo Notus in fratres animi paterni: illum ager penna me uente solui Fama superstes.

M. Scauri magnificentiam iam docuimus in capite de sumptuosis ædificijs.

Pomponius Atticus fugientem e patria Ciceronem sestercijs 240. millibus donauit. Cedenti Italia Bruto sestertia centum millia muneri misit. Tam multa in P. Volunium contulit, ut plura proficisci a parente non potuerint. Idem publicam Atheniensium inopiam suis opibus subleuauit.

L. Lucullus tanta fuit in omnes, eruditus præcipue, liberalitate & beneuolentia, ut domus eius Græcorum Romanuentium portus diceretur.

Augustus opera publica multa Romæ extruxit, ut forum cum æde Martis, templum Apollinis in palatio, ædem tonantis Iouis in Capitolio Principes sæpe hortatus est, ut monumentis uel nouis, uel restructis urbem adornarent. Spacium urbis diuisit in uicos & regiones. Aduersus incendia excubias nocturnas commentus est. Ad coercendas inundationes aluicem Tyberis laxauit. Aedes sacras uetustate collapsas, aut incendio absumptas restruct, & donis ornauit. In cellam Capitolini Iouis 15. millia

pondo auri gemasq; & margaritas quinquegenies sestercium una donatione contulit. Tot denique ædificia uel erexit, uel diruta reparauit, ut gloriaretur, urbem marmoream se reliquisse, quam lateritia inuenisset.

Flauius Vespasianus fecit templum Pacis foro propinquum. Item amphitheatrum in media urbe. Expleuit cæsum senatorium.

Consulares inopes quingentis sestercijs annuis sustentauit. Plurimas per totum orbem ciuitates terræ motu aut incendio afflictas in melius restituit. Primus e fisco Græcis Latinisq; Rhetoribus annua centena constituit. Præstantes poetas & artifices coemit. Colossi restructorem magna merce de donauit. Cuidam sumptum increpanti respondit, Sineret se plebeculam pascere pane. Dedit Apollinari tragædo 1000. sestertia. Tarpeio Diodoroq; citharædis ducenta. Apophoreta dabat uiris in Saturnalibus, & scæminis calendis Martijs.

Fuit in Tito Vespasiano liberalitas adeo magnifica, ut die quadam uesperis recordatus nihil se cuiquam præstitisse, dixerit, Amici perdidimus diem. Monentibus domesticis quod plura polliceretur, quam præstare posset, respondit, Non oportere quemquam a sermone principis tristem discedere. Non solum nihil negauit petentibus, at etiam hortatus est ultrò, ut quæ uellent, peterent. Plebem quando loque admittebat in thermas, quibus lauabatur. Ciuitates incendio Vespasi in Campania dirutas reparauit. Afflictis morbo nullam non adhibuit opem et medelam, inquisito omni sacrificiorum remediorumq; genere.

Iulianus imperator aras multo uictimarum sanguine profundebat, & tauros quosdamq; immolabat centenos, & innumeris uarij pecoris greges.

Hb 2 Gallie.

Gallienus Imp. Valeriani filius nihil unquam cuiquam petenti denegauit.

Antonius Pius (qui successit Adriano) magnam sui thesauri partem amicis et militibus impartiuit. Eutrop. teste.

Traianus urbes trans Rhenum in Germania reparauit. Nihil iniustum ad augendum fiscum egit. Publicè et priuatè omnes sibi familiares muneribus cumulabat, & honoribus, multas immunitates ciuitatibus tribuit.

Plinius orator, Historici nepos, Quin-tiliano rhetori dedit abundè pecuniæ, quam nobilem dotaret filiã. Quod ad ipsum scribens edocet his uerbis: Et tanquam parens alter puellæ nostræ confero quinquaginta milia nummum.

Mecenas eques Ethrusco de sanguine regum omnes eruditos sui seculi amauit plurimum, multisq; iuuuit muneribus.

Theodericus qui mortuo Odoacre Senarulo Imp. totius Italiæ adeptus est ditione, Romanis singulis annis dedit uiginti millia modiorum tritici. autor Paul. Diacon.

Caligula Imp. absoluit templum Augusti, et theatrum Pompeij. Inchoauit aqueductum et amphitheatrum Syracusis. Collapsa uelustate moenia et deorum aedes refecit.

Cæsar Claudius Caligulæ successor. perfecit aqueductum ab ipso Caligula inceptum. Riuum Anienis lapideo opere in urbem perduxit, diuisitq; in plurimos lacus. Per tria passum millia montem effodit, & excidit, ad emittendum Fucinum lacum, quod opus agrè absoluit post undecim annos, quamuis triginta hominum millia sine intermissione operantia adhibuisset. Congiaria populo sepius dedit.

Domitianus congiarium populo nummorum CCC. ter dedit, et inter spectacula

muneris largissimum epulum. Septimontiali sacrorum die senatui & equitibus panaria & sportellas cum obsonio distribuit.

Sparfit & dona misilia in populum. Multa opera incendio absumpta restituit, ut Capitolium. Excitauit eadem in Capitolio custodi Ioui, & forum.

Marcus Aurelius uocatus à matre ad diuidendum cum sorore patrimonium, uniuersum sorori concessit.

Agessilaus delata ad se Agidis bona, inter cognatos inopia pressos diuisit.

Probus Augustus in plurimis uictorijs nihil præter tela & arma sibi retinuit. Cætera militibus concessit liberè.

Aurelianus tunicas uiritum per populum dedit. Item frumentum et oleum cum uino.

M. Antonius Triumuir filius munerum magnitudine Philotam quædam adeo terruit, ut ille capere reformidaret.

Nerua imperator ad sustentandam ciuium uitam decies & quinquagies centena millia nummum erogauit, & quosdam senatorij ordinis delegit, qui agros emerent, eosq; egenis partiretur. Vnde inops pecuniæ factus, uestes, uasa, & uniuersam suppellectilem auctioni subiecit, agrosq; et domos uendidit. autor Dion Cassius. Quicquid antea poenæ nomine tributis accesserat, indulgit. Afflictas ciuitates reuelauit. Puellas et pueros natos parentibus egesto sumptu publico per singulas urbes Italiae foueri iussit. testis Aurelius Victor.

Adrianus nulli iniuste pecunias abstulit. Multa publicè et priuatim multis clarigatus est.

Otho tertius impe. diuendito patrimonio, Germaniam multis ornauit cœnobijs.

Ludouicus Crausus, Franc. rex. fecit cœnobijs S. Victoris in suburbij Lu'et.

Rh-

Philippus Augustus cœnobiū apud Syluanectum excitauit, & ciuitatem Andegauensem dirutam restituit.

Alexius Comnenus orphanotrophion erexit, in quo puellas & pueros parentibus orbatos sua pecunia refuebat. Fecit & Musæum, in quo alios iubebat erudiri, pecunia ex regio uestigali data.

Apollonius confessor mendicis morbo laborantibus operam & pastum suppeditabat.

Andoenus episcopus, qui floruit regnante apud Francos Lothario, cœnobijs pariter suo erexit.

Innocentius tertius xenodochium Spiritus fecit in Saxia. Altare S. Petri Romæ exornauit. Sixti templum restituit. Turrim maximam erexit.

Anastasius 4. pontifex Max. pauperes pauit sua pecunia, quum uniuersam propè Europam publica torqueret fames.

Alexander 5. pontifex tanta erat munificentia, ut prædicaret per iocū se diuitem Episcopum fuisse, pauperem Cardinalem, mendicum Pontificem.

Alphonfus 10. rex Hispaniæ in nuptijs filij sui et Blanchæ diui Ludouici filiæ congiarium populo dedit, & pauperes uestimentis uiritum ornauit, Imperatorem Constantinopolitanum à Soldano captum ingenti redemit pecunia.

Alfredus rex Anglorum permulta construxit cœnobia.

Batildis seu Clotildis, Francorum regina, duo cœnobia construxit.

Theodericus filius Clodouei eadem sancti Modesti Atribatenfis.

Tiberius Secundus, qui ante Mauricium Cappadocæ imperauit, Narsesis thesauros in puero repletos egentibus impartiuit.

Clotarius rex Francorum condidit templum sancti Medardi Suesionense.

Cunro Anglorum rex, cœnobia quatuor erexit. Tria ordinis sancti Benedicti, Quartum in honorem diui Eduardi regis.

Dagobertus rex Francorum fecit cœnobijs beati Dionysij in Francia.

Etgarus rex Angliæ singula erexit monasteria singulis quibus regnauit annis.

Cyprianus Afer facultates suas omnes pauperibus impartiuit.

Eligius Nouionensis episcopus, quum ante aurifex esset, quicquid ea arte consequebatur lucri, dabat pauperibus.

Epiphanius præsul Salaminiæ episcopatus sui fructum dabat mendicis.

Egidius Atheniensis spoliari se ueste, ut repertum in uia pauperem operiret.

Paula Romana mulier, marito mortuo, suas facultates indigentibus erogauit.

Plato martyr, qui passus est imperante Maximiano, paternam hereditatem concessit pauperibus.

Nicolaus episcopus Patariæ sua pecunia iuuuit paupertatem cuiusdam hominis, qui rerum penuria decreuerat formosas quas habebat filias prostituere in lupanari, ut quæstum facerent suo corpore, & uictum sibi compararent libidine.

Constantinus Monomachus Impe. templum instituit, in quo grauati senio, & ad laborem inuiles, scuerentur.

Lupus Senonensis Archiepiscopus, tanta erat in pauperes munificentia, ut nullum sibi relinqueret thesaurum, sed totum se hauriret.

Sedente in pontificatu Bonifacio IX. Ludouicus rex Pannoniæ, Caroli regis filius, Romæ ad annū iubileū profectus, quatuor aureorum millia arario Petri obuiuit.

Hh 3 Germa

Germanus praeful Antistiodorensis, nas argenteum à Placidia Valentimiani matre susceptum pauperibus dono dedit.

Lucina uirgo Romana Christianos suis iuuabat sumptibus, & affectos martyrio in agro suo sepeliebat.

Paula Busa foemina exercitum populi Romani ex seza cladis Cananensis frumento iuuat & iustico. Liuius.

Pudentiana, & Praxedes uirgunculae, pauperes Christianos suis nutriebant sumptibus.

Valdo (à quo pauperes quidam Lugduni Valaces appellati sunt) uniuersum patrimonium pauperibus erogauit, dictitans omnia inter Christianos communia esse oportere.

Petrus Vrseolus dux Venetorum templum diui Marci incendio absumptum restituit, et pauperum xenodochium extruxit.

Theolinda Longobardorum regina, multas sacras aedes erexit, multas ruinae iam proximas reparauit.

Robertus Hugonis Capeti filius, Francorum rex, plurima religiosa loca excitauit, apud Aureliam coenobium sancti Anianiani, in sylua Aquiliana S. Medardi, & sancti Leodegarij in Viteraco castro, S. Regalis in ciuitate Syluaneensi, apud Augustunum sancti Cassi.

Vuenceslaus rex Bohemorum, regni sui pauperes egregia fouebat munificentia.

Vrsus Comes Nolanus, singulis annis, quibus Nole praesuit, auri & argenti uim non paruam contulit ad dotem pauperum uirginum.

Alfonsus rex, populorum aut regum oratoribus publico aut priuato nomine ad se uenientibus, aedes iubeat exornari, et gra-

tuitas epularum delicias ministrari, nec unquam abire permittebat in donatos.

Vide liberalitatem multorum in eruditos, in historia de precio literarum. Suppetunt mihi alia de liberalibus, et magnificis uiris, in finita genere exempla, quae ex industria missa facio: quod non ignorem, ex nimia quandoque abundantia fastidium prouenire: quodque (ut inquit Horatius) Omne superuacuum pleno de pectore manet. Qui alia id genus desiderabit exempla, uideat Val. Max. Sabellicum, & Fulgosium.

HOSPITALES.

Ariadne suscepit hospitio Theseum profectum in Cretam, & Minotaurum destitutum.

Phyllis Lycurgi regis Thracum filia, Demophoontem ab expeditione Troiana redeuntē, & uentis pulsam in Thraciam. Propertius: Paruo dilexit spacio Minoida Theseus, Phyllida Demophoon, hospes uerterque malus.

Hypsiphile Thoantis filia, & Medea filia Aetae regis Colchorum, Iasonem susceperunt hospitio. Propert. Nec sic Aeonidem rapiētibus anxia uentis, Hypsiphile uacuo constitit in thalamo. Hypsiphile nullos postillos sensit amores, Ut semel Hemonio tabuit hospitio.

Alcimous rex Phaeacum Vlysses Troia redeuntē suscepit hospitio.

Molorchus pastor, Herculem. Martial. lib. 4. Tam comi patet hospitalitate, Cretdas Alcimoi pios penates, Aut facti modo diuitis Molorchi.

Pholus Centaurus, fuit Hercules hospes. Lucanus lib. 6. Hospes & Alcide magni Phole.

Fuit & Midas hospes Bacchi, teste Ouidio.

Calypso

Calypso naufragum Vlysses suscepit in Ogygia in insula. Propert. lib. 1. At non sic Ithaci digressu nota Calypso Desertis olim stenerat aequoribus.

Eodem modo Ianus excepit Saturnum, Eriander Aeneam, Canusina Romanos à clade Cannensi redeunte, Raab apud Hebraeos Dei populum.

Contra uero inhospitales fuerunt Thraeces, Polymestor, Diomedes, Buziris, Scythae.

ILLIBERALES, AVARI, & foeneratores.

Simon fuit auarus, qui à Petro spiritus sancti gratiam mercari uolebat. Vnde Simonie inditum nomen.

Pygmalion rex Tyri, Sichaeum sororis suae Didonis maritum interfecit, ut eius auro potiretur. Verg. lib. 1. Aen. Ille Sichaeum impius ante aras, atque auri caecus amore clam ferro incautum superat, securus a-morum Germanae.

Achilles ductus auaritia, cadauer Hectoris Priamo exposuit uenale. Verg. lib. 1. Aen. Ex animinumque auro corpus uendebat Achilles.

Polymestor rex Thraciae, Polydorum Priami & Hecubae filium, fidei suae tempore belli Troiani commissam interfecit, ut eius auro potiretur. Verg. lib. 3. Aeneid. Fas omne abrupit, Polydorum obruncat, et auro vi potitur.

Menippum philosophum, genere Phoenicem, aitum foeneratorem extulisse.

Caristes nomen est foeneratoris apud Plutarchum in Phocione.

Temeseus foenerator fuit quispiam, quem Eutymus Locrensis athleta coegit reddere quicquid illicito usurae quaestu sibi comparauerat.

Ochus rex Persarum auaritia nota ad-

laborauit, ut urbem nunquam iniret, ne mulieribus congiarium impertiretur. Nam Cyrus lege sanxerat, ut ubi primum Persarum rex ingrederetur, mulieres quotquot adessent, singulos auri nummos ab ipso rege acciperent.

Semiramis, in monumento, quo post mortem erat recondenda, haec insculpi iussit: Quicumque regum post me futurorum pecunia indigerit, recluso conditorio sumat inde quicquid usum fuerit. Id quum perlegisset Darius, auri cupiditate sepulchrum iussit recludi, in quo tamen pecuniam inuenit nullam, sed hoc tantum literis sculptum: Nisi malus fores, & auarus, mortuorum loculos non moueres, autor Herod.

Condalus domesticus Mausoli regis Cariae, tanta laborauit auaritia nota, ut si quae arbor in uias procliberet, fructus ipse decerperet, & exponeret uenales. Eidem regionem peregranti si quis ouem aut uitulum attulisset, danti imperabat ut domum referret, & nutrirat. Longo demum post tempore ipsum repetebat, & si quid inde foret natum emolumentum.

Eriphyle desiderio habendi monilis auri rei, quod ferebat Atraxus rex Argiurum, Amphiarum maritum suum prodidit, qui se occuluerat, ne Thebas ad bellum reperetur, quod ex uaticinio praenideret ibidem se perituram.

Alcmaeon Megacles filius, quem legatos Croesi Lydorum regis Delphos ad oraculum itantes humanissime frequenter accipisset, Croesus ut responderet tanta humanitati, & beneficium reponeret, eum dona uit tanto auro, quam illi corpore suo ferre possent. Tum Alcmaeon talarum tunicam laxosque cothurnos induit, quos erarium ingrossum impleuit pecunia. Quinetiam os referat, &

H h 4 ramon

ramenta quædam alliguit suis capillis, ad ò ut oneri succumberet. Homine conspecto, Cræsus irruit in cachinum, eumq; tanto instructum munere dimisit. author Herod.

Apollonius Tyaneus arguebat Platonem avaritiæ, quod pecuniæ causa secutus esset Dionysium in Siciliam.

Huius sceleris suspectum se suis uerbis fecit Simonides poeta, quod rogatus à quodam, ut Encomium in eius scriberet laudem, gratiam loco muneris accepturus, responderit, duas se habere arcas, unam gratiarum, alteram argenti. Hanc quum aperiret, communem plenamq; reperire, illam uerò inanem & uacua.

Demosthenes habitus est auarus, quod pecuniam à rege Persarum acciperet ab Harpalo corruptus, ut ageret contra Philippum.

Achæus rex fuit Lydorum, qui quum noua tributa à subditis uellet extorquere, ob avaritiam populari factione suspensus est elatis pedibus, & demerso in Pactolum capite. Ouidius in Ibm: Morte uel intereas capiti suspensus Achæi, Qui miser aurifera teste pependit aqua.

Arimaspi populi Thraciæ, assiduumerunt bellum cum Gryphis auri cupiditate.

Patroclum quendam taxauit Aristophanes, quod in summa rerum opulentia fordidè & immundè uiueret, ne faceret sumptum.

Quo tempore Annibal opprimebat Cæpanos bello, Valerius Bestius Ruscium, imbrici foci sui filium, quem acceperat seruandum, avaritiæ stimulatè morti dedit, ut eius auro potiretur. autor Plut.

Quum Brennus, Senonum dux, Ephesum obsideret, Domonica mulier audita-

te monitum, quibus ille ornatus esset uentabat, urbem ipsam prodidit. Brennus uerò urbem ingressus, tanto auro foemina oneravit, ut dedita opera opprimeret uiuam, muliebrem illam pertæsus avaritiam. Eandem ob causam Tarpeia uirgo Romana Capitolium Sabimorum regi Tatio prodidit.

Quæ Casius in Hispania Syllium et Calphurnium occidendi sui gratia cum pugionibus deprehensos, quinquagesies sestercium ab illo, ab hoc sexagesies pactus dimisit.

L. Septimuleius C. Gracchi (cui prius erat familiaris) caput abscidit, & per urbem pilo fixum ferre sustinuit, quia Optimus consul auro id se repensurum eduxerat.

Non satis fuerunt Crasso numerosæ illæ (quarum iam meminimus) diuitiæ, nisi & aurum Parthorum esuriret.

Gellius ait Cornelium Ruffinum, manu quidem strenuum & bellatorem bonum fuisse, sed furacem & acri avaritiæ.

Cato Uticensis insimulatus est avaritiæ à Cæsare, quum Martiæ cõiugem Hortensio amico roganti concessisset, eamq; postea Hortensij recepisset heredem. Dimisit, inquit, ut locupletem reciperet.

Aulus Posthumius Albinus missus ad inferendum Iugurthæ bellum, pecunia corruptus destitit.

Cæsar in Hispania à proconsule & à socijs pecunias accepit emendicatas in auxilium aeris alieni. Et Lusitanorum quendam oppida, quanquam nec imperata detrectarent, & aduenienti portas patefacerent, diripuit hostiliter. Tempia deum donis referta expilauit. Vrbes diruit sapiens ob prædam, quam ob delictum. In primo cõsulatu MMM. pondo auri furatus est Cæ-

pitolio.

pitolio. Societates & regna precio dedit. Sex millia talentorum suo & Pompeij nomine Ptolemæo abstulit.

Tiberius Cæsar fuit adeò parcus, & tenax pecuniæ, ut comites expeditionum & peregrinationum cibarijs tantum iuuerit, non salario.

Caligula sororum ornamenta, et supellectilem, et seruos magno precio uendit. Vestigalia noua & maudita exercuit, nullo rerum aut hominum genere omisso, cui non tributi aliquid impouerit. Pro edulijs (quæ tota urbe uenibant) certum statutumq; exigebat.

Nero tabernulas effringebat, & expilabat. Exhaustus pecunia animum calumnijs & rapinis intendebat. Maronam purpura cultam, uestè & bonis omnibus exuit. Templis compluribus dona detraxit. Simulachra ex auro uel argento fabricata, confluxit.

Sergius Galba ciuitates Hispaniarum & Galliarum, quæ contantius fecerat deductionem, grauioribus tributis puniuit. Iouis coronam auream librarij confluxit. Milites aquilam & signa flagitantes decimauit. Germanorum cohortem, à Cæsarebus ad custodiam corporis institutam, dissoluit, & sine ullo commodo remisit in patriam. Apposita lautiore coena ingemuit, quasi sumptum ægrè ferens. Ordinario dispensatori, breuiarium rationum offerenti, nihil præter paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexit.

Fuerunt in Flauio Vespasiano, de quo iam diximus, avaritiæ argumenta. Nam omissa sub Galba uectigalia reuocauit. Noua etiã et grauia addidit, & auxit tributa provincijs, nonnullis etiã duplicauit. Auiditate lucri negociationes, uel priuato homini pu-

dendas, palmam exercuit. Candidatis honores, reis absolutiones uendit. Procuratorum rapacissimos ad ampliora officia promouebat ex industria, quod locupletiores mox condemnaret. Quibus propterea dicebatur uti pro spongijs, quod quasi siccos madefaceret, et exprimeret humentes. Hæc Suetonius. Nec eum puduit uectigalia ex uirina colligere.

Eutropius scribit, Flauium Vespasianum auidissimum fuisse pecuniæ.

Domitianus operum & munerum impensis exhaustus, nihil pensi habuit bona uiuorum prædari & mortuorum. Si qualecunq; factum aut dictum aduersus maiestatem principis alicui obiectum esset, confiscabatur eius hereditas. Stipendia ab his exigebat, qui in laicam uiuerent uitam.

Iustinianus iunior læta fuit cupiditate, ut ciuibus & senatoribus aurum & argentum extorqueret, quod capsis ferreis ad hunc usum factis includebat.

Didius Iulianus imp. porcellum atq; lepusculum ad se muneri missum in triduanas partiebatur coenas: prandebatq; interim, paucis oleribus & herbulis contentus.

Aelius Pertinax imperator, dimidiatas lactucas aut carduos conuiujs solebat apponere. Et si quid interdum uellet amicis mittere, binas tantum offulas, aut paucula mittebat poma. Aut si quando lautius uellet facere, dabat lumbos gallinaceos.

Iulius Capitolinus scribit, Antoninum Pium imperatorem foenustrientarij, hoc est minus usuris, exercuisse, ut patrimonio suo plurimos adiuuaret.

Alphium Horatius foenerator è uocat, ubi ait: Hæc ubi locutus foenerator Alphius, iam iam futuris rusticus Omnem rededit idibus pecuniam.

Vuidij auaritiā describit Horat. lib. 1. Seru. dicens: Vuidius quidam (non longa est fabula) diues ut metiretur nummos, ita sordidus ut se nō unquam melius seruo uerret, aduſq; ſupremum tempus, ne ſe penuria uictus opprimere, metuebat, at hūc liberta ſecuri diuiſit medium fortiffima Tyndaridarum.

Fuſidium ſceneratorem idem arguit his uerbis: Fuſidius uappæ ſamam timet ac nebulonis, Diues agris, diues poſitis in ſceno re nummis, Quinas hic capiti mercede exiget, atq; Quāto perditior quiſq; eſt, tāto acrius urget.

Eodem modo Martialis notat auaritiā Salernanum quendam, qui ſingebat ſe triftari de morte uxoris, quum tamen letaretur plurimum, ut ſolus potiretur bonis.

Stroza pater eandē inuit notam cuiſdam Scauro, ubi ait: Scaurus habet uillas, urbana palatia, nummos, Pinguiq; innumeris prædia bobus arat. Huic tamen aſtuduē maior ſucceſſit habendi Nāquam diuitijs exatiata famas. Ditioreſtigitur patrio contentus agello, Qui inuit nullo ſcenero Fabricius.

Martinus Pont. Max. clanculū cereos in templis ſolebat extinguere, gratia nocturni numinis. Idem ut oleo parceret, inſtituit crudos piſces dari domeſticis à diſpenſatore.

Pontanus ſcribit, Angeloſtum ſacerdotem Cardinalem particulam hordei ſingulis ab equis clamē præſepibus ſurripere cōſueſſe, donec à magiſtro ſtabuli pro ſure deprehenſus in tenebris uapulauit.

Philippus auguſtus Gallorum rex, decimas imperauit, reclamantibus Innocentio quarto & uniuerſo Galliarū clero. At hoc uicium nunc adeo frequens eſt, ut nemine

iam obmurmurante tranſiuerit propemodum in legem.

Euclio apud Plautum nomen eſt auari, qui quum haberet ollam pecunia reſertā, & ablitam terra, domo non audebat egredi, ne quis ſuffuraretur. Omnes qui ad eum itabant, habebat ſuſpectos furti.

Claudianus auaritiā Ruſſini his inceſſit uerbis: Plenus ſauitiæ, lucricq; cupidine feruens, Non Tarteſiacis illū ſatiaret arenis Tempeſtas preciōſa Tagi, non ſtagna rubentis Aurea Paſtoli, totumq; exhauſerit Hermum, Ardebit maiore ſiti.

Volaterranus ait, Leonardum Arcimū auaritiæ maculam contraxiſſe.

PRODIGI.

Demetrius Antigoni & Stratonices filius ccc talenta ſcortis dari inſit, auctore Pluturcho.

Agrigentinarum tātus fuit in omni re luxus, ut Plato diceret, eos ædificare, ac ſi uicturi perpetuū forent: ita demum conuiuari, uelut ſemper morituri. Vtebatur lectis & xiftis argenteis, habebant & lecticas totas ex ebore.

Græci adeo ſibi indulſerunt, ut mixtum unguēto uinum (quod dicebatur Myrites) largius haurirent.

Batylli populi unguentis madent, auctore Plinio, ut Cyprij, Cycizeni, Corimbij, & Parthij.

Alexander Macedo Promachum bibaciſſimum hominem, uictorem in uini certamine, aurea corona donauit.

Agamencelus Alexandri magni præſtulus, aureis clauis ſuffigebat crepidas.

Belforius Siculus, homo priuatus, domum inchoauit tāto ſumptu, ut fundamentis modice adhuc ab humo extantibus, pecunia ſit exhauſtus, quam tamē multis annis impro-

probo labore ſibi comparauerat.

Cleopem Aegypti regem ſumptu Pyramidis eò redactum inopia, memoriæ traditum eſt, ut coactus ſit filiam exponere uenalem ad meretricium quaſtum.

Aefopi tragædi filius tanta fuit prodigientia, ut uniones aceto liquefacto coenis apponeret. Horat. lib. 2. Seru. Filius Aefopi detractā ex aure Metellæ, ſcilicet ut deſeries ſolidum exſorberet, aceto diluit inſignem baccom.

Baſſam ſceminam Martialis lib. 1. notat, quòd excrementa corporis aureo exciperet uoſe, ubi ait: Ventris onus miſero (nec te pudet) excipis auro, Baſſa, bibis uitro, carius ergo cacas.

Cinna cuiuſdam luxum idem Mart. lib. 9. ita arguit: Nam tu dum metuis, ne quid poſt fata relinquas, Hauſiſti patrias luxurioſus opes.

Albidius fuit adoleſcens perdiſſimæ uita, qui decocto uniuerſo patrimonio, unas (quæ ſupererant) ædes rerum deſperatione incendio dedit. Quod uidens Cato, Hic inquit, Proteruiam facit.

Phocus Phocionis filius, quum paternas opes prodigo luxu dilapidaiſſet, Athenienſibus uſq; adeo factus eſt odioſus, ut occurrentes omnes, diſſamatorem ſui generis illum nuncuparent.

Callias fuit quidā, qui conſectandis meretricibus uniuerſum dilapidauit patrimonium. Hinc per iocum dicebatur à ſcortis deplumatus.

Cleopatra ultima Aegypti regina coenā parauit Antonio, in qua cætes ſeſtertium, id eſt 250 millia aureorum uno ſerculo ſecundæ menſæ conſumpta ſunt. Vnde Sidonius Cleopatricas dapes uocat.

C. Curtio tribuniſplebis ſexcenta æris

alieni ſeſtertia debuiſſe fertur. auctor Valerius Maximus.

M. Liuius quum omnia per luxum dilapidaiſſet, ſtultiæ ſuæ per iocum illudabat, dicens: Se nihil cuiquam reliquiſſe, præter cœlum & coenum. itaq; quum pecunia egeret, multa per ſcelus commiſit.

T. Annium Milonē ſeſtertia dccc milia æris alieni debuiſſe, inter prodigia animi humani ducit Plinius lib. 36.

Licinius Craſſus quum omnia decoxiſſet, occurrentium tamen cachinnis uocabatur diues, his uerbis: Qui in Parthos militauit, nō fuit appellatus diues primus, ſed hic.

M. Tigellius Germogenes fuit adeo prodigus, ut tibicines, hiſtriones, paraſiti, gnatones, mimi, epulones, balatrones, mendici, unguentarij, cauſones, reliquiq; ocioſæ & perditæ uitæ homines, mortem eius multis lachrymis deſteuerint. Horatius libro primo Seru. Ambubaiaſum collegia, pharmacopolæ, Mendicij, mimi, balatroſnes, hoc genus omne Mœſtum ac ſollicitū eſt cantoris morte Tigelli, Quippe benignus erat.

Rhemnius Palemon Gramaticus luxuria ita indulſit, ut ſæpius in die lauaretur, nec ſufficeret ſumptibus, quamuis ex ſchola quadragena annua caperet, & non multo minus ex re familiari.

Plinius ſcribit, felicē Arabiam non tantum Cynnami, Caſiæ, aliorumq; odorum annuo foetu parere, quantum Nero princeps nouiſſimo pompæ ſuæ die concremavit. Idem ſordidos uocabat, & parcos, quibus ratio impenſarum conſtaret. Eos uerò lautos ac magnificos laudabat, quæ abuterentur & perderent. Mirabatur auunculum Caii Caligulam, quòd ingentes à Tyberio reli-

Elas opes in breui spacio pro degeſſit. In Tyridatem regem Armenia octoginta nummum millia diurna erogauit. Ab eũ superſterium millies contulit. Menecratem Cibarcædum & Spiculum Mirmillonem triumphalium uxorũ patrimonijs adibusq; donauit. Cercopitbecum panerodem foene uorem propè regio exulit funere. Nulla uſtem bis induit. Quadragenis in punctũ ſeſterijs aleam luſit. Piſcatus eſt rei aurato, purpura & cocco ſuaibus nexis. Numquam carrucis minus mille iter ſecit. Multos argenteis crepidabat ſoleis, & Canuſina operiebat lana. Theatrum auro totum operuit in honorem ipſius Tyridatis. Idem cubicula uiatoria unionibus conſternebat. Annis XIII. quibus imperio præſuit, bis & uicies millies donationibus effudit: id eſt, quingenties & quinquages. centena millia aureorum.

Poppea Neronis uxor iumentis ſuis ſoleas auro induebat.

Omnium ſerè luxum & prodigiam nepotim belluationibus ſuperauit. Apicius, de quo Martialis lib. 5. Dederas Apici tibi trecenties uentri. Sed adhuc ſupererat centies tibi luxum. Hoc tu grauatus, ne ſuim & ſamè ferres, Summa uenenum potione duxiſti. Quod ſic interpretatur Budeus: Apici ſexcenties ſeſtercium, id eſt, quindecies centena aureorum coronatoris millia inexplibili iſta ingluuie belluatus, quum poſſes adhuc 250 millibus (quod centies luxum appellat) uitã lauto & elegantiuictu producere: tamen uenenum miſer hauſiſti, ne patrimonio tanto ſuperreſſes, quod iamiani te deſerturum uidebatur.

Catullus Formianum quendam inceſſit ut decoctorem, & ære alieno oppreſſum, ubi ait: Iſta turpiculo puella naſo Decocto amica Formiani.

Galienus Imp. Valeriani filius gemmas ſerabat caligas, exemplo Caligulæ, qui inde traxit nomen.

Antonius Sopus in contumeliam natura, uilitatem auro ſeruit.

C. Caligula opes immenſas à Tyberio congeſtas, ac uicies ſepties millies ſeſtercium intra annum abſumpſit. Idem Liburnicarum nauium gemmatis puppibus utebatur, & diuerſicoloribus uelis, in quibus thermas, porticus, & triclinia ſtatuit magna laxitate, diſpoſitis etiam pomiferis arbuſculis.

Singuli Vitellij apparatus nõ minus quadringentis millibus conſtiterunt. In cœna eidem à fratre data duo millia lectiſſimorũ piſcium, ſeptem auium appoſita traduntur. Idem Vitellius in ſuo principatu ducentis ſeſtercijs cõdidit patinam, cui faciendæ fornax in campis adificata erat. Habuit autẽ in ea patina ſearorum iecinora, phaſianorum et pauonum cerebella, linguas Phœnicopterum, murenarum lactes, à Carpathia uſq; fretorũ; Hiſpaniæ petitarum, auctor Suetonius.

Heliogabalus inuitatis ad prandiũ ſummis uiris, crocomenſam ſternebat, dicens, ſe ſœnum pro eorum dignitate exhibere. Idem triclinia, lectos, et porticus omni ſorũ genere ſtrauit, lilijs, uiolis, hyacinthis, & narcifſis, quos flores pedibus conculcabat. Naves preciſis mercibus onuſtas mergi in portum iuſſit. Aureo utebatur uafe ad corporis excrementa. Gemmas ab optimis ſculptas artiſtibus in calceamentis ſernebat, quæ nunquam iterabat. Precioſas ueſtes ſæpe conſecidit. Minxit etiam in Myrrhinis & onychinis uafis. Omnibus meretricibus ſine effectu libidinis multos quãdog; dedit aureos nummos.

L. Nerat

L. Neratius homo egregiè improbus, auctore Gellio, quum pro delectamento haberet, os hominis liberi manus ſuæ per lima uerberare: ſeruum comitem habebat, crumenam plenam aſtum portitantẽ. Et quuncunq; depalmarat, numerari ſtatim ſecundum duodecim tabulas x xv. aſſes eidem iubebat.

Cæſar Alexãdri pontificis filius, quod tãdianis epulis ducentos aureos dicauit. Parafitus ueſtes duorum millium donauit. Exercitum octo millium hominum uiuente patre ſemper aluit.

Galeatius filius Ioannis Galeatij primi Inſubrium ductus, in filia nuptijs (quibus interſuit Petrarca) ad centum millia nummum erogaffe fertur.

Petrus preſbyter Cardinalis, ſedente in pontificatu Sixto, duobus annis trecenta aureorum millia luxu prodegit, & uanitatibus.

Alphonſus rex Neapolitanorũ quum multa per luxum prodegiſſet, cõſolatoq; ingenti ære alieno, iam nõ haberet, unde creditoribus ſatis faceret, dolore et ira permotus pleroſq; ſuis ſpoliauit bonis.

INGRATI.

Theſeus Ariadnam Minois filiam, cuius beneficio labyrinthũ euaserat, reliquit in Chio inſula. Ouid. lib. 8. Comitẽq; ſuam crudelis in illo Littore deſtituit.

Paris Helenam rapuit uxorem Menelai, à quo tamen benignè ſuſceptus fuerat hoſtibus.

Athenienſes Milciadem pro Marathonijs trophis carere muerarunt.

Syracuſani Dionem, cuius opera libertatem receperant, eiſerunt: ac deinde reuocatum interſecerunt.

Ariſtudem Athenienſes in exilium miſe-

runt beneficiorum eius immemores.

Darius conſilium cepit de interſiciendo patre Artaxerxe, à quo tamen rex per indulgentiam creatus fuerat.

Crœſus Lydorum rex Cyrum Perſarum regem, à quo primum uictus, & impunitatem & ueniam acceperat, armis iterum laceſiuit.

Demophoon Theſei filius Phyllidẽ reliquit, & ad laqueũ impulit, cuius tamẽ hoſpitiõ fuerat uſus, quũ ab expeditione Troiana rediens, delatus eſſet in Thraciam.

Iaſon quoq; Medea, cuius opera uellus aureum ſurripuerat, & draconem effugerat, abdicauit, ſuperinducta Creuſa filia regis Creontis.

Hercules adhuc puerulus præceptorẽ Linum interfecit, quũ ab eo ob tardius ingentium culparetur. auctor Ioan. Annius in Berofum.

Phraates patrem ſuum Orodem regem Parthorum interfecit.

Diomedes direpta Troia rediens in patriam, uentis delatus eſt in Libyam, ubi Lycus rex Marti hoſpites inuolabat. Callirhoe uerò Lyci filia Diomedem, cuius amore flagrabat, liberauit ab inſidijs paternis. At ille ſpreto ſalutis auctore enauigauit, unde puella dolore animi ſe ſuſpendit.

Calphurnius Craſſus eodem modo Balſaciam puellam reliquit, cuius tamen beneficio moriem euaserat in Maſſilia.

Xerxes filium Pythij Bithynij mediam diſcindi iuſſit, quum tamen pater regem iuſſum cum toto exercitu hoſpitiõ ſuſcepſiſet.

Alexãder immemor primæ nutricationis & lactis, quod ab Hellenice nutrice inſans biberat, eius filium Clitum interfecit.

Aeneæ in Didonem magna fuisset in-
gratitudo, si post benignum eius hospitium
oblataſq; ultrò nuptias eam reliquiſſet, ut
Vergilius fabulatur.

Tatius rex Sabinorum, Tarpeiam puel-
lam uiuam deſedit, cuius tamen beneficio
Capitolium expugnauerat.

Quàm ingrata fuerit Tullia in paren-
tem atq; inhumana, iam in capite de Cru-
delitate diximus.

M. Portius Cato ſeruos ſenio cōfectos
tanquam bruta ſolebat eiſcere, & expone-
re uenales.

Romani Scipionem illum Africanum,
cuius auſpicio emulam imperij ſui Cartha-
ginem ſub iugum redegerant, & Aſdruba-
lem ſuperauerant, accuſatum à Petilio in-
ius uocauerunt, atq; proſcripſerunt, quòd
pecuniam Aſiaticā non totam in erarium
retuliſſet.

Pharnaces in amicitiam à Pompeio re-
ceptus, Mihridati patri ſuo bellū intulit.

Cicero iuſſu M. Antonij Triumui-
ri interfectus eſt à Pompilio, quem tamen capi-
tis reum defenderat.

Cæſar Tyberius toto triennio quo ui-
uente matre abſuit ab urbe Roma, & mo-
ram traxit in ſeſſu Caprearum, ſemel o-
mnino matrem, nec amplius quàm uno die
pauciſſimis uidit horis. Mortuam demum
quum intellexit, non prius acceſſit ad exe-
quias, quàm corrupto & tabido corpore.
Funeratam prohibuit cōſecrari, eiſq; te-
ſtamentum pro irrito habuit, atque unum
ex his interfecit, quibus illa moriens ſune-
ris ſui curam demandauerat.

Decebalus rex Dacorum, uictus à Tra-
iano, & uenia donatus, imperatorem de-
nuò ſolicitauit ad bellum.

Auſtinianus imp. Beliferum ducem exo-

culauit, cuius tamen ductu Perſæ in orien-
te, Vandalos in Africa, & Gothos in Ita-
lia ſuperauerat.

Henricus quintus Imperator Henricū
patrem macerauit carcere.

Ludonicus Pius, Caroli magni filius, à
ſilijs in carcerem coniectus eſt.

Commodus imp. interfectus eſt inſidijs
Martie concubinae ſuae.

Conſtantinus Leonis filius Irenem ma-
trem imperio deiecit.

Michael Calaphates imp. Zoen matrē
imperio ſpoliauit.

Michael Thraulus Leonē imp. de me-
dio ſuſtulit, cuius tamen beneficio multas
dignitates fuerat aſſecutus.

Romanus iunior matrem à ſe reiecit, et
animi dolore, quem illa de filij ingrati-
tudine conceperat, ad mortem compulſit.

Lucius Oſtius tempore bellorū ciuiliū
patrem ſuum Annalim proſcriptum, quē
triumui-ri ad ſupplicium perquirebant, la-
tentem prodidit, ut eiſ bona acciperet.

Amalaſuntha Gothorum regina inter-
fecta eſt opera cuiuſdam Theodori, quem
tamen regni conſortem delegerat.

Iſacius Angelus imp. ab Alexio fra-
tre, quem captum à Turcis redemerat, per-
ſumum ſcelus oculis imperioſq; priuatus
eſt.

Thraſimūduſ Pharoaldo patri ſuo, Spo-
letanorum duci, caput in modum preſbyte-
ri ruſit, ut principatum arriperet. author
Paulus Diaconus.

Eriſcus filius Aſij Ferrariae principis,
patrem in carcerem coniectum ibidem mo-
ri coegit, ob inductam nouercam.

Alexius demum interfectus eſt à Mur-
ziphlo quodā ignobili, quē tamen ad ſum-
mum dignitatis gradum exiuerat.

Alphon-

Alphonſus primus rex Luſitaniae, Ti-
reſiam matrem coniecit in uincula, quòd
poſt mariti mortem ſecundas tentaret nu-
ptias.

LATRONES, ET SA- cilegi.

Mercurium ſurem poete faciunt, atq;
etiam Deum ſurum. Lactantius: Fur
ac nebulo Mercurius, quid ad famam ſui
reliquit, niſi memoriam fraudum ſuarum?
Mantuanus: Thetidosq; cubile Peleus ince-
ſtat, reſtor Neptunus aquarum Phorcida,
Deucalidē fraudis furumq; magiſter Mer-
curius.

Prometheus Deucalionis pater & Ia-
peti filius poſt factos homines, auxilio Mi-
nerue aſcendit caelum, & ignem ſerula de
rota Solis ſurripuit, quem hominibus indi-
cauit. Quia propter iram diſ ſebres & mor-
bos terris manifeſerunt. Prometheus autem
per Mercurium Caucaſo alligauerunt ad-
hibita aquila, quae eiſ cor exederet. Ver-
gil. in Bucol. Caucaſeſq; refert uolucres,
furtumq; Promethei.

Cacus Vulcani filius, boues & armen-
ta ſuffragabatur in Auemino monte, quae
uerſis ueſtigijs cauda trahebat in ſuam ſpe-
luncam, ut furtum non agnoſceretur. Hūc
Hercules dedit morti. Propert. lib. 4. Sed
non inſido manſerunt hoſpiti Caco luo-
lumes, furto polluit ille locum, &c.

Auctolius Mercurij et Lychiones filius,
euſiſ clariffimus latro, imitatus patrem.

Procuſtes latro fuit in ſignis in Attica,
qui hoſpites interimebat. Tandem & ipſe
interfectus ab Hercule. Ouid. lib. 7. Vidit
& immitem Cepheſias ora Procuſtem.

Scinus latro fuit in Iſthmo Corinthia-
co, qui homines arboribus alligatos diſcer-
pabat in fruſta. Hunc Theſeus interemit.

Scyron latro fuit prope Athenas, qui
hoſpites è ſaxo praecipitabat in mare. Hūc
interfecit Theſeus, & in mare deiecit, ubi
eiſdem offa mutata ſunt in ſaxa, quae pro-
pterea uocantur Scyronia.

Autolycus Mercurij fuit filius, qui pro-
xima Parnaſo loca furtis inſtauit. Mart.
libro 8. Non fuit Autolyce tam piceata ma-
nus.

Martialis lib. 12. inceſſit Hermogenem
& Maſſam fures, hunc nummorum, illum
mapparū, ubi ait: Hermogenes tātus map-
parum Pontice ſur eſt, Quantus nummo-
rum uix puto Maſſa fuit, &c.

Spartacus fuit latro quiſpiam, & gla-
diatorum princeps, qui collecta fugitiuo-
rum & perditorum hominum manu, bellū
Romanis intulit. Hunc uicit P. Craſſus. Lu-
can. li. 2. Ut ſimili cauſa caderes, qua Spar-
tacus hoſtis.

Tyttigias latro fuit, et plagiaris in Ar-
eadia, qui res alienas (quas furto abſtule-
rat) uendebat, eoſq; quaſtu diues factus eſt.

Cercyon Atticam regionem latrocinijs
inſtauit. Ouid. Cercyonis laethum uidit
Cerealis Eleuſis.

Capiton latro quum aliquandiu latro-
cinijs uacaret, perſuſ uita illius, tranſi-
uit ad heremū, ubi annis quinquaginta du-
rauit in quodam antro.

Sifyphus Aeoli filius, latro fuit in Iſth-
mo, quem Theſeus occidit.

Stammatus homo Cretēſis, ſancti Mar-
ci theſaurum Venetijs expilauiſ. autor Vo-
laterran.

Dauid latro fuit apud Hermopolim, qui
cum alijs triginta praedonibus quaſum ſo-
lo parabat furto. Tandem meliore ductus
ſpiritu, incluſiſe monaſterio, ubi ad mor-
tem uſq; ſanctiſſimē nixit.

Argini antiquitus furcivitatis infamia laboravit: unde adagium, Argini fures.

Eurybates latro fuit astutia singulari, quem deprehensum quum custodes uellent cogere, ut ostēderet quibusnam modis con- fuerat domos cōscendere: ille aptatis spon- gijs, & stimulis, ferreisq; retinaculis irre- psit in parietem, & spectantibus illis, arti- ficijq; nouitatem mirantibus, prehensio la- queari per tegulas effugit, eoq; modo peri- culū euasit. Hinc Eurybatissare uerbum, id est, malis moribus uti.

Attabas, & Numenius latrones fuerūt famosissimi, qui sequenti adagio locum se- cerunt, Conuenerunt Attabas & Nume- nius: quoties improbus aggregatur cum improbo. auctor Diogenianus apud Eras- mum.

Dionysius Siciliae tyrannus sana deorū expilauit, eosdem iocularibus uerbis irri- dens. Nam (ut est apud Valerium) quum sa- no Proserpine Locris spoliato, secūdo uen- to ueheretur, ridens amicis, Videtis ne, in- quit, quā bona navigatio ab ipsis dijs im- mortalibus, sacrilegis tribuatur? Consule Valerium Max. de Religione.

Pyrrhus ē thesauro Proserpine Locren- sis pecuniam sustulit. Vlascēte demum numine, saxis illisus in mari naufragium fecit.

Harpalus fuit etiam insignis & felix prædo, qui, auctore Tullio lib. 3 de Natura deorum, dijs illudebat, quod in illa fortuna tandiu uiueret.

Sambicus latro templum Dianæ expi- lauit in Elide. Quod flagitium quum fieri nollet, annum perpetuum exquisitissimis cruciatibus ad mortē usq; tortus est. Hinc adagium, Sambico grauiora pati.

Bargulus nomen est latronis apud Ci-

eronem lib. 2. de Offic. qui propter æqua- bilem præde partitionē magnas opes asse- cutus est.

Fuit & Viriatus Lusitanus latro, cuius ferocitatem Lælius prætor fregit, & com- minuit.

Ammianus Marcellinus scribit, Arsa- cem Parthorum regem inter adolescentiæ rudimenta doctorem fuisse latronum, ue- rum mutato postea in melius proposito, multa gloriose & fortiter egisse, superato etiam Nicanore Seleuco Alexandri succes- sore.

Amasis, Herodoto teste, quum pecunia uoluptati non sufficeret, solebat circue- undo furari. Et quum reposceretur ab his, quos expilauerat, eosdem ad oraculum si- stebat, à quo tamen sepe conuictus est, & frequenter absolutus. Neq; tamen deorum templa habuit curæ, qui furtis eius peper- cerant.

Brennus dux Senonū, cupiditate præ- de inflammatus, Apollinis Delphici tem- plum inuasit. Propert. lib. 3. Torrida sacri- legum testantur limina Brennum, Dum pe- tit intonsi Pythia regna Dei.

Martialis lib. 6. Epigrammatum arguit furti Cilicem quendam his uerbis: Fur nos- træ nimii rapacitatis Compilare Cilix uo- lebat hortum.

Fuluius Flaccus Censor tectum marmo- reum Iunonis Lacinix spoliavit, ut eadem (quam dedicauerat Equestri Fortuna) te- neret. Linius lib. 42.

Voranus fuit Q. Luclatij Catuli fura- cissimus libertus, quem nummularius num- mos demensa subrobentem, & in calceos infarcientem, deprehendit.

C. Verres Siciliam compilauit, subla- tis deorum simulachris, ornamentisq; fa- norum.

norum. Eam propterea Cicero compara- uit Dionysio.

Nero expilauit prouincias, spoliatis e- tiam in urbe templis, quod triumphis & religioni uniuersus populus Roman. in me- tu sacrauerat. Per Asiam & Achaiam nō dona tantum, sed ipsa etiam numinum si- mulachra quantuliscunq; ornata diuitijs abripuit. auctor Cor. Tacitus.

Tetrinius, teste Suetonio, fuit latro, qui quum postularetur, et qui postularent Te- trinius esse ait Caligula Imper. hoc est, ip- sos accusatores latrones esse, & tales, qua- lis dicebatur Tetrinius.

Leo Imp. fil. Cōstantini Capronymi, co- ronam à Mauritio principe deo dicatam nefario capiti imposuit, captus gemma- rum & auri splendore. Bap. Egnatius.

Balista ludimagister quispian ob infamiam atrociorum lapidibus coopertus est, in quem Verg. hoc disticho lusit: Mōte sub hoc lapidum tegitur Balista sepultus, Nocte dieq; tuum carpe uiator iter.

Barrabam fuisse latronem docent sacro- sancta Euangelistarum uerba.

L. Tubullus fuit homo admodum flagi- tiosus, & rapinator egregius, qui quod multis sacrilegijs & peculatis uitam in- famasset, multamq; pecuniam malo cepis- set dolo, Lucilij satyris notatus est. Asconi- us Pedianus ait uirum fuisse prætorium æ- tate patrum Ciceronis, qui propter multa flagitia de exilio accersitus, ne in carcere necaretur, uenenum hauserit.

Pamphilus ueteris Comædiæ conuicijs notatus est, quod ærarium expilasset.

Dismas fuit latro, qui ad Christi dexter- ram in cruce pependit, et scelerum ueniam impetrauit.

Marcellam Tortellius ait fuisse latro-

nem in sylua Dodonæa,

PYRATAE.

Pyratæ dicuntur prædones marini, qui nauigia cum mercibus inuolant, eoq; furto questum faciunt. In his Basilus à Lu- caro ponitur, ubi ait, Et Basilum uidere du- cem noua furta per æquor.

Cerpalum Tortellius inter pyratas nu- merat.

Icarion quoq; nomen fuit scitissimi py- ratæ.

Mnas quoq; fuit pyratæ, qui sub Sexto Pompeio oras Italiae & omne circum pe- lagus prædatoria classe infestabat.

Sextus Pompeius, Pompeij Magni fi- lius, pyratam itidē exercuit. Idem Luca- nus: Sextus erat magno proles indigna pa- rente, Qui mox Scyllæis exul grassatus in- undis, Polluit æquoreos Siculus pyrata trē- umphos.

Rothonem quendam Saxo Grammat. inter pyratas numerat: Ea tempestate (in- quit) Rotho Rutenorum pyrata patriam nostrā rapinæ et crudelitatis iniurijs pro- stigabat.

Thorias & Bero eodē teste pyratice munus exercuerunt.

SOBRII ET TEM-

perantes.

Porcus rex Indorum aqua et pane ui- uebat contentus.

Masinissa rex Numidarum iam nona- genarius, semel tantum interdum uescaba- tur, sine pulmento.

Mithridates rex Ponti iam senex cibū ca- pturus nō accūbebat, uerū slās uescabatur.

Viriatus princeps Lusitanix, ubi bel- lum aliquod mente conceperat, non prius accūbebat mēse, aut in lecto quiescebat, quā proposuim ab solisset.

Lacedæmonij nullam disciplinam abstinentia habuerunt potiozem. Pinguis & obesi uentris adolefcentes media macerabant.

Aegyptia inuentus Amasis edicto non prius cibum capiebat, quàm centum octoginta stadia percurrisset.

Platonis frugales erant cœnæ. Propterea dicebat Timotheus bene cum his fore, quos Plato exceperat conuiuio. Delicatiores epulas et opipara spreuit conuiuia. Uerbat contentus oliuif academicis, pane i. & m & aqua.

Augustus fuit breuissimi cibi. Ad medias interdum epulas satiatis iam conuictoribus accedebat, primusq; surgebat mensa.

Socrates minimo uiuebat sumptu. Uescebat pane & lacte.

Socrates tanta fuit temperantia, ut omnia ferè uitæ suæ tempora ualetudine inoffensa uixerit.

Rogatianus senator semel tantum in tertium dabat operam cibo.

Epaminundas Thebanus erat obesis & corpulentis adeo infestus, ut quendam aquiliculo porticofo summoerit ab exercitu, quod ad tegendum eius uentrem uix clypei tres sufficerent. Ipse uerò uictus fuit adeo parco & tenui, ut a uicino ad cœnam inuicatus, quum dapilem & affluentem delictijs mensam reperisset, iratus recesserit, dicens: Ego te opinabar rei diuinæ operam dare, non de contumelia cogitare.

Lycurgus dicebat non esse utendum maiore cibo, quàm qui ad repellendum famem sufficeret, amota crapula.

Aegyptiorum sacerdotes præparabant in uictu usq; ad stuporem. Carnibus & uino abstinebant. Pane etiam raro uescebantur, ne onerarent stomachum. O-

leum tantum in oleribus nouerant. Ouum quoq; & lacuitabant pro carnibus. Triumq; mediam sustinebant.

Persarum Magi nihil in cibum præter farinam & olera recipiebant.

Indorum Gymnosophristæ alebantur pomis aut farina.

Diogenes nunquam pendebat de crastino, sed in presentem modò horam sibi corrogabat cibum.

Pericles Atheniensis à cœnarum & conuiuorum apparatus abhorrebat adeo, ut nec apud amicos cœnaret.

Anacharsis apud Ciceronem, Mihi, inquit, pulpamentum fames, cubile solum, uelut Scytharum tegmen.

Epictetum sunt qui putent delictijs & uoluptati semper indulgisse, fuit tamen temperans.

Venerius monachus herbis diu uictitauit.

Zeno crudis duntaxat uescebat, & pallium prætenue ferebat. Aquam bibebat loco uini, ut discipulos suo exemplo ad temperantiam inuitaret. Hinc exijt prouerbium, Zenone temperantior.

Telemachus Acarnensis uictitabat fabis.

Demetrius Chidonius, uir Græcus, abstinentia singulari multos dies persistebat ieiunus.

Iulium Cæsarem uini parcissimum fuisse, nec inimici negauerunt. Vnde dicebat M. Cato, Vnum ex omnibus Cæsarem ad euertendam remp. sobrium accessisse. Fuit et circa uictum adeo indifferens, ut quondam ab hospite conditum oleum pro uiridi apposuim, aspernantibus cæteris, solus largius acceperit, ne hospitem aut negligentiam, aut rusticitatis uideretur arguere.

Constanti-

Constantium Imperatorem Marcellinum scribit nunquam gustasse pomum, nunquam naves in publico extersisse, nunquam spuisse. Idem superatus à Persis frusto panis à quadam uetula porrecto in ediam repperit.

Columba uirgo Perusina solis fructibus reprimebat famem.

Hieronymus annos ferè 60. durauit in credibili abstinentia.

Hilarion modicis ficibus aridis & exiguò pane decrepitam fouit senectutem.

Nicolaus quidam inter Heluetios, sine ullo penitus cibo multis annis durauit inter uastas solitudines, incredibili sanctitatis fama.

ALII HOMINES TEMPERANTISSIMI, uitæq; austeræ ac solitariae.

Timon Atheniensis congressus & societatem hominum fugiebat. autor Cicero in libello de Amicitia.

Helias prope torrentem Carith uixit in solitudine, pastus coruorum ministerio.

Maria Magdalena 30. an. heremum incoluit, celesti cibo refocillata. Nec interim hominem uidit, aut ab ullo uisa est.

Primus heremita Paulus annos 16. natus secessit in latebras nemorum, in quibus durauit annos 97. spelunca breui contentus. Esitabat fructus palmarum, bibebat aquam, palmacea tunica nudum contegebatur corpus: nullum in solitudine hominem uidere uoluit, præter Antonium. Vfus est ministerio corui dimidiatum panem quotidie afferentis.

Antonius qui Paulum hunc tumulauit, uixit etiam in solitudine annos 20. pane & aqua famem refocillans.

Hilarion in desertis Syriæ locis breuissimum habitauit tugurium, iunco & cari-

cibus contextum. Denos denum annos arctissima cellula & sepulchro simillimus usus est.

Onophrius adeo solitariae uitæ fuit studiosus, ut annos 60. hominem non uiderit. Vnde et ex illa solitudine agrestis adeo factus est, ut in superiore corporis parte barba totus & capillis integeretur, uerenda folijs & arborum cortice adopertus. Vixit annos 30. herbis & baccis syluestribus contentus. Eidem coelitus quotidie dimidiatus panis afferebatur ut Paulo: hunc quum reperisset Panutius, extimuit, Satyrum esse suspicatus.

Conuentus hominum et populi frequentiam Hieronymus habebat carceris loco, solitudinem uerò pro paradiso. Vnde sacro amictus Syriæ latebras, fristis et scorpionibus infestus, numerosis prætulit ciuitatibus, humi cubans, herbisq; uictitans et aqua.

Maria Aegyptiaca heremi cultrix durauit etiam in solitudine incredibili uitæ abstinentia, ubi cubitali altitudine inter orandum sublimis à terra in uacuo pendere uisa est.

Amomius tanta fuit abstinentia, ut nunquam nisi panem assum ederet, nunquam iratus, nunquam mentitus fuerit.

Hospitius apud Nicensiam urbem antro se inclusit, perpetuò cilicio carnem macerans, corpore ferreis catenis ligato. Uescebatur pane. Tempore quadragesimæ solas herbarum radices esitabat.

Patroclus Anachoreta usq; adeo quandoq; ieiunijs corpus atterebat, ut diuturna inedia incidere in morbum. Abstinebat uino, bibebat aquam melle perusam. Cilicium ferebat acutissimum, & proximum corpori.

Menas inter Samnites natus, solitudinem mirè amabat, in qua ne quid per o-cium perperam faceret, apes curabat.

Amos Aegyptius, pater fuit 150. monachorum, quos ore aperto mensè iubebat accumbere, ne parcè comedentium uirtus appareret. Vxorem quam inuius duxerat, nunquam attigit.

Agatho lapidem in ore triennio continuit, ut tacere disceret. Dicebat tria esse necessaria ad Dei cultum: Silentium, orationem, mansuetudinem.

Andreas et Theodæus heremita durauerunt in solitudine annis quinquaginta.

Arnulphus Metensis episcopus, relicto Lotharingiæ principatu, heremum ingressus est.

Alcippiades martyr omnem cibum auersabatur. Aquam bibebat inperso sale, ne corpori esset perniciofa.

Tora uirgo nunquam uti uoluit noua tunica, nunquam nouis calceamentis.

Amata uerò lumen cœnobiij (quo se incluserat) annos 40. nunquam egressa est. Pane uiuebat & oleribus.

Artebius præsul Pamphiliensis uitam solitariam in Episcopatu non deseruit.

Amodeus Hispanus, unica opertus tunica nudis ambulabat pedib. Semel tatum interdiu uescabatur, contentus aqua et pane. Cauernam montis incolebat.

Basolus abbas in finib. Rhemorum heremiticam egit uitam, habuitq; speluncam montis annos 40.

Beniamin uixit in deserta solitudine annos 30.

Timotheus in Aegypto speluncam montis intrauit, in qua durauit annos 30. nulli cognitus.

Theremon abbas centenarius decessit

in solitudine. Hic assiduis orationib. adeo incuruauit sibi humeros, ut in atate decrepita reperere magis uideretur, quàm ambulare.

Carilephus in deserta solitudine omnem mulierum aspectum refugit.

Cosmas Græcus toto sua solitudinis tempore ieiunij semper dedit operam.

Symeon apud Antiochiam annis quadraginta delituit in antro cuiusdam concanæ columnæ. Vescabatur aqua, pane, et radicibus herbarum, idq; semel tantum in hebdomade. Corpus uinculis & cathenis adeo constringebat, ut cicatrices ipsa subter putrescerent. Quinetiam multis annis durauit in quodam puteo aqua uacuo, in quem se demiserat uolens. Femora eius putruerunt, aut ex pædore speluncarum quas habitauit, aut inedia nimis pertinaci.

Stephanus Anachoreta solitarius mansit in heremo annis 60.

Sara mulier, imperante Theodosio seniore, durauit ad ripam cuiusdam fluminis annos 60.

Sisinnius monachus, discipulus Elpidij, sepulchro se inclusit, in quo pane et aqua uixit contentus ad mortem usq;.

Serapion pater fuit decem milium monachorū, quos omnes tempore messis precio conducebat, ut sua opera iuarent laborem pauperum. Viuebat ipse pane et aqua, unica ueste contentus.

Zozimas in regione Palestina 53. annos absoluit in heremo, contentus cibo tenuissimo. Mariam Aegyptiam ad bonam frugem reuocauit, et mortuam tumulauit.

Pion 30. annis solitariam egit uitam sub Hilarione. Comedēs deambulabat, ne quā in cibo uoluptatē perferentia. Sororem morbo laborantem clausis adijt oculis.

Helias

Helias Anachoreta fuit sub Antonio, mira sanctitate, qui uixit annis 116.

Moses Aethiops latro annis 74. durauit in solitudine. Cellula sua annis 7. nunquam egressus est.

Pastor presbyter, matrem ad se uenientem clausa repulit cella.

Dorotheus Aegyptius sex tantum panis uncias cum paucis oleribus quotidie esitabat. Dicebat se nunquam dormiisse, aut comedis ad saturitatem. Congestis lapidibus quotannis extruebat habitaculum ad excipiendos peregrinos. Mansit in spelunca annis 60.

Elpidius Cappadox durauit in quodam antro annis 25. ubi bis tantum uescabatur in hebdomade.

Hor abbas præstitit admiratione digna. Nunquam mentitus est, nunquam titra necessitatem locutus, nemini unquam maledixit.

Gadanus apud Iordanem magna contentus abstinentia, sub dio degens, & nullo opertus tecto.

Episius interrogatus à Ioanne anachoreta, quid tota uita egisset memorabile: Annis quadraginta, inquit, nunquam soluidit me comedentem. Tum Ioannes, Nec me, ait, irascentem.

Augustinus Afer quum in quadam spelunca degeret, offensus multitudine populi eo confluentis, remotiore antro se inclusit, ubi tugurium inter saxa sibi breuissimū fecit, uixitq; magna sanctitate.

Vlfranius Archiepiscopatu Senonensi sponte se exiit, ut solitudini uicaret.

Hugo abbas Carthusiensis annis quinquaginta faciem mulieris non uidit.

Dominicus Hispanus humi iacebat, annis decem abstiniuit uino.

Iordanes instituit silentium mensè.

Adam felix fuit in solitudine: comitatus foemina, factus est infelicissimus.

Abraham in solitarijs tabernaculis & conuallibus deum meruit collocotorem.

Syluester pontifex latuit in Soracis monte.

Egidius Atheniensis solitudinis studio genus, patriam, & opes reliquit, blandientis ceruæ lacte in heremo nutritus.

Narcissus Hierosolymorum episcopus multos annos in desertis locis egit.

Eucherius ordinis senatorij dignitate conspicuus speluncam dumis horridam & tutam nigro lacu habitauit in agro Lugdunensi.

Vrsatius apud Niceam Bithyniæ solitarius egit.

Celestinus relicto summo pontificatu, ad solitariam uitam se contulit.

Ioannes Baptista adhuc infans, relicto hominū turbis, ad heremū perrexit, ubi pelle cameli opertus, sanctitatē præstitit, quam nemo post homines natos.

Maiorus episcopatu cessit, ut in solitudine uiucret.

Dominianus abbas solitariam egit uitam in agro Luglunenfi.

Diogenes Antonij discipulus uixit & mortuus est in solitudine.

Eugrius presbyter annis 14. mansit in solitudine, cōtentus pane & oleo. Si quando ueneris titillare iur aculeis, demergat se in puteum, ut aque frigiditas libidinis feruorem compesceret.

Ethbinus honestissimis parentibus inter Britannos natus, tugurium sibi fecit in sylua, in quo ad finem uitæ durauit constantissime.

Paulus Simplex Antonij fuit discipulus

lus, cuius mandato tunc triennium, nemi-
ni loquens.

Paulus abbas pater fuit quingentorum
monachorum in Lybia. Nunquam ueste-
batur, quin prius 300. orationes exolisset
domino.

Phyllorhonus presbyter extruxit sibi
cellam in solitudine, in qua fortissime con-
fluxit aduersus uoluptates et illecebras cor-
poris. Nā annos 18. catenis ferreis corpus
macerauit, eoq; tempore abstinuit pane co-
cto. Annos 32. nullo pomorum genere usus
est. Metu mortis per sex annos sepulchro
se inclusit. Pauit pauperes, et affectos mor-
bo, labore suarum manuum.

Syluia uirgo filia Ruffini prefati Ale-
xandriae annos 60. absoluit in solitudine,
quo tempore nullam corporis partem la-
uit, praeter digitos. Non in lecto iacuit,
sed humi tantum.

Diocles heremum quandam Thebai-
dis habitauit, ibiq; multos annos cella con-
clusus delituit.

Capiton latro scelerum poenitentia ad
heremiticam uitam conuersus, antro latuit
inclusus annos 80.

Vacchoris rex Aegypti, relicta diuitijs,
humi iacuit.

Vuenceslaus filius Vratislai regis Bohe-
morum per mediam brumam, et medias ni-
ues discaecat petebat templum, horasq;
orbabat canonicas.

Nicolaus Tollentinus abstinentissimus
omnium sui temporis, pane et aqua semel
tantum in die uestebatur, procul ab omni
ocio, et uerborum uanitate.

Nathanael Anachoreta studio uitae soli-
tariae inclusit se cella, qua annis triginta-
septem nunquam egressus est.

Liberalis confessor singulis diebus do-

minicis sacram sumebat eucharistiam, qua
refocillatus, nihil ferè aut paruum cibi capie-
bat tota hebdomade.

Maxentius abbas Pictauiensis pane or-
deaceo tantum et aqua uestebatur.

Medericus Eduensis semel tantum in heb-
domade cibum capiebat, et perpetuo cili-
cio carnem domabat.

Marinus confessor annum integrum in
spelunca delituit, nec faciem hominis ui-
dit. Aqua erat illi potus, agrestes herbae
cibus.

Richarius confessor panem comede-
bat de iaceo, quem aspergebat cinere, ne praese-
ferret suauitatem. Aquam lachrymis suis te-
pefaciebat, eaq; faciebat balnea, quibus ab-
luebat leprosos, et se postremum.

ABSTEMII.

Iacobus minor uinum aut siceram non bi-
bit, carnes nunquam manducauit, oleo
nunquam unctus est, nunquam usus balneo,
nunquam nouacula rasus.

Locrenses Zepharij uino uti capitale
ducebant.

Anchimolus et Moschus sophistae Elien-
ses, tota uita hydropotae fuerunt, solisq; si-
cis desiderio uentris satifecerunt.

Apollonius Tyaneus a uino et carni-
bus abstinebat.

Fulgens episcopus Ruffensis, nulla un-
quam nec sitate adduci potuit, aut cogi, ut
esitaret carnes, aut uinum biberet.

Emericus S. Stephani regis Pannoniae,
uinum tota uita non degustauit.

GVLOSI, EDACES

et uinolenti.

Holosernes ebrius ab Iudit inter-
fectus est.

Aristippus Cyrenaeus summum bonum
locabat in uoluptate. Idem principes sole-
bat

bat comitari, ut parasitus, et amicus men-
se. Propterea Diogenes Canem regium
eum appellabat.

Aristoxenus Cyrenaeus adeo gula stu-
diosus extitit, ut hortenses lactucas ueste-
re mulso irrigaret, quo luxuriosius cresce-
rent, et saporis essent delicatioris.

Sandra nomine est gulosi, de quo Mart.
lib. 7. scribit: Nihil est miserius, nec gulo-
sius Sandra.

Astydamas Milesius a Persa Ariobar-
xane uocatus ad conuiuium, solus deuora-
uit, quicquid conuiuii omnibus fuerat praeparatum.

Cambles rex Lydorum eo uoracitatis
euectus est, ut nocte quadam uxorem ab-
sumperit.

Nisaeus Syracusarum tyrannus ubi ab
aruspibus didicisset, breui se periturum,
quicquid superfluit uitae, comestationibus
impendit et ebriecari.

Buias apud Didonem Vergilianam sic
hausit merum, ut eo se totum proliuerit.

Antiochus Magnus dies totos dormire
solebat ob uinolentiam. Pugnaturus in Rho-
dios, captus amore puellae Chalcidenfis,
nuptias etiam ipso belli tempore celebra-
uit, et totam hyemem cum ea uino indul-
sit et ueneri.

Darium uinolentum fuisse arguit inscriptio
sepulchri eiusdem, quae talis erat: Potuit et
multum uini potare, et hoc probe ferre.

Alcaeus, Aristophanes et Cratinus
quum ebrii forent, erant tamen ad scriben-
dum carmen idonei.

Timocreon Rhodius propter cibi et
uini auaritatem epitaphium sequens indi-
tum est: Multa bibens, tum multa uorans,
male deniq; dicens Mul. is, hic iaceo Timo-
creon Rhodius.

Lacedaemonij eundem calicem in con-
uiujs circumagebant, ut sitim et uini au-
ditatem irritarent.

Bizantios Menander poeta notauit ut
ebrios.

Parthos Plinius ait, tanto magis sitire,
quanto plus biberint.

Promachus fuit homo bibacissimus,
quem Alexander talenti corona donauit,
quod in uini certamine euassisset uictor. te-
stis Plutarchus.

Xenocrates uini choam hausit, quum
Dionysius praemium obtulisset ei qui hoc
faceret.

Dionysius iunior usq; ad oculorum ui-
cium mancipatus est ebrietati.

Aristoteles tradit, ebrietate in Syracu-
sanorum luxu diebus quandoq; nonaginta
non fuisse interpellatam.

Conna tibicen fuit uinosus, qui in con-
uiujs coronatus potabat assidue.

Hercule et Vysssem polyphagiae et eda-
citatibus nota famosis fuisse scribit Caes.

Theagenes Athleta taurum uorabat
solus.

Aglais tibicina Megaclis filia decem car-
nium minas, et quatuor panum choenicas
absuuebat. Hauriebat et choam uini.

Thessalis inusta uoracitatis nota, ut e-
tiam Pharsalis. Mnesimachus apud Caes.
Pharsalorum uenit aliquis, ut men-
sas uoret ipsas.

Philoxenum Eryxidis et Gnathonem
Siculum inter gulae proceres et cupediuo-
ros posuit antiquitas, quod conuiujs ad-
hibiti sese in paropsides emungeret, ut ab-
stinentibus ceteris largius sibi fruere-
ntur. Aiunt et Philoxenum ipsum optasse sibi
collum gruis, quod maiore in bibendo per-
siperet uoluptatem. Hoc tamen nonnulli

tribuant Melambio, ut apud Calium Clearchus.

Philoxenus Dithyrambicus polyphum edit diuum cubitorum.

Inter Polyphagos & educes etiam numerantur Pityreus Phryx, Cleonimus, Pifander, Charippus, Mithridates rex Ponti, & Erisichthon, qui sua ipsa membra corrofit.

Aleman poeta suis uerbis sese pampthugum nominauit.

Mithridate ferunt illis certa constituisse premia, qui plures cibos uicari destinaſſet, aut maiore se ingurgitaſſent uino, ut sui similes haberet. Idem omnes sui temporis mortales haustu uini longè exceſſit.

Heraclides Pyclies infiniti propè cibi, potusq; fuit capax. Nec parem reperit in bibendo. Alios ad ientaculum imitabat, alios ad prandium, quosdam ad cœnam, quibus omnibus sine interſtitio ſufficiebat ſolus.

Philostratus quum eſſet in balneis Sinueſſanis, tantum uini potauit, ut ebrius factus, ſcalarum lapſu penè extinctus fit. Mar. libro 11. A Sinueſſanis conuiuia Philostratus undis Conductum reptens nocte iubente larem, Penè imitatus obit ſeuis Elpenora fatiſ, Preceps per longos dum ruit uſq; gradus.

Polyphemus cyclops hausto largius uino dum in ſomnum concidiſſet, ab Ulyſſe excœcatus eſt.

Lausellam Iuuenalis ut temulentam inceſſit.

Videns Androcides Alexandrum procliuam in pocula, intemperantiam eius his uerbis cohibebat, Vinum potaturus rex memento bibere terræ sanguinem. Nam ſicut uentrem eſt homini cicuta, ſic & ui-

num. Quibus preceptis ſi ille obtemperauit, amicos in temulentia nō meremiſſet, ut ſe. it. Idem Alexander ex hac uolentia b. diuum ſape obdormiuit integrum. Hinc prouerbiū natum, Alexandrum bibendo regem præcellit. Inter pocula amicos indignatione rapido ferro tranſuerberabat.

Archeſilaus philoſophus immodico uini haſtu exceſſit.

Cleomenes rex Spartanorum, quū Scytharum uolentiam imitari cuperet, in infaniam reductus eſt. Solent autem Scythæ & Thracæ liberius compotare uſque ad certamen temulentia. Vnde Horatius: Natis in uſum lætitiæ ſcyphis Pugnare Thracum eſt.

Cambyſes quum per temulentiam quodq; ratione excideret, monitus à Praxapſe domestico, ut tantam caueret infamiam, eius filium percitus ſurore, iaculo conſodit.

Lacydes philoſophus ex nimia computatione concidit in paralyſim, qua mortuus eſt.

Armitus & Cynippus Syracuſani potu nimio in ebrietatem lapſi, filias ſupro contaminauerunt, autor Plut.

Demetrius Phalereus ducenta quotannis talenta abſumebat in luxu & computationibus.

Famam apud Græcos ex ebrietate meruit Alcibiades, autor Plinius.

Dionius Athenienſis in ſundibulo ori admoſto inceſſanter uinum hauriebat.

Xenarchus Rhodius ex bibacitate Metretes cognominatus.

Homerum uinolentum fuiſſe arguit Horat. lib. 1. Epist. dicens: Laudibus arguitur uini uinoſus Homerus.

Ariſto-

Ariſtoeles philoſophus ab initio opſophagus, & decoctor fuit.

Hercules cum Leprea rege de gula contendit, uicitq; tauro toto paulatim deuorato.

Syri populi & Aſiatici continuò erant in conuiujs, balneis, & unguentis.

Pruſias rex Bithyniæ popinas ſemper ad amabat.

Elpenor uino largius hausto impos animi factus, ſcalarum lapſu exanimatus eſt. Ouid. lib. 14. Eurilochumq; ſimul, nimijq; Elpenora uini.

Erycion fuit quiſſiam centaurus, ebrietatis infamia notatus. Ouidius lib. 2. de Arte: Occidit Eurycion ſtultè data uina bibendo.

Anacreon Teius poeta arguitur ut dedit uino, cui quum liberalius indulgeret, nue acimo ſuffocatus dicitur. Oui. lib. 3. de Arte: Sit quoq; uinoſi Teia muſa ſenis.

Hileus centaurus deditus fuit ebrietati. Horat. lib. 2. Carm. Nec ſeuos Lapuhas & nimum mero Hileum.

Bœotij ab Athenienſibus uocabantur fatui, pingues & rudes, propter inexplebilè edendi auiditatem.

Gathis regina Syriæ edicto cœuit, ne quis piſcem comederet, quin ipſa adeſſet.

Theodorus ſcribit, Milonè Crotoniatà carniū minas 20 degluſiſſe, & panis totidem. Vini choas perſiccaſſe tres. Idem in Olympia quadrimum ſolus abſumpſit taurum, quem per ſtadium retento anhelitu portauerat ſuis humeris.

Domitiū Afrū Euaſebius prodit cibi præter modum accepti ſuperſuitate redūdantem in cœna perſiſſe.

Abronis luxus & delitiæ trito uulgariq; adagio locum fecerunt.

Gnoſippus hæ uocacitatis infamia adedè laborauit, ut Athenienſes liberis ſuis interdixerint, ne cum eo ueſcerentur.

Vedius Pollio ſeruos conijciebat in piſcinas, ut piſces ipſi humano cruore paſſi deliciaiores eſſent.

Ennius poeta nunquam accingebat ſe ſcribendis carminibus, niſi multo madidus uino. Itè Horatius: Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma Proſiuit dicenſ da, &c.

M. Varro apud Plinium teſtis eſt, Mæzentium regem Ethruriæ auxiliū Rutulis contra Latinos tuſiſſe, mercede uini.

L. Piſo maiorem noctis partem conuiujs & temulentia impendebat. Biduo per potationem continuauit apud Tiberium principem.

M. Antonius librum edidit de ſua ebrietate, quo patrocinari ſibi uoluit, ut ea præbaret mala, quæ per temulentiam orbi intuliſſet.

Cato minor (qui proauum habuit Catonem maiorem) quamuis omni uirtute eſſet cumulatiſſimus, interdum tamen cum amicis dabat operà computationibus tota nocte ad auroram. Horat. lib. 3. Carm. Narratur & priſci Catonis ſape mero caluiſſe uirtus. Hoc ebrietatis uicium præcipuè illi obiecit Caſar duobus libris, quos uocauit Anticatones.

Pub. Gallonius homo fuit poſtremæ uelæ, in cupedijs aſſiduè uerſatus, unde à Leſlio gurges dictus eſt. Hunc præconem fuiſſe ſcribit Horatius. Cuius menſam acipere magno infamè notat Lucilius his uerbis: Lælius præclare, & rectè Sophos, illeq; uerè, O Publi Gurges Galloni, es homo miſer, inquit, Cœnaſti in uita nūquam bene, quum omnia in iſto Cōſumis ſquilla.

Li atq;

atq; acipensere eum decumano. Tertullianus Curij alea, Apicij gula, Gallonij sumptum, & Antonij ebrietatem incesit.

Q. Hortensius orator studio gulae primū omnium Romanorum pauonem apposuit mensis.

Cicero iunior M. Tullij filius binos congios simul hauriebat.

Clodius Albinus tam profunda fuit uentris ingluuie, ut quingentas ficus, centum Campana persica, melones Ostienses de cēquarum Labicanarum pondō uiginti, si cedulas centum, ostrea 40. una deuoraret coena.

Caligula maximā partem thesauri à Tiberio relicti coenis & comestationibus cū lenonibus & scortis deuorauit.

Heliogabalus nunquam minus centum festercijs epulatus est.

Neronem serunt quandoq; à meridie ad mediam noctem usq; epulas protrahere conuisse ad inexplebilem uentris ingluuiem. Coenabat inter scortorū ambulaciarumq; ministeria.

M. Apitius nepotum omnium fuit altissimus gurgis, ut iam diximus. Is cum audiuit, grandes charicas nasci in Libya, nauigauit illuc: quod demum quum falsum deprehendisset, Libyam eiusq; inhabitatores diris imprecationibus deuouit. Hic omnium primus indicauit, linguam phœnicopteri esse optimi saporis. De Apitio Martialis libro 2. Ipse quoq; ad coenam gaudebat Apitius ire. Quum coenaret, erat tristior illi, domi. Hic & congiaria principum, & ingens Capitolij uectigal comestationibus hausit.

Novellius Tricongius Mediolanēsis meruit cognomen à tribus uini congijs, quos uno impetu hauriebat spectante miraculi

causa Tiberio principe. Autor Plinius libro 14.

Tiberius Nero propter nimiam uini aueritatē in castris pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero uocabatur. Idem cū Pomponio Flacco, & L. Pi sone noctem continuumq; biduū epulando potandoq; consumpsit. A sellio Sabino stericia ducēta donauit pro dialogo, in quo Boleti, & Ficēdula, & Ostrea, & Turdi certamen induxerat.

Claudius Cæsar conuiuia celebrauit palam, tanta populi frequentia, ut plerunq; sexcenti simul discumberent. Cibi & uini fuit appetentissimus. Sedens in tribunali quum olfecisset nidorem prandij, quod in proxima Martis ade parabatur à Salijs, deserto foro cōmeant ad Salios, ipsos, et uana discubuit. Nec unquā à triclinio abcessit, nisi distentus & madens.

Vitellius epulas trifariam aut quadrifariam particbatur. In ientacula, prædia, coenas, & comestationes, solus omnibus sufficiens uomitandi consuetudine. Suetonius testis est, eum fuisse non profunda modo, sed & intempestiuæ, & adeo sordidæ gulae, ut carnes holocaustorum non peractis sacrificijs ante aras absumeret. Sidonius: - Mibi foeda Vitelli Intulit ingluuiens uentrem.

Bonofus bibit, autore Flauio Vopisco, quantum hominum nemo. De hoc Aurelianus dicebat: Non ut uiuat natus est, sed ut bibat. Si quando legati barbarorum ad eum uenissent, ipsis propinabat, ut eos inebriaret, et ab his per uinum omnia cognosceret, et extorqueret ueritatē. Quātūlibet bibisset, semper securus uidebatur & sobrius. Præterea tantū mingeat, quantū biberat, sic ut eius uisita nunquam grauarietur. Par

sta

CASTISSIMI.

Iudith mulier uidua, quā ad recens conubium impelleretur, cilicium ornatū prætulit, obiecitq; libidini ieiunium, uigilias somno, & ocio laborem, inquit Sabellicus.

Anna Phanuelis filia post septimum conubij annum uidua facta, ad quarium usq; & octogesimum castē uixit. Idem in exem plus.

Abfalon Ammon fratrem occidit, quod immodeste Thamar sororem communem deperibat, eiq; uim intulerat.

Esseni populi Syriae, uitam olim duxerunt alienam ab omni mulierum commercio, Venere abdicata, inquit Plinius libr. 5. cap. 17.

Penelope Icarj filia, nullis procorū blandimentis, nullis pollicitationibus adduci potuit, ut absente per uiginti annos marito Ulysse, castitatem corrumpere. Vnde Proter. libr. 3. Hæc etiam clausas expugnant arma pudicas. Quæq; terunt factus Icarjoti tuos. Idem: Nec fida Eudæne, nec pia Penelope. Idem li. 2. Penelope poterat bis denos salua per annos vivere, tā multis scemina digna proci. Oui. li. 3. Eleg. Penelope mansit (quamuis custode careret) Iner tā multos intemerata procos.

Daphne Penei filia fuit seruanda castitatis adeo studiosa, ut procos omnes reiecerit, ipsumq; Apollinem, quamuis perpetua iuuenta, in tonsisq; crinibus speciosum. Ouid. lib. 1. Met.

Multi illam petiere, illa auersata petentes Impatiens, expersq; uiri nemora aqua lustrat, Nec quid hymē, quid amor, quid sint conubia curat.

Plato de Republica testis est, Asylum athletam Crotoniatam perpetua uirginitate

Ll z nitate

stet cum à Probo superatus laqueo uitam clausisset, emanauit iocus, amphoram perdere, non hominem.

Fescenniam Martialis lib. 1. arguit ut uolentiam, dicens: Ne grauis hesterno fragres Fescennia uino, Pastillos Cosmi luxuriosa uoras.

Myrtale uinolenta mulier uino commiscebat, folia lauri, ne uinum oleret. Mart. li. 3. Fœtere multo Myrtale solei uino: Sed salutat ut nos, folijs deuorat lauri.

Panaretum potorem, idem lib. 6. arguit, quod solus amplissimā uini lagenam exiccasset.

Maximus iunior bibeat uini amphoram, carnis libras undecim comedebat.

Heterognathus ob uoracitatem utraq; mandibula alternatim comendebat.

Phago fuit quispiā adeo gulosus, ut adhibitus mœse Aurelijani, aprum integrū, centum panes, ueruecem, et porcellū uno die comederit, biberitq; Orcam uini, autor Flauij Vopisco.

Galba erat imperator cibi plurimi, quæ hyberno tempore capiebat ante lucem. Inter coenam uero usq; eò abundanti, ut congestus per manus reliquias circumferri iuberet, spargiq; ad pedes stantibus.

Bela secundus Almi filius, Pannoniæ rex, corruptissimæ fuit temulentie.

Nicolaus quintus Pontifex maximus nimio bibendi studio tenebatur. Exigebat enim diuersa uinorū genera, & quæ magis ad palatum facerent, eligebat.

Andebuntus rex Anglorum, conuiuio quodam tantum cibi deglutauit, & uini, ut eo suffocatus repente animum efflauit.

mitate præditum fuisse ob studium cursus.

Cyane uirgo Syracusana, uiolatâ ab e-
brijo patre pudicitia egrè ferens, apprehē-
sum capillis stupratorem ad aram traxit,
eumq; pro uictima cecidit, ad pacandâ pe-
stem, quâ propter facinus Syracusæ labo-
rabant, autor Plutar. in Parall.

Medullina quoq; uirgo Romana ab e-
brijo patre in tenebris uiolata, ut stupri au-
torem agnosceret, digito eius annulum de-
traxit. Vbi ex pignore patrem esse compe-
rit, eundem ad aram gladio confodit. Idem.

Alexandrum Macedonem sunt qui libi-
dimis arguant. Contrâ tamen reperiuntur
exempla, quæ hoc ipsum resellant, et in eo
doceant castitatem. Nam et uicti Darij u-
xorem filiasq; captiuas non solum nõ cor-
rupit, at etiam edicto cauit, ne quicquam
in eas moliretur. Præter uxoreq; et Bersapē
Damaſci uidiq; regiam mulierem, nulla
aliam complexus est puerorū in super ab-
ſtinentissimus, quorum uiginti millia ad mi-
litarem disciplinam iubebat erudiri, quum
tamē etatis illius homines mascula et præ-
postera libidine passim obbrutescerēt. Cur-
tius lib. 3. et Gell. lib. 6. et 8.

Democles puer, dubium maiore pudici-
tia, an forma corporis elegantiore, quū ui-
deret se ad stuprum sollicitari à Demetrio
Poliorcete, nec aliter uim tyranni impor-
tunam possēt effugere, in proximum feruē-
tis aquæ lebetē se contecit, ibiq; ad mortem
durare maluit, quàm quid inhonestū per-
peti. Plutarchus.

Amoebas cū harœdus tanta fuit castita-
te, ut uxorem (quâ habebat formosam) nun-
quam attigerit. Aelianus apud Volat.

Apollonius Tyaneus philosophus à pue-
ro titillationis Venereas adeo represit, et
santitudi, ut præsignis in eo nasceretur ca-

stias, à qua nūquam postea reclinauit. Ca-
lius lib. 8. cap. 6.

Fuit in athleta Clitomacho tanta casti-
tas, ut si fortè canes uidisset coeutes, statim
uultum auerteret.

Diogenes Tragœdus ab uxoris cōgref-
su perpetuo abstinuit.

Hippo Græca mulier, capta à nauis, cū
pudicitia sua stuprum et insidias parari
sensisset, noctu se in aquas præcipitem de-
dit, maluitq; mori pudica, quàm impudica
uiuere. Val.

Syritha Synaldi regis Danorum filia,
tantæ fuit pudicitia, ut quum ob elegantia
formæ magna procorum frequentia pete-
retur, neminem tamen inſpexerit. Saxo li-
bro 7.

Dryas Fauni filia aspectum uiroꝝ usq;
adeo refugit, ut in publicum prodire nun-
quam uisa sit. Quo factum est, ut uetiū sit,
ne eius satris interessent mares. autor Plu-
tarchus.

Chia mulieres tanta fuerunt castitate,
ut neq; adulterium, neq; illegitimus concu-
bitus apud eas nunquam prodatur accidisse.
Plutar. de Virtutibus mulierum.

Melanio quidam odio mulierum in soli-
tudinem demigravit, perq; auia montium
et nemorum cane uno feras insectari so-
litus est, nec unquam domum reuocari por-
tuit. Vnde natum adagium, Melanione ca-
stior.

Rhodogune Darij filia, mortuo mari-
to, nutricem dedit morti secundas nuptias
suadentem.

Xenocrates philosophus, quum magnâ
castitatis opinionem sibi comparasset, ac
cessit ad eū Phryne meretrix, petijtq; par-
tem lecti, quam concessit. Nec tamen ullo
noctis tempore attigit puellam, quamuis
forma-

formosissimam. Hinc illa mane rediens, di-
xit se non à uiro, sed à statua uenire. Quod
argumentum est magnæ castitatis: nã pro-
ximæ uoluptates magis titillant, et multos
(quorū mores in tuto positi uidentur) se-
ducunt, et euerberant. Laertius, et Val. de
Continentia.

Ictus Tarentinus athleta nobilis, quum
certò sciret corporis uires eneruari libidi-
ne, toto uitæ tempore durauit expers uene-
ris, ut palastricis ludis esset accommoda-
tior. Volater.

Hippolytus Thesei filius, quum à Phe-
dra nouerca adamaretur supra fidē, nullis
tamen precibus adduci potuit, ut ei congre-
deretur. Seneca: Exosus omne foeminae no-
mē fugit Immitis annos coelibis uitæ dicat.

Zenobia regina Palymireorum tanta
fuit castitate, ut ne cum uiro suo quidem, ni-
si prolis causa congrederetur. Trebellius
Pollio.

Euripides fertur perpetuo mulierum o-
dio cōflagrasse, siue quia natura esset talis,
abhorreretq; à mulierum coetu, siue quod
duas haberet uxores simul, pro Athenien-
sium decreto: quarum matrimonij quum
pertrauissent, toti sexui bellum indixit. Ca-
lius lib. 13. cap. 10.

Triptolemo Cereris filio, quū pleræq;
uirgines amplissimam offerrent dotem, ut
cum eo nuptias contraherēt, aspernabatur
omnes et reijciebat. Ouid. in Ibm: Filius ut
Cereris frustra tibi semper ametur, Desitu-
atq; tuas usq; petitus opes.

Bellerophon Glauci Corinthiorum re-
gis filius, quū à Stenobea uxore Proeti Ar-
guorum regis afflictim adamaretur, nullis
tamē precibus induci potuit, ut cum ea stu-
prum committeret. Tortellius.

Pausanias Macedo per uim stuprū pas-

sus ab Attalo, prouocauit ad Philippū, in-
iuriamque non sine magna querimonia ad
eum detulit. Quem quum ridetem facinus,
coq; risu probantem conspiceret, iram in
eum cōuertit, exegitq; ultionem ab iniquo
iudice, quam à stupratore non poterat.
Trogus lib. 9.

Sophronia Romana mulier, quum uim
et stuprū Decij principis non posset effu-
gere, gladiū mariti consensu arripuit, coq;
corpus sibi confodit. Euseb. teste.

Casti pueri castitatem et formā Marti-
lib. 8. commendat his uerbis: Quanta tua
est probitas, quanta est præstantia formæ,
Cæste puer, puero castior Hippolyto. Te
secum Diana uelit, doceatq; natæ, Te Cy-
bele secum uellet habere Phryga.

Lucretia ob acceptum à Tarquinio stu-
prum, temerataq; pudicitiam, facinus sua
morte uindicauit.

Pudicissima foemina semel matronarū
sententia iudicata est, Sulpitia Paterculi fi-
lia. autor Plin. lib. 4. Val. ult. cap. 8 lib.

Publius adolescens, L. Papyrij cliens et
libertus, quum domini stuprum pati nol-
let, in uincula et carcerem coniectus, et
multis postremo plagis affectus est. Maluit
tamen egregius adolescens omnia tormen-
ta corporis experiri, quàm præpostera il-
la uenere contaminari.

P. Scipio Africanus expugnata Carthæ-
gine Hispaniæ ciuitate, uirginem tempesti-
uam forma egregia, et nobilis uiri filiam
productam ad se, patri inuiolatâ reddidit.
autor Gellius lib. 6. cap. 8.

C. Gracchus quandiu Sardiniam pro-
uinciam administrauit, nulla meretrix in-
troiuit eius domum, nulli pueri eximia fa-
cie ei ad cyathum steterunt. Idem Gell.

Trebonius pudicæ sanctitatis miles Lu-

sum Marij ex sorore nepotem, castitati suae stuprum & insidias molientem dedit morti. Plutar. in Apophth.

Biblia uxor Duilli Romani (qui primus nauali certamine triumphauit) tante fuit pudicitiae, ut suo seculo castitatis norma et speculum uideretur.

Theutonicoz coniuges captiuae, Marium uictorem orarunt, ut ab eo uirginibus Vestalibus dono mitterentur, affirmantes aequae, atque illas, uirilis concubitus experies futuras. Quare non impetrata, laqueis sibi nocte proxima spiritum eripuerunt. Valerius & Hieronym. in epistola ad Gerontiam.

Pontius Aspidianus ubi rescivit filiam à Fannio Saturnino paedagogo suo corruptam, utrumque puniuit morte. Valerius Maximus.

Publius Mennius libertus (quæ unice diligebat) propter illatam filiae iam nubili osculum interfecit. Idem de Pudicitia.

Q. Fabius Seruillianus quæ suspecta haberet filiam pudicitiam, eam morti dedit, demum uoluntario secessu conspectum patrie uitans exulauit. Val.

Pub. Atilius Philiscus, filiam suam interemit, quod stupri se crimine comquinasset. Idem Val.

Julianus Imperator tanta enituit castitate, ut post amissam coniugem nihil unquam Venerem attigerit. auctor Ammianus Marcellinus lib. 25.

Constantinus Imp. Crispum filium capite puniuit, quod noueram Faustam stupri compellasset.

Henricus primus Imp. perpetuam in matrimonio seruauit castitatem cum uxore Si negunda. Baptista Egnatius.

Corn. Tacitus scribit, Pontiam quandam

Romanam foeminam nullis uerborum lenocinijs aut pollicitationibus ad adulterium cum Octauiio tribuno plebis committendum impelli potuisse, quæ ab eodem interfici maluisse.

Spirina adolescens, quæ egregia sua forma, decoroque aspectu uiros & mulieres ad libidinem concitaret, faciem & pulchritudinem oris sponte uulneribus deformauit. auctor Val. Max. de uerecundia.

Veturius carcerem, plagas, diuersaque tormenta maluit pati, quam in Caëlio Plocio stuprandum se committere. Valerius de Pudicitia.

Noluit beatus Augustinus habitare cum sorore, ne aliqua titillatio carnis aut pruritus suboriretur. Interrogatus cur hoc faceret: Quoniam, inquit, malum uidere foeminam, peius alloqui, pessimum attingere.

Baldraca puella generis obscuri, peregrinaque conditionis, quamuis multarum rerum ob paupertatem esset indiga, noluit tamen corporis sui copiam facere Othoni imperatori, quamuis montes & maria (quod aiunt) promittenti.

Isacius Couenus Imp. tanta fuit continentia, ut uxorem nunquam inire uoluerit post prolem semel ex ea susceptam: quamuis tamen ad morbi remedium medici consulerent, ut coitus frequentiore uteretur.

Origenes Adamantius uirilia sibi amputauit, ne molestam sibi Venerem experiretur. Imitatus Hierophantas Atheniensium sacerdotes, qui forbitione cicutæ se castrabant, quo mundius in sacerdotio uiuerent.

Julianus martyr, & Basilissa uxor impolluti quoque manserunt in coniugio.

Amos Aegyptius mulieri (quæ in matrimonio duxerat) nunquam congressus est, quinetiam

quinetiam eidem amorem uirginitatis in animum induxit.

Amianus Alexandrinus episcopus, beati Marci Euangelistæ discipulus, oculum sibi perforauit, quod intuitu parum pudico transientes foeminas aspexisset. Sabellicus in exemplis.

Chrysanthus Alexandrinus, eiusque uxor Daria nomine, uirgines manserunt in coniugio.

Nulla unquam foemina à Ioanne Anachoreta uisa est, nec ab ulla uideri uoluit.

Arsenius abbas uiros omnes iuxta et foeminas ad sanctiorem uitæ cultus refugiebat.

Pion Ausonij abbatis discipulus, dum congressum quoque mulierum sollicitè declinaret, precibus expugnatus, ut sororem morbo laborantem inuideret, alieno ductu clausisque oculis eius domum subiit, ac retrò abiit Sabellicus.

Vrsinus Nursiæ presbyter moriens, quum uxorem (quam multis ante annis ad se uenire nulla de causa permiserat) admodum sibi cognouisset, Faceffe, inquit, mulier, nondum penitus extinctus est ignis. Idem.

Hilario abbas ingenitam corpori concupiscentiam alloquens, dicere solebat: Consciam te in media, ut de cibo cogites, non de uoluptate.

Eugrius quoque Abbas ad reprimendam Veneris tentiginem, uaria tormenta membris suis irrogauit. Nam & corpus in media conficit, & hybernas plerunque noctes in futeis egit, ut Bernardus Abbas in lacu, Animumarus Tamanensis in uepribus, Franciscus Afsias in hybernis niuibus. auctor Sabellicus.

Milron Syracusanus Epicarum poetam

multauit, quod presente ipsius coniuge laesciuos recitasset uersus.

Marcia Varronis filia, quum suo seculo sculpendi, pingendique arte insignis haberetur, abstinuit semper ab effingenda uirili figura, ne pudibunda quoque exprimeret.

Eugenia uirgo, Philippi proconsulis Alexandrini filia, quum ab imperatore Commodo stuprum sibi timeret, Monachi habitum mentita est, ex nomen.

Ioannes Malatesta uxorè nomine Franciscam, in complexu Pauli Malatestæ fratris sui deprehensam, gladio transfixit unam cum adultero.

Ludouicus quoque Normaniæ seneschallus Carlottam uxorem cum Ioanne Lauer no eius adultero morti dedit.

Franciscus Gonzaga Agneti adulteræ caput adimi iussit.

Rodolphus quoque Gonzaga, quum uxorem adulterij copertam haberet, eam unam cum adultero in concubium deprehensam occidit.

Pastor presbyter & Anachoreta, matrem ad se uenientem cella clausa repulit, causa seruandæ castitatis.

Hugo Carthusiensis per annos 14 mulieris faciem nunquam uidere uoluit.

Dula maluit à milite quodam interfici, quam ab eodem uiolari.

Euphrosyna uirgo Alexandrina, uirginitatem mentita, domum patris Pannutij reliquit, ne ad nuptias cogeretur.

Edeltrudis regina, duobus in Anglia regibus nupta, castitatem semper illibatam seruauit, utroque ad pudicitiam inducto.

Eduardus tertius Anglorum rex, uxorem (quam duxerat) nunquam attigit. Matrem Euinan (quæ in adulterij suspecta habebat) in cœnobium reliquit.

Petrus Vrseolus dux Venetorum, post susceptum filium, uxorem nunquam attigit. Quod utriusq; uoto factum est. Vola / terranus.

Vandegisillo Comiti Palatino (qui sub Dagoberto rege floruit) quum per uim data esset uxor, eam ad amorem castitatis induxit. Quo factum est, ut uterq; in cœno- bio se incluseret.

Fara uirgo fuit Gallica, clarissimis orta natalibus, Heraclio imperante: quam dum parentes, Hagericus & Leodegunda per uim cogere uellent ad matrimonium, in tantas prorupit lachrymas, ut inde cœcitatem contraxerit.

Vuenceslaus filius Bursinor regis Bohemorum perpetuam seruauit castitatem.

Cazimirus quoq; rex Poloniæ perpetuo celebs & castus mansit.

Amator (qui postea Altisiodorësis fuit antistes) quum uxorem eleganti forma clarisq; natalibus ortam duxisset, eam tamen ad studium castitatis induxit, tantum aberrat, ut ei congregeretur. Sabell.

Leo pontifex manũ (qua aliquando o / seculum matronæ contigerat) ultrò sibi abscidit, quòd inde secuta esset tacita quædam libidinis appetentia. Sabell.

Benedictus abbas ad incestam recordatione mulieris à se uisæ castigandam, usus est crebra corporis uoluntate super sentes. Idem.

Timoclia mulier Thebana, stuprũ à quodam Barbaro Thracum principe per uim passa, iniuriam hoc modo ulta est: Odio enim dissimulato, dixit stupratori se scire locum, ubi plurimum esset auri, perductusq; est ab ea ad profundissimũ puteũ, qui fuit in remotiore domus parte. Quo quũ Thrax explorabundus uenisset, et iam iam pronus

immeret puteo, à Timoclia (quæ à tergo stabat) deiectus est in præceps, & saxis obrutus. autor Sabellicus.

Damon Peripolita insigni forma adole- scens, uidēs Romanũ quendam præfectum Cheroneæ, stuprũ sibi per uim machinari, quia prius blandiendo nihil profecisset, ad pudicitie munimen aliquot socios conuocauit, qui omnes fuligine tincti, ne agnoscerentur, præfectum in foro sacrificantem obruncarunt.

Ludouicus episcopus Tolosanus, Caroli secundi Siciliæ regis filius, ea fuit castitate, ut nulli prorsus scemine, præterquã matris & sororibus, uerba faceret: ne colloquio sanctitatem corrumpere.

Olim tãta fuit Pataumarũ mulierũ castitas, ut non nisi operta facie prodirent in publicũ. Cæl. lib. 7. cap. 27. Vnde Mart. Tu quoque nequitas nostri lusisq; libelli Vda puella leges, sis Patauina licet.

Alphonfus secũdus, Alphonfi Catholici nepos, et Hispaniæ rex, nunquam uxori congressus est. Vnde & casti meruit cognomen. Volat. in Geogra.

Eltsfrida Angliæ regina post primum partum abstinuit à uiro.

LIBIDINOSI, ET lasciu.

Orpheum ferũ Thraca detestandæ in mares libidinis principem et repertorem fuisse, quum tamen aspernaretur feminas. Ouid. lib. 10. Meta. Cælius cap. 30. libro 8.

Xerxes rex Persarum eò lasciuie se demisit, ut Spintrij nouarumq; uoluptatum repertoribus præmia cõstituerit. autor Valerius Maximus.

Semiramis Assyriorum regina, quæ masculam uirtutem semper ferè præ se tulit,

om /

omnium calcillis laudata est, ad extre- mum tantis delicijs, tantoq; pruritu libidinis incaluit, ut moruo marito, non admitteret solum, at etiã prouocauerit plerosq; ex suis militibus, qui forma essent elegantiore, quos postea crudeliter necabat. Pro dunt & nonnulli, eã à Nino filio interemptam, quum eius congressum appeteret. Et (quod omnium longe turpissimum est) e / quum ab ea admatum usq; ad coitum, u / b. testis est apud Plin.

Amythone, Thelesippa, Megara, Athys, Ciæno, ancille fuerunt Sapphus, quibus Sappho ipsa ad libidinem utebatur. Eas enim subagabat, & mutuo ab eis patiebatur. Vnde in eius epistola ad Phao- nem legitur: Vilis Amythone, uilis mihi candida Ciæno, Non oculis grata est Athys, ut ante, meis.

Pasiphae Solis filia, & uxor Minois regis Cretæ, taurũ ad coitum usq; fertur admasse, ex quo & biforme illud monstrum Minotaurum suscepit. Propert. Vxorem quondam magni Minois (ut aiunt)

Corrupti torui candida forma bouis. Idem lib. 3.

Fuit in Aiace Oilei filio tantus libidinis feruor, ut temperare sibi nequiverit, quum Cessandram Priami filiam in templo Palladis oppresserit. Quo factum est, ut Dea iniuriata ulciscente fulminatus sit in mari cum aliquot alijs Græcis, ut docet Verg. lib. 1. Aen.

Immoderatam Cæliæ libidinem notat Martialis libro 7.

Das Cæcis, das Germanis, das Cælia Dacis, Nec Cilicum spenis, Cappadocumq; toros. Et tibi de Pharia Memphiticus urbe fututor Nauigat, à rubris & niger Indus aquis. Nec recitatorum fugis inguina Iudæorum, &c.

Celmis unus fuit ex Idæis Dactylis, qui matrem deorum Rheam uiolauit stupro,

Sueton. apud Erasum. Omnes libidinum uoluptates experire uoluit Assyriorum rex Sardanapalus, dum uiuiles per os tunicas in mulierem se transformauit, relictoq; regni cura, lasciuia se totum deuouit, ac perdendum commisit. Trogus lib. 1. & Cic. lib. 5. Quæst. Tuscul.

Quid iam mirũ debet uideri, si concinna & elegans puellarum forma uiros correat, & ad Venerem titillet, quum etiam referantur, qui in inanimatarum rerum amore & desiderio intabuerint? Aiunt enim Pygmalionem quendam fuisse, qui statuam formosam dilexerit, eamq; ceu egregiam aliquam Nympham, & frequentibus osculis suauitatus sit, et lecto dignatus. Vnde Quintianus in Cleopoli, Concedat honori Pygmalion, licuit cui eburnea membra puellæ Complecti, et pulchro componere corpora lecto.

Atheniensis adolescens quoq; speciosum Fortune simulachrum ad tantam admauit insaniam, ut ipsum & arctissime complecteretur, & suauiretur blandissime. Quo desiderio quum indices acrius intabesceret, impatiens amoris perrexit ad senatum, extentisq; precibus rogauit fieri sibi statuæ potestatem, largum auri cumulum paratus erogare. Qua in re quum repulsam passus esset, ad statuam ipsam corpus confodit. Cæl. cap. 32. lib. 7.

Est & aliud simile exemplum apud Plin. de puero, qui Praxiteles simulachro congressus sit. Cuius concubitus relicta macula fuerunt indices. De hoc Quintia. Cedat Praxiteles, cuius muliebri imago procacè Impulit ad coitum iuuenem.

Aeschines criminosa & uirulenta oratione Timarchũ de impudicitia accusauit apud Athenienses. Gell. cap. 3. lib. 18.

SA M Con.

Conuenit inter multos, Socratem (qui tamen Apollinis oraculo mortalium sapientissimus est habitus) Athenis in ius uocatum, & ab Anyto accusatum, quod puerorum mores corrumpere. Quod etiam Tertullianus confirmat.

Aristo Ephesius genus foemineum perosus cum asina concubuit, ex eoq; concubita genita est puella, cui à cruribus asininis nomen inditum est Onofsceli. autor Plutarchus in Parall.

Idem ait Publium Stellum (quem Fuluiū alij uocant) mulierum odio equae se commiscuisse, ex qua formosam susceperit puellam, Hipponam nomine.

Demetrius Poliorcetes Antigoni filius Democli, laudabilis formae adolescentulo, stuprum inferre uoluit. Quod quum per inualidam aetatis uires puer non posset aliter effugere, in proximum feruentis aquae lebetem se coniecit, ibiq; mortuus est. Idē Demetrius Lamia alijsq; scortis talenta CCL erogauit, autore Plutar.

Sunt qui dicant Thamyram primam fugitiosorum puerorum amoribus, ac praeposteri concubitus foeditate pollutum, quum cepisset afflictim deperire Hymenaeū. Caliope & Magnetis filii. Alij tamen Thalon Cretenfi rei tam probrosae initia coneribuunt, qui Rhadamantum adamari. Caelius lib. 8. cap. 30.

Aristoteles prodit, permissam fuisse in Creta masculam Venere, lata quoq; de hoc lege. Traditum est & Chalcedenses in Euboia, pueriles amplexari amores ad stuporem usq;. Caelius ibidem.

Aristoteles fuit in amore tam infelix, ut pellici sacra faceret. autor est Mirandulibro 16.

Hercules tanta in foeminas licentia fuit,

is se fertur, ut quinquaginta uirgines una nocte dicatur stuprasse. autor Ioann. Franciscus Mirandula.

Periander Corinthiui (qui tamen inter septem sapientes Graeciae numeratus est) rem habuit cum Melissa uxore, uel (ut alijs placet) meretrice mortua. autor est Herod. lib. 5.

Alchidas Rhodius formoso cuidam simulachro se commiscuit, reliquitq; indices tam immoderate libidinis maculas. autor Plinius.

Anthia uxor Proeti regis Argiuorū Belerophonem ad stuprum uoluit inducere.

Testatum est Graecorū monumentis, Pindarum nouem Lyricorum principē in gremio dilecti pueri mortuum in gymnasio repletum. Valerius Maximus de mortibus non uulgaribus.

Ferunt & Agathoclem Siciliae tyrannum, forma & uenustate corporis praeminentem, diu uitam stupri patientia exegisse. Propterea Timaeus dixit illū primario aetatis flore scortum promiscuū, impudensimo cuiq; expositum. Iustinus lib. 22.

Crathis pastor, quū in Venerem esset procliuor, capram omnium formosissimā deperire cepit, cui congredebatur frequenter, demumq; uti amicam gratē amplexabatur, cum multa suauitate. Quod contemplantus hircus Zelyotopia caestros concitatus, dormientem Crathim cornibus inuasit, & interfecit. Hoc ex Graecis aduocant. Cael. & Volat.

Pausanias dux Lacedaemonius Argilum formae conspicuum adolescentem mirē dilexit, sed amore Venereo. Habebat enim puerum pro scorto. Caelius capite 62. libro 16.

Hipparchus Pisistrati filius, quum Anmodius

modium & Aristogitonem excellenti forma pueros per uim pedicasset, conuratio nem in se coniecit. Iuuenes enim probrum egreferentes, non prius finem insidijs fecerunt, quā eum de medio sustulerint, libidinem hominis magis quā tyrannidem perasi. autor apud Volaterranum Thyridides.

Dionysius iunior quum se in Locrensum urbem conuulisset, per summam leuitiam uirgines eius loci constuprabat, quas pulso paulo post in exilium tyranno ciues peremere, impactus sub unguis acubus, ossibusq; in mortario attritis. autor Caelius.

Philippus Macedo habuit Alexandrū adolescentem, Olympiadis uxoris suae fratrem, non ad alium usum, quā ad stupri consuetudinem. Trogus lib. 8.

Herodotus apud Caesium testis est, Persas à Graecis didicisse pueris abuti. In quos debacchari solitum Alexandrum scripsit Athenaeus, quum etiam Bagoan inspectante theatro uniuerso suauari plerumq; non erubuerit. Contra tamen pleriq; sentiunt, feruntq; tanta castitate praeditum fuisse, ut praeter uxorem, & Bersanenē Damasco uiduam mulierem, nullam aliam complexus fuerit.

Bagoas Spado deuinxit sibi Alexandrum, nec alio obsequio, quā impudica sui corporis copia. Propterea quum Orsines Persa nobilissimus Alexandrū eiusq; amicos muneribus cumularet, soli Bagoenihil honoris detulit. Rogatus causam, respondit, se amicos regis, non scorta colere. Cael. lib. 8. cap. 30.

Sotades poeta fuit Iambographus impurissimus, qui uersus adeo Pathicos, Ciuicamq; Venerem sperantes conscri-

psit, ut ab eius lectione casti abhorrent oculi. Quo factum est, ut Sotadica poemata pro uerbo locum fecerint. Politianus in Nutricia: Pars quoq; Sotadicos ceu prostituere Cinzados.

Surinas Parthorum ditissimus & secundus à rege, ducentas pellices habebat in castris. autor Plutar.

Sophocles & Aeschylus hac peste famam suam corruperunt, non tacentibus theatris.

Palemonem Grammaticū flagrasse libidinibus in mulieres usq; ad oris infamiam, ferunt.

L. Papyrius Publium adolescentem in uinculis tenebat, afficiebat plagis, quod eius stuprum pati nollet. Re ad senatum delata, damnatus est Papyrius, lata lege, ne quis in corpora libera ob aes alienum ius haberet. Liu. lib. 8.

Idem in T. Veturium adolescentem fecisse dicitur C. Plotius. Valerius Maximus.

P. Clodius praeter stupratas sorores, mulierem mentitus inter publicas Bonae deae ceremonias ad Pompeiam Q. Pompeij filiam surtim penetrauit, eamq; adulterauit. Plut. in uita Ciceronis.

Q. Flaminius uir consularis, puerum impudicē deperit, adeo ut quocunq; profiscisceretur, nunquam ab eius latere discederet. Quoq; magis inferuiret amasio, quemdam in conuiuio securi percussit, quū puer aliquem se praesente optasset interficili. cet hoc in foeminae gratiam factum dicant nonnulli. Volater.

Crassus Romanorum ditissimus, uno è fratribus mortuo, illius uxori congressus est, & ex ea filios aliquot procreauit. autor Plutarchus.

Appius Claudius decemuir Virginiam puellam plebeiam, sed forma excellentem (quã Virginius pater L. Icilio Tribunicio uiro, & experte uirtutis homini desponderat) per uim stuprauit, quum nec precio nec spe posset allicere. Quæ fuit causa abrogandi magistratus decemuirorum, quem admodum reges prius ob stupratam Lucretiam electi fuerant, auctor Liuius, & Cic. li. 2 de Finibus.

L. Torium Balbum Cic. li. 2 de Fin. ait ita uixisse, ut nulla tam exquisita posset inueniri uoluptas, qua non abundaret.

Gemellus Tribunitius lupanar domi sue instituit, in quo Mutiã & Fuluiam foeminas illustres, nobilemque puerum Saturninũ prostituit.

Catilina fecit multa supra cum uirgine nobili, & cum sacerdote Vestæ. Postremo, ut Aurelia Orestilla fruere tur, filium eius ueneno sustulit: quod is iam adultus terrori esset matri, ne secundum nuberet. Salustius & Valerius auctores.

Ciceroni Salustius impingit, quod filia habuerit pellicem matris. Sed inimici uerba fidem non capiunt.

Cæsari nihil propè, quod uirum per se factum decet, defuisset, si pudicitia famam seruasset tenacius. Verum seu malis artibus siue natura hoc cacœthes pestilensque uirus ei usque adeo inhaesit, ut Curio pater quadam eum oratione omnium mulierum uirum, & omnium uirorum mulierem appellauerit. Quod (ut cætera taceamus & exempla) portento sam eius libidinem satis arguit. Sueton.

Nicomedes rex Bithyniæ stuprum Cæsari intulit, non sine maxima utriusque nota, theatricisque conuicijs. Extant enim C. Licij uersus: Bithynia quicquid & pa-

dicator Cæsar unquam habuit. Dolabella quoque Cæsarem ipsum pellicem reginae uocabat. Curio stabulum Nicomedis, & Bithynicam fornicem. Et Bibulus proscripsit collegam suum Bithynicam, cui dicebat regem antea fuisse cordi, nunc esse regnum. Et C. Memmius obiecit ad ciathum & uinum Nicomedis stetit, cum reliquis exoletis pleno conuiuio accubantibus. Gallico denique triumpho milites eius inter cætera carmen illud pronunciauerunt: Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem. Suetonius.

Augustum ferunt inter duodecim Catamitos, totidemque puellas accubare solitum. Idem abiecta uxore Scribonia, amore alieni coniugis possessus, & Liuiam quasi marito concedente sibi coniunxit. Quumque esset luxurie mancipium, eius tamen uicij seuerissimus uirior. Testis Sextus Aurelius. M. Antonius dicebat, eum adoptionem auunculi stupro meruisse. Fertur & Aulo Hirco in Hispania trecentis millibus nummũ se substrauisse. Idem solitus est subuere crura nuce ardentis, quo mollior pilus surgeret. Sueton.

Coactus est Augustus Iulias filiam & neptem, omnibus libidinum & roboris contuminate relegare. Constat filiam infamem fuisse uulgatis per urbem adulterijs.

Hostius princeps quidam fuit obscœnitatis perditissimus, praeferridæque libidinis Augusti temporibus utriusque Veneri, masculæ scilicet & muliebri, deditissimus: quæ fecit specula eius nota, ut imagines multo redderent maiores. Quum ergo Veneri se daret, ea ita disponebat, ut quum uirum patere tur, omnes admissarij sui motus in speculo uideret, ac deinde falsa ipsius membri magnitudine tanquam uera gauderet.

Tiberius

Tiberius Cæsar, auctore Tranquillo, celariam excogitauit sedem arcanarum libidinum: in quam accersiti puellarum & exoletorum greges, monstruosique concubitus repertores triplici serie connexi instarent se coram ipso. In syluis quoque Venerios locos excogitauit commentusque est, quibus impenetrabat prostantes. Instituit et pueros primæ teneritudinis (quos pisciculos uocabat) ut natanti sibi inter femina uersarentur, ac luderent, lingua morsuque sensim appetentes: eosque quasi infantes firmiores, necdum tamen lacte depulsos, in guini ceu papillæ admouebat. Fertur & in sacrificando quondam facie ministri acerram praefertis nequiuisse abstinere, quum penè uixdum re diuina peracta ibidem statim seductum constupraret, fratremque eius tibi mem: quibus tamen postea crura in fregit, quod flagitium mutuo exprobrabant.

Quum multa sint exempla crudelitatis in Nerone, libidinis quoque non pauciora turpissimam eius uitam infamant. Quorum hæc præcipua: Rubriæ Vestali uirgini uim intulit. Puerum Sporum exactis testibus muliebrem naturam transfigurare conatus est, quem & solenni nuptiarum officio ad se cum dote perductum pro uxore habuit. Propterea emanat iocus, bene aegi potuisse cum rebus humanis, si Domitius eius pater talem habuisset uxorem. Præterea matris concubitus appetijt, cum qua (iura in lectica unã uerberetur) libidinosus est. Viros & foeminas ad stipites quadoque deligauit, ut eos unguina & inuaderet, & delamberet. Doryphoro liberto (sicut ipsi Sporus fecerat) dempsit, uoces & emulatus uim patientium uirginum imitatus. Hæc Tranquillus. De hic eius portento libidine Corn. Tacitus abudè scribit.

Caluia Crispilina fuit magistra libidinum Neronis, digna discipulo magistra. Idem Tacitus lib. 17.

Agrippina filij Neronis concubitu desiderasse fertur. Cui apud Tacitum lib. 4.

Tigillinus fuit quissiam inter Romanos uitæ corruptissimæ, qui per impudicitiam multa à Nerone consecutus est, quem ad omne corruperat. Cornelius Tacitus libro 17.

Messalina Claudij Cæsaris coniunx ad certamen Veneris elegit nobilissimam ex prostitutis ancillam mercenariæ stipis, eamque die ac nocte superauit, quinto ac uicesimo concubitu. auctor Pl. lib. 19 cap. 62.

Idem Plinius scribit Arellium celebrem fuisse Romæ pistorum paulo ante diuina Augustum, qui semper alicuius amore foemina flagrauerit.

Anfidius crebris fuit adulterijs famosus, & matronarum frequentissimus corruptor apud Romanos. Iuuenalis Satyræ nona: Notior Anfidio mœchus celebrare solebat. Martialis: Procuratorem uultu qui proferat ipso, Acrior hoc cuius non erit Anfidius.

Non erubuit Imper. Caligula sororibus suis congregari, quarum ambas exoletis suis prostrauit, quod facilius eas in causa Aemylj condænaret, tanquam adulteras. Liuiã Horestillam, C. Pisoni nuptiam, sibi iunxit, et intra biennium repudiavit, repudiata relegauit. Loliam Paulinã C. Memmio ablatã coniunxit sibi, breuèque missam fecit, interdicio cuiusque in perpetuum colitu. Cesoniam adamauit, quam amicus pleurung ostendit nudam. M. Lepidum & M. Nestorem pantomimum dilexisse fertur commercio mutui stupri. Val. Catullus consulari familia iuuenis. Stupratum se ab eo,

M. M. 3

et latera sibi contubernio eius defessa uociferatus est. autor Suetonius.

Commodus Imperator sorores constituit, suasque concubinas uidens, ac uolens ab amicis constuprari passus est. Ad id scens infamauit omne genus hominum, quod erat secum, et ab omnibus est infamatus. Habuit in delicijs homines appellatos nominibus uerendorum utriusque sexus, quos libentius oculis suis applicabat. autor Lampridius.

Idem Commodus cum cccc. concubinis, quas ex matronarum meretricumque delictu ad formae speciem constituerat, ac trecentis alijs puberibus exoletis (quos ex plebe et nobilitate collegerat in palatio) habebatur et lasciuiebat. Idem Lampridius.

Exercuit Imperator Domitianus astituitatem nimiam libidinis, quam Clinopalen, id est, lecti palestram uocabat. Inter uulgatissimas meretrices quandoque nataste dicitur. Fratris filiam adhuc uirginem alteri collocatam uiro corruptit. Suetonius.

Heliogabalus collegit naturam monstru lenones, meretrices, exoletos, et subactores prope innumeros, quibus adiecit nascitatos homines, id est mutoniatos, quonia his ad libidinem, et flagitium utebatur sceleratissime. Quocirca Lampridius ad Constantinum Imperatorem, de prodigiosa eius uenere scribens ait: Quis ferre posset principem per cuncta caua corporis libidinem recipientem, quum ne beluam quidem talem quisquam ferat Romae? Habuit insuper emisarios, quibus nihil aliud erat negocij, nisi bene nascatos perquirerent, eosque ad aulam perducerent, ut illis se compollueret.

Gordianus Iunior (qui cum patre imperauit) totus fuit mulierosus, ac libidini deditus. Concubinas habuit xxxi. et ex

omnibus ternos et quaternos liberos. Vnde et Priamus sui seculi uocatus est, et nonnullis per cauillum Priapus. autor Ca pitolinus.

Antonius cognomento Caracalla, uoliam nouercam in matrimonium duxit. Aelius Spartianus.

Proculus Imperator centum Sarmatas uirgines bello captas dieb. xv. (ut ipse gloriabatur) grauidas reddidit, magno libidinis argumento. Flaccus Vopiscus et Sabinus bellicus in exemplis.

Lusius Marij ex sorore nepos, quum Trebonio pudice sanctitatis militum et stuprum uellet inferre, ab eodem interfecit est.

Victorinus tyrannus (qui Galeni temporibus Gallias rex) causa libidinum in matronas interfecit est apud Agrippinam. Trebellius Pollio.

Rufi cuiusdam Bononiensis libidinem Catullus amarulentic lacerat, quod mulieris magis os irrumaret.

Satyrus felle aspergit quendam Gellium patrum sui irrumatorem, matrisque et sororis stupratorem.

Gallum quendam conuicijs quoque proscindit, qui ut facilius posset fratrum suorum liberos et uxorem in sua libidine allicere, ipse leno eos supra committere docuit. Hec autem Caiulli uerba: Gallus homo est bellus, nam dulces iungit amores Cum puero, ut bello bella puella cubet. Gallus homo est bellus, nec se uidet esse maritum, Qui patrum sui monstret adulterium.

Papillum quendam Mart. libro 7. taxat uelut cunnilingum, et irrumatorem.

Ausonius inuebitur suis carminibus in quendam Eunum, quem ut liguratorem et irrumatorem taxat.

Childe.

Childericus Francorum rex ob libidinem in matronas regno pulsus est, demum tamen restitutus.

Vgutius princeps Florentinus interfecit est a ciuibus, ob procliuem in sceminas libidinem. Volaterranus.

MERETICES quaedam.

Mintham fingunt fabulae Plutonis fuisse pellicem, quam Proserpina dolis circumuenit, et in hortensem mentam commutauerit. Huius meminerunt Strabo lib. 8. Caelius cap. 22. lib. 6.

Rhodope meretrix fuit Aegyptia, quae tantas opes meretricio quaestu sibi comparauit, ut superbam et magnificam in Aegypto pyramidem construxerit. Eam Sappho Doricam uocat, et fratris sui Charaxi amicam, his uerbis: Arsit inops frater uisus meretricis amore, Mixtaque cum turpidamna pudore tulit. Sunt qui putent alteram fuisse Rhodopen Thraciam genere, quam Xanthus Samius in Aegyptum detulerit uideam meretricem pyramidis illius autorem, et Aesopi fabulatoris Phrygij conseruam. Cui opinioni astipulatur Plinius lib. 36. Natur. Hist. De hac etiam meminit Plutarchus in Nicia, et Hero. in Euterpe.

Lais meretrix fuit Corinthia, ad quam propter formam elegantiam Graeci omnes turmatim conuolabant. Claudianus in Eutropium: Haud aliter iuuenum flammis Ephyreia Lais, Et gemino ditata mari. Aristippo Cyrenaico eum ea fuit consuetudo: quod tam flagitium philosophus sic defendebat, ut diceret, multum inter se et ceteros Laidis amatores interesse: quod in se haberet Laidem, alij uero haberentur a Laidem. autor Lactantius, qui etiam hoc ait: Quid ergo interfuit, quo animo philosophus ad

meretricem famosissimam comearet, quum eum populus et riuales sui uiderent omnibus perditis nequiores? Ab hac meretrice quum Demosthenes petisset, ut sui copiam faceret, et illa decem drachmarum millipro concubitu poposcisset, pecuniae magnitudine deterritus et expauidus philosophus, Penitere, inquit, tanti non emolus tor Gellius, et post hunc Macrobius.

Thais fuit uideam meretrix, quae Atticam iuuentutem in sui amorem pellexit. Hanc suis carminibus celebravit Menander poeta Graecus, unde et Menandrae dicta est. Propert. Turba Menandrae fuerat nec Thaidos olim Tanta, in qua populus lusit Eriobonius.

Phyrne meretrix Theffiensis (quae ciuitas est Bocoiae) olim in iudicium uocata, dum sibi timeret a sententia iudicum, sublatis tunicis corpus denudauit. Cuius pulchritudine permoti iudices, liberam abire permiserunt. Neque tam profuit puellae Hyperidis actio et patrocinium, quam uenus fuit formae. autore Quintil.

Eidem quam Praxiteles dedisset optionem eligendam imaginis omnium (quas haberet) pulcherrimam, nec tamen ipse prodece uoluisse, quoniam esset pulcherrima, hoc fabricauit commentum: Subornauit enim quidam Praxiteli nunciaret officinam cum signis et tabulis conflagrare, quo tristi nuntio permotus Praxiteles percontari coepit, Essetne saluus suus Cupido. Hoc itaque docto explorauit meretrix, quoniam esset tabula omnium ditissima. De hac meminit Propert. lib. 2. Nec quae deletas potuit. &c.

Glycerium Theffiensis fuit meretrix, quae tabulam Cupidinis (quam a Praxitele gratis acceperat) Theffiensibus quoque dono dedit.

EM 4 Leontium

Leontium Gellius scribit fuisse meretricem, quæ Theophrasti libris doctissime respondit.

Simope scortū fuit nobile, celebratæq; lasciuie: hinc Simopissare uerbum, est libi donari, & lasciuire. Erasmus in Chiliad.

Eristichon quidā Thessalus, quum absumptis facultatibus ad extremam deuenisset inopiam, coactus est filiam (quam habebat liberali forma) Metrā nomine prostituere. Ad quam qui commeabant adolentes, corporis copiam non assequebantur, nisi equos, boues, amplissimaq; deseruere munerat: quia nondum id temporis repperit fuerit gemmarū usus. Porro Thessali per iocum dicebant, Metrā Eristichonis uerti in ea omnia quæ illi ab amatoribus donabantur. Vnde fluxit prouerbium, Mutabilior Metra Eristichonis.

Philenis meretrix fuit, quam Philocrates poeta Græcus suis carminibus lacerauit. De hac etiam meminit Mart. lib. 7.

Verrius apud Lactantiū testis est, Faucliam Herculis scortum fuisse.

Alcen quandam fuisse meretricem, palam est ex uerbis Gellij libro 4. scribentis: Dicebat Pythagoras se Euphorbum primò fuisse, deinde Pyrandrum, deinde Callidenam, deinde foemina pulchra facie meretricem, cui nomen fuerit Alce.

Ferunt scortum quoddam fuisse nomine Cyrenem, quæ in peragenda Venere duodecim figuris usa sit. autor Erasmus in explanatione illius adagij, Duodecim artium homo.

Aspasia meretrix fuit, cuius gratia & susu Pericles Samios expugnauit. autor Plutarchus.

Pithonicam idem in Phocione scribit fuisse meretricem, quam Harpalus Ale-

xandri domesticus supra modum adamauerit.

Eodem teste Alcibiades Atheniensis meretricem habuit charitum Timandram nomine, quæ mortuo tumulum profacultatibus suis magnificum erexit. Cum hac oppressus est Alcibiades ipse à Lyandro.

Plinius scribit Campaspen meretricem fuisse forma admodum liberali, quam Alexander Apelli pictori eam depereuntis dono dedit.

Autorum monumentis celebratur Leena meretrix, quæ nullis tormentis cogi potuit, ut Armodium & Aristogitonem tyrannicidas proderet in hac Anaxarchum imitata, qui quum simili de causa torqueretur, præcisam dentibus linguam in tortores expuit. autores Plinius & Lactantius, & Crinitus lib. 9. cap. 8.

Pandemus meretriculæ cuiusdam fuit nomen, autore Calio.

Aristophanes in comædijs scripsit Cynam, Salauacham, & Casauriam fuisse Athenis celebres & forma exuperanti meretriculas.

Abrotonum meretricis nomē est, quam Themistoclis fuisse matrem, Amphicrates apud Cælium prodit, in libro de Viris illustribus.

Anticyra fuit meretrix, quam inde nuncupatam ferunt, quòd cum mentis emotæ hominibus, furentibusq; discumberet: uel quòd Nicestratus medicus moriens hellebori uim ei magnam reliquerit. Cælius capite 6. lib. 13.

Hermia fuit meretrix, cui præ nimio amore sacra fecit Aristoteles, eiusq; laudibus hymnos dicauit. unde ab Eurimedonte seu Demophilo accusatus, relictis Athe-

nis (ubi xxx annos docuerat) Chalcidem se recepit. autor Origenes.

Herodotus in Euterpe scribit, Archidicem Græcam fuisse meretriculam, cuius amore insaniens Charaxus frater Sapphus Mitylenem redierit.

Inter Corinthias meretrices nominantur Lais, Cyrene, Leena, Simope, Pyrrhine, Sicyone.

Apollochorus prodit, meretriculas quasdam fuisse Aphias, id est, Apuas cognominatas, quòd minutulæ forent, ab eiq; oculis grandioribus. Nomina eis fuere Stagonium & Anthis. Cælius cap. 19. lib. 5.

Scribit Cælius, Sapphon è Lesbos meretricem fuisse, sed non poetriam: quoniam Lyrica Scætronymi fuit filia altera à scorto.

Faucula Clunia meretrix fuit, alioqui tam pientissima. Nam Annibale Capuam tenente alimēta captiuis egentibus furtim suppeditabat. Liuius lib. 26.

Flora meretrix fuit, quæ populum Romanum constituit heredem. Vnde Floralia sacra eidem consecrata sunt: alio nomine Laurenti uocatur. De hac uide Gellium libro 6. cap. 7.

Manuilia fuit meretrix, cui Hostilius Mancinus diem dixit ad populum, quòd de ambulacro eius noctu lapide ictus esset. autor Gellius.

Baryse Romana fuit meretrix, quæ Horatius suis carminibus illustrauit, dicens: Vlla si iuris tibi peierati Pœna Baryne non euisset unquam.

Simili modo Martia, de Spatali scribit: Nouit Loturos Dasius numerare, poposcit Mammofam Spatalen pro tribus, illa dedit.

Aphra fuit meretrix in Creta, quæ unā

cum tribus ancillis, Dimna, & Eugenia, et Eutropia, cunctis se prostituēbat. Tandem tamen à Narcisso Hierosolymorum episcopo ad bonam frugem reuocata, uoluptati repudium misit, & Christianam secuta est religionem, pro qua etiam martyrium passae est.

Eodem modo Maria Magdalena, Syri et Eucharie filia, Lazariq; & Marthe soror, aliquot annis uoluptatibus indulset, adeo ut peccatricis meruerit nomen. Demum tamen ubi ad Christi in Simonis Leprosi domo recumbentis, pedes se prouoluisset, suisq; rigasset lachrymis, capillisq; absterfisset, & delibisset unguento, uentā impetrauit.

Niceta & Aquilina sorores, quum corporis questu mererent, missæ sunt à rege Dagnæ ad corrupendum beatum Christophorum, inculcandūq; ei falsæ religionis cultum. Verum aliter res se habuit. Næ & ipsæ ad fidem conuersæ sunt, & iussu regis interfectæ.

Chione nomen est scorti apud Mart. lib. 2. dicentem: A Chione saltem, uel Laide discite pudorem, Abscondunt spurcas hæc monumenta lupas.

Lycisca apud eundem notatur ut fellatrix & lupa, his uerbis: Facere in Lyciscâ Paule me iubes uersus, Quibus illa leuiter rubeat, & sit irata: O Paule malus es, irru mare uis solus. Item apud Iuuenalem: Non mentita Lyciscæ.

Caliam Martialis lib. 7. Epigram. notat, quòd cuiuscunq; petenti corporis sui copiam faceret. Vide uersus in historia de libidinosis.

LENONES, ET LENÆ.

D Ipsas nomen est lenæ, quam Ouidius 2 Eleg. suis carminibus insectatur, quòd

puella suam meretricia arte instrueret. Sic autem scribit: Est quaedam (quicumq; uolet cognoscere lenam, Audiat) est quaedam nomine Dipsas anus, &c.

Crobylus leno fuit scelestissimus: is duo scoria domi alebat, quorum lenocinijs quam plurimos adolecentes in perniciem alliciebat, aliosq; compitabat furco. Vnde nauis adagium, Crobyl iugam, quod de conuentu & societate durius hominum, qui pari sunt improbitate, dici consuevit. Erasmus in Chiliadibus.

Tomus apud Erasmus testis est, Cinna rum quempiam fuisse, patria Selinusium, arte Lenonem, qui quoad uinebat, pollicebatur se facultates omnes Veneri consecratum. Ceterum moriens populo diripiendas exposuit.

Catullus inuehitur in quendam Silonem, quem ut Lenonem arguit.

Aphra meretrix (quam diximus à Narcijs) Hierosolymorum episcopo à turpi et immundo quaestu reuocatam suam matrem habuit Hylariam, quae sola Lenocinijs uicium sibi comparabat.

HOMINUM AMASIA.

Mno: rex Cretensum suscepas cum Archontibus inimicitias, ob mortem filij sui Archogei, labens deposuit, amore Theso (quam deperibat) inescatus.

Lais à Pelope hostio susceptus filium eius Chrysiptum ita adamauit, ut secum Thebas periret, Vniculle tamen apud Calium testis est, hinc à Ione perpetratum.

Gyges rex Lydorum Magnetem Smyrnaeum eximia pulchritudine clarum usque ad orbem Alexit, ut bellum in Magnesium moueret, quod puero capillos torcondissent, quod uideretur deformior.

Aristogiton Atheniensis Armodium in

signi forma adolescentem etiam deperijt. autor Thucydes lib. 6.

Philoctem eximium adolescentem amauit Epicurus, à quem solitus erat hoc modo scribere: Consumor ac deficio amabilem tuum ac diuinum ingressum sustinens.

Argillum Pausanias Lacedaemonius, autore Celio, speciosa pulchritudine adolescentem amore Venereo dilexit.

Celius lib. 19. cap. 11. citat hos Platonis uersus amatorios de suo Agathone. quem ut meritorium dilexit: Suauis dans Agathoni animam ipse in labra tenebam, Aegra etenim properas tanquam abitura fuit. Amavit quoq; Stellam ob ingenij suauitatem, & elegantiam, de qua, autore Plutarcho, sequentes uerba lusit: Ardentes stellas lucens mea Stella tueris, Caelum utinam fierem, te ut multo lumine cernam. Item: Stella prius superis fulgebas Lucifer, at nunc Hesperus ab austris manibus occiduis. Haec nouissimo scripsit post eius mortem.

Baryllus fuit Anacreontis poetae deliciae. Vnde Horat. in Epodo: Non aliter carmina decuit arsisse Baryllo Anacreonta Teium. Ab eodem quoq; admatum est Megistheus puer De utroq; Politianus in Rustico: Nunc Samium celebras (uicem) Adrastra) Baryllum, Nunc teneram Etoppiem, tenerumq; Megistheam laudas, Tandem acino puer se cadit interceptus ab uice.

Astynus Gallus poeta. filius Astyn; Polionis uiri consularis, pari quoq; affe ad dilexit Hippolytum liberali forma adolescentem.

Voconius Victor poeta, habuit in deliciae Testylum puerum elegantem forma. Vnde Martialis: Testyle uictoris tormentum dulce Voconi, Quo nemo est toto non orbe puer: Sic etiam positus formosus amere capillis, Et placeat uati nulla puella tuo.

Lygus

Lygurinus Horatij fuit deliciae. Vnde lib. 4. Carm. scribit: Sed cur heu Ligurine, cur manat rara meas lachryma per genas? Cur facunda parum decoro inter uerba caedit lingua silentio? Nocturnis ego somnijs iam capuum teneo, iam uolucrem. Amavit & Lycistum, de quo sic scribit in Epodo: Nunc gloriantis quamlibet mulierculam Vincere mollicia amor Lycisti me tenet.

Ast Euriptides tragœdiographus Agathonem puerulum, quem adultiorem quoq; amplexabatur arctius, suauitabaturq; etiam spectante populo, & in conuiuijs.

Aratus poeta Clix Philinum adolescentulum deperijt, pro cuius reditu è Chio insula, deos multa precatus est.

Catullus suos amores in Iuencium his exprimit uerbis: Surripui tibi (dum ludis) mellite Iuenci, Suauitolum dulci dulcius ambrosia. Verum id non impune tuli, namque amplius horam suffixum in summa me memini esse cruce. Quae carmina plena sunt pruritus, multamq; praese ferunt lasciuiam.

Antinous puer fuit elegantissime formae, ex Claudio poli Bithyniae ciuitate, quae Adrianus Imperator ad infamiam usq; admatuit, ut etiam mortuo ciuitatem construxerit, templumq; erexerit cum ara, & eius effigiem curauerit imprimendam. Spartianus ait, puerum illum ab Imperatore muliebriter defletum. Dion Cassius.

Roscium adolescentem amauit Qu. Catullus Epigramatista, de cuius forma hunc in modum scripsit: Constiteram ex oriente aurorae forte salutans, Quam subito à laeua Roscius exoritur, Pace mihi liceat caelestes dicere uestra, Mortali uisus pulchrior esse deo. Amavit & Theotimum, de quo sic scribit: Aufugit mi animus, credo ut solet,

ad Theotimum Deuenit, sic est, per fugium illud habet.

Lycum puerum adamauit Alcaeus poeta Lyricus, de quo Horat. lib. 1. Carm. Liberrum & musas, Veneremq; & illi Semper haerentem puerum canebat, Et Lycum nigris oculis, nigroq; Crine decorum. Politianus Nutritia.

Amavit Valgius poeta elegiographus Mysten, cuius morte multis lachrymis defleuit, dicente Horatio: Tu semper urges flebilibus modis Mysten ademptum, nec tibi uespere Surgente decedunt amores, nec rapidum fugiente Solem.

Habuit imprimis Val. Flaccus poeta Setinum in delicijs Amazonicum puerum, cuius formam commendat Martialis.

Tibullus suum Cherinchum, de quo lib. 4. ait: Est qui te Cherinthe dies dedu hic mihi sanctus, Atq; inter sanctos semper habendus erit. De quo lib. 2. sic ait: Heu heu quam Marathus lento me torquet amore.

Lygdum adamauit Pamph. Saxus, unde libro 4. ait: Sed peterent Lygdum, Lygdus mea uita, meum cor, Lux mea, qui facere uulnere mille gerit. Eius quoq; formam multis locis magnopere extollit.

Catullus facit Aufilenum Celij cuiusdam Veronensis amasium, ubi ait: Celius Aufilenum, et Quintius Aufienam Flos Veronensium depercutit iuuenum. Inter meritorios pueros etiam ponuntur Eurylus Virgilian. Parthenopaeus Stilian. Cottalus Siculus Anacreontis, Harmodius Hippia, Aster Platonis, Piso Galbae.

DE ORVM ET HOMINUM AMASIA.

DAphnen Penel fluminis filiam adamatam Apollini, testatur Sappho

Non ad

ad Phaonē: Et Phœbis Daphnem, & Gno-
sida Bacchus amauit.

Tyro Salmonē filia adōmata est à Ne-
ptuno, & ab eodem compressa. Proper. lib.
1. Non sic Aemonio Salmonida missus Eni-
peo Tenarius facili prebit amore deus.

Hecē deam iuuentutis amauit Hercu-
les. Idem Proper. lib. 1. Nec si cœlestem fla-
grans amor Herculis Heben. Sensit in Oe-
tæis gaudia prima iugis. Amauit quoq; Io-
len, & Omphalen reginam Lydorum. Idē
Propert. lib. 3.

Alie Deorum & hominum amasie fue-
runt, Ariadne Mimōis filia, Bacchi: Syrinx
Nympha, Patos: Ero, Leandri: Phyllis fi-
lia Lycurgi regis Thracum, Demophoon-
tis: Ariadne, Thefei: Atalanta, Meleagri:
Cydippe, Acōtij: Iphis, Patrocli: Similax,
Croci. Autor Plinius lib. 26. cap. 36. Glyce-
ra, Pausti Sicōnij pictoris. Plin. lib. 22. ca-
pite 2. & lib. 35. cap. 10. Sappho, Phaonis.

Campface, Alexandri, quam Alexan-
der ipse muneri dedit Apelli pictori. Plin.
libro 35. cap. 10. Philace, Stratoclis, auto-
re Plutar. Rhoxane, Alexandri. Plutarch.
& Curtius. Echo Narcissi. Aufonius: Com-
moritur Narcisse tibi resonabilis Echo.
Calentinus: Risit Liriope flagrantem fi-
lius Echo.

Thybe Pyrami. Stroza pater: Non ma-
gis infelix Thybe dilexit amantem.

Tyro Salmonē filia, Enipei. Propert.
lib. 1. Testis Thessalico flagrans. Salmonis
Enipeo.

Phœbe Castoris, Ilaira Pollucis, que fue-
runt Leucippi filie. Propert. lib. 1. Non sic
Leucippi succendit Castora Phœbe, Pollu-
cem culte non Ilaira foror.

Chloris seu Flora, dea florum, Zephyri,
à cuius nomine dicitur Zephyritis.

Galaïbea nympha Polyphemi. Proper.
lib. 3. Quinetiam Polypheme fera Gala-
thea sub Aethna Ad tua rorantes carmina
flexit equos.

Bersabea Davidis. Idem Stroza: Ille sa-
cri uates operis Iesseia proles, Præfecit po-
pulo quem Deus ipse suo, Bersabea captius
forma tibi magnæ Cupido Cestit.

Helena Paridis. Propert. lib. 2. Ipse Pa-
ris nuda fertur pariff: lacena, Quum Me-
nelæo surgeret è Ihalamo.

Acme Septimij. Catullus: Acmen Septi-
mius (suos amores) Tenēs in gremio, mea,
inquit, Acme, Ni te perditē amo, atq; ama-
re porò Omnes sum osidue paratus an-
nos, Solus in Libya, Indiaq; tosta Cæstio ue-
niam obuius leoni.

Aufilena Quintij. Catullus: Cœlius Au-
filenum, & Quintius Aufilenam Flos Ve-
ronensium deperunt iuuenum.

Atalanta Mimalionis Arcadici. Propert.
tius: Mimalion nullos fugiendo Tulle labo-
res Sauiam duræ contulit Iasidos, &c.

Antigone Hæmonis Bœotij, quæ quum
iugulari fecisset Creton, Hæmon ad mor-
tuum tumulum se interfecit. Propert. lib. 2.

Quid enō Antigones tumulo Bœotius Hæ-
mon Saucius ipse suo corruit ense latus?

Briseis Achillis. Horatius: Prius insolē-
tem Serua Briseis niueo colore Mouit A-
chillem. Propert. lib. 2. Omnia formosam
propter Briseida passus, Tantus in erepto
seuit amore dolor. Idem: Nec non exani-
mem amplectens Briseis Achillem, Candi-
da uesana uerberat ora manu.

Rhodope Charaxi, fratris Sapphus. Sap-
pho. ad Phaonem: Arsit inops frater uictus
meretricis amore, Mixtaq; cum turpi da-
mna pudore tulit.

Andromeda Persei. Sappho ad Phaonem:

nem: Candida si non sum, placuit Cepheia
Perseo Andromede, patriæ fusca colore
sua.

Hesperie nympha, Aesaci.

Lesbia Catulli. Catullus: Nulla potest
mulier tantum se dicere amatā Vere, quan-
tum à me Lesbia amata mea est. Hæc uerò
nomine uocabatur Claudia. Amauit etiam
Ipsitillam.

Quintilia Calui Licinij. Catullus: Cer-
te non tanto mors immatura dolori est
Quintiliæ, quantum gaudet amore tuo.
Propertius lib. 2. Hoc etiam docti confessa
est pagina Calui, Quum caneret miseræ fu-
nera Quintiliæ.

Lyde Callimachi: Bathis Philetæ. Oui.
lib. 1. de Trist. Nec tantum Clario Lyde est
dilecta poetæ, Nec tantum Coo Bathis a-
mata suo.

Beatrice Dantis Aligeri: Aureta Petrar-
che: Lycinia Horatij. Horat. lib. 2. Car. Me-
dulcis dominae musa Lyciniæ Cantus, me
uoluit dicere lucidum Fulgentes oculos, &
bene mutuis Fidum pectus amoribus. Ama-
uit & Glyceram. De qua lib. 3. Carm. Me-
lentus Glyceræ torret amor meæ.

Stella Platonis. autor Plut.

Violantilla Stelle poeta. Hæc Græcæ
Hiantis dicitur. Mart. lib. 6. Perpetuā Stel-
la dum iugit Hiantida uati, Læta Venus di-
xit, plus dare nō potui. Aliter uocatur Aste-
ris. Vide Statium in Syluis.

Leucadia Terentij Varronis Atacini.
Hinc fluxit illud distichon: Hæc quoq; per-
fesso ludebat Iasone Varro, Varro Leuca-
die maxima flamma sua.

Delia, Sulpitia, Nemesis, Neera, Tibul-
li. De Nemesi notum est illud: Vrit amato-
rem Nemesi lasciuus Tibullum, In tota in-
uit quem nihil esse domo.

Hostia seu Cynthia, Propertij. Propert.
tius ipse lib. 1. Illa uel angusto mecum requi-
escere lecto, Et quocunq; modo maluit esse
mea, Quam sibi dotata regnum uetus Hip-
podamie, Et quas Elis opes antè pararat
equis. Idem lib. 1. Cynthia prima suis mise-
rum me cepit ocellis, Contactum nullis an-
tè cupidibus. Martialis: Cynthia facundi
carmen iuuenile Properti Accepit famam,
nec minus ipsa dedit.

Melenis Domitij Marfi. Martialis: No-
ta tamen Marfi fusca Melenis erit.

Cesennia Cn. Getulici epigrammatistæ.
Bissula Aufonij Galli. Metella Ticidæ epi-
grammatistæ. Cytheris, seu Lycoris, Corne-
lij Galli. Hinc illud manauit: Gallus & He-
sperijs & Gallus notus Eois, Et sua cum
Gallo nota Lycoris erit.

Pamphila Valerij Aeditui. De qua sic
apud Gellium scribit: Dicere quum conor
curam tibi Pamphila cordis, Quid mi abs-
te queram? membra labris abeunt: Per pe-
tus miserum manat subito mihi sudor, Sic
tacitus, subitus, duplo ideo pereor.

Chrysis Q. Trabeæ comœdiographi,
de qua sic scripsit: De improvisa Chrysis
ubi me aspexerit, Alacris obuiam mihi ue-
niet, complexum exoptans meum, Mihi se
dedet, Fortunam ipsam anteibo fortunis
meis.

Neera Lycimij Imbricis, itidem Comœ-
diographi: de qua afferuntur hi uersus: No-
lo ego Neeram te uocent, sed Nerienem,
Quum quidem Marti es in connubium da-
ta.

Propertius lib. 2. de plerisq; Poetarum
amasijs scribit.

Item Sidonius Apoll. lib. 2. de alijs me-
minit: Sicq; oppido meminens, quod olim
Martia Hortensio, Terentia Tullio, Catpbur-

nia Plinio, Prudentilla Apuleio, Rustica-
na Symmacho, legentibus meditantibusq;
candelas, & candelabra tenere. Remini-
scere quod sepe uersum Corynna cum suo
Nasone compleuit, Lesbia cū Catullo, Ce-
sennia cum Getulico, Argentaria cum Lu-
cano, Cynibia cum Propertio, Delia cum
Tibullo.

His addi possunt Lamia Demetrii,
Phryne Timothei, Flora Pompeij, Aspa-
sia Periclis, Rhodope Psamnitici, & An-
tonijs Cleopatra.

PROCI DIVERSARVM
mulierum.

Hippoclidēs Tyfandri fuit filius, qui cū
multis alijs iuuenibus Clifthenes Sicyo-
nij filiam ambiuit. autor Herodotus, qui fi-
liam illā Agaristam uocat, aliosq; eius pro-
cos enumerat, Smyndridem, Sybaritem, Sy-
ritanum, Damnaſum, quos ab Italia ad cer-
tamen ueniſſe ſcribit. Venerunt eodem ex
Ionio ſinu Amphimneſtrus, Epidamnius,
Aetolus, Meges. E' Peloponneſo Leocides
Phidonis Argiuorum tyranni filius, Ami-
anthus, Arcas, Laphanes, Heleus. Ex At-
tica Megacles Alcmaeonis filius. Ex Ethru-
ria Lyſanias. E' Theſſalia Diactorides,
Crononius. Ex Moſoſus Alcon. Conuene-
rant autē in Græciam, ut in Olympico cer-
tamine uires ſuas oſtendarēt, quoniā pater
puelle Clifthenes Ariſthomyi filius pro-
clamauerat, ei ſe daturum filiam, quem in
certamine præſtantiffimum reperiffet.

Proci Hippodamiae Oenomai filia nu-
merantur Marmax, Alcathus Parrhaonis
filius, Euryalus, Eurymachus, Crotalus,
Acrius Lacedaemonius, Capetus, Lycur-
gus, Laſius, Chalcodus, Tricolonus, Ari-
ſtomachus, Prias, Pelagus, Aeolius, Cro-
tonius, Erythrius Leucon: filius. Alij tamē

enumerantur Merinnes, Hippotous, Pe-
lops, Opontius, Acarnam, Eurymachus,
Eurylochus, Automedō, Laſius, Chalchō,
Tricoronus, Alcathus, Ariſtomachus, Cro-
calus. Celius ſcribit, Marmaxa omnium pri-
mum ueniſſe Hippodamiae procum, & an-
te alios ab Oenomao necatum. Equasq; e-
ius tradunt uocatas Partheniam & Eri-
pham: quas quum iugulaſſet Oenomau,
iuſſu ſepeliri.

Absente Vlyſſe proci ex diuerſis locis
conuenerunt, ut caſtitati Penelopes inſi-
diarentur, fueruntq; Dulichij L. I. Samij
x x i i i i, Zacynthij x x. Ithacenſes 22. ex
quibus hi ab Homero nominantur, Anti-
nous, Eurinous, Eurymachus, Leocritus,
Neſo, Pyſander, Heſtippus, Agalus, Leo-
cles, Ampinomus, Demotholomeus, Me-
don præco, Euphemus citharcedus. Quos
omnes reuerſus Vlyſſes occidit. Ouidiana
Penelope nonnullos his uerbis enumera-
t: Dulichij, Samijq; & quos tulit alta Za-
cynthos, Turbarunt in me luxurioſa pro-
ci. Quid tibi Pyſandrum, Polybum, Me-
dontaq; dirum, Eurymachiq; audas, Anti-
noiq; manus, Atq; alios referam? quos o-
mnes turpiter abſens ipſe tuo partis ſan-
guine rebus alijs. Irus egeſ, pecorisq; Me-
lanthius autor edendi, Vltimus accedūt in
tua lamna pudor. De Antino Propertius
lib. 4. meminit: Penelopen quoq; neglecto
rumore mariti, Nubere laſcivo cogeret
Antino.

Hippomenes fuit unus ex prociſ At-
lante uirginis Arcadicae, que cum amato-
ribus certabat curſu. Vnde Stat. lib. 1. Syl.
Vidi ego & immitti cupidum decurrere
campo Hippomenem.

Claudianus lib. 1. de Raptu, ſcit Mar-
tem et Apollinem Proſerpinae (priuſquam
4 Plu.

à Plutone rapta fuiſſet) procos, ubi ait:
Perſonat aula prociſ, pariter pro uir-
gine certant: Mars donat Rhodopen, Phœ-
bus largitur Amyclas: Mars clypeo me-
lior, Phœbus præſtantior arcu.

Vergilius, Ouidius, & Auſonius inter
procos Didonis numerant Harbam Getu-
lorum regem. Propterea Dido ipſa apud
Auſonium ſic loquitur: Sed furias fugiens,
atq; arma procacis Harbæ, Seruauit, fate-
or, morte pudicitiam.

Otharum quendam Saxo Grammati-
cus ſcit fortiffimum, procum Sirubæ uir-
ginis pudiciſſimæ. Hildigis leū uerò Theu-
tonicum Sygnis puellæ, Sigari cuiuſdam
filia.

RIVALES, SEV EIVS-
DEM PVELLARVM
matres.

A Nausis (de quo meminit Vale. Flaccus
libro ſexto Argon.) riuales fuit Sturi
Albani.

Excandescit Catullus in Rhaudum riu-
lem, ut puellæ ſuæ ſurem, ubi ait: Quæ nam
te mala mens miſelle Raude Egit Præcipi-
tem in meos iambos?

Idem Catullus ægrè fert Leſbium riu-
lem ſibi ob pulchritudinē à Leſbia præpo-
ſitum, ubi ait: Leſbias eſt pulcher, quid ni,
quem Leſbia malit, Quam te cum tota gen-
te Catullie tua.

Idem Catullus uocat Mamurram Phor-
mianū & Ceſarem ſocios riuales. Quam
durum ſit autem, & intolerabile riualem
pati, Propertius docet. Illis uerſibus:

Te ſocium uitæ, te corporis eſſe licebit,
Te domū admitto rebus amice meis.
Leſto te ſolū, leſto te deprecor uno:

Riualem poſſum non ego ferre Iouem.

PASTORES DIVERſA.
rum puellarum.

A Certe nutritrix fuit filiarum Adraſti. Sta-
tus lib. 1.

Apollo Marpiſſam Eueni filiam, & I-
dæ uxorem. Idem Propert. Non Idæ & cui-
pido quondā diſcordia Phœbeo Aueſta ex-
ternis Hippodamia rotis.

Rapuit Pluto Proſerpina Ceres ſi-
liam, unde à Claudiano infernus raptor di-
citur. Ouidius: Raptor agit curruſ, & no-
mine quemq; uocando Exhortatur equos.
Syll. lib. 14.

Axus Oceani filius rapuit Perhibiam,
Iupiter Europā. Seneca: Modo per fluſius
raptam Europam, Taurum iergo port. ſſe
trucem.

Hercules Augem. Idem Seneca: Arcadia
nempe uirgo Palladios choros Dum neſcit
Auge, uim ſtupri paſſa excidit.

Dryope Nympba Hylam.
Caſtor Phœben, Pollux Ilairam ſoro-
res, Leucippi filias. Propert. lib. 1. Non ſic
Leucippi ſuccendit Caſtora Phœbe, Pollu-
cem cultu non Ilaira ſoror.

Eurytus Centaurus Hippodamen ra-
puit. Ouid. lib. 12. Eurytus Hippodamen: a-
lij quam quiſq; probabat, Aut poterat, ra-
puit.

Thiſeus Ariadnā Minois regis filiam,
& Helenam ipſam priuſ quam Paris, non
offenſa tamen eius uirginitate. Ouidius: Te
quoq; qui rapuit, rapuit Mmoida Thiſeus.
Idem lib. 1. de Arte: Forma uiros neglecta
deceat, Mmoida Thiſeus Abſtulit, à nulla
tempora comptus acu.

Paris Helenam, unde ſax belli Troiani
ſecuta eſt. Ouidius lib. 12. Victus es à timi-
do Graiæ raptore maritæ. Idem in Epistol.
Hermiones: Tyndaris Idæo trans æquo-

ra ab hospite rapta, Argolicas pro seuer-
tit in arma.

Telamon Græcus Hesionē puellam Tro-
ianam, & Achilles Briseida. Ouid. in Epi-
stola Arontij: Hesionem Telamon, Brisei-
da cepit Achilles, Vtraq; uictorem nempe
secuta suum. Idem Achilles rapuit Diome-
dam Phorbantis filiam à Lesbos.

Boreas Orithyā filiā Eriſthei Athena-
rum regis. Ouid. li. 1. Eleg. Si satis es raptæ
Borea memor Orithyia. Propert. lib. 3. In-
felix Aquilo raptæ timor Orithyia.

Iason Medeam, Aetæ Colchorum re-
gis filiam, quam postea reliquit superindu-
cta Creusa.

Hercules Pyrenē uirginem Bebryciā,
à cuius nomine montes Pyrenæi nomē sum-
pserunt. Syllius: Nomen Bebrycia duxere
à uirgine colles, Hospitis Alcide crimen,
&c.

Pyrrhus Achillides Lanysſam Herculis
neptem, & Andromachen.

Ajax Telamonis filius Tegmeſſā. Ho-
ratiuſ: Mouit Aiaceſ Telamone natū For-
ma captiæ dominum Tegmeſſæ.

Ajax Oilei filius Caſſandram. Ouidiuſ
in Ibin: Vtq; ferox perijt & fulmine et æ-
quore raptor.

Nessus Centaurus Deianiram Herculis
uxorem, ut ſcitè docet idem Ouid. lib. 9.

Euenus Maris & Stropæ filiuſ, ex Al-
cippa Oenomai filia Marpiſſam ſuſcepit,
quam Apharetuſ uiſam ex chorea rapuit.
autor Plutarchuſ in Parall.

Simili modo Catheus nobiliſſimuſ ado-
leſcens Saliā uirginem, Anij Thuſcorum
regis filiam, adamauit uſq; ad raptum. I-
dem teſtiſ.

Tlepolemuſ Aſtythiam ex Ephyra Pe-
loponneſi urbe rapuit.

Romuluſ Sabinuſ, & Herſiliā. Ouid.
de Arte: Primuſ ſollicitoſ feciſti Romule
ludoſ, Quum iuuit uiduoſ rapta Sabinā ui-
roſ. Pamphiliuſ: Romani ſi forte duceſ ra-
puere Sabinuſ.

Tarquiniuſ Sextuſ Lucretiæ uirginis
Romane pudicitia per uim expugnauit: cu-
iuſ rei dolore manuſ ſibi intulit puella.
Hunc raptum graphicè deſcribit Ouid. lib. 4.
Faſt. Seneca in Octauia: Nata Lucreti ſu-
prum ſeui paſſa tyranni.

ZELOTYPI.

Cyrce filia Soliſ, uenefica, agrè ſerens
Scyllam nympham amatam à Glauco
deo marino, fontem (quo illa ſe lauare con-
ſueuerat) inſecit ueneno. Quo factum eſt,
ut Scylla in monſtrum marinum ſit con-
uerſa.

Phanuſ quum uxorem haberet adu-
teriſ ſuſpectam, atrij foreſ ſic occluſit, ut non
niſi cum ſtridore ſonituq; poſſent aperiri.
Verum quum illa per tegulaſ adu-
teriuſ in-
tromitteret, uicini per tocum dicebat, Pha-
ni hoſtium. Quo prouerbio innuebant ali-
quid ſeruatum fruſtra.

Procriſ ſuſpicata maritum Cephaluſ al-
teriuſ ſceminæ amore captum, eundè in ſyl-
uaſ ſecuta eſt, delituitq; in dumis, ut obſer-
uaret clāculum, quid marituſ faceret. Quū
autem uepreſ (in quibuſ latebat) aliquan-
tum mouiſſet, Cephaluſ arbi-
tratuſ eſſe ſe ſi-
ram, eam iaculo cōſudit. Plutarchuſ in Pa-
rall. Idem memorat de uxore Cyanippi, &
uxore Aemylii adoleſcentiſ.

Dirce ubi ſenſit maritum ſuum Lycum
amore Antiopæ captum, puellam raptam
tauri ceruicibuſ alligauit. Quo tormento
cruciata Antiopæ, tan-
tiſper uociferata eſt,
dum à uiciniſ ſit concurſum. Eraſt. in adag.

Memmiuſ Romanuſ quum ageret Tar-
racinæ,

racinæ, deperibat in quādam mulierculam
non ſine Largio quodam riuali. Cum hoc
igitur quum aliquando rixa incidiſſet, eò
iracundiæ prouectuſ eſt Memmiuſ, ut ipſi
Largio brachium mordicuſ arripuerit. Vn-
de fluxit ad agium in uulguſ: Lacerat lacer-
tum Largij mordax Memmiuſ.

Helena poſt mortem Menelai à Mega-
penthos & Nicoſtrata ſilijs Oreſtiſ ſuga-
ta in Rhodum, ad Polyzo uxorem Tli-
lemi peruenit, quæ iuſit eam arbori ſuſpen-
di ob uiri zelotypiam.

ADULTERI, ET
adulteræ.

Dauid lumen ſapientiæ & religioniſ
ſpeculum, cum Berſabea uxore Vriæ
adulteriuſ commiſit, cui ſceleri adiecit i-
pſiuſ Vriæ mortem, quem bello perden-
dum expoſuit.

Paris quòd Helenam Menelai uxorem
rapuerit, et Helena, quòd maritum relique-
rit, inter adulteroſ numerantur. Ouid. in
Epiſt. Sit facie quamuiſ inſignis, adultera
certè eſt, Deſeruit ſocioſ hospiteſ capta de-
oſ. Idem: Quid petitur tanto, niſi turpiſ a-
dultera, bello? Horatiuſ: Iam nec Lacenæ
ſplendet adulteræ famoſuſ hoſteſ.

Clytēſtra amore Aegyſiſi, quo cum
mœchari conſueuerat, maritum Agamem-
nona Troia redeuntē interſecit. Proper-
tiuſ lib. 3.

Homeruſ poetarum max. natus eſt ex
adulterio matriſ Criſtheadiſ, uirginis Cu-
manæ. autor Plut.

Hippomenes filiam Limonem in adul-
terio deprehēſam equo famelico deuoran-
dam expoſuit. Ouid. in Ibin: Solaq; Limo-
ne pœnam ne ſenſerit illam, Et tua dente ſe-
rox uiscera carpat equuſ. Idem: Vtq; nouū
paſſa eſt genuſ Hippomeneci pœneſ.

Alcibiades Athenienſiſ cum Thimeſ
Agidiſ regis uxore libidinari ſolituſ eſt.
autor Plutarchuſ.

Phaonē Celiuſ ſcribit, ſpectabili forma
adoleſcentē à Mitylenæorū mulieribuſ ar-
denter adamatum. Vnde factum, ut in adul-
terio deprehēſuſ iugularetur.

Molurum quendam Hyettuſ uir quidā
Argiuſ, in adulterio cū uxore deprehen-
ſuſ interſecit. autor idem Cæl.

Phaurotinuſ philoſophuſ, quum eunu-
chuſ foret, & Androgynuſ, adulteraſſe ta-
men uiri Conſulariſ uxorem credituſ eſt.
Idem teſtiſ.

Fabia Fabij Fabriciani uxor, dum Petro-
nium Valentinuſ, liberali forma adole-
ſcentem (quo cum adulteriſ conſuetudinem
habebat) maxime deperiret, marituſ inter-
fecit, ut adultero fruereſſet ſecuriuſ. Plu-
tarchuſ in Parall. Scribit Macrobiuſ, A-
ſopum libertuſ Demoſtheniſ conſcituſ a-
dulteriſ (quod cum Iulia patronuſ commi-
ſerat) tortuſ diutiſſimè perſeuerare non
prodere patronuſ, donec aliſ conſciſ
coarguentibuſ Demoſtheniſ ipſe fatereſ-
ſetur.

Plato in 2. de Rep. ſcribit, Gygem ſtu-
praſſe Candauliſ Lydorū regis uxorem,
quod & confirmat Herodot.

Suetoniuſ ſcribit, Iuliuſ Cæſarē diuor-
tiuſ feciſſe cum Pompeia uxore, Q. Pom-
peij filia, et Syllæ nepte, quòd fama ſerret,
eam à P. Clodio inter ſacra Bonæ deæ a-
dulteratam.

Iuliuſ Cæſar corrupit plurimuſ illuſtreſ
ſceminuſ, Poſthumiam Seruij Sulpitiſ, Lol-
liam Auli Gabini, Tertulliam M. Craſſi, et
Cn. Pompeij Mutiam. Sed ante alias dile-
xit M. Brutiſ Seruiliam maritum, cui ſexa-
giſ ſeſtertium gemmā mercatuſ eſt. Cor-
rupit

rupit quoq; Seruillie filiam Iuniam tertiam, M. Crassi uxorem. Dilexit et Reginas, ut Euriem Mauram Bogudis uxorem, sed maxime Cleopatram, cum qua et conuiuia in primam lucem sepe protraxit, et eadem naue thalamoque penes Aethiopia tenus Aegyptum penetravit. author est Suetonius.

Exercuit et Augustus adulteria, ut cum Livia, quam quum gravidam reddidisset, tegendi sceleris causa nuptias festinauit, ut obicit Antonius. Abduxit et foeminam consulari em triclinio, uiro coram, quam rursus ad conuiuium rubentibus oculis, et incomptiore capillo reduxit. Rem quoque habuit cum Tertulia, Terentilla, Drusilla, Saluia, et Cluiscenia. author Suetonius.

Iulia Agrippina mater Neronis adulterij consuetudinem ferre habuisse cum Domitiano Iuuen. Quum tot abortiuus secundam Iulia uulnam Solueret.

Qui imperatorum uitas scripserunt, testantur Phocam Imp. diuersis adulterijs infamem fuisse.

Zoe imperatrix Romanorum Argyropylium maritum interfecit, quo liberius mochaeretur cum Michaele Euphlagone, qui imperio successit. Bab. Egnat.

Constantinus Macromachus Imp. concubinam egregiam admodum forma loco legitime uxoris habuit, quam efflictim deperit. Idem Egnat.

Messalina uxor Claudij Tiberij primo etiam, mox postquam, quasi iure, adulterijs utebatur. Ex quo factum plures meruissent etiam extincti sunt. Dehinc atrocius accensam nobilissimas quasque nuptas et uirgines turpitudinis suae comites delegit, cogitque, ut uires ut adessent. Quod si quis recusaret,

ficto crimine in ipsum omnemque eius familiam iubebat feriri. Quineciam (quod turpius est multo) prouocauit ad lecti palam, stram unam ex ancillis, quae meretricio quasi uictum sibi queritabat. De hac Iuuenal. Sat. 6. Claud. audi Quae tulerit, dormire uirum quum senserat uxor, &c. Vide Sextum Aurelium.

Plinius lib. 29 ait, Veretum Valenti medicum fuisse adulterio Messalinae imperatricis nobilitatum.

Idem ait, adulteria fuisse in domibus principum, ut Eudemi in Livia, Drusi Caesaris et Valentis medici in Messalina.

Neuinam mulierem Martialis arguit, quod casta uenerit Batae, et adultera redierit. Haec eius uerba: Incidit in flammam, Veneremque secunda relicto Coniuge, Penelope uenit, abijtque Helena. Idem quoque arguit adulterij Paulam ab eam foeminam.

Idem lib. 2 de Thesifina scribit: Vxorem nolo Thesifinam ducere, quare? Moecha est. Sed paucis dat Thesifina, uolo. Idem libro 6.

Proculina quoque, Lectoris, et Gellia eodem notantur ut adulterae, ut a Catullo notatur Ausilena.

Hippia, Iuuenal. Promptius expediam, quot amauerit Hippia moechos.

M. Varro apud Gellium testis est, C. Salustium historiarum scriptorem deprehensum in adulterio ab Antio Milone, et locis esse suam, dataque pecunia dimissum. Cuius uero improperat ipsi Salustio, quod paternam domum uendiderit, ut adulterij poenam declinaret.

Conradinus Imp. Conradi filius, ut uxore comitis Casertani potiretur, uirum honoris specie ablegauit.

Aripertus Clotarij filius Francorum rex,

ob amorem in ancillam, cum uxore diuortium fecit.

Quam turpissimam sit ab his uirtute nos superari, quos antecellimus dignitate, nihilominus Iohannes xii. Pont. Max. ex utraque morum honestate, relegatque uerecundia, greges meretricum aluit. Quibus flagitijs non defuit ultio. Ad extremum enim deprehensus in adulterio, ibidem interfectus est. Platina.

Vgolinus Gonzaga princeps Mantuae cum Iabell uxore Luchini Vicecomitis Italiae moechatus est. Volat.

Ludouicum Gonzagam in adulterio deprehensum, Mantuani capite punierunt.

Saxo Grammaticus ait, Frigam Othmi Danorum regis uxorem cuidam familiarium se stupro subiecisse.

Gregorius Turonensis scribit, Deuteriam quandam foeminam a Theodeberto Francorum rege adulteratam. Idem ait Dagulphum abbatem in adulteria admodum procliuiem fuisse.

Egica rex Hispaniae Fasillam ducentum Tulem (ut eius uxore potiretur) interfecit.

Solon suis legibus uoluit, fas esse deprehendenti moechum interficere in ipso adulterio.

Adulterij poenam apud Romanos. uide Gell. lib. 10. cap. 23.

Zaleucus legem tulit, ut quisquis moechus aut adulter deprehensus fuerit, erutis oculis poenas lueret.

INCESTUOSI.

Fuit Ioui Deorum maximo stupri frequens consuetudo cum Cerere et Iunone sororibus, ut uolunt poetae: qui quum Deorum furta carminibus suis detegunt, nihil aliud

faciunt, quam quod indicant, non esse his credendum, quos stupris, incestibus, et adulterijs contaminatos esse docent.

Fabulantur poetae, Nereum maris deum iacuisse cum Doride sorore, et ex ea suscepisse Nymphas, quas Nereides uocant.

Aruntius quum Bacchi sacra despicere uideretur, ulciscente numine in ebrietate lapsus, filiam Medulianam corrupit. Quod egre ferens puella, patrem ipsum interfecit. Plutarchus in Parallelo.

Idem quoque contigit Cyanippo, qui ulciscente Baccho (cuius sacrificia iude spernebat) lapsus in ebrietate, Cyanem filiam stuprauit, a qua postea interfectus est. auctor Plutarchus in Parallelo.

Valeria Tusculana Valerio patri (quem deperibat) fraude ancillae concubuit. Quod ubi rescituit Valerius, intulit sibi mortem. Idem auctor.

Tereus rex Thracum, Martis filius ex Bistonide nymphe, Philomela filiam Pandionis regis Athenarum, uxoris suae Prognis sororem, stuprauit. Quid lib. 6. Metaph. Fastusque nefas et uirginem et uiam uisuperat, frustra clamato saepe parente. Ausonius: Intulit incestam tibi uim Philomela ferus Thrax.

Menephron iacuit cum matre. Ouid lib. 7. Met. Dextra Cyllene est, in qua cum matre Menephron concubaturus erat, seuarum moerere arum. Quintianus in Cleopatra.

Caunus Mileti ex Cyane filius, quem esset forma liberali, adamatum est a sorore Bilibide ad incestum usque, cuius poenitentia postea se interfecit. Quid lib. 9. Biblis Apollinei correpta cupidine fratris, Non soror ut fratrem, nec qua debebat, amauit. Idem libro 1. de Arte.

Myrrha Cynaræ Cypriorum regis si-
lia, rem habuit cum patre, & ex eo concu-
bitu suscepit Adonidem. Ouid. lib. 10. Acci-
pit obsceno genitor sua viscera lecto, Vir-
gineosq; metus leuat, hortaturq; timentē.
Plena patris thalamis excedit, & impla di-
ro Semina fert utero, conceptaq; crimina
portat.

Macareus filius Aeoli rem habuit cum
sorore Canace. Ouid. lib. 2. Trist. Nobilis est
Canace fratris amore sui. Idem in Epist. Ca-
naces: Cur unquam plus me frater quam
frater amasti? Et tibi non debet quod soror
esse, sui? Idem in Ibm. Vtq; sua Macareus
sic potiare tua.

Oedipus mortuo patre Laio (quem ig-
notum occiderat) nescius, et imprudens du-
xit Iocastam matrem suam, ex qua suscepit
Ethoclem, & Polynicen. Stat. lib. 2. Theb.
Scandere quinetiam thalamos hic impius
hæres Patris, & immeritæ gremium ince-
stare parentis Appetit, proprios monstro-
re uoluit in ortus. Ouid. in Ibm. Nec plus
afficiat, quam quem sua filia rexit, Experi-
tus scelus est cuius uterq; parens. Claudia.
in Eutropium.

Thyestes rem habuit cum Europa fra-
tris uxore, & cum Pelopeia filia. Oui-
dius: Filia si fuerit, sit quod Pelopeia Thy-
esti, Myrrha suo patri, Nyctimenæque
suo.

Hypermeſtra concubitu fratris, quæ
deperibat, nocturno tempore affecta est.
Ouid. in Ibm. Quæq; sui Venerem iunxit
cum fratre marito. Locris in ancilla dissi-
mulata necem.

Phoenix Amyntoris filius rem habuit
cum patris pellice, autor. Domitius Calderi-
nus in Ibm. Ouidij.

Hæmæ Rhodopen filliam pro uxore ha-

buit. Dijs incestum uindicantibus, ambo in
montes cōuerſi sunt. Ad quod alluſit Ouid.
in Ibm. dicēs: Nec tibi ſi quid amas, felicitus
Hæmone cedat.

Ancemolus filius Rheti, Marubio pa-
rum regis, nouercam suam Caſperiam ſu-
prauit. Vergilius libro 10. Hæc Stelæ-
num petis, & Rheti de gente uauſta An-
chemolus thalamos auſum inceſtare no-
uercæ.

Perdix uenator fuit inſando matris Po-
lycaſtis amore correptus, quam & conta-
minauit. Vnde Perdix libedo abiit in pro-
uerbium, pro efferata, turpi, ac inſami, au-
tor Cælius.

Artaxerxes puellam Atoſſam perdiſſi-
mè adamauit. Quo factum eſt, ut poſt fre-
quentem Veneris conſuetudinē, eam in ma-
trimonium duxerit, cōtemptis Græcorum
legibus. autor Plutar.

Syſmithritas Perſarum ſatrapa, duos
ex matre liberos ſuſcepit. Nam, autore Cur-
tio, apud Perſas parentibus ſupro coire li-
beris ſus eſt.

Cambylem regem Perſarum Herodotus
ſcribit, uni ex ſororibus ſuprum intuliſſe,
eaq; mortua, alteram iuniorē itidem uio-
laſſe, & uxorem duxiſſe, quam poſtea in-
terſecit.

Scythes rex Scytharum, Opæam nouer-
cam duxit in matrimonium, autor idem He-
rodotus.

Ptolemæus Euergetes Berenicem ſoro-
rem adamatam in matrimonium duxit.

Ptolemæus Philadelphus ſupri con-
ſuetudinē fecit. cum Arſinoe ſorore, ut
Herodes. Antipas cum Philippo fratris u-
xore.

Secundus philoſophus quum matrinæ
ſcienti eſſe filium ſe commiſiſſet, & illa

ſp̄s

ſiſto cognito, ſceleris horrore intuliſſet ſi-
bi mortem: ipſe quoq; quum inceſtus pœni-
tentia, tum dolore maternæ mortis æter-
num tacuit, ut ulciſceretur uocem, qua in
concubitu matri innotuerat. autor Diog.

Antiochus Soter rex Syriæ, quum Stra-
tonicem nouercam impatienter deperiret,
indulgentia patris obtinuit. autor Volat.

Cleopatra à fratre (quæ pro marito ha-
bebat) polluta eſt. Vnde Lucan. li. 8. Dege-
ner inceſtæ ſceptris ceſſure ſororis. Et lib.
10. Miſcuit inceſtam ducibus Ptolemæida
noſtris.

Phimeus duos habuit filios, qui nouercā
Cleopatram Dardani Scytharum regis ſi-
liam uolauerunt. Vnde & à patre excæcati
ſunt. autor Ouid. in Ibm.

Niſſeus rex Aethiopiæ cum Niſſimene
filia concubuit.

Leucon interſecit Oxilochū regē Pon-
ti fratrem ſuum, ut eius uxore fruere-
tur.

Martialis ſcribens ad Fabullam lib. 12.
arguit Themifonem quendam, inceſtus cum
ſorore, ubi ait: Quare non habeat Fabul-
læ quæris uxorem Themifon t̄ habet ſoro-
rem.

Tuciam uirginē Veſtalem inceſtam ſu-
iſſe, teſtis eſt Plin. lib. 28. cap. 2.

Capronia uirgo veſtalis cōperta ince-
ſtus, laqueo ſuffocata eſt.

Papyrius Romanus nomine, Papyrii Vo-
lueris filius, ſororem nomine Canuſiā gra-
uidā fecit. Rei certior factus pater, utriq;
gladium miſit, quo ſe interſecerunt.

M. Antonius imperator conſuetudinē
ueneris habuſſe dicitur cum Fauſtima ſoro-
re, ex qua & Lucillam genuit, quam L. An-
tonio fratri copulauit.

M. Tullius Cicero poſtulauit P. Clodij
mimicū inceſtus cum ſororibus. ait enim,

eum non pluriſ feciſſe Bonam deam, quā
tres ſorores.

Claudius Ceſar Agrippinam Germa-
nici fratris filiam nouercā duobus liberis
ſuperinduxit, cuius inſidijs & uenenis po-
teſta interſectus eſt. Sextus Aurelius.

Scribit Corn. Tacitus, Agrippinam ſe-
plerunq; ad inceſtum obtuliſſe Neroni
filio, quum per uinum & epulas incale-
ſceret.

Caligula tres ſorores ſuas ſupro conta-
minauit: ob quem inceſtum Iouem ſe uoca-
bat. authores. Sex. Aurelius, & Tranquil-
lus, cuius uerba ſunt hæc: Cum omnibus ſo-
roribus ſui ſupri conſuetudinē fecit, ple-
noq; cōuiuio ſingulas infra ſeuiciſſim col-
locabat, uxore ſuprà cubante. Ex his Druſi
ſillam uitiaſſe uirginem prætextatus ad-
huc creditur.

Commodus quoq; Imp. (qui natus eſt
eo die, quo Caligula) ſorores cōſuprauit,
concupiſſetq; ſub oculis ſuis cōſuprari ab
amicis iubebat. Lamprid.

Antonius Caracalla Imp. quum Iulliam
nouercam impotentis amore deperiret, Vel-
lent, inquit, ſilicet. Quibus uerbis oſten-
debat, ſe eius cōcubitu appetere. Tum il-
la, Si libet, licet, reſpondit: Leges dat Imper-
rator, non accipit. Quibus uerbis auda-
cior factus Caracalla, nouercam ipſam ſibi
copulauit, cuius filium Getam paulo antè
interſecerat. authores. Sextus Aurelius, &
Aelius Spartian.

Cydonem quendam Stat. lib. 9. Theba.
ait adamatum à ſorore. Eius uerba ſunt:
hæc: Et malè dilectum miſeræ Cydonæ
ſorori.

Auſilena quædam proſcinditur à Ce-
tullo, quod patruo ſe proſituiſſet, et ex eo
genuiſ-

Q̄ s̄ genuiſ-

genusset liberos. Hæc sunt eius uerba: Au-
filiæ utro contentam uiuere solo Nupta-
rum laus est laudibus eximijis, Sed cuius
quamuis potius succumbere fas est, Quam
matrem fratres efficere ex patris.

Giulicia Põminij Laurentini uxor, Com-
minium priuignum adamauit usq; ad ince-
stũ. A quo repulsam passa, laqueo se suspē-
dit. Quo mortis genere perijt Phædra ab
Hippolyto priuigno itidem spreta.

Theodericus Francorũ rex, fratris d-
se interfecti filiam duxit in uxorem.

Ioannes Arimimensis sororem suam du-
xit uxorem. autor Pontanus de Obed.

Philippus frater Alfonsi decimi Hispa-
niæ regis, Christianam Daciæ regis fillam
& fratris sui uxorem sibi per uim copula-
uit, spreta religione ac sacerdotio, quũ es-
set abbas & præsul Hispalensis.

CINOEDI, PAEDICONES,
& pathici.

Iupiter, ut poete fabulantur, Ganimedẽ
ob formam præstantissimum, fœdo amo-
re cõplexus est, ut Naso cecinit lib. 10. Rex
superũ quõdam Phrygij Ganimedis amo-
re Arsit, &c.

Cretenses adolescentum & puerorum
amores primi uidentur usurpasse: atq; his
deditum esse, nihil apud illos turpitudinis
atq; ignominie habebat. Hera. in Politijis.

Laium aiunt primum formosorum pue-
rorũ ac iuuenũ amoribus arsisse, & Chry-
sippum filium Pelopis rapuisse, ex quo fa-
ctum est, ut honestum apud Thebanos ha-
beretur. speciosos & elegantes amare. Ae-
lianus lib. 13.

Phædon philosophus quũ adolescentu-
lus Athenis esset in seruitute, à domino in
lupanari constitutus est, ut prostaret, &
corpore faceret questum.

Demetrius Democle pulcherrimũ ado-
lescentem, eius stuprum abnuentem, in bal-
neum prosequutus est, ut eius amore poti-
retur. Verũ Democles cũ eius libidinem
aliter effugere nequiret, se in proximũ ser-
uentis aque lebetem præcipitauit. Volat.
lib. 18. Anthrop.

Chariton Agrigentinus pulchritudinis
amator, & circa formam iuuenum infelici-
ter uersatus, ardenti desiderio Menalippũ
amauit adolescentem honestum ac pulchri-
tudine in primis insignem. Aelianus de uar-
ia historia lib. 2.

Agésilus Lacedæmoniorum rex Maga-
betam Persam formosissimum adolescentẽ,
Spartanorum more turpissimẽ amasse dici-
tur. Fulgosus lib. 4. cap. 3.

Bacchus Ampelon puerum formosissi-
mum, ut poete fabulantur, amauit.

Melambius ob gulã ac turpissimos amo-
res in masculos notatur apud Suiam.

Hipparchus Pæsistrati filius, stuprato
Armodio Aristogitonis puero, utriusq; cõ-
iurationem in se conceitauit.

Libanius Sophista Antiochenus Con-
stantinopoli ob impudicos amores puero-
rum pulsus est. Demum Nicomedia (quõ se
recepit) eandem ob causam detrusus.

Agathoclem poetam fœdo amore Pau-
saniæ figulus amauit, de quorum amato-
rijis contentionibus lege Aelianum lib. 2 de
uaria historia.

Cleomenem nefando illo omnibusq; mo-
dis detestando amorĩ operã dedisse, ex eius
ad Nicagorã respõso colligimus apud Poly-
biũ li. 5. Nã postquã Nicagoras ad eũ in Ale-
xandriam nauigãt, equos generosos ac ad-
bellanum utiles se aduehere dixisset, Cleo-
menes respõdisse dicitur: Mallem cinœi
dos sambucasq; nobis aduexisses.

Attalus

Attalus Pausaniæ adolescenti stuprum
per uim intulit, in cõuiuijs etiam pro scor-
to usus est. Tragus.

Pausanius Lacedæmonius habuit stupri
consuetudinẽ cum Argilio adolescente.

Brasimus in adagijs ait, Cleocritum uc-
teris Comœdiæ scriptorem maledictis pro-
fessum, quõd Cincœdus esset. Quam notiam
Argyrrhio cuidam inurit.

Armodio & Aristogitoni apud Athe-
nienses inuua erat Veneris consuetudo.

Cratinus Atheniensis Comœdiogra-
phus notatus est etiam Pæderastiæ, seu ob-
sceni in pueros amoris.

Sotades Meronites Cynœdus & poeta
scripsit iamborum libros, quos appellauit
Cincœdicos, eo quõd uarios amorũ modos
in his describeret. Huius meminit Martial.
& Volater lib. 19 Anthrop.

Pindarus poeta laborauit hac infamia,
qui in gremio pueri adamati obdormiscẽs
uitam efflauit. teste Valerio.

Alexander Abonotichites copiam sui
corporis mercede faciebat. author Luci-
nora.

Theophrastus philosophus Nicoma-
chus Aristotelis filium ad præposteram us-
que uenerem adamauit.

Ferunt, Ibycum historicum patria Rhe-
ginum, insano puerorum amore exarsisse.

L. Quintus Flaminius uir consularis,
puerum ardebat, à cuius latere nunquam
discedebat. Quẽmetiam ad eius uolũm ho-
minem quandam securi percussit, dum ille
coram se aliquem optasset interfici.

L. Papyrius Publium adolescentem in
uinculis tenuisse, plagisq; & contumelijs
(quõd stuprum pati nolisset) affecisse di-
citur. Quare ad Senatũ delata, damna-

tus est, lege lata, ne quis in corpora libera
ob æs alienum ius haberet. Volebat enim
hoc sibi licere Papyrius, quõd Publius ei-
dem esset debitor.

Cælius Plotius cum T. Veturium adole-
scẽtem propter æs alienum uinculis ligas-
set, uerberibusq; (quõd fœdo amorĩ cõsen-
tire nollet) tractasset, à Veturio accusatus,
pœnas dedit, statimq; lex lata est, ne quis
ob æs alienum quempiam ligaret in poste-
rum. Val. Maxim. de Pudicitia. Volaterra-
nus lib. 20.

Romani Alceum & Philistum Epicu-
reos ex urbe eiecerunt, eo quõd multarum
flagitiosarumq; libidinum autores essent.
Aelianus lib. 9.

Aemylj cuiusdã cincœdi obscenõs amo-
res, mollesq; delicias, postremõ infinitas li-
bidines notat Catullus.

Idem in Nasone quendam pathicũ his
inuehitur uerbis: Multus homo es Naso, ne-
que tecum multus homo, sed Descendis Na-
so, multus es & pathicus.

Gargilianum quendam Martialis lib. 3.
arguit, ut Cincœdum mollem, quem depi-
latorijs unguentis faciem lauare consue-
dit.

Catullus in Thallum adolescentẽ impu-
dicum his uerbis inuehitur: Cincœde Thalle
mollior cuniculi espillo, Vel anseris medul-
la, uel binnula molli cella. Idem quoq; Por-
tium & Socratiõẽ suis uerbis infamat,
quõd stupri meritis à Pisone Pratore præ-
positi sint duobus alijs adolescentulis, scilicet
Verantio & Fabullo.

Mamuram Formianum, & Casarem
idem notat ut Cincœdos & Pathicos, dum
ait: Pulchre conuenit improbis Cincœdis,
Mamuræ pathicõque, Casariq; : Nec

mirum, macule pares utrisq;. Sed & Sue-
tonius ait, nihil famam pudicitie Cesaris
leuissse, præter Nicomedis regis Bithyniæ
conubernium.

Nero imperator Sporum puerū in mu-
liebrem conatus est naturam uertere, exe-
ctis testibus. O imperatorem Romanum
ac gentium dominum insignem, qui rerum
naturæ tam nefariè inscius, marem in foemi-
nam transmutare stimulante scæda libidine
tentare ausus est, magna ac perpetua Ro-
mani imperij ignominia. Pontanus lib. De
immanitate, cap. 17.

Sigismundus Malatesta, qui Romæ diole
dominus fuit, Robertum filium suū ad nefu-
rium concubium septennero tentare au-
sus est. Pontanus de immanitate.

Huc aliqua ex parte referri possunt,
quæ annotata sunt titulis de deorum ac ho-
minum amasijs.

ANIMALIUM ET ALIARUM RERUM AMA- TORES.

Semiramis adamauit equum, ut dixi-
mus. Pasiphae dilexit taurum. Aristo
Ephesius asinæ se commiscuit. Fuluius
equæ.

Hortensius orator amauit murenam,
quam atratus multos dies fleuit. Aristoma-
chus Solensis tanto apum amore captus
est, ut duodesexaginta annis nihil aliud fe-
cerit. Hylæscus quoque Thasius apes coluit
in desertis. Morum arborem etate Plinij
adamauit Papienus Crispus bis consul, o-
sculari complectiq; eam solitus, atq; etiam
cubare sub ea, uinumq; illi effundere. Mul-
torum quoq; literis proditum est, amatum
à Xerxe platanū. Iam diximus Chratidem
pastorem amore capræ exarsisse, puerum

Atheniensem & Pygmalionē statuas ad
masse, Alchidam Rhodium ad statuam se
polluisse. Iunius Pisciculus simulachrū u-
nius è Thepsiadibus pari feruore comple-
xus est. Antonia Drusi murenam adeo dile-
xit, ut ei maures & monilia addiderit. Cy-
parisso tantus fuit in ceruam amor, ut ea
mortua præ dolore quoq; expirauerit. P.
Pylatus legatus Cæsar principis, imagines
Atalantæ & Helenæ nudas à Cleophanto
Corinthio pictas, earum libidine captus,
rapere conatus est.

AB ANIMALIBVS DI- UERVIS AMATI.

Egesidemus apud Plinij testis est, Her-
miam puerum adamatam à Delphino,
uestumq; per maria: quimque tempestate
suborta perisset Hermias, amasijs perditū
dolore piscem in sicco expirasse. Varia sunt
ibidem exempla de pueris ab huiusmodi pi-
scibus adamatis. Argis puer Olenus nomi-
ne, adamatus est ab anser. Glauce quædā
citharistria ab ariete. Lacydi philosopho
anser adhæsit perpetuus comes, nusquam
ab eo, non in publico, non in balneis, non
noctu, non interdiu digressus. Plinius capi-
te 22. libro 10. Apud Ciliciæ Solos Xenop-
hontis puerum forma præcellentem dile-
xit canis. Cælius libro 7. Sparte quoque
adolescens gratulus. Nicander apud Cæ-
lium testis est, gallo gallinæ esse amo-
ris intellectum in hominem. Quod ne cui
uideatur fabulosum, ait: Secundum (qui
pincerna regius fuit in Bithynia) à Gallo
amatam eximie, cui nomen foret Centau-
rus. Pueri nomen fuit Amphilachus, gene-
re Olenius. In Leucadia uirginem in tan-
tum adamauit Pao, ut ea mortua commo-
reretur. Educata à uirgine apud Seston ur-
bem Aquila retulit gratiam, auct primò,

MOX

MOX deinde uenatus aggerens. Quin dum
mortue uirginis cremarentur ossa, in de-
finitæ rozum se coniecit uolucris, simulq;
conflagrauit. autor Plin. lib. 10. cap. 5.

Vrsus filiam cuiusdam patrisfamilias in
agro Suetico cū ancillulis lusum egressam,
deurbatis comitibus rapuit, exceptamq;
ungibus præ se leniter ferens, ad notam
nemoris latebram deportauit. Cuius egre-
gios a: tus nouo genere cupi litatis aggressus,
petitam laniatu præadam in usum nefaria
libidine uerit. Effectus enim ex rapto
re amator, & famem concubitu soluit, ar-
doremq; gulae ueneris satietate pensauit.
autor Saxo Grammaticus lib. 10. Historiæ
Danicæ.

O C I O S I.

Solon eos qui ocio ac malis artibus ho-
minibus molesti erant, grauissimam sem-
per poenâ afficiens los putauit. Alex. lib. 3.

Draconis lege cauebatur ocium, in quo
deprehensus capite lucebat. Alex. ab Alex.
lib. 1. cap. 13.

Sar道家 lex in ociosos constituta est,
quæ poenâ igauiæ & socordia inflige-
bat, & unumquemq; laborum, uictus, to-
tiusq; uite rationem reddere cogebat. Ael.
lianus li. 4. de uariis historiis.

Apud Athenienses homines ignaui &
merites, non aliter multabantur, quàm si
delictum aliquod magnum perpetrassent.
Valer. Max. li. 2. de uitijs uicij antiquis. Sto-
beus serm. 42.

A Nabathæis seruatum legimus, ut ne-
gligens, remissus & ociosus, ac is qui pa-
ternas opes ignauiaminiisset, poenâ mul-
taretur. Alex. ab Alex. lib. 3. cap. 13.

Lucani ut aliorum criminum, sic etiam
ocij causas agunt, et si quis homini ocioso
ac uoluptatibus dedito mutuas se aliquid

uincatur, priuatur apud eosdem mutuo da-
to. Nicolaus de moribus gentium, & Sto-
beus sermone 42.

Massilienses eos omnes, qui per religio-
nis simulationem alimenta inertiæ quere-
bant, suoq; ocio cæteris oneri erant, è fini-
bus suis amidebant. Val. Max. lib. 2. de im-
stitutis antiquis.

Persas & Indos, ut Socrates autor est,
perpetuo liberi in ocio degunt: at contra
negocijs inerti sunt Lydi & Phryges, qui
perpetuo seruiunt, ut est apud Aclianum
& Volaterr. lib. 19.

Herrudas quidam quum Athenis ocij
damnatus esset, noluit eum sibi ostendi, quum
in causa liberali conuictus fuisset. Plut. in
Apophtegmatibus Laconicis.

Atalus Eumenis frater ocio adeo solu-
tus est, ut saginæ traditus, imperij onus in
Philippomenem è familiaribus unum reie-
cerit. Cælius cap. 23. lib. 6.

Herondas, quum Athenis quidam ocij
damnatus foret, iussit eum sibi ostendi, quum
in causa liberali conuictus foret. Plutar. in
Apopht. Laconicis.

Vatia Seruilius, uir prætorius, nulla a-
liare, quàm ocio notus consenuit. Propte-
rea à transeuntibus dici solebat, Vatia hic
filius est. Seneca in Epist. & Cæli 29.

Domitianus Testasiani & Domicille
filius, & Turgerianus, cum in Cæsarem
Romæ filius esset, in summo ocio ut am-
gens, iustas sigo hinc inde confulere so-
luitus erat. Eutrop. li. 9. Vide prouerbium:
Ne musca quidem.

Constantinus Romanorum imp. licet
liber ab in pauperes et templa fuerit, tan-
te tamen erat ignauiæ, ut propter eius so-
cordiam Romanum imperij maximè pesti-
sum ire cæperit. Volat. lib. 23.

Pp Alexan-

Alexander Bassij Macedonis Romanorum imperatoris filius, imperator & ipse, uiginti annorum iuuenis, singulari de fida, rebus grauioribus omisit, tantum uenationi, equis & canibus operam dedit. Volat. lib. 23.

Romanus iunior, nepos Romani Lauscapeni senioris ex filia, uir fuit omnium ignauissimus, uino tantum, ocio, ac uoluptatibus omnibus deditus. Unde cuidam Iosepho Bringe praefecto imperij cura ob Caesaris ignauiam tradita est. Volaterra nus lib. 23.

Carolus Ludouici Carloni Francorum regis filius, & ipse quoq; post obitum patris rex declaratus, ob insignem ignauiam dictus est Maleferiatus, quum seruum nihil ageret: unde ex ocio contabuit, et prope fata functus uacua filio regiam reliquit. Ritus Neapolit. libro primo regum Francie.

Venceslaus Romanorum Imperator tam ignauus fuit, ut propter pigritiam administrandi, ab imperio deiectus sit. Volaterranus.

SOMNOLENTI.

Poeta fabulantur Endymionem beneficio Lunae (a qua adamabatur) intrasse, ut perpetuum dormiret somnum immortalis & expers senij. Hinc adagium natum, Endymionis somnum dormire: in homines somnolentos, & desides. Cicero lib. 1. Quae st. Tusculan. Endymion uero (si fabulas audire uolumus) quando in Laithmo obdormiuit, qui est mons Cariae, nondum opimor est experrectus. Mart. lib. 10, Quid tibi dormitor proderit Endymion? Poeta propterea Somnum & Soporem uocant Endymionem. Aufonius: Quae lus per Lathmia saxa Endymianeos soli

ta affectare sopores.

Epimenides Gnostus annis LXFI. dormiuisse fertur in spelunca. Hinc adag. Vltra Epimenidem dormire.

Scipio somno nimium deditus fuisse traditur, & adeo quidem, ut populus Romanus somnolentiam ei subinde exprobraret. Plutar. in Polit.

Maximianus, Malchus, Martinianus, Dionysius, Ioannes Serapion, Constantinus, nomina sunt eorum quos ecclesiastici septem dormientes appellant. Dormierant autem annos CCXVI.

MINISTRI

Somni.

Poeta Somnum deum faciunt (ut uideri est in fine quinti Aeneidis) Herebi filium, cui & ministros assignant, quorum haec sunt nomina, Morpheus, Icelon, seu Phabetor, & Panthus.

Morpheus ille est, qui dormientibus uaria phantasmata, et multiplices rerum imagines obijcit. Ouidius lib. 11, At pater e populo natorum mille suorum Excitat artificem, simulatorq; figuræ Morphea, non illo iussos solertior alter Exprimit incesfus, uultumq; sonumq; loquendi, Adijcit et uestes, & consuetissima cuiq; Verba, sed hic solus homines imitatur.

De Icelone seu Phabetore, idem: At alter Fit fera, fit uolucris, fit longo corpore serpens. Hunc Icelon superi, mortale Phabetora uulgus Nominat.

De Phanto seu Phantaso, idem: Est etiam diuersa tortius artis Phantasos, ille in humum, saxumq; undamq; trabemq; Quaeq; uocat anima fallaciter omnia tran sit, Regibus hi, ducibusq; suos ostendere uultus Nocte solent, populos alij plebeq; pererrant.

DE

DE SOMNI AC

MORTIS AFFINITATE atq; cognatione.

Alexagoras aiebat duas esse mortis doctinas, alteram tempus antequam nasci sumus, alteram somnum. Stobaeus sermo ne 117.

Gorgias Leontinus iam morti uicinus omnibus uiribus deficiens, sensim in somnum delapsus iacebat. At quum a familiaribus interrogaretur, ut ualeret, respondit: Bene quidem ualeo, somnus enim iam me

incipit fratri suo tradere. Stobaeus sermo ne 115.

Diogenes Cynicus cum periculose ex morbo grauisimo decumberet, letali iam somno experrectus, ac a medicis interrogatus, quomodo se haberet, Recte, inquit, habeo, nam frater fratrem iam iam amplectitur: alludens ad Homerum, qui dicitur & germanos finxit. Laert. lib. 6.

Socrates dicere solebat, mortem esse similem profundo somno, aut diutina pergrinationi. Somnus enim profundior adimit omnem sensum & animum, a corpore digressus aliquando in suum domicilium rediturus est.

F I N I S.

1835
CORNVCOPIAE
IOANNIS RAVISII
TEXTORIS
Epitome:

Quæ res quibus orbis locis abunde pro-
ueniant, alphabetico ordine
complectens,



R. F.

*Amphitryoniadem moui Calydonius amnis,
Fortia pro molli prælia Marte gerens.
Non tulit Alcides inuictum tam malè uinci,
Quàm bene uictori Deianira fuit.
Dum fugit in formas, tauriq; in imagine pugnat,
Et uictus mugit trux Achelous humi,
Iam simul & pulchram cum cornu perdit amicam:
Nonnihil at laudis frons lacerata dedit.
Fudit opes uarias pleno bona copia cornu,
Et sacrata suis pendet adusq; tholis.
Quam reparat Textor totum dum permeat orbem,
Omnia perlustrans ut meliora ferat.
Hos textit flores solus quos nouit Apollo,
Quosq; suis hortis clara Minerua legit.
Victor Alexicacus domitor uirtute laborum
Pandit Textori quò uia laudis erat.*

Ep 3. AD

AD DOCTISSIMUM
VIRVM BLASIVM MADRONETVM
RAVISII TEXTORIS
Epigramma.

Nullane librorum poterit satiare supellex,
Nulla tuam Blasi bibliotheca fitime
Non adeo seruet, quem laesit aquatica dipsas,
Ami bibitis Hydrops insaturatus aquis:
Ut tibi perpetuus studijs furiosa cupido
Crescit, et ad Musas impetuosa amor.
Si facis hoc, multo ut possis ditescere lucro,
Magnarumq; tibi crescat aceruus opum,
Desine te noster poterit saturare libellus,
Sis licet immani Crassus auaricia.
Omnia munifico dabit haec tibi copia cornu,
Et Phrygio poteris ditior esse Mida.
Vis aurum et gemmas? Est gemmis diues et auro.
Vis ferrum et chalybem? Ferrum habet, et chalybem.
Ringere vis statuas? Bimaris dabit era Corinthi.
Queris habere rosas? Floret ubiq; rosis.
Vis armenta? Dabit Spartani armenta Galesti.
Queris mella? Dabit quicquid Hymettus habet.
Vngere vis crines, uel corpus aromate? Plena est.
Queris aues? Aibus plena et operta sonat.
Queris opes alias? Rhodium tibi proferet imbrena.
Vis cerasos? Cerasis plurima ubiq; rubet.
Vis mensas? Mauri citrum tibi mittet Atlantis.
Prunas dabit quicquid prisca Damascus alit.
Dat cedros Libani, dat quas parit Ida, cupressos.
Cinnama, quae mittit diues odoris Arabs.
Lucrini conchas, Graeae Sicyonis alutam,
Hic dabit Argos equos, India diues ebur.
Electrum Aethiopes, fruges Cerealis Eleusis,
Hybla fauos, flores Enna, uetusq; Samos.
Ostrum antiqua Tyros, lanas imbelles Tarentum,
Sassina lac, Memphis stammina, Sparta canes.
Ne tua maiores remorentur seria nuge,
Hoc, licet exiguo, munere diues eris.
Non tot opes habuit Babylon, non prisca Corinthus,
Non tot sceptriferi possidet arca Iouis.

CORNVI

CORNUCOPIAE IOANNIS
RAVISII TEXTORIS
EPITOME.

PRAEFATIO.

NON uideo, unde sequens opusculum (quod à rerum multitudine CORNUCOPIAE appellare libuit) commodius, ac decenter magis auspicari liceat, quam ab Auro. Scribit Plinius, Senatam Romanum longo tempore exiguum habuisse aurum: adeo, ut quæ à Gallis capta ut be pax emeretur, non plus quam mille pondo dari potuerint. Homerus scribit, Viros olim criminibus aurum implicuisse: ut nunc frequens est, et peculiare Anglis, aureas catenas collo inuolutas ostentare. Gallos cum auro pugnare solitos, Torquatus est indicio. In Quintiorum familia aurum nec foeminas quidem habere moris fuit. Romani, auxiliare externos torquibus aureis donauere, ciuicos non nisi argenteis. Creuit paulatim omnium rerum luxuria, quum homines gustato uoluptatis succo lapsi sunt in ebrietatem. Nam Brutii temporibus, mulieres pedibus aurum gestare coeperunt, nedum collo et digitis. Poppea Neronis uxor soleas aureas suis equis fecisse legitur. Antonius Triumuir corporis excrementa non nisi uasis aureis excipiebat. Ferunt Agomencelum, Alexandri magni praefectum, aureis clauis crepidas suffixisse. Aureus nummus post annum LXXI. percussus est, quam argenteus. Spartiacus interdixit castris suis, ne quis aurum haberet, aut argentum. In Tygris alueo oppidum est Babytace, cuius incolae mortalium soli aurum in odio contrahunt. Esseni quoq; (ut idem testatur libro V.) ab occidentali litore sine ulla foemina et sine pecunia degunt. Quod utinam imitarentur nostrates: Non tot insidijs humana uita circumueneretur. Non esset tam frequens uenenorum usus. Omnes maiore animi tranquillitate uiuerent, et profundiore dormirent somno. Cessarent, quae inde enascuntur, belli contagia. Neq; aliena prosperitas retorto limaretur oculo. Sed surdis cano. Si me rupero, quod iam inuuluit malum non solum non abolebo, sed nec minuam quidem. Auro nihil igne deperit. Propterea tutum est ab incendijs et rogis, durante materia. Quinimò quo sepius arsit, proficit ad bonitatem. Aurum ubi igne probatum est, uocatur obrizum et purum. Si auro liquefcenti gallinarum membra misceantur, consumunt illud in se, ita hoc uenenum auri est, inquit Plinius. Verrius apud eundem testis est, Tunica aurea triumphasse Tarquinius Priscum. Nunc ueniendum est ad insitutum, dicendumq; de ijs locis, in quibus plurimum auri quondam repperitum est.

PP 4 Loca

LOCA DIVERSIS

REBUS ABVN/
danti.

Auro & Aurifodinis.



Hispaniam metallis omnibus, nedum auro abundare docet Plinius. Metallis (inquit) plumbi, aris, argenti, auri, tota ferme Hispania scatet. Et li. 33. Vice. n. (inquit) nulla pondo auri, ad hunc modum annis singulis Asturiam, atq; Gallicam & Lusitaniam præstare quidam crediderunt, ita ut plurimum Asturia gignat. Item Strabo: Aurum (inquit) argentum, æ, ferrum, nusquam terrarum, neq; tantum, neq; tam probatum generari ad Tyberij usq; tempora compertum est.

Iberia pars est Hispaniæ, quæ intra Iberum fluvium continetur, quam aurifodinis claram esse, præter quæ iam diximus, docet etiam carmen Papinij libro 3. Syl. scribentis: Quicquid ab auriferis eiecit Iberia fossis.

Posidonius scribit M. Marcellum exegisse tributum ex Celtiberia Hispaniæ parte ad talenta 100. Ex quo coniecturam facere est (inquit noster Budæus) Celtiberinam gentem numerosissimam fuisse, & pecunia abundantem. Eandem ob causam Catullus Celtiberiam uocat Cuniculosam, id est Cuniculis, seu fodinis refertam, ubi ait: Cuniculosæ Celtiberiæ filii.

Quis inficiabitur Tolosam Galliæ opidum auri plurimum habuisse, quæ Trogi testimonio, in eo reperta sint auri centum & decem millia pondo, argenti quinque decies centena millia? Quæ summa quanti sit æstimanda, hinc licet obseruare, quod singula pondo minoris centum au-

reis solatis est in tri nequeant. Hoc autem oppidum quum Q. Lepio Consul diripisset, quiquis ex ea direptione aurum attigerit, in sero crucisibilisq; exitu perijt, inquit Gellius. Vnde natum Adagium, Aurum habere Tolosanum: in calamitosos.

Dalmatia regio est Illyrica, in qua aurum inuentum est principatu Neronis, tanta quidem copia, ut quinquagenas quotidie libras effunderet. Stat. lib. 1. Syl. Robora Dalmatico lucent satiata metallo.

Dardæ populi sunt Indiæ, auro fertilissimi: ut Sæta populi argenti. Autor idem Plinius libro 6. in eorum regione formicæ aurum ex cauernis egerunt, cuius raptores si corripiant, lacerant.

Pangæus mons est Thraciæ, quem auri fertilis esse docet Herodotus in Polyhymnia. Hac iter (inquit de Xerxe loquens) præter eos montes à manu dextra relinquens montem Pangæum, magnam atque excelsum, in quo aurea sunt & argentea metalla. Plinius scribit, Auri metalla & conflaturam à Cadmo Phœnicæ in Pangæo monte reperta.

Capitalia mons est Indiæ, auri itidem ferax. Plin. lib. 6. de Indo loquens: Narçæ, inquit, deinde quos claudit mōs altissimus Indicorū, Capitalia. Huius incolæ alio latere auri & argenti metalla effodiunt.

Italiam auri fertilissimam fuisse conuenit Vergil. lib. 2. Georg. dicens: Hæc eadem argenti uiros, arisq; metalla ostendit uenis, atq; auro plurim: fluxit.

Clitarchus apud Plinium testis est, Aethiopicæ maris insulas adeo fuisse opulentas, ut in earum una incolæ equos talentis auri permutarent.

Laureos est regio Atticæ, auri uenis frequens. Vnde natum adagium, Noctua Laureo-

LAUREO-

Laureotica: de pecuniarum copia, quoniam etiam numismatis Laureoticis Noctuarum figura insculpebatur. Hoc debemus Erasmo.

Plinius lib. 33. cap. 3 scribit, Suanorum gentem auri copia usq; adeo abundare, ut regnum ipsum uelleribus aureis, trabibusq; & columnis aureis & argenteis ubique scateat.

Dathus fuit Thastorum colonia, quæ & auri uenas habuerit, prouerbio sequenti locum fecit, Dathus bonorum: de conferta rerum opulentia, inquit Eras.

Thasus insula (cuius incolæ Thasi dicuntur) aurea quondam uocata est à copia auri, quod ibidem effodiebatur.

Inter loca auri feracia, nonnulli etiã flumini numerantur, ut Tagus Hispaniæ, Padus Italiæ, Hebrus Thraciæ, Pactolus Asiæ, Ganges Indiæ. authore Plin. lib. 33. cap. 4. Quibus additur Hermus, iberus, Idaspes. De Gange, Pamphilus Saxus de laudibus Veronæ: Sic Benace tuos æquant pater optime pisces, Diuitis ut fuluas marmora Gangis opes. Benacus nomen est lacus. De Hermo, Martial. lib. 8. Non illi satis est turbato sordidus auro Hermus, & Hesperio qui sonat amne Tagus. Hinc opes Hermæ dicuntur à poetis. De Tago, Claudian. lib. 1. in Russ. Non Tartesiæcis illum satiaret auri uenis Tempestas preciosa Tagi. Item Plin. lib. 4. cap. 22. Tagus, inquit, auriferis arenis celebratur.

De Pactolo, Claudianus de Consulatu Probi: Quætu per Lydia culta Despumiat utilis diues Pactolus arenas.

Iberus quoq; Hispaniæ fluiuius auri rari metæ quædoq; feritur habuisse. Vnde Claud. de Consulatu Manlij Theodori: Lentus Aretar, Rhodanusq; celer, & diues Iberus.

De Idaspe Statius libro 3 Thebaid. Censum modo gemmiferum Thyrso populatus Idaspe.

Hytanis flumen est Armeniæ, portuosum & auro fertile, inquit Plinius libro 6. cap. 23.

Strabo ait, Turditanorū, Hispaniæ populorum, gentem fuisse opulentissimam, ut quæ à Carthaginensibus quondam inuenta sit præsepibus utens argenteis.

Astures populi sunt Hispaniæ, Calæctis proximi, aurifodinis quondam nobilitati. Syllius: Sed scelerum causas aperit deus improbus Astur, Visceribus laceræ telluris mergitur imis, Et redit infelix effossa concolor auro.

Argento, & Argentifodinis. Præter quæ iam diximus loca, sunt & alia uenis argenti memorabilia. Strabo ait, Alyzones populos esse iuxta Pharnaceam insulam, qui habent uenas argenti & ferri. Interpres Strabonis: Hinc & Alyzonas, Odiusq; et Epistrophus una longinqua ex Alyba ducunt, argenti ubi uena est.

Alyba regio est non procul Mytia, in qua Homerus ait esse argentifodinas.

Sæta Indiæ populos argenti abundare docet Plin. lib. 6. Fertilissimi (inquit) sunt auri Dardæ, Sæta argenti. Sed omnium in India propè, non modo in hoc tractu, potentiam claritatemq; uincunt Præsti, amplissima urbe ditissimaq; Palibora.

Chrysas & Argyras idem Plinius Indiæ populos facit auro et argento fertiles. Quod etiam utriusque dictionis etymologia comprehenditur.

Sardiniam argento fertilem esse, docet Architenius illo carmine: India ebore, argento Sardinia, & Attica melle.

In Saxonia salinae sunt uberissima. Præ-

teres argentifodinis apud Gostardam oppidum, ab Othone primo inuenta. author Volaterranus.

In Augustudunorū, seu Eduorum Diocesi pagus est Cithriacum nomine, frequentibus argentifodinis clarus. Sunt et loca eidem agro uicina, itidem argenti uenis laudatissima, ut Mayerium, Calcimōtium. Est et ibidem alius locus argenti feracissimus, Boquinium nomine.

Aere:

Politianus in Nutricia Amyclas uocat Aerisonas, quod aere (ut conijcio) claruerint. Sic autem scribit:

— Ceu maximus ille Aerisonas pedibus qui quondam inductus Amyclas.

Themese oppidū est Cypri, in quo praestantissima aeris metalli fuisse, docet carmine illud Pampini lib. 1. Sylua. Et quis se totis Themese dedit hausta metallis.

Fuit et eiusdem nominis oppidū in Brutijs Italiae, cōditum ab Aufon. Latinis Tempesta dicitur, cui hanc metallorum laudem ascribunt nonnulli.

Corinthus urbs Achaiae, a Sisypho laetone cōdita, usque adeo aeris praestantia nobilitata est, ut eo facta uasa in delictis haberentur, auriq; et argenti precium transcenderent. Vnde Corinthiarius a Traquillo in Caesare Augusto, uocatur amator huiusmodi uasorum immodicus. Oui. lib. 6 Met. Orchomenosq; ferox, et nobilis aere Corinthus. Plinius ait, celebritatem aeris esse in Asia, fuisse quondam in Cāpania, nunc esse in Bergomatium agro.

Idem Plinius scribit, in Caristo insula, marmoris optimi serace, et primum repertum fuisse.

In Dodona Molossorum ciuitate fuit officina, et officina aeris praestantissimi:

quod quum optime resonaret, fecit locum prouerbio, Aere Dodonae loquacior.

Armentis.

Galesum, fluium Calabriae, armentis abundare arguit Stat. lib. 2. Syl. dicens: Et Lacedaemonij pecuaria culta Galesti.

Britanniae (quae nunc Anglia dicitur) terra est frugifera, pecore abundans, auro, argento, ferro, plumbo, pellibus, mancipijs, canibus etiam uenaticis, ut inquit Strabo. Cicero tamen in Epist. ad Treb. ei tantam sterilitatis notā inurit, ut ne scrupulū quidem argenti in ea reperiri dicat. At nunc res aliter se habet.

Gellius lib. 10 Noct. Atti. Cōtētere (inquit) ob eandem causam possumus, quod Italia olim esset armentosissima, multamq; (quae appellatur suprema) instituta in singulos dies, duarū ouium, et 30 bouum, pro copia scilicet bouum, proq; ouium penuria.

De Calabria Horat. libro 1. Ode 3. Non estuosa grata Calabriae Armenta, non aurum, aut ebur Indicum.

Thraciam abundare armentis docet Seneca in Troade: Meliorq; foetu, Fortis armentis lapidosa Thrace.

Augies Apollinis filius fuit armentorū multitudine ditissimus. Vnde natum adaugium, Augiae stabula repurgare.

Habuit Iob Idumaeus septem millia ouium, tria camelorum, quinquaginta bouum iuga, quingentasq; asinas.

Erithraea insula est Hispaniae, quae Strabo ait tantae fecunditatis esse, ut pecudes pabuli copia sit. necesse excreatione sanguinis purgari.

Asparagis.

Asparagus dici potest uirgultū, seu herba in uirgulta et caulem crescens, ab asperitate: uel Asparagus externa lingua significet.

ficat fruticem. Hoc autem frutice Rauennam et Germaniam abundare docet Plin. lib. 19. De Rauenna Martialis in Xenijs: Mollis in aequorea quae creuit spina Rauennae, Non erit incultis gratior Asparagis. Suetonius scribit, Caesare ad exprimendam rei alicuius uelocitatem consueisse dicere, Velocius quam asparagi coquantur. Hic frutex a Plinio uocatur Corruca.

Afinis.

Afinos optimos Arcadia, et in Italia Reate mittunt. autore Plin. Quos propterea Peloponnesiaci illinc sibi emebant. Varro li. 2. de re Rust. cap. 1. Hoc enim (inquit) nomini Asini Arcadici in Graecia nobilitati, in Italia Reatini usque, id, ut mea memoria asinus uenerit sestertijs millibus 100. et uae quadrige Romae constiterint quadringentis millibus.

Antrō fuit Thessaliae ciuitas, nomē inde sortita, quod cauernis et specubus abundaret. Illic aiunt asinos insigni quondam magnitudine fuisse. Vnde prouerbium effluxit, Antronius Asinus.

Plinius libro 8. cap. 30 scribit, in Africa multitudinem esse Asinorum syluestrium. Idem ait, asinos cornu armatos in India reperiri.

Aluta.

Sicon urbs fuit in Achaia, non procul Corintho, in qua teste Cicer. calcei molles et muliebres fieri solebant. Vnde Aluta Sicyonia dicitur. Bap. Pius lib. 4. Eleg. Ant sibi si modicos Sicyonia uinxerit Aluta, Aethereos pellis aut heredosq; pedes. Est autē Aluta corium, quo calcei fiunt. Hinc Aluta rii dicuntur calceolarij.

Amomum.

Amomum herba est seu arbuscula odorata, in Assiria frequens et Ar-

menia. Verg. Aeglog. 4. Assyrium uulgo nascetur Amomum. Amomum Armentum est optimum, deinde Medicum, postea Ponticum. Plin. Nascitur (inquit) in Armeniae parte, quae uocatur Otena, et in Media, et in Ponto.

Arboribus.

In Fortunatis insulis arbores sunt tantae proceritatis, ut ad 60000 pedes inoleseant. Testis Plin. lib. 6. cap. 23.

Sunt et in India arbores adeo procerae, ut sagittis superari nequeant. Haec facit ubertas soli, temperies caeli, aquarum abundantia. Plin. lib. 7.

Idem lib. 5. ait, imas Atlantis radices densis altisq; repletas syluis, incognito genere arborū, quarū nodi nitore spectabilis sit proceritas. Frondes cupressis similes, tenui que lanugine operta, quibus addita arte ueltes Bombyci similes confici ualeant.

Cyrenaicus quoque ager arboribus fertilis habetur, inquit idem Plin. lib. 5.

In Hercynia sylua tanta est arborū multitudo, tanta roborū uisitas, ut idem Plin. li. 16. dicat, colles occurfantium inter se radicem attolli repercussa.

Caucasum montem arboribus abundante innuit Propert. lib. 1. Et nemus omnes fatas intendat uertice syluas, Urgetur quantis Caucasus arboribus.

Apibus.

Peruulgatū est ex lectione poetarū Hyblam Siciliae, Hymettū Atticae montes apibus et mellis optimi copia abundare. De Hybla Ouid. Quot lepores in Albo, quot apes pasuntur in Hybla. Mari. lib. 7. Pascat et Hybla meas, pascat Hymettus apes. Eadem ratione Hymettus Fierens Lucretio, Dulcis Iuuenali et Val. Flacco, Otens Siatio dicitur.

Apris.

Hoc argumento poeta Erymanthum Arcadiæ montem apris abundare dicunt, quod ibidem Hercules furiosum illum, & memorabilem aprum interfecerit. Vnde Strozæ filius in uenatione: Amphitryonides in monstrifero Erymantho Fulmineum sic presit aprum.

Auibus.

Scribit Plinius lib. 6. Fortunatas in suis & copia pomorum, & auium omnium generis abundare. Vide cap. 32.

Peneus fluuius est Thessaliæ, undis lucidis amœnus, uiridante riparum gramine & canoro auium concentu.

Arcubus.

Omnes ferè populi Orientales arcu & sagittis claruerunt, quibus annumerantur Scythæ, Getae, Cretenses. De Armenia Lucanus lib. 8. Armeniosq; arcus Scythicis intendite neruis.

De Ithyra urbe Parthiæ, in Tauro sita, idem Lucan. lib. 7. Tunc & Ithyraei, Mediciq; Arabesq; soluto Arcu turba mimax, nusquam rexere sagittas.

De Cydone urbe Cretæ, Horatius libro 4. Carmin. Primum Teucer tela Cydonio Direxit arcu. Item Vergilius in Bucolice libet, Partho torquere Cydonia cornu Spicula.

De Gortyna urbe Cretæ, Ouid. libro 7. Meta. Nec Gortyniaco calamus leuis exit ab arcu.

Arenis.

Aethiopia scatet arenis, iuxta Maruili testimonium dicentis: Nec te perusti minuit aut feruor soli, Diuesq; arenarum Aethiops.

Hammanientes Cyrenaiæ regionis populi, undiq; arenis circumdantur, auctore Plin. lib. 5. cap. 50.

Arundinibus.

Ouid. lib. 5. Fast. uocat Tybrim arundiferum, ab Arundinibus, ubi ait: Tybris arundiferum medio caput extulit alueo. Eadem ratione Catullus uocat Grydon arundinosam: Quæq; Ancona, Grydonq; arundinosam Cois.

Scribit Plin. lib. 7. in India esse arundines tanta proceritate, ut singula internodia alueo navigabili ternos interdum homines ferat. Idem: Arundini (inquit) Indiciæ arborea amplitudo, nauigiorum etiam uicem præstant singula internodia. Circa Aestinem annè maximè nascuntur. Diodorus in tertio ostendit, Indorum regis Staurabatis potentiam in nauigijs non paruam constitisse, quæ ad quatuor millia ex arundinibus fluuiio accommodanda aduersus Semiramidis uires confecit. Ferunt enim (inquit idem auctor) flumina, locaq; palustria arundinum copia ita crassarum habere, ut nequaquam eas homines uulnibus amplecti queant. Ex his naues optime fiunt, propter arundinum robur.

Auleis.

Babylonij primi omnium diuersos colores picturæ intexuerunt, unde & Plautus Babylonica uocat Peripetasmata. Et Iosephus Auleum Babylonicum. Mart. quoque lib. 8. Non ego prætulim Babylonicam picta, superbe Texta, Semiramia quæ uariantur acu.

In Sarra Phœnicia urbe (quæ alio nomine Tyros appellatur) claruit usus purpureæ, unde et Vergilius Sarranum uocat Ostro. Vt gemma bibat, et Sarrano dormiat Ostro. Eadem ratione Iuuenalis Aulea uocat Sarrana.

Claruit et Auleis Pergamus urbs Asiae, quæ eius loci rex Attalus reperisse dicitur. Vnde et Attaliæ dicitur. Syll. li. 14. Quæ

radice

radio celat Babylon, uel murice picto Læta Tyros, quæq; Attalicis uariata per arte Auleis scribitur acu, aut Memphitide tela. De his intellexit Horatius dicens: Attalicis conditionibus Nunquam dimoueas, ut trabe Cypria Myrtoum pavidus nauta se, cet mare.

Lucretius quoque Aulea commendat Britannica.

Augurio, & Aruspicio.

Apud Ethruscos augurij primium, & aruspicij disciplina fertur claruisse, eiusq; inuictor extitisse Tages. Quam postea Romani ab eisdem susceperunt. Sido. in 3. Pa. neg. Quid rogo bisfeno mihi uulture Thuscus aruspex Portendit? Vitru. lib. 1. de Architectura: Id autem Ethruscis aruspicius disciplinarum scriptis ita est dedicatum.

Aceto.

Acetum in Aegypto ex Mareotico uino fiebat, tanta quidem præstantia, ut in maiore precio, quàm ipsum uinum, esset. Martialis: Amphora Niliaci non sit tibi uilis acetum, Effet quum uinum, uilius illa fuit. Eandem ob causam Codrus Vreus li. 2. Syll. acetum uocat Pharium, dicens: Hic salis, hic Pharij seruatur copia acetum.

Attagenis.

Attagena, seu Attagen, auis est inter rarum quodam epulas habita, sed præcipui in Ionia saporis. auctore Plin. Vnde Mart. Inter saporis fertur alitum primus, Ioniarum gustus Attagenarum. Fuit autem hæc auis frequens in Ionia. Plinius: Attagen maxime Ionius celebratur, uocalis alias, captus uero obmutescens, quodam existimatus inter raras aues. Horat. in Epod. Non Astra auis descendat in uentrem meum, Non Attagen Ionicus incundior.

Aromate.

Abundat Persarum regio Aromate. Vnde

de Quintianus in Cleopoli: Persica Aromatibus, ualidis Germania fabris.

Absinthio.

Absinthium herba est amara, uim habens calidam & stypticam. Potum stomacho prodest ad dolores corporis. Laudatissimum nascitur in Ponto. Ouid. lib. 5. de Trist. Cana prius gelido desint absinthia Ponto.

Absinthus urbs est Thraciæ, quæ nomen sumpsit à copia absinthij ibidem crescentis, quo oues pasuntur in regione Pontica felle carentes.

Nascitur quoq; absinthium laudatum in Macedonia, & Tauro monte.

Est & unum genus, quod Santonicum dicitur, à Galliæ ciuitate. De quo uidetur intellexisse Martialis. Santonica medicata dedi mihi pocula uirga. Plin. ait laudatissimum reperiri in Thapofyri Aegypiti.

Aspidibus.

Aspides serpentes sunt frequetes in Aegypto, hebetibus oculis, eisdemq; in temporibus fixis. Venenum habent, quo si quis percussus fuerit, nunquam euadit, nisi uulnere altius rescisso. Eorum imagine utebantur Aegypiti reges in suis Diadematis. Vnde Val. Flac. lib. 4. Argon. Iamq; Aspide cincta comas, & ouanti persona sistro. Lucan. li. 4. Pharias uocat Aspidas, id est Aegyptias, ubi ait: Aspidas ut Pharias cauda: solertior hostis Ludit, et iratas incerta pro uocat umbra.

Attilis piscibus.

Attili sunt pisces, qui inertia pinguescunt. Sunt autem frequetes in Pado, adeo ut ad mille quandoq; libras capti sint, qui nisi in gis bonum extrahi ponerunt.

Anguillis.

Anguilla pisces sunt admodum lubrici,

Q. 1. 3. 0

volubiles, qui octonis uiuunt annis, duranti sine aqua senis diebus Aquilone spirante. Capiuntur plurimæ in lacu Benacohyemato, & in tantum mirabili multitudine, ut in excipulis eius fluminis, ob hoc ipsum fabricatis, singulorum millium globi reperiantur.

Scribit Plinius, Anguillas in Gange reperiri tam inusitata magnitudine, ut tricenos pedes impleant. Cuius testimonium confirmat Solinus.

Aelianus apud Volaterranum scribit, in Timauo optimas, ac præpingues capi. Alij palmam lacui Vulturniensi tradunt.

Scribit Plutarchus in Timoleone in limosis locis iuxta Syracusas ingentem anguillarum multitudinem pesci, adeo ut piscari uolentibus lata adsit præda.

Auratis piscibus.

Aurati pisces sunt, qui à Græcis Chrysophries appellantur. In maris refluxu frequentes ueniunt ad Aetium Epyri oppidum, ibiq; in locis arenosis ad subnascentium arborum radices & latebras occultantur, & à peritis facile capiuntur. Horum piscium uiuaria primus instituit Sergius Orata, non inde consecutus.

Antihis piscibus.

Antihæ sunt pisces naso adunco, testudineo corpore, qui pennas habent, quas auim more, & uolanti similes pandunt. Reperiuntur autem in mari rubro, lupi magnitudine. Sunt & frequentes prope Chelodonia insulas Asiæ.

Asteriadibus.

Asterias auis est docilis, humane uocis, & uerborum imitatrix, quam plurimam habet Aegyptus.

Aspalacis animalibus.

Aspalacus est animal, quod sola Bero-

tiorum terra fert. Aqua translata statim perire dicunt: frequens est tamen apud Orchomenios.

Alcibus.

Alces sunt animalia, figura & pellibus capris similia, uerum maiora aliquanto. Crura habent sine nodis & articulis, quare arboribus stantes adhærēt in somno. Reperiuntur in syluis Germanorum.

Alumine.

Alumen dicitur terræ sulfugo: à lumine, quod lumen coloribus tingendis præstet. Inuenitur nigrum & album, liquidum & spissum. Inuenitur in Aegypto, ac in Melo insula, & Macedonia. Volaterranus ait, fodi in Eithuria, in agro Massano & Volaterrano.

Acacia herba.

Acacia herba est, membris medens luxatis, que nascitur in Aegypto, Cappadocia & Ponto.

Aconito.

Aconitum herba est, que (ut fabulantur poeta) ex Cerberi spuma uenenū cōtraxit efficacissimū, quo tempore Hercules monstrum ab inferis ad superos eduxit. Aliqui dictum putant ab Acone portu Heracleæ, qui prouentu maiorum graminum usq; adeo celebris fuit, ut noxiæ herbe Aconita illic nominata sint, licet alias deriuationes ponant plurimi. Volaterranus ait, nasci in Italia.

Alypio herba.

Alypium herba est fruticosā, & sub ruffa. flore nigro, que nascitur in maritimis Africæ.

Aneso herba.

Anesum semen est Apio simile, uim habens calefactoriam. Frequens est in Syria.

Arinea

Arinea fruge.

Arineam Volaterranus inter fruges enumerat, quam ait frequentem esse in Galia & Italia.

Alofis.

Alofe pisces sunt oblogi, de genere Clupearum, qui alio nomine Chryssæ dicuntur. Ferunt laudatissimas esse in Tyberi.

Aloe.

Aloe herba est succi amarissimi. Vnde Iuuenalis: Plus aloes, quā mellis habet. Nascitur in India plurima. Eius quoq; Gummi uenit etiam ex Arabia & Asia, ad conglutinanda uulnera utilissimum.

Asphalto frutice.

Asphaltus frutex est spinosus, & odoratus, quo utuntur unguentarij, ad unguentorum succum. Nascitur apud Istrum, & Nisyrum in Syria, & Rhodo.

Agarico.

Agaricū frutex est iisdem odoratus, frequens in Cilicia, & apud Sarmatas.

Achate gemma.

Achates gemma est uario colore, partim retinens lapidis uitreum, partim Sardi sanguineum, partim Smaragdi fulgidum. Dedit autem nomen Achati fluuiio Siciliæ, quod frequens ibidem reperitur.

Artificibus.

Plinius lib. 6 de Meroe loquens: Ceterum (inquit) quum potius rerū Aethiopes, insula ea magnæ claritatis fuit. Tradunt, armatorum 600 milia dare solitam, Artificum quatuor milia alere.

Alabastru.

Alabastrū genus marmoris perlucidi, quo antiquitus uasa faciebant unguentaria. Nascitur autem in India, circa Thebas Aegyptias, & Damascus Syriae. Habebat & Sparta uiride cunctis hilarum. Dicitur

& Alabastru. Cicero libro 2 Question. Acad. Quibus etiam Alabastru plenus unguenti putere uidetur. Item Alabastrides. Plinius lib. 36. Hunc aliqui lapidem Alabastridem uocant, quem cauant ad uasa unguentaria. De Alabastru Martialis libro 11. Quod Cosmi redolent Alabastru sociique deorum.

Auripigmento.

Auripigmentum foditur in Syria ad usum pictorum, in summa tellure, auri colore, sed fragili, lapidum specularium modum. Autor Plin. lib. 33. cap. 4.

Alijs rebus.

Amaranthum Plin. lib. 17. ait, laudatissimum nasci in India, & in Syria.

Arctionem herbam reperiri in Cretæ Amophitanem gemmam in India.

Acerem arborem in Istria.

Abietem in Vogeso monte, Corsica, Bithynia, Ponto, Macedonia. Sunt & Abietes in Cypro cxxx pedum longitudinis: crassitudinis uero ad trium hominum complexū. Germaniæ prædones singulis abietibus cauatis nauigant, quarum quædam 30 homines ferunt.

Alia species est panis, quam ex Piceo no probat Plinius.

Ambrotonum herbe genus, laudatissimum habet Sicilia, deinde Gallia.

Amaracum Cyprus.

Accipitres Masilia.

Assurum unguentum, Pontus, et Phrygia.

Buxis.

Cytorū Paphlagonia, Olympum Macedonia, Pyrenæos item et Corsicam Buxis abundare docet Plinius libro sexto, capite decimo septimo. Buxis, inquit, plu-

rima Pyrenæis, ac Cytorio montibus, ac Bercynthio tractu. Crassissima in Corsica florem non ferendo. Hæc in Olympo Macedonia gracillior, sed breuis. De Cytoro, Verg. lib. 2. Georg. Et iuuat undantè Buxo spectare Cytorum. Propterea pecten (quo discernuntur & comütur capilli) proprio Epitheto appellatur Cytoriacus, quod Buxo fiat, quam in Cytoro frequentem esse diximus. Ouid. lib. 4. Met. Sæpe Cytoriaco diducit pectine crines.

Asparges populi sunt in India, quos Plinius libro 6. capite 2. scribit Vitis, Lauri, Euxi, & pomorum omnium esse fertiles.

Baccis fructibus.

Bacca dicitur fructus Lauri, Oliuæ, Myrti, & aliarum eiusmodi arborum, quo Sicyonem urbem Achaie abundare docet Ouid. lib. 4. de Ponto, dicens: Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos, Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla fauos. Vergil. lib. 2. Georg. Venit hæmens, teritur Sicyonia bacca trapetis.

Idume urbs Syriæ, baccis, & arboribus baccas ferentibus, abundat. Pontan. de hortis Hesperidum: Quæq; & Idumæas mittunt palmaria baccas.

Arimpei populi sunt ultra Riphæos montes, apud quos tanta est baccarum copia, ut illis etiam uiuant.

Baccis gemmis.

Est & Bacca nomen Gemmæ frequentis apud Gangem Indiæ fluium. Pontanus in Lepidima: Dona ferunt auro grauida, & Gangetide bacca.

Bombyx.

Bombyx dici potest subtilissima tela, quæ eiusdem nominis uermes in India conficiunt Arancarum more. Reperitur autè

apud Orientem fluium laudatissima. Salmonius: Aliter Orontæa radiat ceruice decorus, Alterius rosea fronte coruscet Orynx. Bap. Pius lib. 3. Eleg. usus est in masculino genere, dicens: Protegit obscurus radiantia tempora Bombyx. In hoc Propertium imitatus.

Plinius laudat Bombycem Assyriam, qua uiri fecerunt, quum uiros etiam non puderet has uestes induere propter onera æstiuæ. In tantum (inquit ille) à lorica gestanda discesserunt mores, ut oneri sint uestes.

Arabia (quam ab omnium deliciarum ubertate felicem uocamus) Bombyce quoque abundat. Propert. lib. 2. Nec si quæ Arabia lucet Bombyce puella. Hinc Bombycinæ uocantur uestes illæ mollissimæ. Iuuenalis: Cuius delicias & panniculus Bombycinus urit.

Beluis.

Horatius lib. 2. Carm. uocat mare Beluosum, à beluarum (quibus abundat) multitudine, ubi ait: Te Beluosus, qui remotis obpstrept Oceanus Britannis.

Dyardenes fluius (inquit Curtius lib. 7 de Gestis Alexand.) minus celebris auditu, quia per ultima Indiæ currit. Ceterum non Crocodilos modò, ut Nilus, sed etiam Delphines, ignotasq; alijs gentibus beluas alit.

Bobus.

Celadusam Plin. lib. 3. cap. 26. facit in insulam Mestæ intra Surium, bobus & capris laudatam.

Taurominium mons est Siciliæ, bobus plurimis abundans, qui propterea Taurominitani dicuntur, ut Charybdis Taurominitana.

Aelianus apud Volaterranum scribit, bo-

ues esse in Phœnicia tanta magnitudine, ut à stantibus mulgeantur. Idem ait, apud mare rubrum boues cornibus flexilibus esse: apud Mysos sine cornibus nasci: in India cursu cum equis contendere publico spectaculo. In Lybia boues esse agrestes, equis non inferiores cursu. Apud Crathera, item Clitumnus Umbria fluium armeta ex nigris alba fieri. In Eubœia omnes ferè boues albos nasci. Tauros Aethiopum agrestes cornua aurium modo mouere.

Campania albos & exiles gignit. Umbria uastos. Etruria albos et ad opera fortes. Apocynus uegetos, ac labori aptissimos.

Balsamo.

Balsamum arbuscula est aromatica, cuius lignum Xylobalsamum, succus Opobalsamum dicitur. Plin. libro 12. Omnibus (inquit) odoribus præfertur balsamum ueni terrarum Iudææ concessum. Producitur & in ualle Syriæ, arbore mali Punici magnitudine, ramis nullis, folio rutæ simili, candido tamen & perpetuo uirente, fructu simili Terebintho.

Bitumine.

Is, urbs est distans à Babylone itinere octo dierum, apud quam flu. est eiusdem nominis: ex quo Bitumen toti Babyloni quondam subministrabatur.

De Asphaltite Syriæ lacu Plin. lib. 27. Quin & Bituminum, inquit, sequax alio, qui, & lenta natura, in lacu Iudææ, qui uocatur Asphaltites, certo tempore anni super natans, nequit sibi auelli, ad omnem contractum adherens, præterquam filo, quod tale uirus infecerit. Idem lib. 2. Nihil, inquit, in Asphaltite Iudææ (qui bitumen gignit) mergi potest. Et li. 5. Asphaltites nihil præter bitumen gignit.

Amnianus Marcellinus libro 22. Citra omnes (inquit) propinqua est nobilis Assyria. Nunc omnis appellatur Syria, ubi inter baccarum, uulgariumq; abundantiam frugum, Bitumen nascitur prope lacum Sofingitem, cuius aluco Tygris uoratus fluensq; subterraneus percussis spacijs longis emergit.

Inter cætera lauatur Bitumen illud, quo Semiramis coctiles Babylonis muros construxit. Unde Ouid. li. 4. Meta. Vbi dicitur altam Coctilibus muris cinxisse Semiramis urbem.

Nymphæus mons est ardens, cuius crater Bitumen egerit omne bitumine dilutius.

Beryllis.

Beryllus lapillus est pallidus & transparentis, Smaragdo similis, qui semper sexangula figura, artificum opera politur, quoniã hebescit, nisi color repercussum angulorum excitetur. Unde Iuuen. Sat. 5. Beryllos inæquales uocat, ubi ait: Ipse capaces Heliadum crustas, & inæquales Beryllos Virro tenet Phialas. Beryllos India gignit, raro alibi repertos, præterquam in Phœnicia, ubi etiam adiuuuntur.

Byffo.

Byffus dicitur genus lani subtilissimi, quo preciosissima fiunt uestes, quæ Byssinae appellantur. Byffus in Iudæa præcipuus nascitur, teste Iosepho. Secundus in Elide Græciæ ciuitate, colore inferior Iudaico, sed tenuitate præstantior.

Bulbis.

Bulbus à Romanis dicitur Allium agreste: alij Allium marinum uocant. Caulcem & folia habet Lillio similia. Venerem excitare fertur. Martialis in Distich. Quum sit anus coniunx, & sint tibi mortua membra,

bra, Non aliter Bulbis quàm satur esse potest. Nec aliam ob causam bulbos salices uocat lib. 3. dicens: Sed nihil crucæ faciunt, bulbiq; salaces. Columella lib. undecimo: Quæq; uires acunt, armantq; puellas, iam Megaris ueniant genitalia semina bulbi.

Bulbi Megareses præcipuam obtinent palmam, quos propterea Cato Megaricos uocat, et multum celebrat, teste Plin. lib. 9. c. p. 5.

Idem Plinius ibidem ait, Bulbos sponte nasci, & copiosissime in Balearibus, Ebusoq; insulis, ac per Hispanias. Post hos in Africa nati maxime laudantur. Sed & in Prænestinis campis sponte nascuntur, ac sine modo in Rhemorum aruis.

Balenis.

Balenæ alit Indicum mare quintuplo Elephantis magnitudinem excedentes. Plinius lib. 9. cap. 3. ait, quasdam reperiri quartum ugerunt.

Balano.

Balanus arbuscula est, seu herba unguentaria & aromatica, frequens in Troglodytis, Thebaide, & Arabia.

Bifontibus.

Bifon animal est deforme iubarum prolixitate, et reliquo corpore. De quo Mart. libro. 1. Illi cefit airox Bubalus atq; Bison. Et alibi. Turpes effeda quod trahunt Bifones. Hoc animal gignit Scythia & Germania, quæ tamē fructuum inopia paucissimis abundat animalibus.

Bubalis.

Bubalus animal est ceruicem habens uitulo similem, unde & nomen sumpsit. Reperiuntur autem in Africa.

Bonasus animal est iuba equina, cætera

tauro similis, Cornibus inter se a seorsum flexis, ut pugne sint inutilia. Gignitur hoc animal in Pæonia, & monte Mefapo. Volaterranus ait, Bonasorum uenationem homine cerni in Lusitania.

Habuit Buccardiam gemmam Babylon.

Buteones aues, Baleares insula.

Bedellium arborem Scanthram montis Scythiæ.

Croco.

Corycus oppidum est Ciliciæ, ubi Crocus nascitur rara bonitate, & felicitate, qui propterea Corycius uocatur. Hora. li. 2. Serm. Coryciq; croco sparsum stetit. Plin. lib. 21. Primum nobilitas, inquit, Cilicio croco, & ibi in Coryro monte: deinde Lycio, monte Olympo, mox Centuripino Siciliæ, aliqui Phlegreæ secundum locum dedeære. Verg. in Battarum: Et hic Cilicio Crocus edius aruo. Lucan. lib. 9. Viq; solet pariter totis se effundere signis Corycij presura Croci. Martialis lib. 11. Vltima Coryciæ quæ cariterna Croco.

In Tmolus quoq; monte Ciliciæ, uel (ut alij placet) Lyciæ, Croci & quidem optimi copia esse memoratur. Ver. lib. 1. Georg. Nō me uides, croceus in Tmolus odores, India mittit ebur, mollis sua thura Sabæi. De hoc intellexit Lucretius libro secundo, dicens: Et quum scæna croco Cilici perfusa recens est.

Habet & Sicilia Crocū præstantissimū, licet Corycio fortasse niltorem, unde Stat. lib. 2. Syl. Et tenues Arabum respirant grammine syluæ, Sicanijsq; crocis.

Canibus.

Canaria una est earum insularum, quæ fortu-

fortunata, à rerum copia, uocamus. Hæc à multitudine canū ingentis magnitudinis nomen sumpsit, autore Plin. lib. 6.

Amyclis (quæ ciuitas est Laconia) canes optimi fuisse dicuntur. Verg. li. 3. Geor. Armaq; Amyclæumq; canem, Cressamq; pharetram.

Molossia quoq; & Epirus, partes sunt Laconia, optimis canibus abundantes. Verg. in Cul. Allam Scylla rapax canibus succincta Molossis. Item Horat. lib. 2. Serm. Simul domus alta Molossis Personuit canibus. De Epyroticis Varro lib. 2. de re Rust. capite nono: Itaq; à regionibus, (inquit) appellatur Lacones, Epyrotici, Salamantini. Tanta fuit huius loci canum bonitas, ut apud suos sepulchra meruerint. Vnde Siro 2. filius: Suos de more Molossia ueluto Condit terra canes, cineres nec lædit oportos.

Celebrantur & canes Umbria, quæ est pars Italia. Syllius lib. 3. Ceu pernix quum densa uagis latratibus implet Venator dumeta Lacon, aut erigit Umber Nare sagax è calle ferax.

Seneca in Hippolyto commendat Spartanos, ubi ait: At Spartanos (genus est audax Auidumq; fera) Noto cautus propiore liga.

In Melita insula (quæ est inter Corcyram & Illyricum sua) canes sunt admodū parui, qui habentur in delicijs, adeo ut mulieres maiorem illis, quàm maritis, habeant honorem. Hinc adagium, Canis Melitaus, quum quis ad uoluptatem nutritur, non utilitatem. Plinius in fine tertij: Inter Corcyram (inquit) & Illyricum Melita, unde catulos Melitaos appellari Callimachus auctor est.

Creta.

Creta dicitur tenax quædam terra, quæ fallones in abluendis maculis uti consueuerunt. Omnium præstantissima fuit in Creta insula, à qua nomen traxit. Hæc etiam abundat Cymolus insula, quæ propterea Cymolia dicitur. Cuius duo esse genera scribit Plinius lib. 36. capite decimo sexto: candidum scilicet, & ad purpurissimum inclinans.

Creta quandoq; utuntur Figuli, unde Varro lib. 3. de re Rust. Figlinam uocat. At quod extat ulcus, (inquit) figlina illiniunt creta. Figularem Colum. lib. 7. & Cymoliam. Creta Cymolia ex aceto linas, inquit. Idem: Solet etiam ipsum animal uiuum creta figulari circumdari.

Crocodilis.

Crocodilus animal est quadrupes, ex ouo in miram excrescens magnitudinem, ut qui duos & uiginti cubitos impleat. Quatuor menses hyemales non comedit, lingua caret, uiuit in terra, & in aqua. Crocodilis autem abundat imprimis Nilus. Vnde Plin. lib. 8. Crocodilum (inquit) habet Nilus, quadrupes malum, & terra pariter, ac flumine infestum. Martialis lib. 3. Cui comparata risibus tuis ora, Niliacus habeat Crocodilus angusta.

Ombitæ populi in Aegypto hoc animal adorant, eiq; sacros dies faciunt, ac lætantur liberos suos ab eo deuorari.

Habet Indus fluius Crocodilos. Vnde Herodotus, Is, inquit, cupidus cognoscendi, ut inam Indus, qui secundus omnium fluminum Crocodilos præstat, mare infleat. Plinius libro quinto, cap. primo ait, Mauritaniae flumen Bambotum Crocodilis, & Hippopotamis referunt. Idem quoq; testis

est in flumine (cui Darat nomen) Crocodi-
los gigni.

Cannabe.

Cannabis herba est, qua fiunt funes, qui propterea Cannabini dicuntur Columellæ. Hac abundat Scythia, unde Herodotus, Nascitur (inquit) apud Scythas cannabis Lino similima, præterquam crassitudine, et magnitudine. Plin. li. 16. ait, Cānaben agri Sabini, æquare arborum altitudinem.

Capris.

Capraria insula (quæ Græci Aegilon dicere, autore Plinio) à multitudine caprarum nomen indepta est.

In insula Cinyphem fluuiū, Capras esse in-
tuitu magis docet Plin. Vnde etiā Pontanus: In eo cui Marfi inuideant, et ipsi Cinyphes hirci.

Capras optimi lactis feraces habet Fortunata insula. Vnde Horat. Illic iniussa ueniunt ad mulctra capellæ, Refertq; tenta grex amicus ubera.

Callisthenes apud Volaterranum testis est, capras esse in parte Africa, uillis tonsilibus, ex quibus nautæ rudentes conficiant.

Capra Syria magnam uim lactis egerunt, unde natum adagium, Capra Syria: de eo qui multam affert utilitatem.

In regione Caspia nascuntur Capræ equi magnitudine, sine cornibus, colore albo, quæ lōgo uillo, ac mollicie lanis certat Milesis. Vnde sacerdotes, et Caspiorum ditissimi uestes conficiunt. Nymphodorus apud Volaterranum testis est, in Sardinia tantā esse caprarum multitudinem, ut earum pelibus pro uestimentis utantur incolæ, conuersis introsum hyeme uillis, æstate uerò auersis.

Corylis.

Corylis (quæ sunt arbores nucifera) abundat urbs Capaniæ Auella nomine, unde nuces Auellanae dicuntur, quæ et Ponticæ. Cato de re Rust. Nuces caluas Auellanas, Prænestinas, et Græcas.

Cupressis, et Cyparissis.

In India monte Phrygiæ multas esse Cupressos docet Plinius lib. 15. cap. 34. Idem ait, Cupressos in Creta optimè nasci. Mantuanus in Epigram. Ida funebrem peperit Cupressum.

Cyllene mons Arcadiæ eadem ratione Cupressifera uocatur ab Ouid. lib. 5. Fastorum, ubi ait: Hæc enixa iugo Cupressifera Cyllenes.

Habet et Cupressos Erymanthus mōs Arcadiæ. Ouid. in Epist. Deianiræ: Tegeus aper Cupressifero Erymantho Incubat.

De Lycæo monte itidem Arcadiæ. Sidonius: Quantum non Cyparissifer Lycæus, Quantum non nemorosa tulit Ossa.

Cyparissus ciuitas est in Parnaso iuxta Delphos, quæ ab eius arboris frequentia meruit nomen. Homerus apud Volaterranum.

Cypero arbore abundat Ascalon urbs Iudææ, et Canopus hostium Nili, seu urbs Aegypti. Nascuntur etiam Cupressi in Creta insula, autore Plinio.

Costo.

Costus in scemineo seu Costū in neutro genere, arbuscula est quædam aromatica. Reperitur et in Masculeo. Excellit autem Arabicus, albus existens et leui pondere, probi odoris. Secundam laudem habet Indicus, qui leuis est. Tertiam Syriacus, colore Buxeus, odore graui. Lucanus libro nono: Et Tamarix non lata comis, Eoq; Costus.

stus. Laudatur et Persicus, unde Horatius lib. 3. Nec Phalernæ uites, Achæmeniumq; Costum. Plinius lib. 12. capite 12. ait, optimum Costum reperiri in Patate Indorum insula.

Casæis.

Luna urbis Eithuriæ caseos commēdat Mart. in Apoph. dicens: Caseus Eithruscæ signatus imagine Lunæ, Præstabit pueris prandia mille iuis.

Apud Vestinos Italiæ populos casei quoq; fiebant laudatissimi, autore Plinio: et tanto quidem precio, ut carniū loco haberi possent. Martialis: Si sine fruge uoles ientacula sumere frugi, Hæc tibi Vestino de grege massa uenit.

In Trebula agri Reatini oppido casei itidem fiebant optimi. De quibus Martialis: Trebula nos genuit, commendat gratia duplex, Siue leui flamma, siue domamur aqua.

Culicibus.

Ammianus lib. 18. At ubi (inquit) Solis radijs exarserit tempus in regionibus, æstu ambusti, uapore sideris, et magnitudine cui licum agitantur, quorum agminibus per eas terras referta sunt omnia. De Mesopotamia.

Cynnaminis.

Cynnaminū arbuscula est aromatica, odore præstans, et ad unguenta mirè efficax. Frequens est autē in Panchata. Ouid. li. 10. Metam. Sit diues Amomo, Cynnaminæq; Costumq; suam, sulataq; ligno: Thura serat, floresq; alios Panchata tellus.

Abundat et Arabia Cynnaminæ: unde Propert. lib. 3. Et Tyrus Ostrinos præbet Cadmæa colores, Cynnaminæ et multi pastor odoris Arabs.

Pangæus Thraciæ itidem. Claudian. de

nuptijs Honorij et Mariæ: Hic Casiæ matura seges, Pangæaq; surgunt Cynnaminæ Calamis.

Calami apti chartis ex Aegypto mittuntur, qui cognitionē quandā cum papyro habebant. Sed Gnydij ex Creta præstantiores sunt, autore Plin. quamuis hoc Gnydo insulæ Veneri sacræ nonnulli tribuant. Nascebantur item ad eundem usum in Asia ad Anathecum lacum. De Aegyptijs Martialis: Dat chartis habiles calamos Memphisica tellus.

Nigri Aethiopum fluuiū, eadē natura, quæ Nilo: calamum et papyrū et eadēdem gignit arimantes, iisdemq; temporibus auget. autor Plin. lib. 5. cap. 8. Calami Armatice nascuntur in India. Commendantur qui sunt fuluo colore, ualdè geniculati, et uiscosi. Plinius ait, itidem reperiri calamos arboreæ amplitudinis.

Idem autor ait, nullum esse calamū sagittis aptiorem, quàm qui nascitur in Rheno Bononiensi fluuiū, cui plurima inest medulla.

Commendantur et Cretici, et qui circa Acesinem fluuiū maxime nascuntur. Vide Plinium ipsum libro sextodecimo, capite 17.

Cera.

Hymettus mons Atticæ, et Hybla Sicilia, propter apum ibidem mellificantium multitudinem cera abundant. Ouid. lib. 10. Met. Vt Hymettia sole Cera remollescit, tractataq; pollice multas flexit in sacies. Politianus in Ambra: Gaudebat calamos Hyblæis iungere ceris.

Pontanus in Eridano commendat Ceram Mantuanam, ubi ait: Electro felix, felix Mantoide cera Eridanus.

R. r. 3 Colum.

Columbis.

Chosoniam partē Epyri, & Dodonam Chaoniae sylvam, columbis abundare sequentia docent testimonia. Ouid lib. 2 de Arte: Quaeq; colat turres, Chaonis ales habuit.

Vfus columbarū apud Syrios olim fuit prohibitus. Ideo illis in locis tanta fuit eorum copia, ut accedentium mercatorū ora peruolarent. Tibull. li. 1. Quid referam, ut uolucres crebras intacta per urbes, Alba Palestino sancta columba Syro.

Tanta est apud Poenios et Illyricos columbarum multitudo, ut contra eas ordine militari in bellum exeant, quemadmodum Magnesij & Ephesij contra locustas.

Conchis & Conchylis.

Lucrimus Campaniae lacus delicatissimas habuit Conchas. Martial. libro 5. Concha Lucrini delicatior stagni. Horatius in Epodo: Non me Lucrina iuuerint Conchylia.

Bibaga Indiae est insula, quam Plinius libro 6. ait, Ostreis & Conchylis esse refertissimam.

Est & in rubro mari Concharum multitudo. Vnde Polit. in Ambra: Donat Eriabris haec plena monilia Conchis.

Cochleis.

Cochlea dicitur testa Limacis, seu limax ipsa. Cochleas alit Mare rubrum maximas & rubentes. Illyricis magnitudo praecipua: Africanis fecunditas: Baleari, & cetera nascuntur in speluncis. Laudata etiam in insulis Caprearum.

Cedris.

Libanus mons Phoeniciae Cedris abundat. Sedulius lib. 4. Mirab. diui. Semper habens frondes, & tanquam Libana Cedrus Multiplicandum adest.

In Aegypto & Syria reges inopia abiecit, Cedro ad Classes feruntur usi. author Plinius lib. 6.

Cycnis.

Cayster fluius est Lydia, Sardib. proximis, abundans Cycnis. Ouid lib. 5. Trist. Utq; iacens ripa deflere Caystrius ales Diciur ore suam deficiente necem.

Volaterranus in Geographia, ubi mores Britannorum describit, ait: Cycnos ad Tamesis ripam non minus quatuor millibus continuos nutriunt.

Chalybe.

Noricis incolae sunt Alpiū, apud quos, auctore Plinio, laudabiles sunt Ferri ei Chalybis foliæ. Hinc Horatius ensē Noricum appellat, ut Bap. Pius Chalybem lib. 4. Elegi. Noricus aut tenero stat tibi corde Chalybs.

Cerastris.

Cerastris serpentibus, quadrigemina praefertibus cornua Libyam abundare, docet Lucan. lib. 6. dicens: Aut uiuentis adhuc Libyca membrana Cerastris.

Chelydris.

Chelydrus serpens est, qui per terram se conuoluit, moraturq; tam in aquis, quam in terra. Frequens est autem in Calabria. Vnde Verg. lib. 3. Georg. Est etiam ille malus Calabris in saltibus anguis, Spuma conuolvens sublata pectore terra, Atq; notis longam maculosus grandibus aluum.

Colossis.

Colossi dicuntur grandes & corpulentae statuae, quae antiquitus dijs erigebantur. Praecipuae autem magnitudinis fuerunt Rhodij, & ille omnium maximus, qui Sol. statuer habitus est, de quo in septem orbis miraculis diximus. Quintianus in Cleopoli: Clara

Clara Rhodos proprium non amissura Colossum est.

Crateribus.

Iam docuimus quanta fuerit olim Corinthij aeris praestantia. Propterea Mantuan. lib. 2. Parib. Mar. Craterem uocat Corinthium, dicens: Vbi purpura cingit Vasa Corinthiacis crateribus amula.

Citro.

Citrus arbor est frequens in Atlante monte Mauritaniae, qua preciose admodum mense fieri consueuerunt. De his intellexit Lucanus libro 10. Denibus hunc niueis scissos Atlantide sylvam imposuere orbes. Et Martial. lib. 10. Maurusiaci pondera rara Citri. Plinius lib. 13. Atlantici confines sunt Mauri, quibus plurima arbor Citri, & mensarum infania.

Cepis.

Cumis Cepis abundare docet Colum. lib. 10. scribens: Quae pariunt ueteres Ceposopo littore Cumae.

Colocassa.

Colocassa herba est Aegypto peculiaris. Vnde Mart. Niliacum ridebis olus, lanasq; sequaces, improba quum morsu fila manuq; trahes.

Corruda.

Corruda herba est quaedam syluestris, qua superioris Germaniae campos refertos esse scribit Plin. lib. 16. cap. 8.

Carduis.

Volaterranus ait, Carduos Hispanos mirae magnitudinis esse, praestantisq; saporis. Plinius eos commendat, qui apud Carthaginem & Cordubam nascuntur.

Cappari.

Capparis frutex est humi sparsus, spinosus, hami instar, nascens in locis asperis, et

grana habens mali punici granis similia. Optimus aduehitur ex Alexandria.

Conserua.

Conserua herba est a conseruando nomen adeptia, frequens in fluminibus Alpium.

Castia.

Castia herba est suauissimi odoris, & eiusdem cum Cynnamo uirtutis. Nascitur autem in Felici Arabia.

Cerastris.

Cerasus Cerasuntis, oppidum est Pontici, quod a Cerasorum arborum multitudine nomen suum traxit. Reperiuntur etiam in Lusitania, & ripis Rheni, inquit Plinius.

Cotoneis malis.

Cotoneis malis abundat Cydon, Cretae oppidum, a cuius nomine Cydonia aliter dicuntur.

Canceris.

Phoenicia Caeros habet littorales, tanta uelocitatis, ut uix comprehendi possint.

Cuniculis.

Plinius scribit, tantam olim fuisse Cuniculorum in Balearibus insulis multitudinem, ut populatis & corrosis mensibus, famem incolis attulerint.

Calce. mentis.

Sicyon urbs fuit inter Corinthum & Achaiam, in qua fiebant calceamenta, quae in delicijs apud eos habebantur, qui cultui corporis studebant, & elegantiae.

Chrysocolla.

Chrysocolla humor est in puteis, per uenam auri defluens. Laudator autem habetur in Aurarijs Cypri. Laudatissima est in Armenia: Secunda in Macedonia: Largissima in Hispania, inquit Plinius.

Cotricula gemma.

Cotricula gemma est, arguens cuiusmodi
et quam purum sit aurum. Aliter Hera-
clius, seu Lydius dicitur. Reperitur in flu-
mine Tmoli Armeniæ.

Carbunculus lapillus est, ignis fulgorē
preferens. Laudatissimus aduehitur ex In-
dia, licet Carthagine et Massylia repe-
riatur.

Calce.

Volaterranus ait, in Tybure oppido in-
gentes esse fornaces, ubi Calx effoditur.

Coton.

Cotonū uerbo Gallis peculiari, est la-
na, seu lanugo tenuissima, mollicia, et can-
dore excellens, qua delicatæ uestes Aegy-
ptijs sacerdotibus quondam fiebant. Aliter
Gossipium uocatur. Nascitur in Calabria:
in insula item Maltha prope Siciliam: sed
optimum uenit ex Syria.

Carpionibus.

In Benaco lacu (quem ab anguillarum
multitudine commendat Plinius) nunc fre-
quentes inueniri Carpiones, testis est Vo-
laterranus.

Cocco.

Coccus pro purpura sumi solet: unde ue-
stes Coccinae. Martialis: Coccina famosa
donas, et Ianthina mœche. Quintil. lib. 1.
Nondum uerba exprimit, et iam Coccum
intelligit. At Coccū in neutro genere gra-
num est, seu frutex, quo fullonum tinctura
conficitur. Nascitur optimum in Asia par-
tibus. Nunc omnium optimum ē Valentia
Hispaniæ oppido aduehitur. Est et Elibe-
ris urbs Hispaniæ, quæ ab eius grani copia
Granata dicta est.

Chalban.

Chalban frutex est odorosus, seu liquor

serule, Thuris specie, Metopion aliquo
cani. Reperitur in Syria.

Cercopythecis.

Cercopytheci animalia sunt de genere
Simiarum, cauda quinque cubitorum, bar-
ba propensa, coma humana, alba facie, re-
liquo corpore nigrantes. Versantur in mō-
tibus Indiæ apud Taxilam ciuitatē, copia
quidem tanta, ut Alexandro illac transeun-
ti terrorem incusserint.

Callitrichibus.

Callitriches etiam sunt de genere Simia-
rum. Barbam habent in facie, et lata sunt
caula, neque uiuant in albero, quam Aethio-
pico solo.

Cynoprosopis.

Cynoprosopi animalia sunt eiusdem se-
re speciei, capite, dentibus, ac pelle canibus
propē similes, hominibus reliqua. Reperiu-
tur in desertis Indiæ Aethiopiā uersus.

Catoblectis.

Catoblectum Africa gignit, tauro pro-
pē similem, aspectu terribilem, supercilijs
altis, extantibus oculis, in recessu sangui-
neis, et in terram semper depressus, iuba
equina, quam ad certamen erigit.

Chenalopecibus.

Chenalopecis auis est minor Anseris, ex
Vulpis et Anseris forma, Aquilæ et Feli-
nimicus, foetum mira complectens chari-
tate. Plinius ait, hanc auem frequentē esse
apud Britannos in mensarum delitijs.

Cinnamulgis.

Cinnamulgis auis est in Arabia, quæ in
furculis sui nominis nascitur.

Cephalis piscibus.

Cephalus piscis est, a cuius frequentia
Cephalenides insula iuxta Actium oppi-
dum nomen traxerunt.

Citha.

Citharcedis piscibus.

Citharcedum piscem habet mare ru-
brum, cui inde nomen datum, quod a caul-
da ad uerticem linceas habeat instar neruo-
rum musici instrumenti disientas.

Coronis.

Elis urbs fuit Græciæ, prope quam ce-
lebrabantur ludi Olympici: uarijsq; coro-
nis donabantur pugiles, et Athletæ. Sene-
ca in Troade: Pharin, an Pisam Iouis et
Coronis Elida Claram.

Castaneis.

Habent Petragorici, Halliæ Aquitani-
æ populi, tantam castanearum, et glan-
dium multitudinem, ut earum arboribus
et syluis plena sit regio, quibus porcos
pinguefaciunt, et saginant. Laudatissimū
castaneis putatur Tarentum, et in Cam-
pania Neapolis.

Cetis piscibus.

Plinius lib. 32. scribit, Cetos sexcento-
rum pedum longitudinis, et trecentorum
sexaginta latitudinis in flumen Arabiæ in-
trasse.

Coracini pisces peculiare sunt Nilo.

Cerufam habet Rhodus.

Cotes Caygeus et Creta.

Cryskallum India.

Calmdros gemmas India.

Coralochatem Creta et Oeta.

Cacopyritem gemmam Cappadocia.

Choaspitem Choaspes.

Cylisum herbam, Cyclades.

Caprificos arbores Cea insula.

Cucumeres Africa copiosissimi sunt et
grandissimi. Precipui nascuntur in Ara-
bia, mox Cyrenis. In Arcadia similes He-
liotropio.

Cimimum herbam habet Aethiopia. Co-
riandro abundat Aegyptus. Camelos in-

ter armenta pascent Orientales. Plin.

Draconibus.

Frequentes sunt in Massylia Africa
Dracones, qui propterea Massyli di-
cuntur a poetis. Pamphilus Saxus: Aurea
Massylli uincunt quæ poma Draconis.

India fert Dracones tantæ magnitudi-
nis, ut Elephantes (quibuscum certant)
circumflexu faciliè ambiant, nexuq; nodi
præstringant. autor Plinius lib. 8. cap. 11.
Apuleius lib. 11. Hinc dracones Indici. In-
de Gryphes Hyperborei.

Generat Dracones Aethiopia, Indiciæ
pares, uicenum cubitorum.

Asachei quoq; populi sunt in Aethio-
pia, apud quos maxime nascuntur, ita ut
eratium modo impliciti erectis capitibus
uelificent ad meliora papula Arabiæ. au-
tor idem Plinius.

Disciplinis.

De Athenis Cicero libro 1. de Orato-
re: Atq; ut omittam Græciam et illas om-
nium doctrinarum inuentrices Athenas,
in quibus summa dicendi uis et inuenta,
et perfecta est. Vnde et Ouidius in Epist.
Atq; aliquis doctas iam nunc eat (inquit)
Athenas.

Diuitijs.

Fama est Syracusanos opibus olim adeo
creuisse, ut sequenti prouerbio fecerint lo-
cum, Vobis ne decima quidem Syracusa-
norum adest, quum diuites alloquimur.
Est et aliud argumentum miræ eius ur-
bis opulentia, quod die quodam terre-
strem et maritimum contraxerit exerci-
tum.

Non aliam ob causam poeta fingit im-
brem auream olim in Rhodium pluisse,
quàm ob immensas eius urbis diuitias.

Quintianus in Cleopoli, Sit fertilis auro

Magna Rhodos, quondam descenderit aureus imber in Rhodon.

Dictamo herba.

Dictamus, seu Dictamnin herba est, quae lacerti cum serpentibus pugnaturi se resouent. Frequens est autem in Ida monte Cretae. Vergilius libro 12. Dictamnium genitrix Cretae rapit ab Ida.

Dipsadibus serpentibus.

Dipsas serpens est minor uipera, quae de morfi feruescunt siti, et tandem emoriuntur. Frequens est apud Garamantes. Vnde Syllius libro 13. Quippe atro rapidus efferscens ueneno Dipsadas, immensis horrent Garamantes arenis. Reperiuntur etiam in Libya et Arabia.

Equis.

Argos ab equorum praestantia commendat Hora. lib. 1. Car. dicens: Plurimus in Iunonis honorem Aptum dicit equis Argos, dices Mycenae.

Equo pugnare, Thessalorum est inuentum. Et primum in Thessalia equi usus repperitus est. Lucanus: Thessalicus sonipes, bellis feralibus omen. Antiquitas prima laus fuit equarum Thessaliae. Hinc ad Gregorium Erasmo positum, Decernitur equa Thessalica: De summo praemio. Caesar equorum Thessaliae, in tauros dimicatum, eosque perimentium, spectaculum Romae exhibuit. Strabo quoque ait, Thessaliam pascentis equis esse commodissimam, qui Arcadicos et Epidauricos maxime praecellant.

Asturia urbs Hispaniae, equos habuit (qui Tollutarij dicuntur) gressu molliter glomerantes, alterna crurum explicatio. Mart. Hic breuis ad numerum rapidos qui colligit unguis, Venit ab Hispanis genibus Austur equus.

Agragas seu Agrigentum, Siciliae oppi-

dum, habuit optimos equos. Vergil. lib. 3. Aeneid. Arduus inde Agragas ostendat maxima longe Moenia, magnanimum quondam generator equorum.

Bilibi Celtiberiae ciuitate. Mar. Videbis altam Liciane Bilibilin Equis et armis nobilem.

Niseus mons est in Media, in quo pulcherrimi itidem nascuntur equi.

De Elide Graeciae urbe, Proper. lib. 1. Et quas Elis opes ante parat equis. Tibullus: Qui prior Elaeo est carcere missus equus.

De Argeo Cappadociae monte Claudia. lib. 2. in Ruffi. Volucrumque patens Argeus equorum.

In Olyssippo Hispaniae urbe equae Venem sibi figurantes, hausto Fauonio dicuntur concipere.

Equis abundat Scythia, Asiae carens; propter immensum frigus. Sunt in eadem regione populi, equorum carnibus uescentes, quos Ptolemaeus Hippophagos uocat. Scythiae (inquit Plinius) equitatus et equarum gloria strepunt.

Nesi populi sunt in Scythia Europa, optimis quondam equis abundantes, quibus reges utebantur.

Irlandiae regio equos habet uectorios, praecipua bonitate, quos Vbimos uocant, celeriores Anglicis.

De Satrianno urbe Apuliae. Horat. Me Satriano uectari rure caballo.

Tunis urbs Africae, habuit praestantes cursu, quos Barbaros uocant, quales in Massyllia, Numydiaque praesertim reperiuntur.

Ex Tyrrheni maris insulis, praesertim Corsica et Sardinia, adducuntur breues admodum, sed animo generoso, atque audaci ingressu, et irrequieto.

Ex

Ex Germania grauiiores, qui Succussarij dicuntur Festo, Nonio Tortores, Plautio Cruciantes.

Herodotus scribit in Paremitana regione Aegypti equos esse fluuiales, unguibus uinis, simo naso, equina iuba, eminentibus et ancillatis dentibus, fulgida cauda, magnitudine maxime tauri, crasso corio, ut ex eo arefatto fiant pila missilia. Idem ait circa Maotis paludem (unde profuit Hypanis) equos esse syluestres et candidos.

Elephantibus.

Corsellae oppidum est in Africa, ubi praegrandes sunt elephanti, quorum etiam multitudo est in tota fere Africa. Plinius.

Sala quoque oppidum Mauritaniae graeges habet plurimos Elephantum.

Plinius de Tingitanae Africae provincia scribens, ipsa (inquit) provincia ab Orientem montosa fert Elephantes.

Herodotus in Thalia ait, Aethiopiae terrarum habitatarum ultimam uastos ferre Elephantos, prominentibus utrinque dentibus.

Libya. Syllius libro 3. Belua nec retinet tardante Libysa timore.

Plinius scribit in India gentem esse, cuius rex quadraginta millia Elephantorum in armis habeat. Alios item ibidem esse populos Paibotros nomine, qui Elephantorum nouem millia regi suo per omnes dies stipendiantur. Vnde (inquit ille) contestatio ingens opum est. Idem libro 8. scribit, Indicum Elephantum Afri pauent, nec conuerti audent. Nam et maior Indicis magnitudo est.

Sunt et alij populi Oraturae, quorum rex habebat decem millia Elephantorum.

Autmelae oppidi rex Elephantos habet

1600. Pauperior Charmorum rex Elephantos sexaginta.

Pandi gens sola Indorum regnata feminis, quingentos habent Elephantos.

Gualterus libro 7. Alexandreidos: Nobilium multa regionum laude superbit, Haec diues gemmis, Elephantibus India barrit. Hinc decenti Epitheto poetae Indicum uocant Elephantem. Martianus Capella, Indicos (inquit) Elephantos organica permissos detineri uoce compertum.

Habet Marmarica regio Africae Elephantos. Sidon. Non si quis eboris trabes refractis Rostris Marmarici dedere Carri.

Onesicritus apud Plinium libro sexto testis est, Elephantos in Taprobane insula maiores, bellicosioresque, quam in India gigni.

Troglodytae contermini Aethiopiae solo Elephantum uenatu nutriuntur.

Ebore.

India. Vergilius, India mittit ebur, molles sua thura Sabaei. Horat. lib. 1. Car. Non aurum, ebur Indicum. Ouid. Secule delicijs India praebet ebur.

Assyria. Idem Ouidius libro secundo Elegiarum, Maonis Assyrium scemina tinxit ebur.

Echinis piscibus.

Frequens esse iuxta Misenum promontorium Echinnos, docet Horatius libro. secundo Sermonum dicens, Miseno oriuntur Echinni, Pectinibus paulis iactat se molle Tarentum.

Electro.

Electrides Maesia sunt insulae (quas alij Glessarias uocant) dictae quod in his promoueret succinum, quod illi Electrum uocant. Gignitur etiam in Aethiopia.

SS z Ebno.

Ebeno.

Ebenum arborem nigri coloris, ut idem habent Aethiopes.

ErUCA.

ErUCA herba est Venerem excitans. Vnde Ovi. de Reme. Nec minus Erucas iubeo vitare salaces. Colum. lib. 12. Excitet ut Veneri tardos Eruca maritos. Frequens est in Hispania.

Exocœtis piscibus.

Exocœtus piscis est in siccum somni causa exiens. Hunc habet Arcadia.

Exercitu.

Quo tempore Aethiopes rerum potiebatur, Meroe insula ducenta armatorum nullia regi suo suppeditabat.

Alij rebus.

Eupatorium herbam mittit Arcadia.

Euphorbiam Atlas.

Eumetridem gemmam Lesbos.

Equos pennatos Aethiopia.

Formicis.

In solitudine india arenosa formicæ gignuntur canum quide magnitudine minorum, vulpium vero maiorem. Earum nonnullæ apud regem Persarum uisuntur in uenatu captæ, inquit Herodotus. Aurum è cauernis ibidem eruunt. Proper. lib. 2. Idae auis aurum mittit formica metallis.

Apud Dardas Indorum populos, mons est trium millium statorum ambitu, et sub eo aurifodina, in quibus formicæ uulpibus non minores aurum effodiunt.

Plinius libro 11. scribit, in Aegypto formicas esse magnitudinis luporum.

Frumentis.

Cremona frumenti ferax est. Vnde Martianus: Eruceniferæ cultissima rura Cremonæ.

Plinius scribit, Siciliam et Beticam fru-

menti adeo fecundas esse, ut aristas centum granorum egerant.

De Babylonia Herodotus in Clío. Hæc regio, inquit, omnium (quas uidimus) optima est duntaxat ferendo frumento. Nã in arboribus ferendis, uite, olea, nequam de principatu contendit. Cerevis autem fructu procreando, adeo ferax est, ut nunquam non ferè ducenta reddat. Et ubi præstans bonitate se uincit, etiam ad tricenam quaternum ferè digitorum latitudine, triticeis atq; hordeaceis folijs.

Frumentifera etiã est Eleusis urbs Atticæ. Mantuanus in Dionysio: Misit et atricem frugum Cerealis Eleusim.

Africa. Horatius libro 2. Ser. Frumentum quantum metit Africa. Idem libro 1. Carm. Quicquid de Libycis ueritur areis.

Appulia. Idem Horatius libro 3. Car. Quam si quicquid arat impiger Appulius, Occultare meis diceret horreis.

Gargarus mons, seu Gargara in plurali, Ouid. Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.

Moravia regio Bohemice uicima, pabulo, frumento et pecore abundat.

Frugibus.

Siciliam frugibus esse fecundissimam constat. Strozza pater: Auricq; frugifera pinguis Sicilia. Hinc orta est fabula de Cerere, quæ ibidem fruges, et modum arandæ terræ comonstrasse dicitur. Et Cicero Siciliam horreum populi Romani uocat, quæ sæpe maximos pauperum exercitus.

Streptit etiam hac ubertate Italia. Vergilius libro 2. Georg. Salue magna parens frugum Saturnia tellus. Plinius libro 3. capite 5. Italiam uocat terram omnium terrarum alumnam.

Idem li. 5. de Africa loquens, Ita (inquit) appellatur

appellatur regio fertilitatis eximia, cum centesima fruge agricolis foenus reddente terra. Horatius lib. 3. Car. Fulgentem imperio fertilis Africa.

Hispania. Martianus Capella: Europa (inquit) lumen Hispaniæ contribuit, fertili frugum, optimaq; provinciæ, metallorum aurig; foetura, et meri marmoris, gemmarumq; muneribus prædicandæ.

Sardinia. Claudianus: Humana speciem plantæ se magna figurat insula, Sardiniam ueteres dixere coloni, Diues ager frugum.

Plinius lib. 11. cap. 15 scribit, Aegyptum frugum esse fertilissimam. Vnde Priscianus, seu Rhennius in Dionysij Geographia: Hinc Nilus currens ad partes fluminis pingui Fertilis Aegypti terras fecundat opimas.

De Fortunatis insulis, Horatius in Epodo: Petamus aura, diuites et insulas, Reddit ubi Cererem tellus marata quotannis.

Homerus scribit, templum Cereris fuisse in Pyriso urbe Phihicæ, propter copiam frugum eius loci.

Aroa urbs Achaicæ, nomen sumpsit ab Aratro, quod sit pariter ferax frugum.

Est fertilis Thracia frugum et frigore, et a flibus, ut Africa et Aegyptus, inquit Plinius.

Fructibus.

Plinius lib. 5. scribit Atlantem Mauritaniæ montem, opacum, nemorosumq; esse, et scatebris fontium riguum, qua spectat Africam, Fructibus omnium generum sponte ita subnascenibus, ut nunquam satietas uoluptatibus desit.

Cicero de lege Agraria contra Rullum: Campania (inquit) semper superbi boni-

tate agrorum et magnitudine fructuum, salubritate aeris, et pulchritudine regionis.

Viuaresium provincia est superior linguæ Oxitanæ, Rhodano contermina, quæ prospicit Orientem, terra quidem montosa, uentibusq; impetu miro torrentibus ubiq; irrigua, frequens et uelut turrita montium multitudinem, præter ceteras Gallicæ partes. Quod tamen de bonitate, et fertilitate loci nihil adimit, imò uerò auget inusitata quadam natura. Nam (quod est præcipuum) uina profert laudatissima, omniumq; laudibus, nemine reclamante, longis interuallis anteferenda. Qua parte respicit Occidentem, montes habet, electissimis, rarq; bonitate castaneis refertissimos. Omnium præterea pomorum, nucum, et aliorum hoc genus fructuum adeo ferax, ut nec pyra Calabriae, nec hortos Hesperidum, nec Phæacum pomaria conferre liceat. Granis, herbis, floribus, uiolis, fructibus in tantum fecunda, ut in ea pingenda, omnibusq; dotibus ornanda, uires suas exercuisse natura uideatur. Vbertatem et copiam leguminum si uideris, rapere in admirationem, tibiq; iucundum esset istuc relicta patria exulare. Nec immerito Viuaresium, à uita, aut uiuariorum multitudine nomen meruit. Habet enim leporaria, ornithones, auaria, et cetera, quæ uillatam decent pastionem.

Fagis.

Plinius lib. 16. scribit ex Cornelij Alexandrini testimonio, dulcissimas esse fagos in Cbio insula, earumq; glandibus obesos ibidem homines diu durasse.

Feris.

Polybius apud Plinium prodit, ab Atlante Occasum uersus, saltus esse plenos feris, quas generat Africa.

Scythia regio feris abundat, propter solitudinem hominum eius regionis, qui nullis certis sedibus utuntur, sed uagi feruntur in planis. Vnde Scythiarum solitudo, transtisi in proverbium.

Ferro.

Chalybes populi sunt in Ponto, prope Thermoodontem, qui optimo abundant ferro. Vergilius libro 1 Georg. India mittit ebur, molles sua thura Sabæ: At Chalybes nudi ferrum.

Norici Alpium populi, uenas ferri laudabiles habuerunt. Hinc Horatius enses uocat Noricum, dicens: Quas neq; Noricus deterret ensis.

Melita quoq; Siciliæ insula præstantes habuit ferri solinas.

Bilibis fluuius est Hispaniæ, apud quem optima ferri temperatura fiebat. Hinc Horatius libro 1 Car. Loricæ uocat Iberas, dicens: Quæ tu coemptos undiq; nobiles Libros Paneti, & Socraticam domum mutare loricis Iberis, Pollicitus meliora, tendis.

Fundis.

Baleares duæ sunt insulae in mari Hispano, apud quas usus fundæ repertus est, & adeo celebratus, ut matres filios suos alijs auibus olim uesci non paterentur, nisi quas funda fuissent adepti. Florus, Cibum (inquit) puer à matre non capit, nisi quid ipsa monstrante percusserit. Lucanus libro 1. Et torto Balearis uerberare fundæ Ocyor. Plinius libro 3. Baleares (inquit) funda bellicosas Græci Gymnæstias dixerunt. Vergilius libro 1 Georg. Stuppea torquentur Balearis uerbera fundæ.

Fauis.

Fauis abundat Hybla et Hymettus. Syllabus libro 24. Tum quæ neclareis uocat ad certamen Hymettum, Audax Hybla fauis.

Fauis cera spectabiles reperiuntur in Pelignis, Sicilia, Creta, Cypro, Africa. Plinius scribit uisum in Germania octo pedum longitudinis fauum.

Floribus.

Cilicia. Statius li. 2 Syll. Quid Cilicum flores, quid munera graminis Indici? Enna urbs Siciliae. Siro. pat. Non rusto riferis in odore uallibus Ennae.

Saba. Stat. lib. 5 Syl. Ver Arabum, Cilicumq; fluit, floresq; Sabæi.

Aetna. Auson. Quælis floricomæ quondam populator in Aetna.

Hybla. Ouid. li. 5 de Trist. Florida quàm multas Hybla iueitur apes.

Paphos. Crinitus. Seu tu floriferam concelebras, Paphon.

Turia fluuius Hispaniæ. Claud. Floribus & roseis formosus Turia rupis.

Plinius libro 21. scribit, Cyrenis semper flores esse laudatissimos.

Tritum adagium est apud Erasmus, Salmiorum flores: ubi quis extremam decerpit uoluptatem: quod ea insula florum uerbate claruerit.

Fabis.

Plinius li. 4. ait, Burcanâ insulam esse Ponti, quæ Fabria dicatur Latine, à multitudme frugis inibi sponte prouenientis. Est autem insula Oceani septentrionalis.

Fraxinis.

Ida mons Fraxinis abundat tantæ bonitatis, ut Citro sint similes, & ablato cortice perunq; ementes decipiant. Nascuntur & in Creta insula, autore Plinio.

Ficibus.

Plurima ficus uixit in Thessalia & Macedonia, teste eodem Plinio libro 6.

Horatius in Epodo ait Fortunatas insulas abundare ficibus, scribens: Suamq; pulla

pulla ficus ornata arborem.

Credibile est maximas esse ficus Indiae, & ualde spaciosas, quum sub earum uertice condantur equitum.

Figulinis officinis.

Pythecusa autore Plin. li. 3. dicta est non à Simiarum multitudine, sed à figulinis. Pythos enim dolium dicitur.

Fontibus.

In Ida monte multi sunt Fontes: ex quorum duobus Scamander & Simois scaturiunt. Ouid. lib. 2. Meta Et tum sicca, prius creberrima fontibus Ida. Thomas Rhadinus: Ida multifons, Cyzicum Romanis honorata. Propterea aquosam eam uocat Horatius libro 3 Car. dicens: Quælis aut Nireus fuit, aut aquosa Raptus ab Ida.

In Tomaro monte Epyri centum esse fontes docet Plinius libro 4. Tomarus (inquit) mons centum fontibus circa radices Theopompo celebratus.

Flammis.

Vesæuus mons Campaniæ, flamas quandocumq; proiecit. Manuan in Britania: Et quæ flammium pariunt arbuscula Vesæui.

Felibus.

Tartessij populi sunt in Iberia, apud quos Felis maxime nasci dicitur. Vnde natum adagium, Felis Tartessia.

Fluminibus.

In India mira est fluminum uastitas. Proditur Alexandrum magnum nullo die minus stadia 600. nauigasse in Indo fluuiio, nec potuisse ante menses quinque enauigare, at electis paucis diebus. Et tamen minorem Gange esse constat. Megasthenes apud Plinium sexaginta eius annes prodit.

Ferulis.

Ferula in Aegypto præcellere scribit Plinius libro 13, cap. 22.

Gallinis.

Varro libro 3 de re Rust. Gallinæ, inquit, Africanæ sunt grandes, quas Meleagrides appellant Græci. De his loquitur & Martialis: Anser Romano quamuis satur Annibal esset, ipse suas nunquam barbarus edit aues. Suetonius in Caligula: Hostiæ erant Phœnicopteri, Pauones, Tetraones, Numydicae, Meleagrides.

Gallinaria insula est in mari Ligustico, nomē inde sortita, quod Gallinis abundet. Aelianus apud Volaterr. testis est, Meleagrides esse in Lero insula, quas fabula uult Meleagri Oenei filij natas, luctu patris in aues fuisse conuersas.

Gemmis.

Plinius libro 6. ait in Taprobane insula aurum et argentum esse in precio, Marmor te studinis simile, Gemmas, Margaritæq; in honore multo præstantiores.

India uarijs abundat gemmis. Sabellic. Cernere erat, quicquid gemmarum prodiga mittit India, quicquid opum pelago feruntur Eriithra. Propert. li. 2. Indica quos medio uertice gemma tenet.

Eriithra rubri maris insula. Claudianus. Talis Eriithreis intextas Nebrida gemmis Liber agit currus.

Idaspes fluuius. Claudianus: Diues Idaspes aufescat purpura gemmis.

Garamantes populi Orientales. Syllabus libro 15. Ardebat gemma Garamanti de cerula uestis.

Habet et mare rubrum gemmas uarij coloris, magniq; precij. Seneca in Hercule Oretæo: Gestat pelagi dona rubentis, Nec gemmas miseris detrahit aures Lapis Eoa lectus in unda. Tibullus libro 3. Qui lue in Erythraeo legitur quæ litore concha.

Sunt et fluuij nonnulli gemmis nobiles,

inter quos Aoxis, & Ganges numerantur à Plinio.

Glandibus.

In Dodona Chaoniae sylus primum repletus est glandis usus. Verg. libro. 1. Geor. Chaoniam pingui glande mutauit arista.

Gruibus.

Apud Strymonem fluuium, & Bistonem lacum Thraciae, grues maxime perestum morantur. Lucanus lib. 3. Deseritur Strymon, rapido committere Nilo Bistonias consuetus aues.

Gazis.

Gazae dicuntur diuitiae Persarum, quos auro, gemmis & unguentis refertissimos fuisse constat. Statius lib. 1. Sylvarum: Diagne Midae, Craesiq; bonis, & Perside Gazae. Sabell. Regia quod Craesi cepit, quod Persica regum Gazae uetus.

Gryphibus.

Gryphes habent Hyperborei septentrionales. Politianus: Gryphes Hyperboreos Nemesi, Cytheraea columbas.

Gobijs.

Gobijs Venetiae. Martia. In Venetis sint lauta licet conuiuia terris, Principium coena Gobijs esse solet.

Glanijs.

Glanij pisces sunt, quos Volater. ex testimonio Stephani grammatici, ait nasci apud Glanium Cumarum fluuium.

Gruibus piscibus.

Grus piscis est habens os & ceruicem grui aliti similem, & squamas instar pennarum eius. Nutrit hunc piscem Corinthium pelagus, magnitudine pedum 15.

Galgulis.

Galgulus auis est magnitudine turturis, toto corpore uiridis, frequens in Peloponneso.

Graculis.

Venetorum Adriam incolentium regio tot habet graculos, ut fruges populentur, & iacta absumant semina.

Glasco.

Glasco herba est, qua Plinij temporibus Britanni se inficiebant, atro colore terrorem ostentantes. Vnde Martia. Barbara de picibus ueni Bascauda Britannis. Bapt. Piuu. Et Galatae, Heluetijsq; truces, picibus Britanni.

Glaucione.

Glaucion herba est folijs similibus Papaueris, frequens in Syria.

Gagate.

Gagates lapillus nascitur in Lycia, iuxta ostium Gagatis fluuij, unde nomen traxit.

Gypso.

Gypsum Tympheticum laudat Plinius, à Tympho oppido. Plurimum quoq; effoditur in Epiro. Fit etiam in Phoenicia, Turijs & Perrhebia.

Alijs rebus.

Gentianam herbam habet Phoenicia et Illyricum: Galestitem gemmae Achelous: Galbanum herbam, Syria.

Hircis.

Cinyphs fluuius est Aphricae, apud quem grandes nascuntur Hirci, uilloq; tonsili. Vergilius: Nec minus interea barbata, incanaq; menta Cinyphij tondet Hirci.

Hydris.

Nilus fluuius. Mantuanus in Aprili: Niligenas abigens ab ouilibus Hydros.

Helleboro.

Plurimum hellebori nascitur in Oeta monte. autore Plinio.

Supra Anticyram quoque montes sunt petricosi, in quibus copiose prouenit helleborum.

borum. Hac autem herba purgantur insania. Propterea Liuius Drusus Tribunus plebis. quum morbum comitalem pateretur, Anticyram dicitur nauigasse, in eaq; insula helleborum bibisse, atq; ita morbo liberatum. Vnde etiam Horat. in Arte: Si tribus Anticyris caput insanabile, nunquam Tonfori Picino commiserit.

Apud Helyconem Boeotiae montem, nascitur quoq; optimum, & cerebro utile, purgandaq; insania itidem effracax.

Herbis.

Homerus apud Plinium lib. 15. gloriam herbarum Aegypto tribuit. Diodorus de Aegypto loquens: Terra (inquit) inculta relicta pecori ad pastum adeo exuberat herbis, ut oues bis anno pariant, bisq; praebeant lanam.

Aeschylus apud Plin. Italiam herbarum potentia refertam pro lit.

De Aci fluuius Ouid. lib. 4. Fast. Praetere ripas herbifer Aci tuas.

Epyrus. Idem Ouid. lib. 8. Met. Misi aprum quanto maiores herbida tauros Non habet Epyrus.

Herbis ueneficis.

De Caucaso & Scythia Claudianus lib. 1. in Ruff. Funest. rumq; potestas Herbarum, quicquid lethali gramine pollens Caucasus & Scythicae uernant in gramine rupes.

Colchos et Iberia. Horat. in Epod. Herbasq; quas Colchos atq; Iberia mittit uenorum ferax.

In Ponto quoq; prouenit est malorum graminum. Vergilius in Bucolicis: Has herbas atq; haec Ponto mihi lecta uenena Ipse dedit Mæris, nascuntur plurima Ponto.

Thessalia. Tibull. libro secundo: Quicquid

quid habet Circe, quicquid Medea ueneni, Quicquid & herbarum Thessalia terra dedit.

Hortis.

In Pheacia horti fuerunt memorabiles, & pomaria uaria uarijs referta fructibus. Quae quum magno studio coleret rex eius loci Alcinoüs, Deus hortorum creditus est. Stat. li. 1. Syl. Quid bisera Alcinoi laudem pomaria, uosq; Qui nunquam uacui prodistis in aere rami.

Syria fuit in hortis operosissima, autore Plinio. Inde quoq; est prouerbum Graecis, Multa Syrorum olera.

Hyacyntho.

Hyacinthum florem mittit Aethiopia. Frequens etiam nascitur in Thermis Diocletianis. Eximie quoq; prouenit in Galatia. autore Plinio.

Hyssopo.

Hyssopum montanum & hortense optimum nascitur in Cilicia, in Tauro monte. Deinde probatur Pamphilium & Smyrnaeum.

Helenio.

Helenium flos est, quem lachrymis Helenae fabulantur natum. Reperitur in Helena insula.

Hippice.

Hippice herba est, qua pasti equi diuturnam famem sustinent. Vnde nomen sumpsit. Frequens est in Scythia. Praedulecis circa Boeotiam.

Herodijs.

Herodij aues sunt prope flumina degentes, frequentes in Diomedeae insula.

Hircis piscibus.

Hirci pisces circa Cyrenaicum Sardoiumq; mare oberrantes uisuntur cum Delphinis.

Alis rebus.

Heliotropium herbam mittit Aethio-
pia.

Hephestitem gemmam, Corycus.
Hexeconthalitum gemmam, Troglo-
dyle.

Hematitem, Aethiopia.
Hydromellem, Phrygia.
Hyenas animalia, Africa.
Hematopodes aues, Aegyptus.
Hammoniacum, Africa.

Hyacinthos gemmas Aethiopia, atque
etiam Chrysolitos, aureo colore translu-
centes. Quibus praeferruntur Indicae, & (si
uariae non sint) Baetrianae.

Ignibus.

A *Etna inter montes igniferos numerat-*
tur. Lucan. lib. 1. - Et ardenti ciuilia
bella sub Aetna.

Iaculis.

Gnosos urbs est Cretae, cuius incolae Ia-
culis claruerunt. Luca. lib. 3. Gnososq; agi-
tare pharetris Docta, nec Eois peior Gor-
tyna sagittis.

Iuncis.

Inter Iuncos praestantissimus est Naba-
theus, deinde Arabicus, quem quidam Ba-
bylonicum uocant. Tertius Libycus, pro-
pè inutilis. Laudatur & Hispanus, quo si-
unt fines.

Iri herba.

Iris herba est odorata, Raphano simi-
lis, unguetisq; & medicinae aptissima. Fre-
quens est in Cyzico insula.

Iride gemma.

Iris gemma (quam crematam, tusamq;
ad Ichneumonum morsus remedio esse Ho-
rus apud Plinium prodit) nascitur in Per-
siae.

Isatis.

Isatis herba est fallonia, rubro colore,
quam mittit Syria.

Iuniperis.

Scribit Plin. lib. 6. massas esse iuniperos
in Hispania.

Insulis.

Idem lib. 3. ait, Illyrici oram mille am-
plius insulis frequentari, propter naturam
uadosi maris.

Ichneumonibus.

Ichneumon serpens aspidi infestissimus,
frequens est in Aegypto.

Ibidibus.

Ibis auis circa Pelusium tantum nigra
est, ceteris omnibus locis candida.

Lanis.

Miletos Asiae fuit ciuitas praestantia La-
narum (quae ibidem inficiebantur) memora-
bilis. Verg. lib. 3. Georg. Quamuis Malesia
magno Vellera mulentur Tyrios, &c.

Sarenti quoq; optime inficiebantur La-
nae. Horat. lib. 2. Ser. Lana Tarentino uio-
las imitata ueneno.

In Canusio Appuliae oppido, & Cale-
donia, seu Britanni, fuit extimia lanarum ba-
nitatis. Quin. in Cleo. Fame Caledoniae file,
at miracula Lanae, Et Canusina simul.

Lingonicas lanas probat Mart. lib. 11.
dicens: Lingonicis aedum tumeat tibi cul-
citra Lanis.

De Melita insula maris Siculi, Syll. lib.
14, Telaq; superba Lanigera Melite, &
lutus piscosa Melacte.

Luceria uetus fuit Dauniorum oppidum,
ubi sacrum Mineruae sanum extitit. Eius La-
nas probat Horatius libro tertio Carmi-
num: Te Lanae prope nobilem Tonfa Lu-
ceriam, non citharae decent. Plinius lib. 26.
commendat Galaticas, Tarentinas, Atti-
cas, Milesias.

Plinius

Plinius li. 6. de lanis & eibus loquens:
Hispania (inquit) nigri uelleris praecipuas
habet, Polentia iuxta Alpes cani, Asia rus-
tilli, quas Erisbras uocant, item Baetica, Ca-
nusium, Fului Tarentum.

Laserpicio.

Laserpicium genus est herbae preciosissi-
mae, et in medicinae optima (Silphion Grae-
ci uocant) cuius succus Laser, folium Ma-
sperum dicitur. Nascitur haec herba in di-
uersis locis, sed omnium laudatissima est a-
puud Cyrenae Libyae urbem. Catull. ad Les-
biam: Quam magnus numerus Libyssa a-
renae Laserpici feris tacet Cyrenis.

Lentisco.

Linternus Campaniae fluius Lentisco
arbores abundat. Ouid. libro 15. Hinc cali-
di fontes, lentisci ferunq; tenetur Linter 7
num.

Lactucis.

Plin. lib. 19. ait, Lactucas in bindis pe-
des aliquando se pandere, sed in Circelenfi
agro amplissimas prouenire.

Lauris.

In Olympo monte (inquit idem lib. 15.
capite 33.) nulla est arbor Lauro copio-
sior.

Idem li. 13. Laurus (inquit) non quia per-
petuo uiuet, nec quia pacifera est, praefere-
da utiq; Myrto, & Oleae est, sed quia spe-
ctatissima in monte Parnaso, ideoq; etiam
Apollini grata. Ouid. li. 11. Ille caput flauum
Lauro Parnaside uinctus. Verg. lib. 2. Geor.
Et iam Parnasia laurus Parnae sub ingenti
matris se subijcit umbra.

Laurum Penicem plerunq; appellant
poetae, a Peneo Thessaliae flumio, iuxta quem
frequens est haec arbor. Val. Flac. lib. 1. Et
in summo Lauris Peneia Cono.

Permessum Beotiae fluium Lauros ha-

bera docet Pontanus lib. 2. de uertis Messo-
rid. dicens: Banaci de fonte firat Permessi-
da Laurum.

Phocis. Sabell. in Eleg. Phocaicae Lau-
rus, Libethridumq; chori.

Sicyon quoq; urbs Oleo & Lauro a-
bundat, unde Sicyonia bacca dicitur.

Plinius libro 15. ait, plurimam Lau-
rum in Ida, & circa Heracleam Ponti pro-
uenire.

Lacte.

Sasina urbs Umbriae, Plauti patria, La-
cte abundat. Mart. Praetam. quod lactis Sas-
sinate de sylua.

Lituania tantam habet lactis copiam,
ut eius regionis incolae semper ferè lactici-
nijs utantur & melle.

Habent & Fortunatae insulae magnam
uim lactis. Vnde Horat. in Epod. Illic inuis-
se ueniunt ad mulctra capellae, Refertq; te-
ta grex amicus ubera.

Leonibus.

Africa. Ouid. libro 4. Trist. Tempore
Poenorum compefcitur ira Leonum. Idem
de omnibus prope Africae partibus memo-
ratur.

Getulia. Horat. Atqui non ego te, Ti-
gris ut aspera, Getulis ue leo, frangere per-
sequor.

Libya. Mart. lib. 7. Iam cernes Libycum
uallo assultare leonem.

Caspia. Stat. lib. 8. Theb. Cade redit, sic
Hircana leo Caspius umbra.

Marmarica. Seneca in Agamemnone:
Marmaricus leo Morsus cruentos passus
audacie leae.

Masylia. Codrus: Antie pauens capiet
Masylium Iama leonem.

Habet & Parthia leones. Marull. Quos
sera tygris, quos leo Parthicus.

Mauritania. Pontanus: Sed prius aut Mauro ueniam fera præda leoni. Horat. lib. 1. Carm. Nec Iubæ tellus generat leonibus Arida nutrix.

Plinius lib. 8 scribit solam Syriam leones nigros alere.

Lente.

Lens legumè est, quo qui uescerentur, olim æquiori animo fieri crediti sunt. Frequentes est Aegypto, et Pelusio Nili hostio. Martial. Accipe Niliacam Pelusia munita lentem. Verg. lib. 1 Georg. Nec Pelusia curam aspernabere lentis.

Lino.

Abundat Aegyptus lino tenuissimo. Syllius lib. 3, Et Pelusiaco filum componere Lino. Argumentum maximè tenuitatis est, quòd singula fila CCCXXV filis consistere dicuntur, cuiusmodi uisa sunt in thoro race Amasis regis, qui Rhodi uisebatur: autore Plinio. Aethiopes et Indi ex malis, Arabes ex cucurbitis, Asiatici ex genista Lina demetunt.

Est et sua gloria Cumano in Campania, quo ad piscium capturam utuntur eius urbis incolæ.

Carbasinum Linum apud Tarracoenam repertum est, ex quo nautica sela conficiuntur. Ex quo et Carbasus nomen habet.

Nascitur Linum in desertis Indiæ, apud Carystum insulam, tanta bonitate et excellentia, ut margaritarum adæquet precium. Carbasinis uestibus Indi et Arabes corpora uelant, quæ sunt auro purpuraque distinctæ, ut scribit Curtius. Vnde Propertius lib. 4, 2. Raptiæue odorat Carbasia lina duci.

Setabis urbs Hispaniæ aprum habet nomine Spartarium, à Sparto lini genere. Plinius quoque scribit, ceteriorem Hispaniam

habere splendorem lini præcipuum. Setabica lina probat Catullus, dicens: Nam sudaria Setaba ex Iberis Miserum mihi muneri Fabullas.

Larice.

Laricè arborem frequentem esse in Italia, docet Plin. lib. 16.

Luto sicili.

Samon et Saguntum Luto sicili ad usum aptissimo abundare certum est. Mart. lib. 8. Picta Saguntimo Cymbia malo Luto. Eandem ob causam Logœna uocatur Saguntina à Iuuenale.

Lenis uestibus.

Pellene urbs fuit Achaïæ, à Pallene Titane condita, apud quam optimæ fiebant Lenæ uestes, quæ egregiè bellantibus dabantur in præmium uirtutis.

Lapide speculari.

Lapis specularis in Hispania reperitur, et in Bononia Italiæ, quem quidam humore terræ glaciari modo crystalli dicunt.

Ladano.

Ladanum frutex est odoratus, quo abundant Arabes et Nabathæi Syriæ contermini.

Lacertis.

Nascuntur in Arabia Lacertæ duorum cubitorum. In Nysa uerò monte Indiæ 24 pedum longitudine. Volaterranus scribit, in Aethiopiæ insulis captâ à regibus Lusitanicæ lacertam octonum cubitorum longitudine, tæto oris rictu, ut solidum infantem deuorasset.

Capraria una ex Fortunatis insulis, itidem Lacertis referta est. autore Plin.

Locustis.

Incolæ Gassij montis adeò quondam locustis infestati sunt, ut contra eos Iouis auxilium

xilium implorauerint, et Seleucidum auxilium eas peruenit aduentum.

Graculi à Theffalis, Illyrijs, et Lenijs nutriuntur contra locustas, quorum uicinia obruuntur, ubi certa mæsuræ est præfinita, quam singuli enectarunt ad magistratus deferant.

Magnesium et Ephesij contra locustas ordine militari ad bellum exeunt. tanta eorum animalium scitent multitudine.

In mari Indico locustæ aquatiles quaternaria implent cubita: autore Plinio. In India ternum pedum longitudinis esse traduntur, cruribus et femoribus ferrarum usum præbentes, quum inaruerunt.

In Cyrenaica regione lex est ter anno debellandi eas.

Necare et in Syria militari imperio coguntur, quæ tamen Parthis in cibo gratæ sunt.

Lupis piscibus.

Lupum piscem laudatissimum capi Roma Tyberi fluuio scribit Plin. lib. 6.

Lupis feris.

Celium scribit, Lupis Crotoniatas maximè scaterere, à quibus Milonem ibidem deuoratum scribit.

Lagnibus.

Lagnis piscibus apud Meandrum et Lycum Asiæ, item apud Strymonem Europæ fluuios cernitur.

Loto.

Loton arborem gignit Africa, sed præcipua est circa Syrtis, atque Nasamones. autore Plinio.

Lilio.

Lilium laudatissimum est in Antiochia et Laodices Syriæ, mox in Phaselide.

Quartum locum obtinet in Italia nascens.

Susa urbs Persarum à Memnone condita

ta nomè sumpsit à Liliorum multitudine. Nam Persæ Susam uocant Lilium.

Leporibus.

Baleares insule tot quondam leporibus obruta sunt, ut eius loci habitatores aduersus prouentum eorum, auxilium militare ab Augusto petierint. Nam prius famem regionis popularis mensibus attulerat. Leporem marimum tactu pestilentem habet Indicum mare.

Lyncibus.

Lyncas frequentes generat Aethiopia, autore Plinio lib. 8. cap. 12.

Habet Ledonem herbam Arabia, Lesbide gemmam Lesbos.

Melle.

Hybla mons Siciliæ optimo abundat melle. Mart. libro 11. Mella iubes Hybla tibi, uel Hymettia nasci.

Sicilia. Varro lib. 3. de re Rust. Propter hoc Siculum mel fert palmam, quod ibi thymum bonum et frequens est.

Hymetus mons Atticæ. Stat. libro 6. Theb. Strident et Hymettia mella.

Attica. Ouidius: Adice de flauis Attica mella fauis. Plin. Mellis Attici in toto orbe summa laus existimatur.

Calydna una est Cycladum, mellis itidem ferax. Ouid. lib. 8. Dextra Lebynthos erat, secundaque melle Calydna.

Scribit Plin. Sabæos esse ditissimos sylvarum fertilitate odorifera, auri metallis, agrorum, rigui mellis, ceræque prouentus.

Calabria Horatius: Quamquam nec Calabra mella ferunt apes.

In Fortunatis insulis copia est optimi mellis. Horatius: Mella caua manant ex illis montibus altis.

Cyrenus insula est abundans melle, sed

Uaudato. Vergil. Sic tua Cyrenas fugiant
examina taxos.

Torini populi India uisitāt melle, quo
affluunt. Valer. Flac. libro 6. Mellis honos
Torinis.

Strabo ait, in India arundines sine apū
auxilio mel ferre suauissimum.

Mellaria oppidū Hispaniæ meruit no-
men à copia mellis.

Marmore.

Simada oppidum Phrygiæ, ad l. x. sta-
dia proximum habet uicium Docimium, ubi
marmor nascitur, quod incolæ Docimite,
Romani Simadicum uocant. Horat. Quod
si dolētem nec Phrygius lapis, Nec purpu-
rarum sydere clarior Delmit usus. Hac ra-
tione Pontanus Idæas uocat columnas, di-
cens: Hinc etiam templa Idæis innixa colu-
mnis. Stat. li. 1. Syl. Sola cauo Phrygiæ mit-
tit quam Simados antro, Ipse cruciatuit ma-
culis lucentibus Atys.

Commendatur et marmor Numidicū,
quod M. Lepidus priuus omnium Romæ
ostendit, maculis quidem purpureis uaria-
tum: nam hunc lapidem Atys, quū in Phry-
gia Cybelē fugeret, cruentasse dicitur. Vo-
catur autem Porphyrites. Plinius ait, præ-
ter marmoris Numidici, ferarumq; pro-
uentum, nullum aliud esse regionis in signe.
Martialis: Marmore picta Nomas.

Laconicum marmor uiride erat, et
cunctis hilarius, omniumq; preciosissimū.
Stat. in Syl. Hic dura Laconum Saxa ui-
rent.

Tenarus Laconie promontorium mar-
mor habuit laudatissimum. Tibul. Qui iue-
domus prodest Phrygijs innixa columnis,
Tenare siue tuis, siue Caryse tuis?

Thasos Cycladum una marmor habuit
maculosum, quod Thasium dicitur.

Carystos urbs Eubole, in amor habuit
laudabile, quo primus in columnis Roma
usus est Marmorra. Plinius: Carystos (in-
quit) nobilis, nobilior tamen marmore. Lu-
canus: Quæ maris angustat sinces lapido-
sa Carystos.

Luna urbs Ethruriæ marmor habuit ca-
didum et lucidum, quam propterea metal-
liferam, id est, Marmoris feracem, uocat
Stattius, dicens: An ne metalliferæ repetit
iam moenia Luna?

Eurotas Laconie flumini, ab eiusdē rei
præstantia commendatur.

In Syene Aegypti urbe fodiebatur etiā
maculosum marmor, quod Pyropæcidos,
id est, igneis maculis uariatū dicitur. Eo fa-
ciebant obeliscos Aegypti reges.

Paros quoq; Aegæi maris insula mar-
mor habuit laudabile. Plinius scribit, Ae-
gyptium Labrynthum lapideis è Paro co-
lumnis fuisse factum. Horat. Vrit me Glyce-
ræ nitior, Splendentis Pario marmore pu-
rius. Ouid. lib. 3. Met. Heret ut è Pario for-
matum marmore signum.

Apud Sicyonem marmorum fuit nobil-
lis uena, ubi Dipœnus et Scyllus celato-
res patria Cretenes claruerunt.

Chios quoq; maris Aegæi insula, Tay-
getus, seu Taygetū mons Laconi, Hymet-
tus Atticæ, Donisa, Liguria, Dalmatia mar-
moris eximij laudati meruerunt.

Meretricibus.

In Suburra uico urbis Romæ fuerunt
meretricum domicilia, quæ propterea Su-
burrae dicitur. Pamphilius: Deq; Subur-
ranis Thaida fornicibus. Martialis: Famæ
non nimum bonæ puellæ, Quales in me-
dia sedent Suburra.

Corinthus urbs tantæ delicijæ et eruenta
est,

est, ut Veneris templum ibidem fuerit, ubi
mille circiter elegantes meretrices paratæ
erāt uenientibus se prostituere, inter quas
numeratur præcipui nominis, Laïs, Tha-
is, Cyrene, Leena, Synope, Phryne, Sicyo-
ne. Vnde natum prouerbiū, Corinthusiari,
id est, Lasciuire.

Myrtis.

Sparta. Verg. in Battarum: Et uiolæ ge-
nus omne hic est, et Spartia Myrtus.

Orontes. Salmonius: Non Thabor ho-
rum animos, non myrtifer angit Orontes.

Enrotas. Catullus: Quales Eurota per-
pingui flumina Myrtos.

Metallis.

Ilua insula Thuscæ adiacens, clara est
metallis. Vergilius lib. 10. — Ast Ilua trecen-
tos, insula inexhaustis Chalybum genero-
sa metallis. Plinius: Venaria Ilua, cum fer-
ri metallis.

De Amathunte Cypri ciuitate, Ouid. li-
bro 10, At si forte reges fecundam Ama-
thunta metallis.

De Temese Cypri urbe, Stat. lib. 1. Syl.
Et quæ se totis Temese dedit hausis metal-
lis. Ouid. lib. 17. Hippotadaq; domos re-
gis, Temesæq; metalla.

De Luna urbe Ethruriæ, Stattius li. 4.
Syl. An ne metalliferæ repetit iam moenia
Luna?

Posidonius dicebat, Plutum deum opu-
lentia habitare subterranea Hispaniæ: tan-
tu est in eo terrarum tractu metallorū fo-
cunditas.

Italia (inquit Plinius) metallorum om-
nium fertilitate nullis cedit terris.

Murice.

Murex piscis est, cuius humore fit co-
lor purpureus, et quandoq; pro purpura
capitur. Murice autem claruerunt loca se-

quentia: Tyros. Virgil. Tyriog; ardebat
murice Lena.

Africa. Horatius: Te bis Afro murice
tinctæ Vestiuunt lanae.

Baia. Idem libro 2. Ser. Murice Baiano
potior Lucrina Peloris.

Getulia. Idem: Argentum, uestes Getu-
lo murice tinctas.

Phocis. Ouid. lib. 6. Met. Phocaico bi-
bulas tingeat murice lanas.

Tarentum. Sidonius: Muricis Tyrij,
seu Tarentini conchyliato ditat indutu.

Sidon. Lucan. Et Tyros instabilis, præ-
ciosaq; murice Sidon.

Laconia. Pamphilos: Picta, nec Oeba-
lio fulget quæ murice uisus.

Assyria. Sidonius: Assyrius murex, nec
tibi signa dabit. Idem dicendum de locis
Ostro et purpura claris.

Muribus.

Cosa urbs Italia, muriū quotidie erum-
pentium multitudine obruta est.

Tanta est in Aegypto muriū abundan-
tia, ut et segetes populentur, hisq; litatio-
ne et uotis resistere oporteat.

Argillis mons Thraciæ dictus est à mul-
titudine murium, qui in terra ibidem reper-
ti sunt concertantes. Argillus lingua Thra-
cum mus dicitur.

Scribit Plinius, ex Gyaro Cycladum
insula incolas à muribus fugatos.

Plurimi et ad Troadē perueniunt, una
de iā magno prouentu fugauerūt accolæ.

Tantus fuit apud Persas murium pro-
uentus, ut reperte sint prægnantes in ute-
ro parentum: teste Plinio.

Messibus.

Habet Aegyptus binas in anno messes,
ac totidem æstates. De Africa, et Aegy-
pto, Stattius libro 5 Sylu. Quod messibus

Afris Verritur, estiferi quicquid terit arex
Nili. Aegyptus ab antiquis orbis horreum
uocata est, quod Dei animi gratia & salutis
confugere soliti sunt.

Libya. Horatius: Quicquid de Libycis
ueritur areis. Martial. Possideat Libycas
messes, Hermumq; Tagumq;.

Coronia urbs Thessaliae. Statius lib. 7.
Theb. Exilem Glifanta, Coroniamq; fera
cem, Messe Coroniam, Baccho Glifanta co
lentes.

Gargarus mons in Ida. Claud. iam fla
uescentia centum Messibus, aestiue deton
dent Gargara falces.

Mercibus.

Orientalis populi uariarum rerum mer
cibus, ut gemmis, auro, argento, thure,
balsamo, caeterisque rebus aromaticis abun
dant. Hinc Stroza filius merces Eoas uo
cat, dicens: Ille dat Eoas lectos de merce la
pillos.

Thebae urbs centum portarum fama no
bilis copiosa fuit Indicarum, Arabicarumq;
mercium.

Minio.

Minio pigmento abundat Minius Ibe
riae fluvius, nomen inde adeptus. Propert.
Ut Maotica uix Minio si certet Ibero.

Sisapo locus Hispaniae optimum habet
Minium. Plinius: Celeberrimum Minium
ex Sisapontensi regione Betica, Miniaro
metallo.

Reperitur et Minium apud Colchos,
in rupe quadam inaccessa. Optimum uero
supra Ephesum.

Margaritis.

Margaritis lapillis abundat India. Pli
nius: Quantum apud nos Indicis margari
tis precium est. Item lib. 9. Principium er
go, culmenq; omnium rerum precij, marga

rita tenent. Indicis maxime has mient O.
ceanus. Bsp. Pius: Indaq; gemmiferis mar
garis acta uadis.

Habet etiam margaritas Taprobane
Arabiae insulae item Perimula promonto
rium Indiae. Lantantur circa Arabiam in
Persico sinu maris rubri.

Scribit Plin. Cascantrum insulam esse
desertam in Oceano Indiam uersus, mar
garitis quaestuosam.

Tilos quoque Arabiae insula, celeberrima
est margaritis.

Palaeogones incolae sunt Taprobanes
insulae, auri margaritarumq; gradium fer
tiliores quam Indi.

Tacitus scribit, Britanniam aurum et
argentum, aliaque metallis gignere, et Ocea
num margaritas, sed subfuscas et luentes.
Suetonius ait, Caesarem in Britanniam na
uigasse, causa margaritarum.

Mulis.

Hispania. Stroza pater: Hispaniaq; si
mul mulas, mannosq; Britannos Adde.

Murenis piscibus.

Mare Siculum. Mart. Quae natus in Si
culo grandis murena profundo.

Plinius probat lupum Tyberis, Rhom
bum Rauennae, Murenam Siciliae, et elo
pem Rhodi.

Sunt et prope Tartessum Hispaniae ur
bem delicatae Murenae. Quintianus: Tra
xit et Tartesia Murena quosdam.

Magalibus.

Magalia, seu mapalia dicuntur Getu
lorum caesae, quae calamis teguntur. Mar
tialis: Tecum ego, uel sicci Getula mapa
lia Poeni, Et poterat Scythicas hospes ama
re caesas.

Ad hunc locum facere uidetur, quod
Sallustius scribit de Numidis, quos ait,

h4

habuisse alueos nauium inuictos pro tu
gurijs.

Scythiae quoque non alias domos habue
runt, quam uolubiles, et plaustris ducti
les. Vnde Horat. Campestris melius Scyl
thae, Quorum plaustra uagas rite trabunt
domos, uiuunt et rigidi Getae.

Myrrha.

Myrrham arbusculam aromaticam suc
co diuillantem habet Arabia. Vergilius in
Cyri. ille Arabis myrrhae quondam qui ce
pit ocellos.

Habet Myrrham Orontes. Proper. Aut
quid Orontea crines perfundere myrrhae
Assyria. Pont. Et Assyriam redolentia
pectora myrrham.

Excellit et Troglodytica Myrrha, quae
lucida est, subuiridis, et mordax.

Musculis.

Musculi pisces nascuntur in Stympha
li Arcadiae.

Murijs.

Antipolis urbs Asiae, Murijs et Thy
nis piscibus abundat. Mart. Antipolitani
fateor sum filia Thygni.

Monilibus.

India. Statius lib. 1. Syl. Huic India mo
nilia Glaucum, Prothea q; atq; omnem Ne
reida querere iussi. Vbi loquitur de forma,
et cultu Violantillae uxoris Stellae poetae
Pataini.

Murrha gemma.

Murrham gemmam (qua fiebant mur
rhae, seu murrhina pocula preciosa) mul
tis in locis mittit Parthia. Proper. Murrha
aque in Parthis pocula cocta focis.

Montibus.

Macedonia perpetuus montibus cingi
tur. Habet ab Oriente Ossam et Pelion,
ab occasu Pindum, ab Aquilone Olym

pum, et Meridie Othryn.

Corfica quoque montibus, tanquam uer
ticibus, abundat. Vnde et nomen sumpsit,
Corfas enim tempora Graeci uocant.

Molaribus.

Antron urbs est in Thessalia, cauernis
et cuniculis abundans, quibus optimi la
pides ad molas eruuntur. Gell. uocat mo
las illas trusatiles, ubi loquitur de Plauto,
quem ait operam pistori locasse, et fecit
se quaestum in agendis molis, quas trusatiles
uocant.

Melino.

Melinam pigmentum nomen sumpsit
a Melo insula, unde exportatur.

Magnete.

Magnes lapis est argento similis, fer
rum ad se attrahens. Reperitur in India,
et in Siphno insula maris Aegaei.

Melonibus.

Melones (quos ueteres Melopepones
dicebant) fructus sunt hortenses, qui humi
rotundantur. Spartian. Ostienses probat.

Muscis.

Plinius ait Cyrenaicis Achorem deum
contra multitudinem muscarum inuocare,
eique litare consueuisse. Muscarum multitu
do depopulata est quondam Megarenses.

Myrica.

Myrica arbuscula, domestica nascitur
in Aegypto, et alibi agrestis.

Myrobalano.

Myrobalanum arbor est frequens apud
Troglodytas Aethiopiae, aromaticam fe
rens glandem, qua fit unguentum precio
sum. Palma quae fert myrobalanum, pro
batissima est in Aegypto.

Malobathro.

Malobathrum unguentum est odorifere
rum, Syriae regioni peculiare. Horat. Cumi

V N

q:0

quo morantem. *sepe diem mero Fregi, coronatus nitentes Malobathro Syrio capillos.*

Meliloto.

Melilotos herba est suavis & mellea, de qua Ouidius: Pars thyma, pars rores, pars meliloton amant.

Melilotos optimus est Atticus. Nasitur & in Campania circa Nolam mellini coloris, odorisq; uehementis.

Mantichora.

Mantichoram fera India gignit magnitudine leonis, pelle uillose, & purpurea, uultu & auribus propè humanis, triplicidentium serie in utraq; maxilla, utrinq; aculeis cuspidatam, quos in certamine pro telis iaculatur.

Monope.

Monopem animal tauri magnitudine habet Peonia.

Muribus Araneis.

Muribus Araneis (quos Herodotus Mygdalos uocat) scaturit Britannia.

Monoceros.

Monoceros fera est seuissima, capite ceruino, pedibus elephantinis, cauda aprina, reliquo corpore similis equo, uno in fronte cornu diuim cubitorum armata: nascitur in Aethiopia.

Margaris.

Margaris pisces sunt specie rotunda & gregatim natantes, ac regem sectantes more apum. Reperiuntur in mari rubro.

Membranis.

Membrana Pergami primū reperta sunt.

Malis punicis.

Malum punicum, seu granatum, frequens est apud Carthaginem, unde cognomen sumpsit.

Malk Cydoneis.

Malk Cydoneis (que & Cotonea dicitur)

cuntur) nomen dedit Cydon urbs Crete, in qua magnus fuit eorum prouentus.

Milio.

Milio gaudet Campania, pulstemq; candidam ex eo facit.

Sarmatarum quoq; gentes hac maxime pulte aluntur.

Aethiopes non alia frugem, quam milij hordieq; nouere.

Habent & Niuerni agros milio, perinde ac frumento, aut alijs segetibus refertissimos, quo etiam contrito, et in farinam relictio pulstem consiciunt.

Malus.

Malus Plin. scribit in Arabia septimo mense arborescere, quod est argumentum magnae fertilitatis.

Moly herba.

Moly herba à Mercurio reperta, maxime contra uenena efficacia, nascitur in Cyllene Arcadiae.

Militibus.

Plin. scribit Italiam nunciato Gallico tumultu solam sine externis uitis auxilijs armasse peditum octoginta millia, Equitū septingenta millia.

Mulis piscibus.

Mulos pisces Septentrionalis gignit Oceanus, & proxima pars occidentis.

Merulis albis.

Merulae circa Cyllenem Arcadiae, nec usquam alibi candidae nascuntur.

Alijs rebus.

Mithridanion herbam generat Pontus. Molichrysim gemmā, India. Magdalarim caulem, Syria. Mastichem arborem, Chios insula.

Niubus.

Taurus, Othrys, Rhodope, Scythia, Thracia, nullo serè tempore non rigent niubus,

niubus, gelu de glacie. Taurus. Remach. Nubibus impono Taure niuse tuis, Scythia. Lucanus: Solibus & nullis Scythicae quum bruma rigeret, Dimaduere niues. Thracia. Stat. lib. 11. Bistoniae tepuere niues. Ouid. Brachia Sythonia candidiora niue. Othrys. Claudian. Lassa per Othryfias fundere membra niues. Rhodope. Ouid. in Epist. Quae patet umbrosam Rhodope glacialis ad Hemum.

Scribit Plin. Atlantis uerticem, altis etiam aestate niubus operiri.

Nemoribus.

Zacynthos insula non procul Corinthe. Verg. li. 3. Aen. iam medio apparet flumina nemorosa Zacynthos.

Egaleos mons Atticae. Stat. lib. 12. Diues & Egaleos nemorum, Parnesq; benignus Vitibus.

Atlas (inquit Martianus Capella) ne morosus est, scatens fontibus, sed rupibus infocundus.

Nucibus.

Auella urbs Campaniae, nuces habuit praestantissimas. Plin. Noces auellanae capitis dolorem faciunt. Verg. Et quae malis fera despectant moenia Auculae.

Plin. laudat Tarentinas amplitudine, & putaminis mollicie. Colum. Nucem Graecam Auellanam, & Tarentinam hoc modo facere poteris.

Thasia. Quintian. Thasia nux quosdam, Cilix & piscis aliquos. Varro apud Gellium Scaros Cilices, noces Thasias, palmas Aegyptias, glandes Ibericas inter cibos electiles reponit.

Optimum genus nucum fuit Persicum, autore Plinio. Politianus in Rust. Corna q; cum Cerasis duroq; putamine clausa Persica nux.

Plin. laudat Ponticam. Vnde Stat. lib. 5. Syl. Quicquid nobile Ponticis nucetis.

Nardo.

Nardus seu nardum frutex est aromaticus, quo India & Persia abundant. Hor. Nunc & Achemenio perfundi Nardo iuuat. Plin. Cuius folia nihil ab Indico nardo distant.

Nymphis.

Oceanus Nympharum omnium pater est. Catull. Non genitor Nympharum abluat Oceanus.

Napis.

Amiternum urbs Campaniae Napis abundat. Martial. Hos Amiternus ager felibus educat hortis. Plin. Napi uero Amiternini (quorum eadem serè natura) gaudent aequè frigidis. Napis in Aegypto mire celebratur propter olei celebritatem, quod de semine eius faciunt.

Nebriidibus.

Nebrides dicuntur damarum seu ceruorum pelles. His abundat mons, Nebris nomine, autore Solino.

Nitro.

Nitrum lapis est sulphuri commixtus, & natura sali proximus. Apud Epirum sit eodem quo sal modo. Optimum crescit in Macedonia, quod uocant Colestricum. In Aegypto conficitur multo abundantius, sed deterius. Nitriarum egregiae Aegyptijs circa Memphim esse consueuerunt.

Nasturcio.

Nasturcium herba est, torporem & hebetudinem excitans. Frequens est apud Babylonem.

Neadibus.

Neades animalia sunt, quorum uoce abruptitur terra. Reperiuntur in Samo insula.

Narcisso.

Plinius ait, probatissimum narcissum crescere in Lyciæ montibus.

Ostro.

L Emānus lacus, Gebenna propinquus, colore muricis abundare arguitur dicitur Ricardi Bartolini: Ostifero madidū caput obieclare Lemanno.

Sarra seu Tyros. Verg. Vt gemma bibat, et Sarrano dormiat ostro.

Sidon. Ouid. Hic qui Sidonio fulget sublimis in ostro.

Assyria. Verg. in Cyri: Non Libys Assyrio sternetur lectulus ostro.

Phœnicia. Ruff. Fest. Agenoreo color hinc mentivier ostro.

Tenarus mōs Laconia. Aegidius Maserius, Commendent ostrum Tenarus, atque Tyros.

Chalcedon. Lucan. lib. 9, Pontus et ostriferam dirimat Chalcedona cursu.

Oleo, et Oliuis.

Venafrum Campanie oppidum precipuam olei laudem meruit. Martialis lib. 13. Hoc tibi Campani sudavit bacca Venasfri Vnguentum. Horat. Pressa Venasfrane quod baccarem: sit Oliua. Plinius: Et uulgo (inquit) principatum hoc bono obtinuit Italia toto orbe, maxime agro Venasfrano.

Picenum regio Italia. Mart. Si mihi Picena turous palleret oliua. Oliuam Picenam commendat Plinius.

Sicyon urbs Achaie. Ouid. in Ibiu: Aut ut oliuifera quondam Sicyone profecto.

Trebis seu Trebula urbs Italia (quae prius Nitifca dicebatur) etiam claruit oliuis. Verg. lib. 7. Eretit manus omnis, Oliuiferaeque Nitifca.

Peparethos insula. Ouid. lib. 7. Meta-

mor. Et Glaros, nitidaque; serax Peparethos oliuae.

Ager Sabinorum. Ouid. lib. 3. Fast. Priamus oliuiferis Roma deductus ab aruis.

Eurotas fluiuis Laconia. Statius lib. 4. Theb. Thygeti; phalanx, et oliuiferi Eurotae Dura manus.

Licabefos mons Attica. Stat. lib. 12. Parnesque benignus Vitibus, et pingui melior Licabefos oliua.

Betis Hispaniae fluiuis. Martialis, Betis oliuifera crimem redimite corona. Plinius, Glareosum oleis solum apertissimum in Venasfrano, pinguisimum Betica. Idem, Betica quidem messes uberrimas inter oleas metit.

Paropotamia, proxima Tygri regio, non palmetis modo, uerum et oleo, pomis; et alijs arbutis nobilis est.

Oliuis etiam abundare Fortunatas insulas, ostendit Horat. dicens: Germinat et nunquam fallentis termes oliuae.

Taburnus mons Campaniae. Verg. Iuuat smara Baccho conferere, atque olea magnum uestire Taburnum.

Ouis.

In Velitris Volscorum oppido, fuit ouorum ingens abundantia. Mart. Iam Latij Romam caput, ouiferasque Velitras.

Pygmaeorum casus luto, pennis; et ouorum putaminibus construi, scribit Plinius lib. 7.

Ooniae eodem teste insulae sunt Ponti, in quibus ouis auium et auentis uiuunt incolae.

Ouibus.

Galefus Calabriae flumen, ouium multitudinem quondam fertur habuisse. Horat. lib. 2. Carminum, Dulce pellitis ouibus Galefi flumen.

Canusium urbs est Appuliae, in qua lanæ

lanæ erant rutili coloris. Iuuenalis Sat. 6. Pastores, et ouem Canusinam, ulmosque Falernas.

Gallia. Horatius: Nec pinguis Gallicis crescunt uellera pasuis.

Calabria, et Appulia. Colum. libro 8. Generis eximij Calabrias, Appulasque, milites nostri existimabant, earumque optimas Tarentinas. Nunc Gallicae preciosiores habentur, earum precipuae Altimates.

Altimum autem oppidum est in palude positum, similem Rauennae situm habens. Martialis: Velleribus primis Appulia prima, secundis Nobilis Altimum, tertia laudat ouis. Plinius: Lana autem laudatissima Appula, et quae in Italia Graeci pecoris appellatur, alibi Italica. Tertium locum Milesiae oues obtinent. Appulae breues uillo, nec nisi penulis celebres. Circa Canusium, Tarentumque summam nobilitatem habent.

Tibareni populi Trapezoti imminentes, Chalybibus uicini, ouium praestantissimi cultores. Priscianus seu Rhemnius in Dionysij Geographia: Hic pecorum est diues nimirum gens Tibarenium. Hanc prope sunt Chalybes durissima regna colentes, Quos labor exercet saeuus, ferrique metalla.

Aegyptus adeo herbis exuberat, autore Diodoro Siculo, ut oues bis anno ibidem pariant, bisque praebent lanam.

Herodotus ait in Arabia esse oues caudatium cubitorum, quam per humum trahunt.

Sunt et minutissimae oues in Chio pabuli inopia, quarum tamen lacte caseus conficitur laudatissimus. ibidem agnoscuntur a partumatre pastoremque agnoscunt, et circa petulca lasciuia subsiliunt.

Ornis.

Pelion mons Thessaliae. Val. Flac. lib. 1. Argon. Quantum Pelicam in uertice uicinat ornos.

Odoribus.

Arabia propter uarias herbas, frutesque aromaticos, tota est odorifera. Stat. lib. 1. Syl. Odoriferis Arabum quod doctus in aruis. Tibullus: - Vrat odoros, Quos tener est terra diuitem mittit Arabs.

Saba. Colum. lib. 11. Coelitis templisque Sabaeum miscet odorem. Stat. li. 2. Syl. Odoriferos exhaustit flamma Sabaeos. Plinius scribit, Sabaeos ditissimos sylvarum fertilitate odorifera.

Persis. Syllius lib. 15. Altera Achamenium spirabat uertice odorem. Ad hoc aliusit Horatius: Persicos odi puer apparatus.

Assyria. Catullus: Fragrantem Assyrio uenit odore domum.

Panchaia, et Idaspes. Claudianus: Quicquid thuriferis spirat Panchaia syluis, Quicquid odoratus longe blanditur Idaspes.

India. Syllius libro 17. Qualis odoratis descendit Liber ab Indis.

Armenij. Tibullus lib. 1. lactat odoratos uota per Armenios.

Oraculis.

Apud Delphos, oppidum Phocidis, dabatur Apollinis oracula. Plinius: Subeunt in hac reputatione Delphica oracula, uelut ad castigandam hominum uanitatem a deo missa.

Ostreis.

Ostrea, seu Ostreae appellatur aquatiles conche, quarum olim usus erat in delicijs. Optime fuerunt in lacu Lucrino. Marina. Ebria Batano ueni modo cocha Lucrino.

Horatius: Non me Lucrini iuuerint conchylia. Sergius Orata (qui primus ostrearum piscinas habuit) optimum saporē Lucrini adiudicauit.

Gerarda sca stagnum est agri Volaterrani, optimis ostreis refertum.

Baia. Adrianus Cardin. Baiana ostrea, murices, luposq̄.

Circei. Horat. Ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini.

Abydos. Mantuanus: Unus, & ostriferam Sesto qui iunxit Abydon.

Oppidis.

Alexandri Magni comites in eo tractu Indiae, quem subegerat, scripserunt quinque millia oppidorum fuisse, Indiamq̄ tertiam partem esse terrarum omnium, & multitudinem gentium innumeram probabili ratione. Indi enim prope gentium soli nunquam emigrare suis finibus.

Betica olim habuit oppida 175.

Oleribus.

Syria in hortis operosissima oleribus abundauit. Vnde natum Adagium, Multa Syrorum olera.

Onagris.

Onagri syluestres asini praecipui sunt in Phrygia & Lycaonia.

Sunt & in Mauritania cursu pernices, citoq̄ desistentes, quos anhelos uenatores propterea facile capiunt.

In India reperiuntur agrestes, equi magnitudine, capite penē rubenti, oculis caeruleis, uno in fronte cornu.

Onocrotalis.

Onocrotalos aues, olerum similitudinem habentes, Gallia Septentrionalis, Oceano proxima mittit.

Onychite.

Onychitem gemmam in Arabia mon-

tibus, nec usquam alibi nasci, ueteres putauerunt.

Alijs rebus.

Othonem et Oenanthem herbas habet Syria. Opalos gemmas, India. Ocrum pigmentum Topazonos insula. Obsiditarum lapidem, Aethiopia. Oryges seras, Africa. Origanum herbam, Bœotia.

PICE.

Plinius: Asia picem indicam maxime probat. Graecia Piericam, Naryciam. Verg. lib. 2. Georg. dicens: Et iuuat undantem buxo spectare Cytorum, Naryciaq̄ picis lucos. Est autem Narycia, seu Narycium oppidum Volscorum. Colu. lib. 11, Sobolem dabit illa capax Naryciae picis, aut Actae mellis Himetti.

Est & circa Idam in Troade pice pluri. Verg. lib. 3. Georg. Idemq̄ pices, & pingues unguine caras.

Illyrium, seu Illyria Epyri regio, Italiae propinqua, pice quoque abundat. Iouidius: Nigrior illyrica cui, pice sanguis erat.

Theopompus apud Plinium testis est, in Apolloniatarum agro picem fossilem non deteriorem Macedonica inueniri.

Piceis arboribus.

Picea arbor frequens est in Pado: unde impositum fluuii nomē. Pades enim Picea Gallicae uocantur, inquit Plinius.

Palmis.

Apud Hessesos populos urbs est Eggeda nomine, fertilitate & nemoribus palmetorum nobilis.

Aegyptus. Plinius: Palma (inquit) quae fert Myrobalanum, probatissima est in Aegypto. Quintianus: Inuenta mensis palma mox Aegyptia.

Idu-

Idume provincia Syriae palmis luxuriat. Lucanus: Et arbusco palmarum diues Idume. Verg. lib. 3. Georg. Primum Idumaeas referam ibi Mantua palmas.

Hiericus oppidum est Idumaeae, in cuius agro Strabo ait palmetum esse centum stadiorum. Plinius Hiericentem palmetis consistam, et fontibus irriguam uocat. Idem: Sed ut copia (inquit) ibi atq̄ fertilitas, ita nobilitas in Iudaea: nec in tota, sed Hiericunte maxime.

In Babylonia per omnem regionem palme sunt sua sponte nascentes, pleraq̄ fructiferae.

Arabia. Ouid. lib. 10. Palmiferos Arabes, Panchaiaq̄ rura relinquant.

Pharos Aegypti insula. Oui. li. 2. Eleg. Quae colis & Memphim, palmiferamq̄ Pharon.

Selmis urbs iuxta Lilybeum. Syllius: Audax Hybla sauis, palmis quoq̄ onusta Selmis. Verg. lib. 3. Aen. Teq̄ datis linguo uentis palmosa Selmis.

Plinius scribit Iudaeam esse inclytam palmis.

Est & in Lyguria castrum S. Romuli palmis nobilibus refertum.

Canaria una ex Fortunatis insulis abundat palmetis, cariotas, id est, palmarum fructus ferentibus. Martialis: Nota cariotides theatri. Statius: Praegrandes cariotides cadebant.

Tylos insula maris Persici, palmis, oleis, uites, ficos, & uaria pomorum genera profert.

Thebae Aegyptiae palmis itidem foecunda fuerunt. Statius: Seu quae palmiferae mittunt uenalia Thebae.

Pomis.

Tybur oppidum non procul Roma, po-

mis abundauit. Colu. lib. 11. Et turris lacus, & pomosi Tyburis arua.

Phaeacum regio tanta pomorum ubertate claruit, ut praematuris fructibus noui statim succederent. His autem praesuit Alcinous. Stat. lib. 2. Syl. Quid bifera Alcinoidem pomaria, nosq̄; Qui nunquam uas cui proditis in aera rami Iuuenalis Sat. 5. Illa iubebit Poma dari, quorum solo pascaris odore: Qualia perpetuus Phaeacum Autumnus habebat.

Anio fluuius Tyburi propinquus, etiam pomis abundat. Propert. Ramosis Anio qua pomifer incubat aruis.

Phalisci Volscorum populi, etiam abundant pomis. Ouid. lib. 3. Eleg. Quum mihi pomiferis coniunx foret orta Phaliscis.

Asparges Indiae populos, uitis, lauri, buxi, pomorumq̄ omnium in Graecia nascentium fertiles scribit Plinius.

Omnes Fortunatae insulae copia pomorum & auium omnium generis abundant.

Plumbo.

Micis insula candidam generat plumbum. Plinius lib. 4. cap. 16. Timaeus historicus a Britannia introrsus sex dierum navigatione abesse dicit insulam Micim, in qua candidum plumbum proueniat.

Ex Caesiteride insula, ait Plinius libro 7. capite 56. plumbum primus apportauit Midacritus.

Cantabria nigro abundat plumbo.

Pantheris.

Hyrcania Scythiae pars Pantheris, Pardis, & Tygribus abundat.

Pinis.

Atlas mons. Ausonius: Nec pinifer Atlas Amphitryoniadem puerum.

Ida. Stat. libro 3. Syl. Pergame pinifera multo preciosior Ida.

Lycæus mons Arcadiæ. Statius lib. 7. Theb. Nec sua pinigero magis adnatet umbra Lycæo.

Simois fluius Phrygiæ. Stat. lib. 12. Pinigeri rapitur Simoentis ad amnem.

Mænalis. Verg. Pinifer illum etiam sola sub rupe iacentem Mænalis, et gelidi fleuerunt saxa Lycæi.

Ossa mons Thessaliæ. Lucan. Quætus Piniferæ Boreas quum Thracius Ossa Rupibus incubuit.

Othrys. Valerius Flac. Bernasi lateant inga, cesserit Othrys Piniger.

Portis.

Aegyptiæ Thebæ centum portis nobiles fuerunt. Iuuenalis: Ecce uestus Thebæ centum iacet obruta portis. Plinius: Et Diospolis magna, eadem Thebæ, portarum centum nobilis.

Piscibus.

Aulis urbs, seu portus Bœotia, piscibus abundat. Ouid. libro 12. Bœotiaque tellus Aulide piscosa puppes tenuisset ituras.

Benacus lacus. Petrarca: Carmine piscoso referes accepta Benaco. Vbi primam corripuit, quæ a Vergilio producitur.

Gnydos Lyciæ ciuitas. Ouid. libro 10. Piscosamque Gnydon, grauidamque Amathunta metallis.

Multa sunt in Nilo piscium genera, inter quos numerantur Lepidothus, Coracinus, Porcius, Phagonus, Silurus, Citharus, Alofa. Ex testaceis Dilichius, Phiscus, Bofites.

Tanta est in Thule insula piscium multitudo, ut ligni loco comburantur ab incolis.

Gedrosi Indiae populi (qui Arhim amnem incolant) fores in domibus maxillis piscium et belluarum faciunt, et osibus

testa contignant.

Populis arboribus.

Sperchius fluius Thessaliæ. Ouid. libro 1. Meta. Populifer Sperchius, et irrequietus Nipeus.

Padus. Ouid. lib. 2. Eleg. Frigidus Eurotas, populiferque Padus.

Populus nigra, efficacissimas habet Creta insula.

Papyro.

In Lacunis Nili nascitur iunci, ex quorum tenuissimis fissuris contextuntur chartæ et uela, et uestes et stragulae. Est autem Papyrus frutex nascens in paludibus Aegypti, aut quiescentibus aquis Nili. Papyrus ostendit primus in Aegypto Alexander. De Papyro, Lucanus: Non dum flumina Memphis contexere Biblos Coepit. Ouid. lib. 15. Perque Papyri ferri septemflua flumina Nili. Martialis: Perdite Nilicas Musæ mea damna papyros. Plin. lib. 13. Papyrus (inquit) nascitur in paludibus Aegypti, aut quiescentibus Nili aquis, ubi euagata stagnant, duo cubita non excedente altitudine gurgitum. Et paulo post: Nuper et in Euphrate nascens circa Babylonem Papyrus intellectum est eundem habere usum chartæ.

Prunis.

Damascus urbs Syriæ optimis abundat prunis, quæ Damascena uocantur. Columel. lib. 11. Armeniisque et Cereolis, prunisque Damasci. Plinius lib. 15. In peregrinis arboribus dicta sunt Damascena, a Syria Damasco cognominata.

Pyris.

Plinius ait. Crustumina Pyra cunctis esse gratissima.

Abundant et Pyris Calabri, quæ conseruerunt hospitibus apponere. Horat. Non

quo

quo more Pyris uesci Calaber iubet hospes. Hinc adagiū, Calabri hospitis Xenia. Crustuminis proxima sunt Falerna, a potu: quoniam tanta uis succi abundat.

Porris.

Aricia urbs Italiae porris abundat. Martialis: Mittit præcipuos nemoralis Aricia porros.

Tarentum. Idem Martialis. Fila Tarentini graui terredolentia porri.

Plinius ait, laudatissimum porrum esse in Aegypto, mox Orchidæ, atque Ariciæ.

Phasianis.

Phasianis a Phaside Colchorum fluuii dicuntur, quod ibi sint frequentes. Lactantius, Cernitur et mixtam Phasidis inter auem. Martialis. lib. 13. Argiua prima sum deportata carina, Antè mihi notum nisi Phasis erat.

Paludibus.

Nilus. Stat. lib. 3. Syl. Vnde paludosi fecunda licentia Nili.

Rauenna. Syl. lib. 8. Lenta paludose proscindunt signa Rauennæ.

Sicambri populi Germaniæ Rheno proximi, in paludibus habitant. Propertius, Ille paludosos memoret seruire Sicambros.

Portentis.

Nilus. Stroz. fil. Et portentiferi nosset uada noxia Nili.

Pruinis.

Scythia, Riphæi, Caucasus, Strymon fluuius Thraciæ, perpetuis rigent pruinis. Vergilius libro 4. Georgicorum, Aruaque Riphæis nunquam uiduata pruinis. Claudianus, Caucasas captiuam bibunt armenta pruinas.

Pharetris.

Creta. Vergilius libro 3. Georgic. Ar-

maque, Amyclæumque Canem, Cressamque Pharetram.

Gnosos et Gortyna urbes Cretæ. Lucanus 3. Creta uetus populis, Gnososque agitare pharetras Doctæ, nec Eois peior Gortyna sagittis.

Cydon urbs Cretæ. Ouid. lib. 8. Metam. Armaque, equosque, habitusque Cydonæaque pharetras.

Lycia. Statius lib. 6. Theb. Cætera pars Lycijs gaudet contenta pharetris.

Media. Marullus, Non tot spicula Medici pharetris.

Purpura.

In Melibœa, urbe Thessaliæ, claruit usus purpuræ. Vergil. lib. 5. Aeneid. Purpura Mæandro duplici Melibœa cucurrit.

Plinius ait, in Laconia purpuram optimam fieri consueuisse. Horatius, Nec Laconicas mihi Trahunt honestæ purpuræ clientes.

Bombycinam uestem texere Pamphila Platis filia in Co insula prima docuit. Martialis, Nec Coæ referunt iam tibi purpuræ.

Tyros. Tibullus, Illi selectos carent præbere colores, Africa puniceum, purpureumque Tyros. Idem, Vellera det succis bis madefacta Tyros.

Sidon et Ancon. Syllius libro octauo, Stat fucare colus, nec Sidone uilior Ancon.

Plinius de Carthagine loquens: Nunc omnis (inquit) nobilitas conchylio, atque purpura constat.

Purpuras pisces habent Sigæum et Leclum Idæ promontoria.

Placentis.

Picentes panem laudant, quem conficiunt ex alicæ materia macerata. Hic ob du-

xx riciam

riciam frangi non poterat, nisi lacte, mul-
sae mollitus. Marialis, Picentis Ceres ni-
ueo sic neclare crescit, Vt leuis accepta
spongia turget aqua. Pamphil. Non Alicæ
panes, non quas ubi terra placentis Pi-
centina dedit.

Pyramidibus.

Pyramides lapideæ fuerunt structuræ
in Aegypto, quas reges sumptu maximo
erigebat, aut in ostentationem diuitiarum,
aut in usum sepulture, aut ad excitandum
populi torporem. Earum una trecentis
sexaginta millibus hominum, uiginti an-
norum spacio cõstructa fertur, tanta qui-
dem rerum prodigientia, ut in raphanos, al-
lium & capas (quibus operarij uesciban-
tur) 1800. talenta erogata sint. Mar-
tialis, Barbara Pyramidum sileat miracu-
la Memphis.

Procellis.

Syrtis, Carybdis, Scylla, Maleæ, Ca-
phareus, marina dicuntur pericula, pro-
cellis frequentibus agitata. Pamphilus,
Perque procellas Syrtis, per saxa Ma-
leæ, Per mare, quod rapido uoruce Scyl-
la trahit.

Pectines pisces sunt lati, quibus abun-
dat Tarentum. Horatius, Pectinibus pau-
lis iactat se molle Tarentum. Plinius ait,
laudatissimos esse pectines Mitylenis, in
Aegypto pectunculos.

Pecore.

Phyllos, regio Arcadiæ. Stadius lib. 4.
Theb. Aptior armëtis Mydea, pecorosaq;
Phyllos.

Tartari populi, quum frugibus careat,
pecore tamen abundant. Et quoniam a-
quarum sunt pauperes, equinum sangui-
nem bibunt.

Sclauu regionem habitât adeo stracem,

ut hic in anno grauidas habeant pecudes,
quæ quater condentur.

Volaterranus ait, Pannoniam pecori-
bus & uinibus abundare, sed olei paupe-
rem esse.

Orchomenes urbs Arcadiæ, Polyme-
los à pecoris copia nomen meruit.

Angli pecore abundant, lanisq; mollis-
simis, quoquouersus exportatis. Viuaria
animalium ad tria millia in tota insula cen-
suntur, inquit Volaterranus.

Pabulis.

Morauia sterilitatem olei & uini, pa-
bulorum, frumenti, pecorisq; copia abund-
de pensat.

Eri hrea insula Hispaniæ tantæ est fec-
cunditatis, ut oporteat pecudes pabuli co-
pia, excreatione sanguinis purgari. Cuius
rei causa ea finguntur, quæ de Geryonit ar-
mentis dicuntur.

Plinius ait, nihil esse laudatius Germa-
niæ pabulis.

Pernis.

Perna pisces de genere concharum, fre-
quentes sunt circa Pontias insulas.

Psymmythio.

Psymmythium, seu Cerussam parit Rho-
dos insula.

Pumices dicuntur lapides erosi ame-
ne, leuigandis corporibus aptissimi. Lau-
dantur in Melo, Scyro, & Aeolijs in-
sulis. Reperiuntur & in Sicilia nigri co-
loris.

Persicis.

Persica dicuntur à Perside regione his
abundante. Habet Aegyptum Persicum ar-
borem similem pyro.

Paliuro.

Paliuro arbori Cyrenaica regio suam
postponit Loton.

Blifana.

Pisana.

Pisana potioni (cuius liquidibus Hip-
pocrates uolumen unum dicauit) boni-
tas præcipua Uticensi, in Aegypto fit ex
hordeo.

Panico.

Panico cibo præcipue uititur Aquita-
nia Ponticæ gentes nullum panico præfe-
runt cibum.

Portu.

Aulis urbs Bœotie portū habuit quin-
gentarum nauium capacem.

Strabo ait, Anthedonem Bœotie ur-
bem portuosam esse.

Munychia urbs Atticæ habuit statio-
nem 400. nauium capacem.

De Lycia Seneca in The. Tutamq; cre-
bris portibus Lyciam uidet.

Pardis.

Pardos in Africa, Syriaq; esse creberri-
mos, ait Plinius. Capiuntur & in regione
Mauritanicæ. Sunt & in Caria ac Libya
prælongi admodū, animo imbelles, saltu a-
giles, pelle adeo dura, ut ferro non cedat.

Pristibus.

Pristes pisces sunt in mari Indico 200.
cubitorem.

Platanistis.

In Gange reperiuntur Platanistæ pisces
quindecim cubitorem.

Phœnice.

Phœnicem auem annis 690. uiuentem
sola fert Arabia. Claudianus, Hæc fortuna-
tus nimium Titanius ales Regna colit, So-
lusq; plaga defensus iniqua Possidet in-
tas agris animalibus oras.

Palumbibus.

In agrum Volaterranum palumbes
quotannis aduolant e mari.

Psyttacis.

India psyttacum mittit, auem humanæ
uocis docilem. Claudianus, Et si qua lo-
quendi Gnara, coloratis uiridis defertur
ab Indis. Nunc etiam aduehuntur ex Lu-
sitania, insulisq; Aethiopicis.

Phaleridibus.

Phalerides aues habet Parthorum Se-
leucia. Aquaticarum laudatissima Asia.

Phalacrocoraces aues Balearium insu-
larum sunt peculiare.

Pellibus.

Ex Tana Venetorum castello exportan-
tur pelles & mancipia, quæ Sarmatæ mer-
cantur, uocantq; Carcasos.

Panibus.

In Scolo Bœotie uico laudatissimi fie-
bant panes.

Pelamidibus.

Pelamidum piscium copiam habent A-
lyzones populi. Strabo ait, etiam reperiri
in angustijs Byzantijs.

Peloridaibus.

Peloridae pisces dicuntur à Peloro pro-
montorio, ubi scatent.

Peponibus.

In Campania pepones optimi sponte
proueniunt.

Petroselino.

Optimum petroselinum ueniebat quon-
dam ex Macedonia.

Pœphagis.

Habet India pœphagum animal duplo
magnitudinem equi excedens.

Perdicibus.

Theophrastus dixit, perdices esse Pa-
phlagonia duplici corde.

Palæstra.

Fuerunt Spartani clarissimi pugiles, et
palæstritæ. Propertius, Multa tue Sparte
miramur iura palæstræ.

XX = Alijs

Alijs rebus.

Parthenium pigmentum habet Aegyptus.

Purpurissam colorem India.

Panacem herbam Clitoris mons.

Panacem unguentum Arabia.

Philogimon gemmam, Porphyritem lapidem, Perseam arborem Aegyptus.

Phatagam animal, Porphyrum serpentem India.

Parnopum auem, Galatia.

Pardialim & Perseum pisces Mare rubrum.

Populo & diuersis rebus abundat Parthistorum Lutetia.

Quercubus.

Chaonia pars Epyri, glandibus abundat, & Quercubus. Ouidius libro decimo, Umbra loca uenit, non Chaonis absuit arbor.

Dodona sylua Epyri. Val. Flac. lib. 2. Argon. Dodonida quercum Ingredior. Syll. lib. 3. Implet fauidico Dodonida mune re quercum.

Ossa mens Thessaliae. Val. Flac. Fleuit ubi Ossa captaret munera quercus.

Racemis.

Aecubum oppidum in sinu Caietano terras habet optimi uini feraces. Horatius, Aecubum, & praelo domitam Caleno Tu bibis uenam.

Tmolus mons Lydiae. Ouidius lib. 4. de Ponto, Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos, Quot Sicyon baccas, quot parit Hybla fauos.

Methymna, Ouidius, Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.

Rhombis.

Adria seu mare Adriaticum. Iuuenalis

Sat. 4. Incidit Adriaci spaciū admirabile Rhombi.

Rhombitem Ptolemaeus ait esse fluiuium post Maotidem à Rhomborum frequentia nominatum.

Plinius ait, Rhombum Rauennae esse laudatissimum.

Rosis.

Præstum oppidum in Lucania bis in anno fructus quosdam, & in his rosas parit. Vergilius lib. 4. Georg. Biferiq; rosaria Pesti. Idem de Rosa, Vidi Pæstano gaudere rosaria cultu.

Pangæum quoque montem rosis ferat, cem esse docet Plinius libro uigesimo primo, capite quarto.

Abundat & Campania optimis rosis, quibus præcipua dignatio. His Plinius addit Prænestinam & Milesiam: est etiam Cyrenis odoratissima rosa.

Resina.

Resina humor est fluens ab arboribus, etiam in eisdem residens. Plautus Aegyptiam probat, in Mercatore dicens: Resinam ex melle Aegyptiam uorato saluum feceris.

Raphanis.

Raphanus herba est seu radix comestibilis, tam frequens & nobilis apud Delphos, ut ex auro diceretur, Beta ex argento, Rapum ex plumbo. Aequat in Germania infantum puerorum magnitudinem. In Aegypto Raphani sparguntur nitro, ubi sunt saauitate præcipui.

Laciade quoque populi Atticae raphanorum habent copiam. Apud eos mortis erat, ut qui fuisset in adulterio deprehensus, ignominiosas poenas daret, in pacis impudendam corporis partem raphanis, qui ibidem crescant mira magnitudine.

Rapis.

Rapis.

Plinius libro 18. dat palmam rapis, in Nursino agro nascentibus.

Reseda.

Resedam herbam, collectiones inflammationesque deculentem, habet Ariminum magno prouentum.

Riuus.

Methone urbs riuus abundat. Seneca in Troade: An frequens riuus leuibus Methone?

Serpentibus.

Ophiusa insula dista est à multitudine serpentum. Ophis enim Graecè serpentem significat. Vnde Ophiogenæ populi in Helleponto, qui serpentum ictus tactu leuant, & imposita manu, corporis uena extrahunt.

Mauritania. Horatius: Nec Mauris animo mitior angubus.

Libya. Syllius: Terga damus, Libycisque parem non esse fatemur Angubus Ausoniam.

Africa. Horat. lib. 2. Ser. Canidia afflasset peior serpentibus Afris.

Simueffa urbs Campaniae. Ouidius libro 15. Vulturinus, niueisq; frequens Simueffa colubris.

Cinyphis flu. est Libyae inter duas Syrtes, capris & serpentibus abundans. Pampylus: Affer Cinyphij caput colubri.

Candei populi Orientales serpentibus uescuntur. Vnde & Ophiophagi uocantur. Neque est alia regio earum fertiliore: auctore Plinio.

In India serpentes in tantam adolefcunt magnitudinem, ut solidos hauriant ceruos, taurosque.

Tanti sunt & apud Rhindacum amnem in Ponto, ut superuolantes, quamuis

altè perniciterque, alites haustu raptas abforbeant.

Constat apud Bragadā fluiuium serpentem centum et uiginti pedum longitudinis à Regulo interfictum. Quod est argumentum, maximos ibidem nasci.

Sulphure.

Nascitur (inquit Plinius) sulphur in insulis Aeolijs, inter Siciliam & Italiam. Sed nobilissimum in Melo insula. In Italia quoque inuenitur in Neapolitano Campanoque agro, & collibus, qui uocantur Leucogabi. Volaterranus ait, nunc fissile sulphur esse in agro Volaterrano. Nar quoque fluiuius aquas habet Sulphureas. Ausonius: Fluminibusque Italjs præpollens sulphureus Nar.

Segetibus.

Apud Cinyphem Libyae fluiui magna est frugum copia. Vnde Oui. Cinyphiae segetis citius numerabis aristas.

Multis testimonijs constat Libyam & Africam segetibus abundare. Mantuanus in Syluis: Vbi Libycae segetes, ubi Gnostia Vina. Ouid. libro 4. de Ponto: Africa quot segetes, quot Tmolia terra racemos. Ab hac rerum copia, Cererem Argi Libyffam uocant. auctore Festo.

Gargarus mons Phrygiae. Ouidius: Gargara quot segetes, quot habet Methymna racemos.

Scaris piscibus.

Scaros pisces habet Carpathium mare. Horat. Non me Lucrima iuuerint conchyliis, Magisue Rhombus, aut Scari: Si quos Eois innotata fluctibus Hyems ad hoc uertat mare. Eois fluctibus dixit, id est, Orientalibus, propter mare Carpathium. Hunc piscem Optatus Helipertius præfectus classis sub Claudio principe, à Carpathio ad-

uexit. Numeratur autem inter cibos electi-
les. Varro apud Gellium testis est, Scaros
Cilices omnium esse prestantissimos.

Sagittis.

Sequentia loca incolae habuerunt peri-
tissimos sagittarū. Creta. Verg. in Cyri. At-
tica Creta sternebat rura sagitta.

Lycia. Ver. lib. 8. Ille mihi insignē p̄ta
retram Lyciasq; sagittas Discedens, phare-
tramq; auro dedit intertextam.

Cydon urbs Creta. Stat. lib. 7 Theb. Cy-
doneas anteibant gesta sagittas.

Gortyna. Luca. li. 6. Dicta ea procul ec-
ce manu Gortynis arundo. Idem: Nec Eois
peior Gortyna sagittis.

Diæ. Syllius libro 13. Dicta ea per auras
Tranat, & in medium perlabitur urbis
arundo.

Parthia. Mantuanus in Alphonso: Nec
Parthica tanto Agmine per coeli nubem se-
sun lit arundo. Hic ratione Caullus Par-
thos uocat Sagittiferos.

Erihra seu Erihræ. Sidonius: Fortē
sagittiferas Euam populatus Erihras. De
Orientalibus populis Valerius Flaccus li-
bro 5. Quos neq; Iber, neq; tuta suis auro-
ra sagittis Sustinet. Per auroram intelligit
Orientales.

Sarissis.

Sarissæ dicuntur hæstæ Macedonum.
Ouid. lib. 12. Qui clypeo gladioq; Macedo-
niq; Sarissæ. Lucan. li. 8. Primi Pelleas ar-
eu fregere Sarissas.

Smaragdis.

Smaragdo gemma uiridi, & oculorum
aciem recreante abundant Erihra, & Scy-
thia. Claudian. Inter Erihræos surgentia
colla Smaragdos.

Reperitur etiam in India, & Cypri-
si fodinis. Plinius ait Aegyptiorum, Scythi-

corumq; Smiraglorum tantam esse duri-
ciem, ut nequeant uulnerari. Ait & Scythi
eos omnium esse nobilissimos.

Sistris.

Sistrum tinnulum est instrumentum ab
Aegyptijs repletum, quo utebantur in sa-
cris Isis, unde Sistrati Aegyptij dicuntur.
Martialis: Minigeri fugiunt calui, sistrata-
que turba. Ouidius libro 3 Eleg. Quid
nunc sacra iuuant, quid nunc Aegyptia pro-
sunt Sistra.

Saccaro.

Saccarum dicitur mel in arundinib. col-
lectum instar gummi candidum, & denti-
bus fragile. Saccarum autem fert Arabia,
sed laudatius India.

Stanno.

Casiterides decem sunt in sula in Hispa-
nia, ex quibus effoditur Stannum, quod
Casiterum appellatur. Dio torus ait, ue-
nam stanni esse in Britannia, iuxta Hste-
num promontorium, quod nunc Cornu-
biam uocant.

Saxis.

Mantuanus Apeninum saxosum, Pam-
philus Ceraunia scopulosa, Calentius Pe-
lion lapidosum uocant, quod ea loca saxis
abundent.

De Eryce monte Sicilia, Seneca in
Medea: Quæcunque generat inuisis sa-
xis Eryx.

Stamine.

Pergamus Attali regia, Memphis &
Babylon urbes ingeniose fuerunt in texen-
dis staminibus. Politianus in Rust. Textile
nec tenero sub tegmine fulgurat aurum,
Spirantes referent uultus, quæ Pergamos
olim Artifici descripsit acu, quæ stamina
Memphis, Quæ Tyros & Babylon radio
pinxere sonanti.

Sale,

Sale, & Salinis.

Hammanientes Cyrenaicæ regionis po-
puli domos sale montibus suis exciso, ceu
lapide construunt.

Sunt etiam in Saxonia Salinæ uberrimæ,
et argenti fodinæ ab Oihone primo inuētæ.

Alos urbs Achæiæ, à sale ibidem reper-
to meruit nomen.

In Ormeno monte India quum sal erui-
tur, & instar lapidum cæditur, fertur po-
stea renasci mira ubertate.

Apud Cyprū sal ammoniacū dicitur,
quod in arena reperitur.

Bisuntium urbs est Burgundiæ, in cuius
agro duo sunt fontes, alter aquæ dulcis, al-
ter unde sal igne densatum conficiunt, can-
dore præstans, & maximum eius gentis ue-
stigiū.

Tarentini sale abundant candidissimo,
atque fossili, quem Plinius ait esse omnium
suauissimum.

Apud Bactros amnis Ochus, & Taxar-
tes ex appositis montibus deferunt salis ra-
menta.

Sunt & in Africa lacus turbidi salem
ferentes.

in Carris Arabia oppido muros do-
mōsque massis salis faciunt, aqua ferrumi-
nantes.

Salicibus.

Ameria urbs Umbriæ fuit quondam sa-
licibus ferax. Verg. At Amerina parat len-
tæ retmacula uiti.

Setabo.

Setabū genus est lmi sudarijs aptissimi,
& tenuitate præcipui, quo abundat Hispa-
niæ urbs Setabis nomine. Catullus: Nam su-
daria Setaba ex Iberis in ferunt mihi mune-
ri Fabullus & Verannius.

Sparto.

Spartum herba est in Hispania frequēs,

qua optimum etiam conficitur linum. Stra-
bo ait, in Hispania campū esse Spartariū,
à Sparti multitudine nuncupatum.

Scombris.

Scombraria insula est, uel promontor-
ium contra Africam, scombris piscibus ab-
bundans. Unde nomen tractum.

Saliumca.

Saliumcam herbam breuem & foliosam
multæ suauitatis gignit Pannonia, & No-
rica.

Suibus.

Sues in Arcadia adeo saginantur, ut
Plinius scribat, Soricem in corpore cuius-
dam præpinguis nidificasse.

Struthiocamelis.

Struthiocameli aues sunt in Africa, &
Aethiopia, tantæ magnitudinis, ut altitudi-
nem hominis insidentis equo superent, &
& celeritate uincant.

Salmonibus.

Salmo fluuiatilis in Aquitania, præfere-
tur marmo.

Sampfucio.

Sampfucus herba est Mitylenis pluri-
ma, qua optimum conficitur oleum, quod
Sampfucinum dicitur.

Speculis.

Optima specula olim fiebant Brundū-
si, stanno & ære mixtis. autor Plin.

Signis.

Rhodi 73 millia signorum fuisse, Mutia-
nus apud Plinium testis est.

Smopide pigmento.

Sinopis primum inuenta est in Ponto,
Inde nomen à Smope urbe. Nascitur in Ae-
gypto, Balearibus, Africa: sed optima in
Lemno & Cappadocia.

Siliqua.

Siliqua arbor nascitur frequens in Sy-

via Ioniaq; & circa Gnydon, atq; in Rhodo semper comantibus folijs.

Syluis.

Mare rubrum, & totus Orientis Oceanus refertus est syluis.

Tylos quoque insula maris Persici, quæ spectat Orientem.

Subere.

Suber præcipuè nascitur circa Elidem, aut Spartam. Plinij temporibus nascebatur in Italia.

Scirpis.

Mauri mapalia sua tegunt scirpis, tanta eorum multitudine affluunt. His & nauis in Pado uelificant.

Stipulis.

In Leborimo Campaniæ agro tanta est stipularum crassitudo, ut eis ligni uice utantur.

Serpillo.

Plinius lib. 19. ait, montes Thraciæ scaterere serpillis.

Spongijs.

Spongiæ mollissimæ sunt circa Lyciam in Hellesponto aspera, densæ circa Malæam.

Alijs rebus.

Sarcocollam parue arboris lachrymam habet Persis.

Sandaracam pigmentum, Trapazos siue Topazonos rubri maris insula.

Selenitem gemmam Arabia.

Sesamum frugem India.

Syroperdicem auem perdice minore, Antiochia.

Synthicen herbam Bœotia.

Stœchadè herbam odoratam Stœchaides insule.

Syderitem gemmam Arabia.

Silurum piscem Nilus.

Scorpiones Africa.

Terebinthis.

○ Ricos, seu Orithos ciuitas est iuxta Bpyrum, abundant Terebintho arbore, quæ propterea uocatur Orithia. Verg. lib. 10. Inclusum buxo, aut Orithia Terebintho Lucet ebur.

Syria quoq; habet Terebinthum, maxime in Damasco.

Talpis.

Talpis scatet tota Bœotia, præterquam Coronea urbs, ubi nec gignuntur, nec allata uiuunt.

Plinius ait, talpas in Orchomeno cuncta subruere.

Thure.

Sabæa regio Arabiæ, & tota ferme Arabia abundat thure. Plinius: Sabæi Arabum propter thura clarissimi. Val. Flac. lib. 6. Argon. Hac quoq; thuriferos felicia regna Sabæos. Verg. lib. 1. Aen. Centumq; Sabæo Thure calent aræ. Idem: India mittit ebur, molles sua thura Sabæi.

Minæi Arabiæ populi, primi commercium thuris fecere, maximeq; exercent.

Abundat etiam thure Panchaia regio Arabiæ. Lucret. lib. 8. Araq; Panchæos exhalat propter odores.

Thure quoq; nobilis est Libanus, mons Phœniciæ. Ausonius: Florum spirat odor, Libani cœu montis honor thus.

Topazio.

Topazio lapide precioso abundat Topazio insula maris rubri, à quo & nomen sumpsit. Reperitur & in Arabiæ insula, quæ Chytis uocatur.

Testudinibus.

Scribit Plin. in Taprobane insula tantâ plerisq; in locis testudinum reperiri multitudinem, ut earum superficie contegantur habitantium familie.

In

In Carmania angulo sunt Chelonopha gi (inquit Plinius) testudinum superficie castas tegentes, & carne uescentes. Sunt & in Africa plurimæ.

Testudines tantæ magnitudinis habet Indiæ mare, ut singularum superficie habitabiles casæ integantur, atq; inter insulas, rubri præcipuè maris, his nauigēt cymbis.

Troglodytæ cornigeras habet, ut in Lyra annexis cornibus latis, sed mobilibus, quorum in natando remigio se adiuuant.

Tædis.

Tæda arbor, nuptijs quondam sacra, frequens est in Calabria.

Thapsia.

Thapsia ferula syluestris, nomen sumpsit à Thapso insula, in qua abundat.

Tigribus.

Reperiuntur tigres in India apud Prasios populos, magnitudine duplici, quam sit Leo. Iuuenal. Indica Tigris agat rabi- da cum Tigride pacem.

Sunt & frequentes in Hyrcania, & Armenia, quæ propterea Hyrcanæ & Armeniæ dicuntur à poetis. Vergilius, Daphnis & Armenias curru subiungere Tigres instituit.

Dicuntur & Gangetiæ à Gange. Ouidius lib. 6. Met. Nec mora, traxit Ityn, ueluti Gangetica ceruæ Lactentem foetum per syluas Tigris opacæ.

Eadem ratione dicuntur Caucaasæ, à Caucaaso monte Scythiæ. Syllius, Caucaasæam lustrans uirgato corpore Tigrim.

Et Cassiæ à Cassia Scythiæ regione. Claud. Si tu sancta Ceres, & te non Cassia tigris Edidit.

Parthiæ à Parthia. Idem, Quem Parthica tigris uelat.

Prope Niphatem Scythiæ fluium sunt

etiam tigres, Sidon. Aut ut tigriferi pharetrata per arua Niphatis.

Tarandis.

Tarandum animal tauri magnitudine, & pelle uersicolore (qua scuta fiunt) fert Scythia.

Torsionibus.

Torsio piscis est similis Delphino, præterquam rostro. Hunc gignit mare Ponticum.

Thrissis piscibus.

Thrissas in Tyberi flumio laudatissimas reperiri scribit Plinius. Has in Aegypto circa Meroæ stagnum, coloni stibilibus numeris esca uice deceptas expiscantur.

Thynnus.

Strabo ait, thynnos pisces mare magnitudinis in Hispania reperiri, eosq; glande uesci prodiit.

Thricijs.

Thriciæ pisces sunt frequētes in Istro, ex quo quum in mare uenerunt, nunquam postea remeant.

Thymallo.

Thymallum piscem magnitudine cubi, tali gignit Ticinus Italiæ fluius.

Tuberibus.

Tubera poma, seu cibi in magnis olim delicijs fuerunt. Asia nobilissima extiteret circa Lampsacum, et Alopecoesum. Græciæ uerò circa Elidem. Præstant Africana. De his Martialis, Rumpimus alericem tenero de uertice terram Tubera: Boletis poma secunda sumus.

Tela.

Ausonius telam commendat Persicam: ubi ait, Laudet Achæmenias Orientis gloria telas Molle aurum patijs Græciæ texe tuis.

Commendatur Aegypcia ob præcipuam

Yy

lmi

in bonitatem, uel quod multis licij (que polymita dicuntur) tex. re docuerunt. Lucanus lib. 10, Vt uos est Pharijs miscendi liata telis.

Setabis urbs Hispanie tela claruit. Sylbius libro 3, Atq; atrix celsa mitebat Setabis arce. Setabis et telas Arabum spreuisse superbas. Et Pelusiaco filium componere Nilo.

Tauris.

Clitumnus fluuius est Umbrie, cuius aqua pota candidos boues (qui ibidem sunt frequentes) reddidit. Stat. lib. 1. Syl. Aut presentem niueos Clitumna noualia tauros.

Meuania oppidum est Umbria, Clitumno fluuio propinquum. ferax taurorum et armentorum. Lucan. lib. 1, Est qui tauriferis ubi se Meuania campis Explicat.

Taxus.

Taxus arbor est ferax, baccas profrens uenenatas, a quo taxicum uelut taxicum appellatur. Frequens est in Hispania et Corsica. Vnde Vergilius, Sic tua Cyrenas fugiant examina taxos. Plinius ait, Aocadie taxos tam presentis esse ueneni, ut si quis sub ijs dormiat, citumue capiat, statim moriatur.

Tapetibus.

Alexandria et Assyria tapetibus claruerunt, qui inde Assyrij et Alexandrim uocantur. Statius libro 2. Thebat. Fuderat Assyrijs extimcta tapetibus alto Membra thoro.

Thermis.

Baie ciuitas est Campanie, in cuius agro calide sunt aque ad uoluptatem, et varios morbos aptissimae. Vade et thermis Baiana celebratae sunt.

Tragoni et Trogete.

Tragonis, seu Rbagion, herba nascitur

in Creta tantum insula in maritimis, sunt, pero similis, et semine, et folio, et ramis. Trogetes arbor nascitur in inferiore Cyrenaica parte.

Thymo.

Thymus, seu Thymum, herba est apibus gratissima, qua abundant Hybla et Hymetius. Vergil. in Bucol. Nerime Galatea, thymo mihi dulcior Hyble. Martial. lib. 5, Hyblais madales thymis placentas.

Tritico.

Plinius ait, Byzantium Africae campum centenos quinquagenos tritici modios reddere, atq; missa Augusto ex uno grano quadringenta paucis minus germina, et 349 stipulas Neroni ex uno grano.

Cum centesimo quidem et Leontini Siciliae campis fundunt. Sunt in primis feraces in tota Betica et Aegyptus.

Tribulis.

Thracia tantum habet tribulorum copiam, ut eorum folijs equos saginant, qui ad Strymona habitant.

Tragelaphis.

Tragelaphi animalis iuxta Phasim Colchorum amnem, nec alibi nascuntur.

Turdis.

Idem ait, turdos frequentes in Germania cerni, maxime hyemis tempore.

Vasis.

Abet Samos insula sigulinum lutum, conficiendis uasis (que in esculentis laudantur) aptissimum. Vnde Tibullus libro secundo, At tibi leta trahant Samia conuinia teste.

Cume quoq; ciuitas Campanie uasis olim terreis gloriabatur. Idem Tibullus, Fictaq; Cumana lubrica terra rota.

Corinthus urbs Graeciae, prima torumatum, uasorumq; luxuriam commenta est.

est, quae Corinthia propterea dicuntur, eorum amatores Corinthiarum. Suetonius in Augusto, Pater argentarius, ego Corinthiarum. Statius, Aeraq; ab Isthmiacis auro potiora metallis.

Venenis, et herbis uenenatis.

Abundat uenenis, et herbis ueneficis Thessalia. Tibullus lib. 1, Quicquid et herbarum Thessalia terra dedit. Propert. lib. 1, Exhibere est tota toxica Thessalia. Luc. lib. 6, Thessala quinetiam tellus herbisq; nocentes Rupibus ingenuit. Ouidius lib. 3, Nam mea Thessalico languent deuota uel ueno Corpora.

Pontus quoq; ueneficis abundat herbis. Vergil. in Buc. Has herbas, atq; haec Pontomihilecta uenena, Ipse dedit Maeris, nascuntur plurima Ponto.

Colchos et Iberia sunt etiam feraces ueni. Horat. Herbasq; quas Colchos et Iberia Mittit uenenorum ferax.

Scythia. Stat. lib. 4. Theb. Et Scythicis quoties armata uenenis Colchis aget.

Atrax, urbs est Thessaliae, iidem ueneni ferax. Val. Flac. lib. 6. Argon. Quamuis Aibracio Lunam spumare ueneno Sciret.

Citea, fuit urbs ueneficis famosa. Propertius lib. 1, Tunc ego crediderim uobis et sidera et amnes Posse Citeinis ducere carminibus. Vnde et maga Citeis ab eodem uocatur lib. 2. ubi ait, Non hic herba ualet, non hic nocturna Citeis, Non per Medea gramina costa manus.

Phasis fluuius Colchorum. Ouid. Quid te Phasiae iuuerunt gramina terrae

Vellere.

Seres populi sunt orientales, apud quos arbores sunt non folia solum, sed lanam quoque tenuissimam proferentes, ex quarum frondibus canem depestant aqua

persusam, et ex uellere uestimenta conficiunt, quae uocantur Serica. Vergil. lib. 2, Georg. Velleraq; ut folijs depestant tenuis Seres. Propert. lib. 1, Quid releuant uarijs Serica textilibus

Miletus urbs Ionie, lanarum et uellorum praestantia magna quoq; meruit laudem. Martial. Nec Miletus erat uellere dignatus. Horat. lib. 1. Epist. Alter Mileti textam cane peius et angue Vitabit chlamydem. Vergilius lib. 3. Georg. - quamuis Milestia magno Vellera mutantur, Tyriae imitata colores.

Vestibus.

In Pellene Achaiae ciuitate diuersae uestimentorum formae fieri consueverunt. Vestes Pellicae adeo nobiles fuerunt, ut in Ixonis ludis ac certaminibus, uictori Lacerna Pellicae praemij uice daretur.

Vlmis.

Pteleon urbs Thessaliae, nomen habuit ab ulmorum frequentia.

Vitulis.

Sunt qui uelint, Italiam a taurorum, bouum, uitulorumq; multitudine et praestantia nominatam. Graeci enim (inquit Gellius) Italos uocant uitulos.

Vrbibus.

In Creta insula centum fuerunt urbes. Ouidius lib. 6, Fama noui centum Cretaeas forsitan urbes Impleffet monstri. Idem in Epist. Non ego te Crete centum digesta per urbes Afficiam.

Aegyptij regnante Amasi uiginti milia urbium habitauerunt. In Baetianis mille urbes fuerunt, in Italiae septingentae.

Tarracoenfis Hispania continet oppida CCXCIII.

Polybius scribit, trecentas Celtiberorum urbes a Tiberio Graccho expugnatas.

Viarijs.

Viaria animalium (inquit Volaterra-
nus) ad iriam illa in tota Britannia in sula
eernuntur.

Vrtica pisce.

Vrtica piscis adhaerens scopulis frequens
est in Chalcide Euboie.

Vnguentis.

Vnguentum rosaceum optimum est ad
pud Phaselidem, Neapolim, & Capuam:
Crocium in Cilicia & Rhodo. Nardis-
num apud Tarsum. Oenanthinum & Om-
phacinum apud Cyprum. Adramictinum,
Amaran humum, Coum, Melinum, Meto-
pium, Mendesium, in Aegypto. Iridis opti-
mum apud Elidem. Fuit & Agathusa in-
sula unguento nobilis, una earum quae Spor-
rades dicuntur. Item Syria. Propertius li-
bro 2, Quam dabitur Syrio munere plenus
onyx.

Antiquitus lau-latissimum fuit unguen-
tum in Delo insula. Terrarum omnium
accommodatissima unguentis est Aegyptus.
Ab ea Campania est proxima copia rose.
Baithylli populi, Cyprij, Cyziceni, Corin-
thij, unguentis madent.

Vrsis.

In Mysia urfi sunt albi tanto infecti ue-
neno, ut canes uenantes solo afflatu peri-
mant.

Apud Rhoxolanos & Litanos maxi-
mi capiuntur urfi, qui mansueti regibus
sunt in delicijs.

Vris.

Vri animalia sunt magnitudine tauri,
quae in Germania syluis reperiuntur.

Vluis.

Vlula in Borsippa, Assyria ciuitate, mi-
rae magnitudinis, ac cibo expetita inue-
niuntur.

Ventis.

Gonoessa Aetoliae ciuitas, perpetuis
uentis agitur. Seneca in Troade, An carēs
nunquam Gonoessa uento.

Vnionibus.

Vniones gemmae reperiuntur in Gange,
Mantuanus, Vnioq; ingenti candens Gan-
geticus orbe.

Vitro.

Plinius ait, Sidonē uitri officinis quon-
dam fuisse nobilem. Idem lib. 5, Sidonem
uocat uitri artificem.

Vitra fiunt in India è crystallo: & ob
id nullum comparatur Indico.

Vnedonibus.

Iuba apud Plinium testis est, unedones
arbores esse in Arabia quinquagenum cu-
bitorum altitudinem.

Vicis.

Habuit in sula Taprobane uicos 700:
quos pagos dicimus.

Vulturibus.

Vultures non aliorum dicuntur Cau-
caesi, quam quod in Caucaaso abundant.
Vergil. in Bucol. Caucaesaq; refert uolu-
cres furtumq; Promethei. Hinc orta poeta-
rum fabula de Prometheo, quem ibidem ro-
di à uulture fabulantur.

Vluu.

Padusa fluius Ravennae uicinus pluri-
mum habet uluae. Mantuanus, Et uluiparae
tellus uicina Padusae.

Vino & uitibus.

Tmolus mōs Lydiae, Falernus, & Mas-
sicus Campaniae, Aulon Calabriae, optimo
abundant uino. Tmolus: Syll. lib. 7, Atq; ex
illo tempore diues Tmolus. Ouid. lib. 6. Met.
Deseruere sui nymphae uineta Timoli. Fa-
lernus. Varro, Quod sit comparandū Cam-
pano? quod truuū Appulo? quod uinum
Falernod

Falerno: Tibullus: Nunc mihi fumosos uete-
ris proferte Falernos. Massicus: Horati-
us, Est qui nec ueteris pocula Massici. Ver-
gilius lib. 7. Vertunt felicia Baccho Mas-
sica. Aulon: Horatius, Et amicus Aulon Fer-
tilis Baccho minimum: Falernis Inuidet
uiuis. Martialis: Nobilis & lanis, & Bac-
cho fertilis Aulon, Det preciosa tibi uelle-
ra, uina mihi.

Gaurus quoq; mons Campaniae, uinum
habuit laudabile, ut Falernus.

Comendatur & uinū Lesbium. Proper-
tius lib. 1. Lesbicae Meo uina bibas opere. Ho-
rat. Hic innocētis pocula Lesbij Gell. lib. 12)
egrotās gustato uino Rhodio, inquit, Fir-
mum hercle uinum, & iucundum. Degusta-
to inde Lesbio, Vtrumq; inquit, oppido bo-
num, sed suauius Lesbium.

Methymna ciuitas fuit in Lesbio, uini
bonitate nobilis. Verg. lib. 2. Georg. Quam
Methymnae carpit de palmitibus Lesbos. Syl-
lius libro 7. Ac Methymna ferax, Latij
cessere Falernis.

Caecubum oppidum Campaniae com-
mendat etiam uini bonitas. Martialis: Ca-
cuba Fundanis generosa coquuntur ami-
cis. Horatius: Caecubum, & praelo domi-
tam Caleno Tu bibes uuam.

Fuit & in Calero urbe Campaniae ui-
num generosum. Iuuenalis: - Quae molle
Calenum Porrectura uiro miscet sitiente
Rubetam.

Formiae urbs iuxta Caietam, antiqua
Lesbionum sedes, fuit nobilis uino. Ho-
rat. Mea nec Falerna Temperent uites, ne-
que Formiani Pocula colles.

Setina urbs Campaniae superbit etiam
uini bonitate. Mart. lib. 4. Tu Setina qui-
dem si mper, uel Massica ponis.

De Surveno Campaniae oppido, Mar-
tialis: Surrētina bibis, nec Myrrhina pi-
sta, nec aurum Sume, dabunt calices haec tibi
uina suos.

Habuit & praedulces uinas Alba urbs Ita-
liae. Martialis: Hoc de Caesareis mitis uin-
demia cellis Mittit, lulae quae sibi monte
placet.

Fundanum etiam comendatur à Fundis
oppido Campaniae. Martialis. Haec Funda-
na tulit felix Autumnus optimi.

Messana urbs Siciliae, à Mamertinis Ca-
paniae populis habitata, optimum ferebat
uinum. Martialis: Amphora Nestorea tibi
Mamertina senecta Si detur, quod uis no-
men habere potest. Plinius: Quartum cur-
riculum obtinere publicis epulis à diuo
Augusto Mamertina, circa Messanam in Si-
cilia genita.

Chios in sula maris Aegei, et Aruisium
in ea promontorium laudantur uini pra-
stantia. Syllius lib. 7. Et ambrosijs Aruisia
pocula succis.

Veientum Eburriae oppidum. Hora-
tius: Qui Veientanum festis potare diebus.
Martialis lib. 2. Veientana tuam si domat
uina sitim.

Aminae populi fuerunt, ubi nunc est Fa-
lernus, quorum regio Aminea dicebatur ui-
ni feracissima. Verg. lib. 2. Georg. Sunt &
Aminae uites firmissima uina.

Thasus in sula maris Aegei uinum habuit
laudabile. Vergil. lib. 2. Georg. Sunt Thasicae
uites, sumi & Mareotides albae.

Mareotis pars Aegypti itidem. Horat.
Mentemq; lymphatam Mareotico Rede-
git in ueros timores. Stat. lib. 3. Syl. Spar-
sit Tyrrhenae Mareotica uina Mamer-
nae. Hoc uinum durat in longam uetustatem.

Naxos in sula maris Aegei, à fertilitate

uini Dionysia dicta est. Unde Pontanus uirgenam eam appellat, dicens: Hanc post uirgenem spaciante littora Naxi Bacchicæ. Stat. lib. 4. Achil Lemnos, & à tergo de-crefcit Bacchica Naxos.

Maroneæ urbs Ciconum laudata est uino, quo Vlyffes inebriauit Polyphemum. Tibullus: Vidit Maroneo scedatus lumina Baccho.

Methone quoq; urbs in Thracia, nomē habuit à uini copia. Nam Methin Græci ebrietatem uocant.

Tarraco in Hispania, etiam uino claruit. Syll. lib. 3. Dat Tarraco puben Vitisfera, & Latio tantam cessura Lyæo.

Vina apud Græcos celebrata fuere Præwium Cerei sacrum, Chium, Thasium, Lesbium, Creticum, & apud Syracusanos Polium, Coum, deniq; & Rhodium.

Celebrantur & alia pleraque loca uini bonitate, quæ omnia longum esset recensere. Propterea summam subijciamus, quod in compendium redegitur ex Plinio lib. 14. cap. 16. Augustus inquit Setimum prætulit cunctis. Antea Cæcubo erat generositas in palustribus populetis. Secunda nobilitas agro Falerno. Nascitur Gaura num in summis collibus, medijs Faustinum, imis Falernum. Albanæ uue sunt prædulces. Surrentina in uincis tantum nascuntur, comalescentib; maxime probata propter tenuitatem, salubritatemq;. Nam quæ spissa sunt, non adeo profunt morbis. Surrentino medici nobilitatem dabant. Certat Massica eque ex monte Gaurano. Præponuntur Calena, et quæ in uincis arbutisq; nascuntur, Fundana. Augustus probauit Mamertina, circa Messanam Siciliæ genita. Potulana ab autore dicta etiam laudantur, Retica Falernis tantum posthabentur

à Vergilio. Ethruvia palmam Luna habet, Liguria genus, inter Pyrenaum Alpesq; Massilia. Hispaniarum Laetana, copia nobilitantur. Elegancia uero Tarracensis, atq; Lauronesia, & Balearica ex insulis, Italiæ primis conferuntur. In summa gloria fuere Thasiu, Chiumq; Exchio, quo Aruifium uocant. Item Lesbium, quod sponte nature suæ mare sapit. Gratia est & Clazomenio.

Quid autem de Gallicis dicendum? De quibus ueteres nihil ferè scriptum reliquerunt, ne aliene gentis gloria, suam ipsi deprimerent. Existimabant, fuliginem, & tenebras suis inductum iri, si de nostratibus uerba facerent. Sciebant enim terram Gallicam populi uirtute omnium præstantissimam, uini quoq; gloria non esse inferiore, imò & feliciorem multo. Propterea hoc uelut conuientes prætermiserunt: quum tamē sit in cōfesso, Belnensibus, Niuernis, Andegauensibus, Aurelianis, Parisiis meliora non reperiri, etiam si exotica omnia conferre libeat.

Sed iam nostræ copię finem faciamus. Nam tamen si cursim omnia, & uelut per transfennam attigerimus, remq; omnem leui (quod aiunt) brachio excusserimus, satis tamen hæc ipsis etiam literarum belluonibus fore confido. Quod si quis rem parum accuratè dicat curatā, curet curiosus. Habebit saltem, ubi doctrine suæ, & eloquentiæ neruos exerceat.

LOCA DIVERSIS REBUS CAREN-

TIA.



ONGRVM uidetur, ut rerum copiam subsequatur penuria. Propterea paucis narrare consitui, quibus locis

eis quæq; res desint, ut animi pascatur uarietate, quæ tantum uoluptatis consueuit parere, quantum ciborum diuersitas, mensis. Sed iam hanc rumpamus glaciem, & iter aperiamus lectori.

Insula est Carthaginem uersus, Gaulegalata nomine, cuius terra Scorpionem dirum animal Africa necat.

Dicuntur & in Clupea emori scorpiones.

Nilus unus omnium fluuiorum nullas expirat auras, autore Plin.

Sigarus Arabia est insula, quum canes non intrant. Expositiq; circum littora, errando moriuntur.

Tentyra insule Crocodili nō adnatat, olfactuq; incolarum, serpentes fugantur.

Ceruos Africa propemodū sola non gignit, nec etiam urfos.

Asinis (quod sint frigoris impatientes) carent Pontus & Scythia regiones frigidissime.

In Arabia Suillum genus non uiuit in ullo genere, maxime in regione Scenitarum populorum.

Mustellæ in Boeotiam Lebadiam illatæ, salum ipsum fugiunt.

In thaca lepores illati moriuntur extremis quidem in littoribus.

In Ebuso Cuniculi non sunt.

In Olympo Macedoniae monte nō sunt lupi. Lupos quoq; non gignit Anglia, nec aliunde aduectos nutrit.

In Creta insula nō sunt uulpes, nec ursi, nec ullum omnino maleficum animal præter Phalangium. Item non sunt Cerui, nec Apri, nec Attagenæ, nec Erinacei.

Plinius ait, in Africa nec esse apros, nec ceruos, nec capreas, nec ursos.

Idē ait, cornicē nunquā Athenis aspici. Hirundines Thebarū lecta non subeunt,

quoniam urbs illa sæpius capta sit.

Nec Bizæ in Thracia cernuntur, propter scelera Thesei.

In Creta insula non sunt noctuæ, & si qua inuecta sit, emoritur.

Rhodos aquilam non habet.

Larius lacus est Italiæ transpadanæ, ad quem Ciconæ non transmeant.

In Fidenate agro iuxta Romam, Ciconiæ nec nidum faciunt.

Picus Martius negatur esse in agro Tarentino.

Perdices non transuolant Eceotiæ fines in Attica.

Non est ulla auis in Ponto insula, in qua sepultus est Achilles.

Cerasti in Aegypto nulla cura unquam potere gigni.

Hedera nō nascitur in India, nisi in monte Mero.

In Aegypto & Syria, reges inopia abistis, cedro ad classes feruntur usi.

Magadaris non prouenit in Cyrenaicæ regione.

Thymum herbam apibus gratissimam non habet Arcadia.

In Carina monte Cretæ, muscæ non reperiuntur. Templum quoq; Herculis Romæ non ingrediebantur.

In Aegypto non nascitur Hebenus arbor.

Tinæ in Thracia & Phrygia non nascuntur.

India neq; æs, neq; plumbum habet, sed gemmis suis, ac margaritis hæc permutat.

Mures non sunt in Paro insula.

Daulis oppidum est non procul Delphis, ubi Lucina non parit.

Herodotus ait, nullos mulos gigni in Scythia, propter immensum frigus.

Montes non habet Lusitania, teste Stra-
bone.

Cicero ait, Anglos oleo carere, et uino,
pro quo ceruisia utantur.

Gaulon regio Lybia serpentes non
nutrit.

In Coronae Bœotie urbe talpa non gi-
gnitur.

F I N I S.

Ad illustrissimum, magnæq; spei adolescentem,
& regio prægnatum sanguine Fran-
ciscum Cluensem, Rauisij
Textoris car-
men.

C Vr ego nunc laudum præco tibi cæq; tuarum
Has tibi primitias, atq; hæc monumenta laboris
Offero, & inculta fabricarum incude uolumen,
Laurigeris Francisce, puer gratissime Musis;
Hoc fecere tui mores, & candida uirtus,
Quæ quantum surgit numerosis mensibus ætas,
Tantum habet augmenti, crescitq; augmentibus annis.
Tanta tibi in niueo, tam clara est gratia uultu,
Tantus in ore lepos, tam clara in corpore dotes,
Ut triplex habeat lapidoso in pectore marmor.
Qui tantum specimen non pleno prædicet ore.
Quo sit, ut hos noster numeros tibi mittat Apollo.

IOAN.

IOANNIS RA- VISII TEXTORIS NI-

VERNENSIS NON VULGARIS E-

ruditionis Epistolæ, nunc recens à

quopiam accuratius castiga-

tæ, & propè innumeris

mendis abster-

is.

AD LECTOREM TEXTORIS
in bonis literis alumnus.

Quum certò uiderè, Lector amice, non defuturos ociosæ garrulitatis & loquacitatis importunæ homines, qui Textori uirò clarissimo uilito uerterent, quòd has epistolas emisisset in lucè (Sumus enim natura ad maledicendum proni) putauit mea interl esse, nec interesse tantum, at oportere, ut hanc refellendæ calumniæ prouinciam, etsi nõ eam uiribus, humeris tamen meis imponerem, quanquam ex Phauorini philosophi sententia animo dubitabam, turpius esse frigidè & exiguè quenquam laudare, aut eum à noxa eximere, quàm insectanter & grauitè uituperare. Primum omnium uelim scias, quòd facile (puto) tibi persuadebis, non in hos scriptas has esse epistolas, ut ederentur. Tum quòd neq; ab autore elaboratas, neq; exquisitè compositè uetornatas expertus uiderem, etiam quòd non ignoraret uir ille multiscius, non eodem scribendum esse stylo crudis & immaturis adhuc ingenijs, quo fecundis & foelicissimis, sequutus hac in re optimam uiuendi ducem Naturam, quæ citra omnem exceptionem, nunquam nisi ex rudibus & adhuc imperfectis ad elimatiora consurgit. Exempla erunt Auculæ, prius incerto quodam alarum remigio per dumeta, perq; spinas uolitantes, quàm eleganti illa & frequenti corporis agitatione sese in altum aëra eleuent. Ut enim non est credibile, tenellum adhuc stomachum durissimæ & amara quæq; digerere, cui uel mollicula omnia & planè mellea uomitum prouocant, pariumq; fastidium: ita sanè non est uerisimile, ut hi maioribus non succumbant oneribus, qui per modico fatiscunt, rudes adhuc & elementarij. Multa præterea reperire est à Cicerone, Terentio, Vergilio, cæterisq; linguae Latinae camillis, ueri quotidiana efflagiabat lectio in his, se. I ex industria accommodata, ut tanquam imitatrices similes haberent quos insequerentur, à quibus nihil præter meram eloquentiam haurire possent. Quid (amabo) consultius, quid maturius, quid deniq; prudentius, uel à Quintiliano requiras? His uerbis non fuisse opus, est hominum genus, qui quum planè sint meruditi, magisq; rudere quàm loqui nouerint, omnibus tamen adlitrant & obgannunt, ut eruditionem, quàm scriptis notam facere nequeunt, maledicentiæ sibi fabricent & mentiantur. Cæterum, lector beneuole, si quid non satis uersum aut politum occurrat, tuæ erit prudentiæ partim necessitati, partim etiam iuuenum in scribendo incuriæ atq; adeò ignorantæ, non auctoris culpæ.

(quæ nulla est) id totum ascribere. Beneuale, & iuueni

ac meum Textorem uotuas preces
Deo oblaturus in memoriam reuocam.

Disichon;

Quid graphijs limæ ue opus est exporrige frontem;
Sic tibi cum laruis nil pte lector erit.

IOANNIS

IOANNIS RA-
VISII TEXTORIS
Niuernensis Epistola prima.



ASVI iampridem in uotis mutuis te uerbis conuenire, & paucis admodum, quæ in rem tuam sint, amicorū precibus hortari. Coenabamus pridie huius diei domi meæ, ego & aliquot parentum tuorum, qui te à paruulo semper sibi demeruerunt. Inter coenandum quum uarijs de rebus unà loqueremur, accessit in specratu nescio quis nuncius, tuus (ut dicebat) familiaris. Proinus (ut liberorum curiosi sunt parentes) mater tua percunctari cepit, quomodo esset filio suo, quàm prosperè ualeret, quantumq; in literis profecisset. Respondit ille, bene quidem tibi esse, teque parentum monitis ubique semper acquiescisse, præterquam quòd literarum studia non amauisses. Quod ubi accepit pauperima illa muliercula, miserum me, quantum indoluit. Verba mea apud te fidem non caperent, si eiusdem de tua hac negligentia querimonias tibi aperirem. Indoluit siquidem uehementius, quàm ut credi ualeat. Te oro, si hæcenus dementaueris, nunc respice, & ad literas animum conuertas. Si enim tuæ semper negligentia Epimenidis (quod aiunt) somnum indormires, esses ei causa mortis, quæ tibi fuit uitæ. Vale.

Epistola 2.

A Micorum tuorum permulti sibi egre uulerunt, quòd quo idiam penè con-

uictis tui te honoris iampridem monuerint, neque tamen assiduis eorum clamoribus locum reliqueris. Volebant, & ita sperabant futurum, opera tua, quæ iam diu cum blattis ac tineis rixantur, in lucem emitti, quum ut ex ea editione aliquid tibi laudis accederet, tum etiam, ut inde fructum caperent studiosi adolefcetes. Quam quæso iacturam faceres, si nostris omnium uotis responderes? Existimas ne parentibus esse permolestum repulsam abs te pati, à quo omnia sibi promittebant? Non sum adeò imprudens rerum, ut non facile uideam, nihil non materum & concoctum curiosis hominum iudicijs committi oportere. Quinetiam summorum quoque scriptorum opera et labores, criticis lectorum unguibus & lituris, plerunque uapulant. Nihilominus quum multos annos tu (hoc est homo doctissimus) uigilias tuas ad unguem elimaueris, securè (mea quidem sententia) potes parere, quòd iampridem parturis. Ego enim texta omnem literarum & obeliscorum aleam esse dijudico, neque iacturam ullam inde futuram uideo, præterquam quòd docilem tibi iuuenem demereberis, et amicorum precibus satisfacies. Quibus si non pareas, quandiu certe uiues, tandiu male audies.

Epistola 3.

Pudet me nostri huius seculi, quo iam ea imoleuit consuetudo, ut si quis, uel proletarius, uel semidoctus opus aliquod rudè (quod aiunt) Mænerus compegerit magis quàm fabre fecerit: dignum statim existimemus, quòd nihil non uellit antius hominum iudicijs committatur, quodq; lectu

Zz a riant

riant omnes et empturi. Quasi uero non esset nobis compertum, nihil esse usque ad id elatum, quod non interdum lectorum unguibus et graphijs expungatur seueris finis. Quorsum uero hæc, roget aliquis. Hortabar me paucis abhinc diebus, ut ego fructus quasdam nugas, a me tumultuaria et interrupto plerumque studio congestas, curarem imprimendas. quinetiam me stultitiae arguere uidebaris, quod tam diu hoc ipsum facere superfedissem. Næ tu ipse multum deliras, qui Horatij non perpendis consilium monentis, ne precipitetur, edito nonnum prematur in annum. An uero non uides, plerumque primæ in dicendo celebritatis uros, deletiles Censorum spogias pertulisse. Si ergo has mei laboris primitias euentilarem, quid inde futurum diceres, quum nihil dum commendatione dignum scripserim, nihil quod marcentis lectoris stomachum non magis ad somnum prouocet, quam ad amplius legendum euerberet? Quicquid habeo, parentibus refero acceptum, magis tamen nitari honori meo consulere, quam incautis eorum iudicijs temerè assentiri. Vale.

Epistola 4.

Quum propter uoluptates eò tui te parentes miserunt, quò solent qui bonas amant disciplinas, da operam quæso, ut eam quam de te ceperunt omnes non falsas opinionem. Dicebã nouissimis quas ad te dedit literis, quantum matri tuæ doluisset, quòd accepisset te parum adhuc aut nihil omnino in bonis literis promouisse. Eesses malignæ conditionis, si amicorum (qui tibi honesta et profutura consulunt) precibus nihil condonares. Tuum est nobis obediunt, ut nostrum te hortari. Aliquid uel tibi suademus, quòd factum non sit utile? Nos, si

nescis, tuæ, non nostræ uoluntatis satagimus. Negligentiam tuam et inertiam usque de qua ferremus, nisi eam sciremus futuram detrimo. Fac ergo quod monemus, et prosperè tecum agetur. Si enim feceris omnia ex animi sententia, abundè tibi suppeditabimus. Vale.

Epistola 5.

Quum certò uideas, ad nullius rei summam nisi præcedentibus initijs perueniri posse, minor maximè, quòd minores disciplinas (sine quibus tamè non est maioribus locus) ad eò spreueris, ut earum studio tibi omnino interdixeris. An quia procul ab ostentatione positæ sunt, inutiles propterea et infrugifera tibi uidentur? vsu uenit, ut qui minoribus primùm elementis exerceri uel recusant uel erubescant, in his quæ sublimiora sunt, infirmum ingenij sui captum præbeant et experiantur. Neque enim credibile est, firmum fore ædificium, quòd inualidis ruinosisque nititur fundamentis, aut eos magno oneri non succubiturus, qui per modico fatiscunt. Si sciperes, altiora non molireris, sed potius imitareris auiculas, quæ nidis suis nunquam egrediuntur implumes, neque prius aeri corpuscula committunt, quam factò primùm periculo se idoneas ad uolatum didicerint. Vale.

Epistola 6.

Mergunt quotidie noua mihi anxietates, quæ animum meum supra quam cuiquam credibile sit, uariè distorquent. Sed nihil est quòd dolorem meum magis adauget, quam quum turpissimæ tuæ uitæ uenit in mentem. Effluxit iam triennium, ex quo sumptu non modico tui te parces in scholis nutrierunt, tibi quæ omnia ex animi tui

senten-

sententia abundè suppeditarunt. Fuere tamē receptæ fidei homines plerique, qui paucis abhinc diebus mihi narrarunt, te parum adhuc, aut nihil omnino, in bonis literis promouisse, ita ut tertio quoque uocabulo barbarissimum committas. Egeris ut uoles: uide tuis legibus: ego te missum faciam. Sciueris tamē rebus tuis pessimè consultum iri, nisi uitam in melius commutaueris.

Distichon.

Tot fortunati sine morbo sint tibi menses:
Tempore quot uero parturit Hybla fauos.

Epistola 7.

Nihil facis (ut audio) amicorum consilia, qui tuæ tamē studet utilitati. Neque laboro, neque grauati fero, quòd herba mea susque deque habeas. Doleo tamen, quòd his non pareas, qui tibi nocere non minus quam prodesse ualeant. Pessimè (ut uideo) rebus tuis consulitur, si solitæ semper demetia institeris: neque apud amicos culpam deprecabere, nisi eis acquiescas, quibus et animam debes. Vale, et me serio, non ioco loqui existimes. Nam nisi feceris quòd moneo, periclitaberis parum tibi frugis accidere. Iterum uale.

Distichon.

Non prius incurras duri contagia morbi:
Quam sese immitti copulet agna lupo.

Epistola 8.

Si existimare literas meas aliquid ad stomachum tuum facturæ, tibi quæ fore plausibiles, ego te non minus scribendo satiare, quam tuus ipse clamoribus ad hoc agendum me tampridem compulisti. Culpam enim deprecari, aut uox me eximere non possem, si repulsam a me patereris: cui te haec lenus totum deuouisti, quem quæ tuis semper opibus iuisti et consilijs. Sed quum uideam, eorum nomen periclitari maximè, qui suas

ineptias uiris saltem eruditissimis similibus, non tam legendas, quam ridendas exponunt et euentillat: ego infirmitatis meæ deterritus conscientia, nugas meas tanti uiri iudicio non ausim exponere. Nam si scriberem, rursus (certò scio) mouerèt tibi mei barbarissimæ, et te ab amore mei fortasse diuenterent. Quare nostræ uellem deprecationi ueniam non deroges. Vale decus literarum.

Distichon.

Sint tibi tot nummi, tot opes, aurique talenta,
Poma quot Alcinoi nobilis hortus alit.

Epistola 9.

Ex quo tempore ad bonam frugem te recepisti, cauisti quæ ab eorum commercio, quos more pecudum, ueneri et uoluptatibus non pudet indulgere: tantam ubique locorum famam tui nominis concitasti, ut iam uicatim, compitatimque te prædicet omnes, ac deum penè faciant. Quòd si eo, quo coepisti, pede perrexeris, certò scio tantam amicis futuram inde letitiam, ut ne digitum quidem transuersum a nominis tui commendatione recessuri sint. Pater tuus (nihil commiscas) tantam ex ea re cepit uoluptatem, ut tam se totum tibi deuouisse, reliquisque omnibus alijs quos habet liberis, in tuam unius iurasse utilitatem uideatur. Quare prudenter mea quidem sententia feceris, si a scopo uirtutis non declines. Vale, et rectè monentem sequere.

Epistola 10.

Redeas (ut opinor) te tuis uerbis fore mihi formidolosum: quum nuper irascereris, euomeris quæ, quicquid in buccâ ueniret. Non sum is, qui fulgura ex uitro reformidem, cuius terrori fuitiles et importuna (qualibus tunc temporis strepebas) comminationes. Coniucia tua nullo me detri-

Z z 3

mento

mento efficiunt. Si tamen solita semper loquacitate stomachum mihi moueris, faciam te tuæ stultitiæ poenitere: secus enim illatæ tibi iniuriæ culpam præstarem: quæ tamen rebus tuis perinde ac meis, hæcenus semper consuluerim. Vale.

Epistola 11.

Nescio quam odiosa mihi semper fuerit superba & impudens hominum arrogantia: eorum maximè, qui quæ ex humili et peregrina conditione ad præcipuum conscenderunt, ad eò protinus insolentescunt, primæque paupertatis obliuiscuntur, ut neminem præ se ducant hominem. Cuiusmodi morbo, quoniam totalaboras ceruicæ: periclitari mihi libuit, possem necne, aliquo uelut helleroboro, contagiosam hanc cerebri tui expurgare dementiâ. Qui utinam præsius paulò generis tui utilitatè examinaret, ac reminisceretur, quoties pater tuus hostialium domesticatimque stipem emendicauit. Tu pridie quam huc uenisses, æe obolum quidem habebas, unde restum emereres. Nudus eras, tanquam ex matre. Si benignior tecum fortuna luserit, & utranque (quod dicitur) mammam dederit lactentiam, debes propterea tantum tibi arrogare, tuoque indulgere supercilio, ut iam pauis flagellum, & exuium leonis præ te feras? Si diuitias illas tuæ uirtuti magis quam fortuito casui ascribas, tota erras uia: nam si fortuna ex hominum meritis opes dispenseret & largiretur, multi certè emendicaret, & inedia consumerentur, qui bonorum habent myrmecias: multi contra (in quos nouercatur eadem fortuna) opulentescent, & dragmæ gramine operirentur. Quare nescite te ipsum, & tuorum natalium, qui ortu Nilii sunt obscuriores, remanescere. Vale.

Epistola 12.

Non desisto literis ferè quotidianis anres tuas onerare, teque hortari, ut uerbis antiquariis et inuisitatis tibi interdicas. Nihilominus tamen quotiescunque scribis, tota tua oratio obsoletis adeò scætet uocabulis, ut coniectare plerumque me oporteat, quid sibi uelint tua uerba. Nescio an inuisitatum eiusmodi sermonem gratum cuiquam existimes: sciueris tamen tantum mihi displicere, quantum literatis placet Cicero.

Pluris multo facerem proiuras & proculcatas dictiones, quam priscas illas: quæ nec tibi frugem afferunt, nec eruditio uoluptatem. Proinde (si me ames) Phauorinum sequere, cõsulentem ut uerbis utamur præsentibus, & moribus præcis uiuamus.

Vale.

Epistola 13.

Uper mihi quidam retulerunt, eò te impudentiæ conscendisse, ut iam non erubescas cum ganeonibus, perditissimisque patrimoniorum decoctoribus conuersari: qui omnia prandiorum gurgitibus absument, & abliguriunt. Quod ubi primum accepi, non potui à lachrymis temperare: adeò me tuæ calamitatis miseruit. Quid autem de patre tuo loquar? uix certè fidem impetra rem, si uerbis uellem consequi, quantum se distorquest & exercuet. Miror, quòd te non pudeat tuæ inmanitatis: qui decrepitum illum mortis & capulo uicim, & iam in Proserpinæ (quod dicitur) peculio annumeratum, sic affligas, qui ab amore tui nunquam ne latum quidem unguem recessisse uisus est. Egeris ut uoles, nunquam tamen satyres & uirulenta lingua uerba delinabis, tantisper ad bonam frugem te receperis. Vale.

Epistola

Epistola 14.

Vi miseriam sibi fabricant, & asciam queribus suis illidunt, si forte fortuna in discrimen aliquod impegerint: non est quòd cuiquam trascaatur, aut in alios quam seipos, acerbitati suæ uirus euomat. Tu, ubi satis ueneri & gula indulgisti, uirtutesque omnes reclamantibus necquicquam amicis, à te relegasti: eò tandem miseriæ reductus es, ut quorsum te uertas, aut quæ implores, nescias. Quis quæso in culpa? Nonne certatim omnes hoc ipsum prædiximus tibi futurum? Verba nostra contempitui tibi fuerunt: & ludibrio. Nunc si tuæ uniuis causa infortunium seras, patienter patere. Vale.

Epistola 15.

Incredibilis me tenet admiratio, quòd crescentibus annis, nihilo plus sapias, quàm quum in puerilibus balbutires cunabulis. Nemo est ad dæclurum animi, quem suæ tantè stultitiæ non poeniteat. Te uerò nec piget nec pudet, rebus tuis etiã pessum euntibus, curatque naso te suspèdentibus, & postica eludentibus sanna, quòd nuce nodum reliqueris. Dic quæso, quoniam modo apud parentes super uita rationabere, nisi hu ignorantia tenebris emergas? Fuerat nobis in summa uotorum, bene semper de te mereri, teque nullo non honoris genere proficui. Videre uerò tibi uacantis operæ, si hu obedires, qui tuæ satagunt utilitatis. Hactenus quanta maxima potui bene uolentia, te monui. Verum nisi blandis huiusmodi uerbis animus tuus remollescat, preces in conuiuia mutabo: tuique (quod dici solet) te pingam coloribus. Vale.

Epistola 16.

Nescio quid in patre deliqueris: tamen nudusquarius, quum epistolam tuam

me præsentem legeret, uisus est mihi frõctum caperare. Est enim credibile, aut barbarissimum aliquem reperisse, aut aliquod aliud ignorantia tuæ fecisse periculum. Da operam quæso, ut eum in amore tui contineas, eiuque indignatione exarmes. Quod erit tibi factu facile, si quid in bonis literis te proficuisse uiderit. Hæc ego iam pridem tacitè & in aurè tibi dixeram, iterum dico, ne post hac excusationis ueniam fore tibi cõfidas. Obseruare debes quantum hactenus te dilexerit, quum nihil unquam tibi deesse permiserit. Nisi feceris quod moneo, pessimè rebus tuis uideo consulium iri: nam præter ludibrium, quo afficeris, amici tui omnes te deserent: quòd si fiat, quomodo uiues, nullo manum porrigente? Vale.

Epistola 17.

Es foras, quæquæ rediturus, nescio: quàm eiuissimè tamen potero, redibo. Cõmendo tibi rem domesticam. Suffragium meum demereberis, si me absente sine tumultu omnia & citra pulueris iactum sese habeant: ita uiuas ut nihil in te nota dignum periciant iiberi mei. Habent enim nasum, & hæc propius obseruat, quæ deteriora sunt. Si cui flagitio succumbas, reminiscantur, nec te poterunt reuereri, quem crimini obnoxium cognouerunt. Quod si inculpatam tuam uim perceperim, non solum mandatis tuis assurgent, sed & aspectum reformidabunt. Vale.

Epistola 18.

Verum habeo eleganti forma, & ingenio facili: quem (quoniam magnam spem futuræ uirtutis pollicetur) studio literarum deuouere constitui, & tuæ primum committere disciplinæ. Si quid sub te proficuit, faciam ut tui te laboris non poeniteat. Si quid fortasse tibi offerat, nolo ut assu-

Zz 4 quidam

quidem aut eo plus, in muneribus ab illo suscipias. Laboribus tuis cumulatè, et largo foenore satisfaciam: si modo eum talem redas, qui aliquando sua doctrina amicos omnes ab iniuria mortalitatis asserat et obliuionis. Quod faciet, si tantum docendi illius desiderium te teneat, quanto discendi ille trahitur.

Epistola 19.

Nescio quo pacto aliena semper calamitatis teneat me commiseratio: quod tunc tamen amici mei quid detrimenti capiant, aut fortuna flagellus uapulant et confouentur, eorum iactura non minus animum meum euerberat, quam si ipse naufragium facerem, aut meis quoque rebus pessime uiderem consultum. Propterea quum uideam famam tuam indies periclitari: me oportet (ut dolori satisfaciam, et animus meus conquiescat) rebus tuis manum dare. Omnes magnopere tristamur, quod perditissimis quibusdam et libidinibus comperta nebulonibus adherere, qui neque deum timeant, neque homines reuerentur. Qui si corruptis suis moribus aliquando diutius te inebriauerint, iam nullam tui liberandi spem relinques, actum erit de tuo nomine. Sim eorum uinculis properè te eximas, ad hunc morbo tuo mederi poterimus. Et quæuis primi tui mores patri stomachum mouerint, tamen uelit, nolit, ab eo ueniam extorquebimus, modo morari prima longa desinas, et meam expectationem non desistit. Per me non stabit, quo minus in parentum amorem redeas. Dij faciant ut nostræ hæc exhortatio aliquem tuæ menti relinquat aculeum. Vale, et uerborum meorum reminiscere.

Epistola 20.

Amo te plus quam capiat humana mentis cõiectura, Corneli suauissime, neque est mihi frequentius uotum, quam ut tuæ semper uoluntati respondeat fortuna, et omnia ex animi sententia consequare: et si scirem opera mea tibi esse opus, accommodarem me uis rebus, uel usque ad aras. Quum tamen uenit in mentem capillaris illius et decrepiti parentis tui, quem non sine nota et postica multorum sanatur pisonem reliquisti, nequeo mihi temperare, quo minus ingratitude tuæ irascar, uel (ut uerius dicam) impietati. Quid enim inhumanius debet dici, quam si trementem senio, et morbis effectum parentem filius grauatim uideat, nedum non adiuet? quum ratione carentibus brutis, modicisque animantibus hoc ipsum sit odiosum? Ciconiæ genetricum senectam, inuicem educant. Glives genitores suos fessos senectæ, alunt insigni pietate. Quid autem hæc testimonia exemplis præpono domesticis, ac uenaculis? Canes ipsi alumnos sua morte tutantur se penumero, à quibus tamen nihil præter uilissimam stipem, (utpote modicae panis, idque ordeacei, fragmenta) suscipiunt. Neque moueris, tuam ipsius naturam uideri brutis deteriore? Quis hoc non excreetur? Quis temperet inuectiuis? Pater tuus assidue languet, nulla non hora laborat morbo, et capris ipsis (quod aiunt) est febriculofior, neque tamen morienti dextræ porrigis. Dij immortales, ut iæ exulat prebitas, ut pessum iere boni mores, quum iam natos nihil parentum misereat. Dic bonæ fide, si nunc epulari laute, si abunde rerum omnium tibi suppetit, id ipsum cui acceptum referri conuenit, nisi patri, cui uitam ipsam debes etiamnum? Meditaris ne

impu

impudentissime quid de te uicacim prædicetur, aut quæto tibi crimini uertatur: quum nitida et bene curata cute, ac probè saginato corpore incedis ampullosus patre tuo iam semimortuus? Mortuam murenam fleuit Hortensius orator multos dies attritus. Tu patris morientis non miserebere. Omnia mala tempora, o perditam ætatem. Velim, nolim, taceam oportet. Plura enim dicere non permittit animi ægritudo. Superest tantum, ut respicias, aut non ægrè seras, si ab amore tui recessero. Vale.

Epistola 21.

Quam bene decipiuntur, qui domus uestree rumam sperant propediè tua uirtute restauratum iri, quum tu (cuius interest assiduo labore lucrum uenari, et domesticarum rerum satagere) non solum nihil acquiras, sed iam et parta deuores, ludasque et conuiujs omnia absorbeas, que pertuaci et improbo sudore parentes tui collegerunt. Hæc incine est illa tui expectatio? Sic amicorum opinionem respondes? Nescis (me miserum) nescis, quæ grauem tibi tuisque facias plagam? Pigritate quandiu uoles, porrectisque (quod aiunt) pedibus, et in utramuis aurem quiescas: timeo tamen, ne ubi diurnum stultitiæ tuæ somnum indormiueris, ad respiciendum serò consurgas, et expergiscare. Demum, si casu aliquo infortunium seras et nouercam tibi Nemesis experiare, quis cachinnis temperabit? quis te naso non suspendet? quis de te ociosa garulitate non fabulabitur? Scio uerba mea nullum menti tuæ aculeum relictura, ne tamen causeris tuæ te utilitatis nunquam motum fuisse, neu iacturam tuam cuiquam improperes et impingas, docere uolui, per me non stetiisse, quod minus bene et prudenter uixeris. Vale, et desertam omni orna-

tu ac uerborum lautitia epistolam boni consulas.

Epistola 22.

Mirum non debet uideri, si nostræ ætatis liberi ab omni morum honestate recesserint, et uelut impudentes ac inuerecundi ganeones uicuique iam uirtuti dixerint extremum uale: neque enim fieri potest, quum quæ à nobis infantuli et ab iis quidem serperastris corruptelam et improbitatem imbiberunt, adulti quoque tenacissime retineant. Nos, autore Fabio (quum ad huc repunt) infantiam delicijs soluimus. Gaudemus, si quid turpe et impudicum dixerint. Verba ne abiectissimis quidem porcarijs aut mulionibus permittenda, risu et osculo excipimus, aut etiam (quod turpius est multo) alijs dicenda in auribus susurramus. Quid huic innutriti contagio, ubi adoluerim, stigmatibus non experientur? qui priusquam hiscere, aut rectè proloqui possint, turpissimis et impurgabilibus maculis iam se totos, et aurium tenuis immerferunt, uoluptatumque delicias concitauerunt, priusquam, quid esset uoluptas, agnosceret Demum, quæ illis mercedem rependat, à quibus licenter adeo et molliter sunt enutriti? Eos, ut suæ turpitudinis auctores arguent, et insimulabunt, nedum eis non assurgent. Prudenter quocirca fecerit, cui aliena iactura melioris consilij suggeret argumentum.

Epistola 23.

Quoniam ego multis audientibus nuper docui, quantum pueris detrimentum asserat mollis illa educatio, quam in indulgentiam dicimus, efflagitasti, ut aliquanto uberius tibi aperirem, quæ usnam institutis et moribus liberos tuos formare debeas. Quod quamuis ægrè serâ studia mea quibuscumque negotijs interpellari facere ta-

mens non recufabo: ne nihil omnino amici-
tia noſtra uidear condonaſſe. Imprimis,
quod ad mores ſpectat, caue ne corruptis
iuuēibus adhereant, qui pernoſtant in a-
lea, dies integros compotāt & laſciuiunt.
Nam ſi huiusmodi maculas ab infantia con-
traherēt, nihil eſſet de futura probitate ſpe-
randum. Compara tibi præceptorem ſan-
ctiſſimum, cuius ſanctitas teneriores ab in-
iuria tueatur: prouectiores à licentia deter-
reat grauitas. Neq; enim, ſi me audis, eorū
doctrinæ magis quàm moribus conſulas:
abſit enim, ſtudijs magis quàm uirtuti ſcho-
las prodeſſe. Secus enim bene uiuendi ratio
potius eſſet eligenda, quàm uel optimè di-
cendi. Laboribus paulatim ſunt aſſuefacien-
di, non tamen pondere cui ſuperreſſe ne-
queant, opprimendi. Si delinquant, ſi men-
dacijs conuincantur, ſi iugum detrectent, ſi
uel tantillum quidem remurmurent aut mu-
gimentur, acerrimè uapulēt: neq; prius par-
catur flagellis, aut animaduerſioni tempe-
retur, quàm & arrogantia cognoſcatur e-
molliſa, & tranquilliores oleo, aut pepo-
ne molliores facti ſint. Quod ſi uerborum
lenocinijs iram præceptorum uelint exar-
mare, aduſabilis eorum ſermo omnino dan-
dus eſt uentis. Ante omnia, cauendum puto
maximè, ne in eorum delictis conuiueant,
ne u conſulto diſſimulentur errata, ubi pa-
lām ſceleris comperti fuerint. Si bene ſce-
runt, laus eorum quandoq; non eſt ſuppri-
menda, ut eo uelut gloriolæ ſumo perlecti,
actiſ ſolito uirtuti dent operam. Impor-
tuna redeuntis ad te nuncijs feſtinatio, plu-
ra ſcribere non permiſit. Vale.

Epistoła 24.

Leſſem ex eorum numero, qui crimina-
torias amicorum epiſtolas cum bile &
homophobo excipiunt, non paterentandiu

tuis me literis obiurgari: aut enim deſi-
diām meam culpas, aut arrogantiam crimī-
naris, aut in uoluptates reclamās. Sed
quum non ignorem te hoc alioverſum face-
re, quàm ut nomini meo maculam inuſas:
quicquid ſcribis, boni conſulo, tantum a p-
beſt, ut aures tuis cōſilijs uelim occludere.
Sit uita mea moribus nō uſquequaq; pro-
bata, adhuc tamē dabitur mihi laudi, ſi pro-
bè monenti aſſurrexero. De his habemus.
Porro ſi qua ex tuis illis monumentis ad
incudem iam ſatis reuocata maturuerint,
ſic in lucem prodeant, & euentilentur,
quum ut nos pleniore obſequio tibi deme-
rearis, tum etiam ut teipſum ab omni in-
commodo mortalitatis & obliuionis aſſe-
ras. Vale.

Epistoła 25.

Neſcio certè, ſi exiſtmes te operæ pro-
ficiū facerè, aut multum haurire lu-
cri, dum ſeuere adeo, & Stoico uelut ſu-
percilio uitam meam eriminariſ: at ut in-
telligas te nec bilum proficere, ego uerba
tua nihil penitus ducō. Nam quum tericijs
nimium cenſores mihi diſpliceant, hi om-
nium maximè, qui ſe erratis alienis inge-
runt Ariſtarchos, & alijs prædicant bene-
uolendum, quum ipſi turpiſſimè uiuant. Si
audiueris me uel minimum peccaſſe, exclā-
mas protinus, & naſum non aliter ſuſpen-
dis, quàm ſi uel parricidij, uel ſupri me
comperitum haberes. Quasi uerò mores tui
intus & in cute unicuiq; non eſſent explo-
rati. Tu bonam ætatis tuæ partem contri-
uiſti hudo, uniuerſum ſerè patrimonium la-
trunculis & alea prodegiſti, nihilominus
tamen ſimulata, & quadam uulpina ſan-
ctitate alienis illatras delictis. Dices non
mea interreſſe, quid agas obſeruare. Certè
non uideo, cur pluriſ tua reſtrab mores

meos

meos obiurgare, quàm me ſceleribus tuis
iraſci. Propterea, uel alienam uitam cul-
pare deſinas, aut ipſe ducas in culpam. Se-
cus tuæ cenſuræ nec unius aſis æſtimabun-
tur. Vale.

Epistoła 26.

Fieri nequit, ut miſſum te faciam, niſi
prius culpandi tui argumentum mihi
auferas. Si dixeris te culpa carere, ac nihil
eommeruiſſe, dicto citius & ſub manū men-
dacijs te conuincam. Nuper quum unā coe-
naremus, ſuaſeram tibi, tu relictis quibus-
dam nugis, Græcas amplectereris literas,
quod ab his fluxerint Latine, & ad impo-
nendum bonis ſtudijs Colophnem, pluri-
mum conducat, & adeo quidem, ut ſine his
perfectus dici debeat nemo. Eidem dederas,
facturum te quod dixeram. Neque omnino
quidem ſtetiſti promiſſis; nam, primis ele-
mentis dediſti biduum, uerū mutata poſt
paulo ſententia, aliō negotij animum con-
uertendi, ſola (ut credibile eſt) leuitate du-
ctus & inconstantia, que te Protheo muta-
biliorem arguit facile. Si dicas terrori tibi
ſuiſſe eius rei difficultatem, non diſſitebor
amaras eſſe ſtudioſorum radices, uerū hoc
moleſtiæ dulciſſimorū in dē fructuū comes,
penſat utilitas. Propterea ſi quid loci apud
te habent noſtræ exhortationes, eò reuerte-
re, unde imprudenter deſiuiſti, neq; primo
labore terrearis; nam quas in portu credis
tenebras, tibi poſtea ſole clariſ eluſcēt:
ſi annum integrū ſub hoc iugo durare non
graueris, nullius poſtea deſiderabis operā.
Solus poteris ſine cortice natate. Vale.

Epistoła 27.

Bi pater tuus ſumptu domesticæ cary-
bdis rem omnem uſq; ad aſſem & pul-
uſculum prodegit, ne hoſtium liberos
ſtipem oporteret emendicare, coactus eſt

omnes mechanicis artibus collegare, præ-
ter te unum, quem meo anius beneficio a-
cademijs deuouit, ea expectatione, ut pro-
ficeres, & ueſtra omnium conſuleres pau-
pertati. Cæcuti plurimum, ſi non uideas
tecum melius quàm cum cæteris aſſum eſ-
ſe. Fratrum tuorum alter eſt alutarius, a-
lius lapicida, alius inſtitor, alius figulus,
alius phrygio, alius ſullo, alius pegafarius.
Omnes quotquot ſunt, in paupertate no-
ſturno diurnoq; labore dimicant. Nulli
omnium melius quàm tibi conſultum, mo-
dò fortunam ſequaris ducè, & occaſionem
nunc capillatam effugere, & caluam fieri
non permittas. Si uis euadere in uirum ma-
gnæ & recondite literaturæ, prius oportet,
ut ab ipſo ſtatim principio te totū labo-
ri deuoues. Ante omnia, ſolida iacias ſun-
damenta, ne corruat quicquid ſuperextru-
xeris. Nullam de te mihi frugem polliceor,
ſi remiſſus primū uidereris, & in ipſo
(quod aiunt) portu impingeres. Quum te
ſtudioſorum tenebit ſatietas, nō offendet me
aliquantula ſudoris remiſſio, parcè tamen
hæc tibi indulgeat: nam qui diu nimis ab
inſtituto opere deſueſcūt & ſeriantur, oſij
conſuetudinem plerunq; induunt. Conſti-
tui de te mereri quā optimè, nec ſententiam
mutabo, aut calculum reducam, modò ſpem
meam non ſefelleris. Dura patere, futurum
eſt enim, ut te laboris tui non poeniteat,
quum ſatis olei conſumpſeris. Vale.

Epistoła 28.

Ulgò dicitur, eos non facile emergere,
quorū uirtus paupertate caligat: quod
adeo uerū eſt, ut paucis admodū pauperi-
bus liceat opuleſcere, niſi uel utrāq; fortu-
næ mammā ſuxerint, aut prodigioſum ali-
quid ſua commiſcatur induſtria. Cui in-
fortunio ſupremum illud accedit malum,

quod

quod ubique ferè gentium miseris illudant felices, & scarabeos contemnant aquile. Neq; tamen propterea melior tibi conditio desperanda est: nam quamuis hoc seculo sufficiens uirtuti merces nõ exoluatur, neque tamen usqueadè exulauerunt litera, quin quandoque principibus placeant & familiarescant literati, pinguioremq; fortunam sibi ipsi faciant. Quod si nihil melius tuis unquam uotis accesserit, adhuc futurum est, ut te studiorum tuorum non poeniteat, hoc saltem lucrificeris, quod scientia & multarum rerum cognitione à brutis differes.

Epistola 29.

NUnquam ferè ad me scribis, quin opinionem meam roges, quid de stylo tuo mihi uideatur. Sed sanè quid respondeam, nihil dum certum habeo, quod certum & sui simile scribendi modum non habeas. Nunc enim impediò te delectat laconismus, nunc uaria uerborum supellecile orationem locupletat. Nihil tamè (ut uerè dicam) adhuc reperi, quod abhorreat à castimonia lingue Romanæ, neq; est ullus qui sermonis tui puritatem non deoscularetur, nisi quibusdam molestum & graue esset auditu, quod pleraq; triduo tibi fingas elaborata, in quibus tamè temporis multum et operæ collocasti. Hac ostentatione si cares, nihil daretur tibi probro: at dum ingenij gratia studeas demereri, ociosam lectorum in te garrulitate excitas suscitastiq; & facis ut immodicis nugis obstrepant arrogantia tua. Quare uide ne dum tibi places, multis displiceas.

Epistola 30.

Hæstenuis aures tuas uerbis onerare non desisti, ut torpere desineres, & tandem aliquando ut uirtute expergiscerem. Quod te facturum dederaueras, si uetus tibi condo-

naretur culpa. Condonata est, & puerilem stultitiam omnes conuiente oculo distulauimus, neq; tamen experimur te factum aliquantò meliorem. Si tui sceleris te non pudeat, periculum est, ne ea mali suboriatur consuetudo, cui quum uelis mederi, nequeas. Interrupi interim negocia mea, ut honori tuo consulere, nec me quidem pigebit hoc fecisse, modo respicias tandem, ac dementire desinas. Sin pergas semper facere, ut cepisti, finem faciam exhortationibus. Liberum tibi relinquatur, utram sequaris uiam, uoluptatisne, an uirtutis. Demum si casu aliquo infortunium feras, aliorum esto iudicium, quis fuerit in culpa. Vale.

Epistola 31.

Quam ea ferè sit omnium natura, ut suarum potius rerum, quam alienarum satagant, adeo tamen utilitas tua semper mihi fuit curæ, ut uix affluerit momentum, quo me ceperit tui obliuio. Quare non ægrè feras, aut ab amore tui me recessisse arbitreris, si interim uitij tuis trahar. Reclamauit fateor, quod illiteratis quibusdam fabulis tempus contereres. Sed hoc ipsum feci, ut aliud studium complectereris, unde plus frugis aliquantò referres. Et si non putarem tibi probatum iri, quæ dico, sanè misum te facerem. Hoc unum tibi persuadeas, me tui semper studiosum fuisse, & qui ardentius amet esse neminem: sed quum uideo famam tuam apud uerbosas hominum linguas periclitari, tacere nequeo, neque (si uellem) permitteret tuae laudis desiderium, quo dispeream si quid unquam ardentius cupiuerim. Vale.

Epistola 32.

Quatuor abhinc annos frequentibus literis te salutauimus: neq; tamen certiores

tiores

tiores sumus facti rerum tuarum. Quid sit in causa, coniectare non possumus. Credibile non est, tantis te negotijs distractum fuisse, ut tanto tempore nullum omnino scribendi ocium potueris tibi suffurari: aut ergo nostri te cepit obliuio, aut negligentia culpa non cares. Quampridem enim te monuimus, ut non solum scriberes, sed ad nos ipse reuentereris, & matrem capulo uicinam reuiferes? Si uentres, amici omnes (quos longa tui fatigat expectatio) animi curas discuterent, incolumitati tuæ gratularentur, obuijs te manibus exciperent, et longa salutarerent præfatione. Meditare quanto spectandi tui desiderio ardeant omnes. Nulla non hora de te loqui inur, & uitam nobis acerbam putamus, quod tandiu consuetudinis tuæ fructu careamus. Propterea (si nos amas) fac nobis aliquantulum uidendi tui copiam. Vale.

Epistola 33.

Laudabilis mihi uidetur Gymnosopistarum consuetudo, apud quos pueris, qui nihil quotidianæ frugis afferant, ei bus denegatur. Nec minus probanda est Amasis regis Aegypti sanctio: qui edicto iussit, ut singuli quotannis apud cuiusq; præfecturæ præsidè ratiocinarentur, unde uiuerent: eisq; mors inferretur, qui non facerent. Quod uim nostrò quoq; seculo obseruaretur. Non tot passim nequam & nihil reperirentur nebulones, quot ubiq; ferè gentium reperuntur, quibus nullum est aliud negotium, quam ut prona & obedientia uentri pecora, toto die crapulari, aut alienæ insidiari uitæ. Quorum perditos mores quotiescunq; memoria repeto, uidere uideo desolatam & multis madentem lachrymis iustitiam: quæ & principum negligentia trahatur, et senatum iam sepultum som-

no, & coniuuentem arguat. Et nisi obuijs am ab omnibus properè eatur, resistaturq; pullulantibus abundè flagitijs, in tantum se propagabit iniquitas, ut nullus sit futurus uirtuti locus. Actum erit de bonis moribus, exulabit probitas, & improbitati ius relinquatur sedendi in Orchestra. Promde Corneli, si me amas, (ut amas) caue, ne eorum numero ascribaris, qui naturam sui partus poenitere faciunt, et antiquissimum illud chaos confusis adhuc elementis appetere. Da operam, ut quum parentes tui perrogabunt quid proficeris, dignus reperiri qui uiuas & quem ament. Hoc si feceris, neq; te pigebit fecisse, neq; illos bene de te meruisse. Vale.

Epistola 34.

Natura ferè comparatum est, ut, quo quisq; maiore doctrina, hoc et superbia magis, & supercilium seuerius contra hat. Nec sanè mirum. Nam & uolucris quo plures sunt plumæ, hoc sublimius in auras efferruntur. Et pauones hoc sese mirantur magis, quo latius flagellam proferrunt: sed est hominum genus, qui quum sint elementarij, & bonas literas ne à limine quidem salutarint, se tamen omnium primos (si dijs placet) haberi uolunt. Feruntq; ægrè, quod non æstimentur pluris, & quod quaquaer sum transierint, transfuntibus non assurgatur. Cuiusmodi erat nescio quis magistellus & grammaticista, qui audiente nuper idiotarum & uelularum turba, multis fabulis strepebat immodicè: ut importunis illis commentationibus populo esset admirationi, & magnam doctrinæ opinionem sibi mereretur. Huc ergo quum eius uidendi causa certatim omnes conuolarent, cæpi protinus percontari quid illud esset. Eodem omnes ore responderunt, al-

terum esse mundum redditum Cicerone. Tunc ego cum reliquis accessi, ut percontarer uerum esset, necne, quod de nebulone sibi persuaserat uulgus. Sed dii boni, quam nihil inueni, quum accessi proxime. Vix orationem proferebat, in qua non tot essent barbarismi, quot dictiones. Quum ego nugis illis aliquandiu fatigatus pertædussem, temperare mihi non potui, quin cum sua sede disturbarem: quod quum fecissem, parum absuit, quin delusa nugis plebecula in me saxis irrueret: tot iam ille fumos ueniderat turba, tot ueneficij uniuersum exantauerat theatrum. Quod quotiescunq; memoria repeto, non possum nostro seculo non irasci. Cui non sit aliud indoctorum liberis discrimen. Vale.

Epistola 35.

Plerumque mihi doluit, quod conueniendi tui nulla sese offerret opportunitas. Eram enim nescio que tibi dicturus in rem tuam magnopere spectantia. Paucis abhinc diebus, pater audiuit te uoluptati dum irretitum usque adeo, & illaqueatum, ut iam uirtutes omnes aspernatus fueris, ac aestimaueris nihili. Vale.

Epistola 36.

Est genus hominum, quorum utilitatem consulitur, se præbere grauantur dociles, ita ut uideantur habere minus cerebri quam cimex sanguinis. Nihil tibi blandiar, nec oleum (quod dicitur) in auriculam tibi instillabo, sed mihi uideris uanus qui nec scelera sua uellicari, nec uiscera sibi tangi uolunt. Nouissimè quum me consuleres, ad quem uita scopum, arcum intenderes: uetueram tibi, ne insectareris aulicos istos palpones, qui pellace uulpe benigniores, & in hostio tantum formosi, aureos montes pollicentur, & à tertio us-

que iugere manus porrigunt, his tamen se penumero fucum faciunt, à quibus amplissima susceperunt munera. Nescio qua deluendi tui sceleris fiducia consilium meum nauiciferis: hoc ipsum tamen est tibi maximum malo futurum. Nescis quam austerum sit inculpatè uiuere, ubi probitas & uirtus exulant. In aula qui arabicè olent, & in cute sunt purpurati, uetus ulceribus & lepra scatent. Postremò uidetur ne à uirtute alienum in multam noctem pergræcari, in alea pernoctare, ere alieno obrui, nihil non inhonestum audire. Et ne multa, nihil est non probrosum. Oportet imprimis ab alterius iussu pendere. Religiosè & ad anxietatem usq; obseruandum est, non tantum quid uerbis inbeat dominus, aut imperet: sed quid nutu significet, aut digito cripet. Aliena uiuendum quadræ. Bullaris nugis aures sunt præbende, unicuiq; uirtuti mittendum repudium. Nihil dicendum est, quod aures tyranni grauet. Si caleat, estuandum est: si frigeat, tremendum: & plerumque quum diuturnam seruitutem seruiueris, si in ipsius iram impingas, ob rem nihili, ob floccos, ob uirtiosam nucem te relegabit, perinde ac uilissimum Canopi uernam: nec primorum laborum stipendium extorquere poteris. Iam pridem te huius rei monueram, tamen uerba mea nihili fecisti. Si tui infortunij fueris author, æquanimiter ferat. Aequum est enim, ut faber quas fecit compedes, ipse gestet. Vale.

Epistola 37.

Moris est mihi, ubicunq; locorum uixerim, eorum semper reminisci, quorum beneficio bonæ literæ miuria temporum prius sepulta reuiuiscunt paulatim, & repullulant. Nec sane mirum, nam mea quidem

quidem sententia non minoris (minoris autem uerò longè pluris) estimandi sunt, qui linguam latinam à morte uindicant, & pristina restituant dignitati, quam qui ciuitatibus amplissimis iugum seruitutis excutiunt, reddita libertate. Sed est hominum genus, qui quum rudere magis quam loqui nouerint, probis eruditorum uotis & conatibus renitantur, timentq; ne optima se propagent disciplina. In quos si reclamet aliquis, deus bone, quibus uerborum tonitribus fulminabunt, quot plaustra conuictis onusta reuouent? Non tantum non assurgunt authoribus resuscitentis eloquentiæ, sed facta uelut coniuratione in eos certatim, consertimq; dimicabunt, neque prius concutere parietes theatrorum, uerbisue obtundere desistent, quam sui similes ad latrandum in laudabiles illos lingue latinæ candidatos & rediuiuos eloquentiæ Camillos excitauerint. Diceres esse Gotthorum, Vandalorumq; reliquias, quæ in Romanam rempublicam arma parare, resarcire copias, suisq; barbarissimis rogatum sermonem corrumpere uelint. Quare autem uelint, non uideo, nisi quòd forte uerentur, ut ne qui suis nugis idiotas prius eluserunt, & agrestibus imposuerunt ingenijs, redeunte Mineruæ principatu ridiculi fiant, & ipsis etiam contemptibiles, quibus prius fuerant admirationi. Sed longè sua spe falluntur: nam si suscitanda semper eloquentiæ animum adiecierint eruditi, tantumq; operæ quantum iam ceperunt barbaris huiusmodi retrudendis collocauerint: non est mihi dubium, quin pudore deterriti hoc genus Gotthi, causa sua casuri ac arena cessuri sint, & ad extremum sese in pedes daturi. Quòd si

suis ineptijs contenti uiuerent, neque ceteros hominum eodem cuperent sordere luto, essent quidem ridendi, non tamen tanto odio habendi. Verum (quod omnium multum turpissimum) quum nullo non uerbo solocessent, indignanter ferunt non omnes eadem infantia, istidemq; barbarissimis inuenari & meptire. Et (quod magis uideas) sacras literas eo esse facto arbitrantur, ut cum his stare nequeat regina rerum eloquentia, quasi Hieron. Ambro. Lactan. Athana. & alij plus sexcenti, barbarè semper sint locuti, aut eloquentiam cum theologia non ita coniunxerint, ut nescias utri duarum magis debeas. Quiescite, quiescite philosophastri, nostræ omnium aures uestris iam delitijs calent. Magno uobis malo futurum est, nisi à suscepto in literas bello pedem retuleritis: nam uestrum Xerxi copias paucissima grecorum turma pepulerunt, ita & paucula eruditorum centuriæ infinita uestræ gentis Vandalicæ myriades nullo negotio & uictoria expugnabunt inuicta. Ridiculum est, quòd publico exclamatis teatro, renasci hæreses, antichristos surgere, fidem catholicam ruinam mimari. Qui (malum) religionis hostes reuiuiscunt? hi ne qui ex grecis ad uerbum docent latina? Quis erat fides, quis eam commouit? Vos plebeculam in re nihili concitatis, ut eruditissimorum rori fitis: monstra confingitis, quæ nec fuerunt hactenus, nec posthac sunt futura: neq; est quisquam cui à satyris uestris securus esse liceat, quicunq; loquacitatis uestræ retia posuit declinare, quum audiente uelut larum turba sermo cinari: ceu uerò ad serendum ocymum sitis nati, & maior quedam maledicendi libertas uobis, quam ceteris

mortalium sit concessi. Quod si quisquam reluctari satagat, aut eadem tragula nos referre, tantisper illa traditis, dum rudi uulgo persuaseritis, eum uel ceruicem materis rupisse, uel in patrios mixxisse cineres. Et (quod peius odi) neminem putatis dignum, qui uestra uestigia (si dijs placeat) lambat & osculetur: quasi uerò legitimitatis naturæ filij, nos spurij tantum: aut sit aliquid in uobis doctrinæ, quod nemo quisquam sperare audeat. Si eloquentiam creditis uiliorem, quam cui uacari debeat, respondēbo uos similes esse procis Penelope: qui quum dominam assequi non possent, ad ancillas diuertebant. Vos quoque in firmitatis uestræ cōscientia deterriti (quoniam ad eloquentiam, ut ad solem noctuæ, caligatis) ad quæstiones quas Fabius Cerrinas uocat, crocodilosque diuertitis syllogismos. Quos tamen si uestrum plerique inutiles fateantur, neminem tamen habendum in pretio putabitis, qui futiles hoc genus nugæ nesciuerit. Nunc (ne multis agam) si sapitis, ueteris insolentiæ cristas retundite. Secus non deerunt qui tanti factus præsi, acutas sibi sagittas esse, suis uulneribus sanguinem sequi, se domi urbem habere (ut uos machetam) doceant, testenturque, non esse defendendam glandem, repperito iam tritico.

Epistola 38.

Go quum rerum tuarum studiosus, tuæque longè amantissimus semper fuerim, nec ullum obsequiosum hominis officium tua in re prætermiserim, speraui, immò uerò intrepidè mihi sepe numero pollicitus sum, te mei perpetuò fore memorem, ac si quando nouerantur fortunæ Boresas mihi insultaret, eum te fore, qui in accepti beneficij hostimentum primus ad-

iuicem manum mihi porrigeres. Sed dii boni quam longè mea me fessellit opinio, dum te mei memorem expectaui, qui tui dememineris, dum inquam te rebus meis adiutorem speraui: qui tuarum plerisque mirantibus, immò uerò illudentibus, nunquam fatagas, quum omnia (quæ multo parentum sudore tibi parata sunt) auidè consumas, & cum flagitiosis hominum corruptissimorum gregibus uniuersum patrimonium stultissime profudas, & (quod longè deterrius, & ab humanitate magis alienum uidentur) patris defuncti obliuiscare, cuius uiuentis labor omnia tibi peperit: qui te suauissimè educauit: effusus charitatis habentis amauit: tibi que omnia quæ ad bene & beatè uiuendum pertinebant, ubertim semper & ambabus suppeditauit manibus, Cui iam capulo instanti, & (quod dici solet) alterum pedem in cymba Charontis habentis, fidem dederas, te annuis parentalibus, ac sacrificijs Deo immolaturum. Quæmetiam dum mortui cadauer per sandalarios efferretur, eiulabas, uociferabaris, & ad rauim usque clamitabas, ita ut pro eo uitam pacisci uelle uidereris. Nunc autem ubi fides uiuenti præstita? ubi simulata pietas cadaueri exhibita? O ingrata mentis iuuenem, o perditissimum adolescentem. Nihil sane iam conqueror, quod mei dememineris, quem parentis cepit obliuio. Iam quoniam in nequitia tua ita occaluisisti, ut lapideam magis quam humanam uidearis effigiem indutus, pleribus te uerbis hortari desistam. Vix ut lubet, egeris que ut uolueris, profundas perdas, pereas, nihil ad me futurum. Sciueris tamen ex Pitlaci sapientis dicto, tales te habenturum liberos, qualem erga parentes te præstititeris. Vale.

Epistola

Epistola 39.

Melioris literaturæ uiri multa que lectione exerciti, qui de liberis educandis libros ediderunt, bene et doctè mihi instructi uidentur, ut infantibus adhuc uigentibus studiose adherentur nutrices, quæ eos cibus mollioribus, utpote lacticijs suauiter pascere, ne si duriusculos ori tenero fortasse inculcassent, flaccidæ ad huc & bulla fragiliores maxillæ, denubus immunes non frangerent, aut molliores perpone stomachi non decoquerent. Cuius si quidem obseruarunt, tenellum corpus uix bene compactum, esculenti paulo asperioris non esse capax. Hunc ritum, qui de erudiendis pueris aliquid reposituere, itidem obseruari uoluerunt, ut uidelicet rudibus crudisque ingenijs (quæ sunt uelut tabula rasa, in qua nihil depictum est) præficerentur uiri moribus non minus quam doctrina conspicui, qui nutricibus nihilo asperiores, ipsos primis literarum edulij, utpote minutulis elementis imbuerent, atque animi uirtutibus perinde ac doctrina formarēt excolerētque: non ignorantes, eos arduis oneribus non sufficere, quorum uires modicis etiam rebus succumberent: eos præterea maioribus disciplinis non esse idoneos, qui in ipso uestibulo deficerent. Cognitis demum elementis liminaribusque literis, grammatices rudimenta studuerunt his inculcanda, quò facilius orationem grammaticam, licet ornato & cultu immunem, contexerent. Quod uibi facere iam probè sciuisset, orationibus partim solutis, partim pedestribus, leporum et uenustatis succo affatim delibutis, componendos uoluerunt, ut imitricis instar simiæ, alienis inhererēt uestigijs, quodque ab alijs factum inspicerent, ipsi facere, aut saltem amulari, à tergo & eminus conaren-

tur. Hoc uno motus argumento, quum pridie huius diei audissem, Petroni charissime, te ad artis dialectices studia remis uelutque aspi rare, non potui, ut utilitatis tuæ semper studiosus, quum id desiderium literis conarer excutere, difficillimè factu suspicatus, te illius succos ebibere, qui aliarum artium parentis riuulos uix bene labellis primoribus degustaueris. Nec enim te latet, caduca & fragilia architectorum fore edificia, quorum debile fundamentum extiterit. Agendum ergo priusquam immaturus descendas affectibus, sagaci examine perpendas quid tibi sit utile, neque quicquid pares extruere, priusquam stabili fulcro illud solidaueris. Futurumque dubio procul expectas, te à cunctis artibus longè exalaturum, si hanc à te flocci factam proscripseris, proscriptam floccifeceris? Cui enim per deos immortales, idoneus uideberis disciplinæ, si hanc (grammaticam dico) ignosces? Quid ad stomachum tuum faciet ritus, cuius fons tibi odiosus fuerit? Eris iuris ciuilibus aut canonici peritus, qui Latinarum dictionum sensus ignoraueris? Callebis phisicas rationes, qui uerborum ethymologiam nesciueris? Extricabis difficiles sophismatum mæadros, qui apertissima quæque explanare nequueris? Scrutaberis caelestes et altissimas Astrologiæ aut Theologiæ causas, qui quæ infima sunt et pedibus uicima contèplari nesciueris? Degustabis arborum, herbarum, unguentorum, ac radicum succos, cui odiosa fuerit primarum literarum deliberatio? Aliorum morbos unguetis aut antidotis repelles, qui tuæ ignorantie remedium adhibere neglexeris? Declamabis in senatu, aut ages in theatris, priusquam in schola loqui didiceris? Alijs ne persuasus debis, qui quæ tibi præuides utilia, suadere nequueris? Perpede uelim et in memoriam

aliquantisper reuocata ex maiorum annalibus, quā frugifera, quā utilis, quā incūda sit eritū humanitatis lectio: cuius amoenitas, lepos, suauitas, Italos (ad quorum scatebris lingua Latina rorem primū constat emanasse) ita pellexerit, ut parū grauātē tulerint ceteras omnes disciplinas a se reijci et eliminari, ut has obuijs ulnis amplecterentur, harum odorem asiluis naribus olfacerent, sapore lingua inexplēbili degustaret, uenustatē labellis arctissimē cōpactis deoscularentur. Quotusquisq; enim Philosophus aut Sophystes in ipsis etiā Italiae penitralibus comperitur? Quot illic Medicos, quot Astrologia peritos, quot iureconsultos inuenies? nullos sanē, aut paucos. Contra uerō, poetarum nomimbus ciuitatum compita ebulliunt. Rhetoribus ac declamatoribus uix theatra sufficiūt. Grammaticos non capiunt scholae. Historicorum uerbis passim locorum compita fulmiant. Nouus quotidie Seruius, nodosus enodat. Nouus assiduō Valla, muscosus emanat: (ut semel dicā quod sentio) laudanda uidetur Itolorum Latini sermonis parentū constantia: qui (quod has artes ceteris incūdioreis semper creditēre) ab earum castris nunquā decesserint. L. Gimus Oratorum principem prouidentē iam atatis Tullii, Rhodijs praeceptoribus sese recoquendum tradidisse: quim et eassem artes a praeceptoribus tā opere exsultas, ut liberos suos praeceptorū ferulis ac flagris perinde ac infimae sortis, aut conuictiōnis peregrinae puerulos submitti uoluerint, ipsosq; institutores amplissimis pleuonq; muneribus cumulauerunt. Sic M. Antonius Imperator Frontoni Philosopho, quē dicendū praeceptorē habuerat, statuam erexit. Sic Scipio Africanus Ennii statuam sepulchro suo imponi: sic Archelaus Eu-

ripidus sibi conuiciam adesse: sic Traianus Romam ingrediens Dionem Prusum, curru suo donatum honorari: sic Ptolemeus Philopater templum Homero dedicari uoluerunt: sic deniq; (ut a peregrinis ad domesticam transeamus historiam) Clotharius Sadragefilum luduogisrum (quod Dagoberti filij sui pedagogus esset) ducatu Aquitanico donauit. Haec et alia permulta quae adduci possunt testimonia (ut opinor) sufficiunt, quae ceteris humanitatis attentius excolendas, in animis (uisi lapideis fueris) inducant. Verbis meis igitur ac quiescas uelim, qui nihil tibi non uitae, non frugiferum consulam. Id ubi feceris, meo in te amorem licet infinitus prope fuerit, plurimum incrementū adiectionem periclitaberē. Vale.

Epistola 40.

Rem a me tibi frugiferam, nedum iucundam semper factum iri opinatus, si parētis instar, quod ad animi tui cultum et morum honestatem pertineret, dietim tibi legendū ac pro suauissimo delibandum esculeato proponerem, statim apud me breuissimis sepe numero coactili. (quoniam id etiam quotidiano penē conuicio efflagitabat) quid tibi laudi, quid tibi utilitati futurum, contra quid honori tuo fulgimē et tenebras inducturum, aperire, quod certius meae in te beneuolentiae, licet tibi tuis unguiculis notioris, periculum adhuc facias. Fecisse autē operae precium uidebor, si prius omnes in te uiciorum fau. Kas funditus extinxero, quam te ad uirtutis studii in flammam studeam: in qua, docti agricolae instar, prius tribulos, lolium, carduos et urticas radicitus extirpauero, quā purgatissimum et parum tritici gramen sulcis immittam. Inter cetera quae nomini tuo magno opere officiant, primas sibi uendicat e-

brietas:

brietas: quoniam in ideo primū eliminandam censui, quod ea rationis usum hominibus excutiat, utijs omnibus incrementū praestet, uirtutibus ortum et nutrimentum impedit. Hinc eō facilius claustris tui corporis interdicerē sperari, imō et mihi sum pollicitus, quod non ignores uolentiam tibi ficum multis uenenum fuisse. Quis enim nescit, florentissimis ciuitatibus et opulentissimis earundē incolis perniciosam et exitialem fuisse? Quis enim nescit, Troia multis ante temporibus ineluctabilem, et Martis rabie indomabilem, sepultis uino Phrygibus, captā fuisse? Quis ingentes Rutulorum copias a Niso et Euryalo praeter uindictam iugulatas? Romam a Brenno Senonum duce, brutis Baccho ciuibus incendio datam? Fuitne et contagiosa summis etiam principibus haec temulentia? qua auctore Antiochus magnus hyeme tota in uino et uenere cōrita prostigatus, Olofernes a Iudith muliere interemptus, Polyphemus ab Ulyse excacatus, Deiphobus a Menelao interfectus, Alexander ab Iola pincerna ueneno potus, Cynaras filiae in cœnu cōtaminitus, Bonosus imperator a Probo superatus, ac suo sibi laqueo iugulatus: Athamas, Learchi, Agane, Penthei, filiorū sanguine pollutus: Anacreon acimo uuae passe suffocatus, Lacides philosophus nimio haustu obrutus, Cyambus a Cyane, Armytus a Medullina filiabus occisi creduntur. Infinita prope testimonia, quae inexhausto orationis stylo mihi suppeditantur, in medium euocarem: nisi haec satis esse arbitrarer, quae uel temulentia omnē tibi adimerent, aut saltem aliqua ex parte refrigerarent. Perpen- de uelim, et apud te sagacius paulo contem- plare, quid inde uenent pullulet, quāta exhaletur mephytis, Obruti uino sensus ho-

minum gliribus somnolentiores efficiunt, e gradu mentis deijciunt, et rectam tollunt de cardine mentē. Resipisce igitur, et ab hoc exitiali ueneno lingua reuoces: aut si factis tibi uideatur difficile, eo profusus abstinere, quod tā iuu tantopere dilexeris, ne saltem scythesis id est, Scytharū morē imitere, qui ne star uel meracissimū Acheloio poculo nunquam diluunt: quim (ut scribebat Androcydes Philosophus ad Alexandrū) memento quū uinum potas, sanguinem te bibiturum: nam cicuta homini uenenum est, cicuta uinum: hoc est, considera, quanta uis uis sit, ut ueneni sit uenenum. Vale. Datum ex caedibus nostris pridie Calendae Decembres.

Epistola 41.

Facit tua in omnes uel ignotos comitas, nedum in liberos humanitas, pater colendissime, ut quamuis praeter hoc corpus et quicquid in eo est, tanta semper abs te susceperimus obsequia, plura semper dietim appetere nō erubescamus. Quinetiam ita, nam comparatum esse non ignoramus, ut (auctore Vergilio) Omnis in Aescanio chari stet cura parentis. Contra uerō liberos spes omnis in parentibus, uelut nauis refugium in anchora constituta permaneat. Audaciores igitur paulo in his quae utiliora nobis fore conspiciunt, uel ob id uinum sacri sumus, quod pictorem in excolendis morticinijs, imaginibus, simulachris fictiuis sensu et anima uacuis, non auro, non argento, non denique preciosissimis parcere pigmentis conspiciamus. Validius igitur argumentum quum nobis uisum sit, nec patrem in excolendis suis animatis imaginibus, debere facultatibus parcere, in-trepidē quae ad ingenij nostri, nedum corporis cultum pertinent, exposcimus, te nihil in his quae ad ornatum nostrum spe-

bbb 2. stant

stant peccatore tenacioribus expectantes. Ne autē diu te pendulum remoremur, lucidius quid uerba hæc nostra uelint aperimus. Desecimus à primo præceptore, quem dum rusticaremur mensa tuæ conuiuia adhibuisti, nunc sub alio militamus primæ iudæ clausis præfecto, qui discipulos solute partim orationis uenustate, historiæ partim stolis expolire satagēs, Fabiū Quintilianum, & Cæsaris commentarios assumpsit legendos, nec tamē ita assumpsit, quin reuocato calculo facile recantet, si alios ad stomachū tuū & palatum magis facientes eidem legendos iniunxeris. Hos tamē præcunctis elegit, quod Quintilianū, licet mēdosum & maculis scatentē, ab omnibus laudari, Cæsarem ut historiæ domesticæ scriptorem, à paucis, imō nullis reprobari uideat. Ne autē à maiorum uestigijs aberrare, & (quod triuiali fertur adagio) cornicum oculos configere, & sexagenarios de ponte dei cere uideretur, sex nouissimos Aeneidos Vergilianæ libros explanandos, & ad finem superis ardentibus deducendos. accepit, testatus Lucanū, Syllium & Statium ut duriosulos, Mantuani carmē ut paulo flaccidius à pierisq; nō usquequaq; probari, unum Maronē herouici carminis scriptorem, ab omnibus nullo reclamante laudari, amari, deosculari. Nunc igitur pater æquifame perpendas, uideaturne utilis horū autorum lectio, quā si probaueris, da operā, ut condiscipulis proficientibus oscitantes nō pigritemur, pigri nō oscitemus, sed emptis adhibuit codicibus, cæteros omnes cursum et lectione præuertamus. Vale.

Epistola 42.

Stomachum mihi aliquantisper mouit, ac sibil. m. excitauit, multica illa uerborum tuorum licentia, qua me ut merulentum &

umo marcentem, & (quod dicitur) adambas usq; aures ingurgiatum, seuerius incepsuisti, mouissetq; acerbius poulo, nisi indubitata fide mihi comperitū esset, te nō morbo animi aut liuoris stimulo ductum id egisse, quin potius ut iam pridē ebnoxium, ampliori semper obsequio demereres. Ego sane inficias neququam iero, me præter modum uolentia deditum fuisse, ea tamen in re culpæ meæ ueniam eō facilius me exorturum spero, quod non ignores neminem tanta esse probitatis hominem (fuerit licet dijs ipsis proximus) cuius uita aliquantulus uiciorum tenebris non obnubiletur. Aeneam sua commēdat pietas, dedecorat proditio. Alexandrum bellica uirtus extollit, deprimit ebrietas. Salomonis prudentiam quisq; laudat, lasciuam nemo non uituperat. Neq; tamen propterea licere mihi existimo, ut sceleratis aliorum uestigijs impune adhæream: uerū id unum summo opere ab te oratum uellem, ut conuiujs aliquantulo mitioribus me increpares. Non sum peccatoris adeo obtusi, ut uerba humanis non mollescā. Cæterum quoniam me à potu nimio multis & immodicis sermonibus deterruisti, te deprecabundus postulo, ut prolixiore orationis stylo mihi adaperias & enarres, quid contraria ebrietati & crapula temperantia utilitatis afferat. Secus haud facile mihi persuasero, fugiendā esse prorsus uolentiam, quam semper (absit tamen uerbis tuis contraniti) non solum iucundam, sed et utilē mortalibus existimauit, nec existimauit tantum, sed ex recepta fidei autoribus, in omni doctrina locū facile principem obtinentibus collegi. Ennius impietatis, si Horatiano testimonio succinere & calculum adijcere uoles, uero despirans ad carmen promptior exiit: quoniam & Cras-

1490

tinus afferit, nulla placere diu nec uiuere carmina posse, quæ scribuntur aquæ potioribus. Mnestheus quoq; uinum animæ & corpori robur addere testatus est. Quod si horum testimonia, quod prophani fortasse autores illi uideantur, susq; deq; uuleris, Christianæ religionis cultorem Baptistam Mantuanum tibi obijciam, qui Faustum pastorem ita loquentem inducit:

Vina sitim minuunt, animiq; doloribus obstant:
Vina ut amicitias, uires ita corporis augent:
Funde iterum potare semel, gustare secundus
Coilluit os potus, calefacta refrigerat ora
Tertius arma sitim bellumq; inducere quartus
Aggreditur: quintus pugnat: uictoria sexti est:
Septim⁹ (Oenophilus) fenis est doctrina triumphat.

Ne igitur laborem tuum hac in re mihi subuc deneges, quoniam ubi crastina fulserit hora, epistolam ad me remittas, qua lucidius omnia uerbis complectare. Cæterum pridie huius diei ad aures meas peruenit, te libris affluere cōplusculis, quos ut mimi me tibi idoneos nunquam reuoluas: sed in scrijs putrescere, cum blattis ac timeis rixari permittas: hos uelim prope ad me cura deferendos, ne non sit quo corporis et ingenij mei utres exerceam. Vale.

Epistola 43.

Vix satis (ut opinor) uerbis exprimi posset, in quam profugum ac uehementē risum me uel inuitū traxerit nouissima, quam ad me dedisti, epistola: notissimum sane tuæ cæcitate argumentum præferens: longiq; notius exhibitura, si ita semper cœcitate, hallucinari, ac desipiscere, ut occipisti, pergas. Ego uerbis quam fieri potuit humanis satis ut opinabar studueram te à uolentia cæterisq; permultis id genus flagitijs deterrere: quod certo scirem, nullum ad uirtutes non eradicatis à stirpe uitiorū adeo prætor scrupulum pollicebat, tam

meam sententiam non pedibus modò, sed manibus quoque ac toto corpore descensurum. Verum quis me oleum & operam perdidisse non sciebitur? dum te ab his quæ perniciose fore tibi conijciebam, diuertere studui: ad ea quæ profutura opinabar, hortatus sum: cui uerbis meis ut aliquantò superioribus, ac consilio ut opportuno, parum fuit non acquiescisse, nisi & reprobanda quorundam Epicureorum testimonia ad uolentia tuæ & erroris sulcimentum adduceres: quasi uerò delicti causam expurget erroris alieni testimonium, cæcisq; uisum restituat alienæ cæcitate probatio. Sed Christianæ religionis cultor Mantuanus uolentiam probauit, qui septimum etiam haustum nō denegat. Perpende uelim priusquam quicquid crudum & impræmeditatum euomas, quemnam pastorem his uerbis inuenibus effutientem induxerit, nōne quæso ut idiotam & consilij prorsus immunem quod sciuerit quæ à rusticis nihil præter atrium redoientibus offeruntur, à sapientibus nō pluris quam uentris crepitema stimari. Videberis igitur agresti plus quam ingenio natum, si rustici perinde ac grauissimi Catonis frontis rugosæ utri, probaueris dictum: eò quod ad nequitiam ampliorum (quod dici solet) fenestram tibi patefeceris. Quoniam autē effligitas, ut amplioribus uerbis tibi aperiam, quid contraria crapulæ & corporum uoluptatibus temperantia utilitatis aut laudis afferat: notius id (ut opinor) tibi fuerit, si prius apud te mediteris, quid infamie, quid probri, quid ignauie afferant turpissima ac mellitate uoluptates: quæ (ut ait Cicero) qui seruitur, nomine tantum homo, re autem belua dicendus est: cuius sit proprium corpori inserruire, & his solum uoluptatibus,

bbb 3 q446

quas item e pasta tum e ventris quarit rebus. Turpissimū enim est genus hominum illorum, qui in ventrem proiecti ac libidinem, ueluti sues cœno uolutantur. Nihil est ergo quod ignores hominem tantis laudibus ob temperantiam efferendum, quanto probro ob uoluptates illas quibus semper poenitentia subsequitur comes, deprimendum esse conspicias. Temperantiam (nisi cornea fibra, aut iecur adamantinum, roburq; et as triplex circa pectus fuerit) ut laudabilem probabis, si diligentius obserues quantam pleriq; mortalium celebritatē, aut (ut uerius loquar) immortalitatem peperit. Non ignoras communi omnium suffragio perpetuis laudibus esse ferri Massinissam regem Numidarū, quod ceterisimum suae aetatis annum agens semel tantum in meridie cibum sumpserit: ut milites suos ad temperantiam suo induceret exemplo. Romanorum historijs Curium cœlo tenus esse ferri conspicias, quod holusculis contentus uiueret. Lycurgum nonne regem ubique gentium nominari, quod abstemius uixit? Alios item propē infinitos per ora hominum uolitare, quod sibi hac peste interdixerint? Cogant te igitur ad respiciendum uirtutis premia, aut a flagitio deterreat scelerum opprobria. Non me praeterit difficile admodum esse, contemnere uoluptatem: nam nobis insitam, et quae affectuum nostrorum semper sequatur comes. Possunt tamen sensim uiciorum sementa extingui, qui momento uno extirpari nequeunt. Sed de his haecenus. Expetiueras uuper, ut libros, quos in sermone putrescentes cū blattis timeisq; rixari mittebam, ad te curarem perferendos. Curavi, quod etiam licet ab ostentatione procul positos, miles tamen tibi fore suspicadur. Ego

ubi maiorem pauld studijs meis quietem impetrauero, ad te maiora dare cōstitui. Hoc tu iterum boni consulas. Vale.

Epistola 44.

Assiduis (ut accepi) lachrymalis faciem humectas, curis edacibus animum corrodas, uerberibus insanis faciem deformas, quod in natum eximio literarum amore flagrantem, (cuius prima aetas iter ad ingenij lumen manifestum ostendebat) fatali iaculo percussum amiseris. Quod sanē audire, nedum perpeti, difficile admodum mihi uisum est: parumq; absuit (ita me stimulat noui doloris rabies) quin interdum uulnibus inhonestis me mordicus mutilauerim: idq; (ut opinor) fecissem, ni muliebrem quandam euersionem olim parentum et amicorum obsequijs interdictam, lege cautum fuisse me monuisset Cicero. Ad id me urgebat in dolens pueri eximia, mores probatissimi et ingenij pudor. Verum quum apud me sagacius pauld considerauit, stultum esse ex Seneca dicto id timere quod uitari nequeat, lachrymis temperauit: quod ut facias monitum te uelim. Nosti certius quid ut moneri debeas, mortales oēs et si serius morituros, tamen parcarum ordo stat immobilis, factū ineluctabile, immutabilis rerū dispositio. Surdas esse mortis aures, saxeam pectus, inuitabile telum cōspicias. Nihil est ergo quod te diutius animi excrucies, nihil quod uehementius indoles, nihil quod amplius deos et astra nocet crudelia. Esset hercle quod meritō posses conqueri, si mitius cum ceteris mortalium, quam cum nato tuo factum conspiceres. Esset quod iuste mori ut iniustam accusares. Verū (ut ait Tragicus) est omnibus equa, non superbificis regum diuitijs magis quam lacero mendicorum panno flecti

LXX:

tur: nec frequentius casus et iuguria, quam turres et castra ingreditur et expugnat: nec magis ino quam Cræso, Curio quam Augustis, se praesitit inimicam. Non hanc fucatus declamatoribus oratorem, suauidicis carminibus poëta, promissus phar-macis aut unguentis in daci ac myropole, teretibus lanceis equites, pennatis missilibus stridulisue mucronibus pedites, gemmatas coronas imperatores, non deniq; cuncti mortales rebus ullis mortem effugiunt, aut terrent: neq; sanē honestius aut sublimius regi quam pastoris de micilium praeparat.

Quantum quisq; sui maluit corporis umbra
Impendet tætae, maiorem non parat urnam
Principibus quam pauperibus rudibusue bubulcis.

Quum et urbes fortissimis munitas propugnaculis, iempla uarijs exstructa marmoribus, aut a Attalicis decoratas tapetibus funditus demolitur, euertit, dissipat. Quum nihil igitur intactum relinquat, cui suae a perbitatis uirus non propinet, quod suo non feditet telo, furorem moderare, bilem cohibere. Erat (fateor) quem luges facili natus Minerva, multa q; iam lectione exercitatus, ita ut prosperē cum latinis actum esset literis, si superuixisset. Quum tamen fatalis necessitas ita exigat, ut unum quemque alio migrare expediat: eius transitum uultu sereno ac minime supercilioso perferre debet, quum etiā scilicet illum censere, quod non repentino (ut pleriq; a Plinio enumerati) obitu decesserit, sed diluta ac expurgata longo examine conscientia: quāquam nihil (ut conijcio) seuerius dignum scutica, breuibusq; ipsis, et umbrarum carcere dignum perpetraverit. Quod si tantus animi tui dolor nullis uerbis aggeribus queat mansuiscere, aliena saltem cōstantia exemplum te moueat. Anaxagorae imprimis, qui audita filij morte, nihil sibi ignicū nū-

ciari esseruit, quod ex se natum mortalem sciret. Pericles uē, qui duob. filijs intra quatrimum spoliatus, iisdem dieb. uultu nō magis moto, quam si fuisset dura silex, aut marpesia cautes, concionatus est. Aemilij Pauli et Xenophontis postremo, quorum huic sacrificium agenti quum nunciatum esset, alterū ex filijs natum maiore in facie cecidisse, coronam tantum deposuit, percunctatus demum quoniam modo cecidisset, ut audivit fortissime pugnantem interijisse, depositam capiti coronam reposuit, numina testatus se amplio rem ex filij uirtute uoluptatē, quam ex morte amaritudinem, sentire. Ille dum quarto ante triumphum suura Macedonicum die alterum filiorū amisisset, alterum demum tertio post triumphum, iacturam illam a quo armo tulit. Id erat quod te monitum uolebam, et a te precario factum expetebam. Vale.

Epistola 45.

Saepe et multū apud me dubitavi, liceret, nec ne, ad eos uelut ad anchoram et asylum semper in aduersis confugere, quorum suppetijs et patrocinio iam plerumque fuerimus adiuui, atque eō magis, quod beneficium qui dare nescit (inquit Seneca) iniuste petit, sicq; ingrata et minime generose mētis accipere semper, largiri nunquam. Fecit ea res ut nouo emergente seruipulo, qui malō me habet, consilij tui suppetias adhuc emendicare diutius et cunctanter erubuerim: quum iam tua beneficia in me tanta extiterint, ut si uitam pro tua uinuis dignitate profunderem, uix partem minimam uiderer assequutus. Quum tamen monuit me Tullius grati esse animi, et multum uelle debere, cui iam plurimum debeas: tanti tamq; prudentis uiri dicto audacior pauld factus, timorem exui,

bbb 4 neq;

neq; alibi turpe existimari, ad te ueluti
 Meccenatem beneficium recurrere: qui si
 meritis tuis respondere, aut gratiam refer-
 re nequeam, agere saltem non desistam:
 eosq; imitabor mendicos, qui quum acce-
 pit stipendium mutuum referre nequeunt, bene-
 uola uerborum actione rependunt. Is au-
 tem scrupulus qui me cordicitus uulnerat,
 nocturnum somnum mihi adimit, seueram
 faciem mihi exasperat, meq; propè dice-
 rum de gradu deiecit, talis est. Insurgit in
 me rabiose loquacitatis, & contagiose ui-
 rulentie clamorosus quissiam detractor, ac
 pestifer libitina, satyricis armatus aculeis,
 telaq; uipereo sanguine tincta gerens. Quæ
 nec uerbis à me læsum, nec iniuria affectū
 (testes uerborum meorum deos inuoco) pu-
 tauerim, sed (quod nunquam sibi persua-
 sit) plerunq; miris extulerim præconijs,
 meisq; rebus ac modica supellecile, quan-
 tulacung; fuerit, si eguisset, uti uoluerim: is
 tamen, ut norunt omnes, passim locorū ca-
 nina uiens facundia nomini meo illudit, ge-
 nuino dente me mordicat, indelebile stigma
 mihi murit. Hunc diceres quotidie totum
 perlegere Archilochum: quod sanè perpe-
 ti difficilius ac molestum magis uidetur,
 quam qua me accusauit culpa ipse uacem,
 simq; eorum, quæ mihi impingit, minime
 conscius. Si ulla uerborum petulantia à me
 præter hac fuisset irritatus, immeritò sanè
 uiderer conqueri, qui paterer tellis uulnera
 facta meis. Quum præsertim Lacedæmo-
 nius Chilo præceperit, proximo non ma-
 ledicas, si non uis malè audire: uerum (re-
 petere cogit doloris rabies) nunquam quic-
 quam usquam à me factum distulimus exi-
 stimo, quare ita in me stomachari, succena-
 sere, inuehi, ac sauire debeat. Id tolerandū
 necne fuerit, nō satis scio. Tolerarem, nisi

tacendo culpam præstare uiderer, nisi etiā
 ab hoc me diuerteret Publij mimographi
 poeta uerbum scribens: Vererem ferendo
 iniuriam, multas nequam Te igitur plus
 quam dici queat oratum uelim, ut ubi pri-
 mum negotijs quibus nūc districtus es quie-
 tem impetraueris, aliquam consilij uissem
 tiliam mihi porrigas: quodq; imponitur
 oneris sponte suscipias: simul ut pleniore
 obsequio me tui amantissimum demere-
 ris, simul ne id suffragij mihi denegans, sis
 delicti mei (quod alioqui fortasse perpetrare
 rem) autor conscius. Vale. Valetudinem
 tuam cura diligenter, et me semper ama, ut
 semper fecisti. Datum ex ædibus nostris,
 quarto nonas Ianuarij.

Epistola 46.

Sæpe & multū dubitasse te asseris, es-
 ses necne, si quando sinister scrupulus
 animū tuum præstius uulneraret, ad me ue-
 lut anchoram præsidij causa confugiturus.
 Miror sanè, unde perplexa ista fluctua-
 tio, & anxietas tibi primum irrepserit: qui
 amicitie iure omnia tibi polliceri debuisset,
 quæ aut corporis aut ingenij mei uires
 nō exuperant. Effet quod cunctantius pau-
 lō hæsitares, si ulla in re quæ amicū postu-
 laueris, te repulsam apud me passum testa-
 reris, aut si in præstando uulneribus tuis
 medicamine, tardiusculū me aliquando a-
 micū præstitissem. Verū (nisi fallor) eum
 me semper probasti, qui (ut Periclis uerbū
 mihi uendi: em) paratus sum me rebus tuis
 accommodare, sed usque ad aras: quicquæ
 conseruandi tui causa, de uia declinare cum
 Chilone non dubitauerim. Dignissimum
 enim hoc mutue inter nos charitatis pi-
 gnore te semper iudicauit. Hæsitare igitur
 quiescas moneo, tibiq; persuadeas, me (ut
 cum Terentio loquar) pedibus manibq;
 omnia

omnia semper facturum, quod rebus tuis con-
 sulam. Quod aut scribis malignū quendam
 ac rabiose loquacitatis zolium in te conta-
 giosè uirulentie dietim quicquā ubiuis lo-
 corū euomer-, quem nec uerbis à te læsum,
 nec iniuria affectum putes, uis quid in ea re
 uile factu sentiam, tibi adaperiam? Socrati
 ce patientie tibi loricā assumes, frontem
 baccare cingas, incōcussu uultu omnia per-
 petere, patere, & abstinere, eiusq; uerba non
 pluris quam saturi uentris crepitus facias.
 Non ignoro, ideo durius bilem tibi ac sto-
 machum mouisse, quod quorum te in simu-
 lat, minime sis conscius. In hoc hercle no-
 titus argumentum fuerit tuæ sapientie, si u-
 bi clamosa comminatione uerbisq; iurgio-
 sis ita oblatrat, ita cornicatur, elinguem
 Scryphi ranam te præstiteris. Quid enim
 huic homini bōbilio licè dissuadeas? Quid
 serpentine lingue uenenum excutere sata-
 gas? Patere, patere, ac priusquam temere
 quicquā eructes, Tyberij Cæsaris modestiā
 in memoriam reuoces, qui (ut testatur ille)
 post conuicia, malosq; rumores, ac famosa
 de se ac suis carmina, firmus ac patiens, di-
 cere satis habuit: In ciuitate libera, liberus
 esse linguæ oportere. Ad id te omnia Phi-
 losophorum apophthegmata ac sententiæ
 inuitant, Cleobuli imprimis, cum cauillan-
 tibus non esse insanendum præipientis.
 Qui l quæso te lucri consequuturū speras,
 si cum iurgioso litiges, & (quod fertur) im-
 puteo cum cane pugnes? Nihil sanè malè di-
 cit, qui bene dicere non nouit. Eius igitur
 uerba zephyris committas. Ciamet, obstre-
 pat, crepet, increpet, nihil est quod tibi da-
 ri queat uicio, si pertuleris. Vale.

Epistola 47.

N. Agni (ut uideo) uerba mea aestimasti,
 magni consilia fecisti, hominū stultif-

sime: qui quod tibi perniciosum semper fore
 predicauit, excæcatus, & stulticia tenebris
 inuolutus ppetraueris. Parū tibi uisum fue-
 rat, iuuentutē innumeris propè flagitijs cō-
 taminare, nisi & summā tuis miserijs im-
 positurus, uxorē duceres, quasi uerò odio-
 sa tibi fuerit libertas, infantū clamor iucū-
 dus, quasi multorū curam appetas, qui tuū
 tantum excuriosus esse poteras. Quid dicet
 homo antiqua uirtute ac fide pater tuus, si
 rescuerit, qui iam sacris mysterijs & cul-
 tui diuino ab incunabilis te deuouerat? Te
 stor deum atq; hominū fidem, ad insaniam re-
 digetur, uix erit sui compos, ita ardebit ira-
 cundia. Et cui dubiū potest esse, quin scibi
 locorum te repererit, quingentos protinus
 tibi infringat colaphos, aut cerebrum tibi
 diminuatur, aut te uerberibus cæsum in pisce-
 nū dedat? Quibus autem uerbis ambire si-
 rentē conabor? Quæ prima exordia si-
 mæ? Quo afflatu lenire studebo? Vociferan-
 bitur scio, & me erroris tui consciū pro-
 nus exclamabit, arguet, detestabitur. Quæ
 enim interdū apud me iuuentutis tuæ iugū,
 libidinem, prodigentiā biliosus increparet,
 atq; adeo execraretur, ut penè in capillos
 tuos uellet inuolare, apud eum te semper
 excusatum habui, dixiq; iuuenile id esse ui-
 cium, ac primæuis omnibus cōmune, quod
 crescentibus annis facile extirparetur, pro-
 missiq; perditos illos mores me tibi facile ex-
 cussurū. Dij boni, quid inquam dicet? Vtri
 nostrum grauius excandesceat? utri durius
 conuiciū euomet? Vtrunq; sanè (ut opinor)
 pari cultro dignum putans furcis deuoue-
 bit. Miserum me, quid agam? Hocce etiam
 hominum perditissime, fecisse debueram,
 quin prius amicorum cuiquam uerba fa-
 ceres, mihi saltem, qui te semper pari lo-
 co habui, quo & parentem, cui nihil un-
 quam

quam tam arcanum intus latuit, quod tibi adaperire dubitauerim. Quid est quod in erroris tui fulcimentum adducas? Quod huic malo remedium inuenies? Quid quæ te arguet, referes? Si prius quam quicquæ molireris, amicorū neminem consilijs tuis adhibere uoluisti, cautius saltem præmeditari debuisses, quæd oneris subibas, cui iugo ceruicem inclinabas, iugo dico, quod cum uel cornibus excutere placeat, non liceat: id auribus tuis inculcatū, si profundius uoluas, ademptam tibi libertatem comperies. Te solum tui curiosum prius esse oportebat. Uxoris posthac, & liberorū cura erit habenda. In diem antehac uiuebas: incepto uix prandiculo matutino, cœnæ sequentis anxietate te esse nūc expedit. Porrectū (quod dicitur) pedibus, & in utramque prius aut rem dormiebas: nocturnum somnum tibi posthac auferet domestica necessitas. O hominem inconsultum, & iribus antyciris ea put insanabile. Erit pollicor tempus, in quo stulticiæ tuæ poenitentia ductum ungui bus faciem tibi deformes, & matrem quante pepererit, abortiuum malles peperisse. Quid quæso si amicorum uerba nequitauerunt, suis aureis sententijs philosophi ab hoc non deterruere? Quid primū omnium tibi non succurrit Alexandrides, qui dicebat, diem nuptialem malorū initium? nam aiebat: Si pauper diuitē duxeris, dominā, non uxorem acceperis. Si pauperem, onus uita ferre non poteris, quum pro uno duos sis nutriturus. Si turpem, dolebis. Si pulchram, habebis communē. Quid inquam Hypponactes et Cheremon nō duerterūt? quorum ille duos dixit uxoris dies dulcissimos, nuptiarum uidelicet, & mortis. Hic, satiū uxore ēfferre, quā ducere. Ceterum quoniā ueteri fertur prouerbio, serō p̄bry-

ges sapere, tuo nunc infortuno sapias, & quam in te custodi fābam, perperere. Quod tibi propinasti, uenenum bibe. Vale.

Epistola 48.

Quid causæ est, quod nouissimis tuis litteris tantopere mihi successeas, in me tam grauiter exclames, tam acriter inueharis, tam furiose seuias? Sum ne incēdarius, pyrata, sacrilegus, homicida? Nihil hercle (ut suspicor) peccauit, nihil comēui, nihil deniq; tāto dignū conuictio perpetravi. At uxorem (dico) parētib; (qui tā sacris mysterijs ab incunabulis me deuouerūt) ignorantibus, aut inuitis potius duxi. Quid nō duxerim? Quis d̄ protogamia hominē diuertat, quū nec humanis, nec diuinis legibus cauti ac uetiū fuisse unquam reperitur? Tu scibi legū, locorū, gentium, auihorū ue eminentissimorum, contra factum probaueris. dignissimus censeri uelim, cuius in exitium & mortem nō una pareitur simia, non serpens unus, non culeus unus, sed quicquid ab ingeniosis ad hominū tormenta & miseria tyrannis unquā reperitū est. Vis me sentio tenu: (quæ misera est lassitudo) solitariū ac cœlibē consenescere? Vis breuissimā hanc uitā instar lachrymosi iurturis præterire? Frustra igitur moneret Tragicus, leti ut uiuamus dum fata sinunt, quū præsertim properet cursu uita citato, uolucrisq; die rata præcipitis decidat anni. At ueterum quidem philosophorū multos & castē uiuēdum præcepisse, & ut præceperunt, uixisse, facile concesserim. Non est tamen dissimulandū plerorūq; non barbatenus philosophos, sed uerē sapientes, non tantū nuptias commendasse, sed ad eas quoq; accessisse. Summi enim philosophi Pythagoras, Socrates, Crates etiam, qui sine supellecile fuit, uxores duxerunt,

uerunt, eisq; cohibitaere, neq; philosophiæ impedimento putauerunt. Quid enim (ut arguebant) magis officium philosophi, quā secundum naturam uiuere? quid autē magis secundum naturam uiuere, quā uxorem ducere? Tute ipse nosū animal plenum rationis (quem hominem dicunt) sociale esse, atq; ex philosophorum testimonio, societatis illius principium esse coniugium, sine quo neq; ciuitas consistere, neq; domus perfecta esse potest. Illud enim uinculum (quæ iucunda est animi requies) utriq; curas adimit, in utroq; amicitiam conflat, ac si quod acerbitalis uirus in altero enascatur, partem alter ebibit. Nō sum atātum adeo imprudens, ut cui uel reiectis statim crepūdijs, id licere contenderim: ubi tamen ætas firmitus aliquādo maturuerit, non uideo quare id commodē fieri non possit, aut si possit, debeat, aut si debeat, cur mihi quoq; non liceat, quum necessarium uideatur matrimoniū ex triplici Lacedæmoniorum lege: quartū prima, Qui uxorem nō ducerēt; secunda, Qui tardius; tertia, Qui nō bene, damnabitur. Apud Romanos quoque Valer. Max. & Iulius Brutus Bubulcus censores, bona eorū qui ad senectū cœlibes puenierant, si se oadiudicasse creduntur. Sed quæ deformem (inquis) duxerit, molestam feret. Qui diuitē, non uxore, sed dominā acceperit. Qui pulchra, habebit communē. Duxi ego uxore forma liberali, et uultu adeo modesto, ut nihil supra: neq; enim (spero) communis erit, quæ nullū adulterio capitalius esse flagitiū sibi unquā per suasi, sed eos, quæ aliquid tale perpetrassent, Perilli tauro et Busyridis ara dignissimos semper asseruit. Quid quæso melius facerē eo, quo qui laborū partē sustineret, parē uoluptatis et leticia meū ebiberet, reperirē? Faciā enim ali quid oportet, sacris me addicere mysterijs,

qui id utile fore ut crederē, adduci nunquā potuit? Solus belluæ instar uiuere, cui solitaria uita nihil unquā magis odiosum uisum est? Fornicarer, aut adulterijs me contaminare, cui aliter concupiscentiæ præter scelus parere liceat. Fornicatioe & adulterijs abstinere, cui stimulo carnis reluctari, impossibile magis quā difficile extitit? Quæ igitur secus fieri nequiterit, quiescas porro moneo, ac desistas mihi uelut ignominiosum aliquid connubiū obijcere. Egeo tua & parentū opera, quam si facti huius pertesi mihi denegaueris, solus rerum mearum utcumq; poterō satagam, quādo etiam id efficere, mea propius quā aliorū inter est. Quod si assiduis corporis mei sudor minor fuerit, quā ut nostrum utriq; uictum conferre ualeat, certum est domesticatim potius manus ad stipem porrigere, quā media miserē consumi. Vale, habes animi nuncia uerba mei. Datum ex meo & sponsa tugurio Calendis Martij.

Epistola 49.

Hominū barbaris et incultis morib; præditorum cōpluseula belluina propē feritatis exempla historiarum, passim reperire est. Nec usquā tamē annaliū legisse aut uidi disse tā lapideæ ceruicis, tā agresti natū ingenio quenquā meminisse, quæ pepone molliorem, & oleo tranquilliorē non redderent meæ uita tua detestatis inelationes, quæ te cordicatus nō solū non pupugere, sed ne in cute quidem titillarunt. Quod me animi suspensum ita reddidit, ut quotiescunq; reihutus in mentē uenit (uenit autē per singulas horarū minutias) mihi uix ipse tēperē, quin uitæ longioris perta fuis, nouū aliquod & inauditum mortis genus misero mihi comminiscar, quo possum inuisam quam primū abrumpere lucem. Fecissem quos

Impudicem (ut opinor) nisi ferreum hunc animi tui rigorem humanissimis uerbis sensim exenti posse mihi persuasissem. Quis enim perferat probris alienis se infamē fieri? At puerorum flagitia sepe numero parētibz impinguntur, quōd hanc peccandi occasione mollemq; educationē (quæ omnes corporis & animi neruus frangit) liberi us illis uideantur indulsisse. Videbor igitur mea secordia, aut formandi tua negligentia ad nequitiam fenestram tibi patefuisse, atque quum nihil aliud perpetrauero, quàm quōd talem genuerim, magnam tamen rei publicæ iniuriam uidebor intulisse, quasi uerò omnem operam, curam, industriam, diligentiam deniq; omnem, ut te quàm optimis formarem institutis, non adhibuerim. Quando enim quæso rerum tuarum negens uisus sum? quando tardus aut fugiens laboris, eius præsertim quem tibi usui re credidisti nonne à puero paruulū eduxi? Nonne pecuniarum aliarumq; rerū tibi uilium affatim semper ministrasti? Nonne sub præceptoribus Latinas literas haud incuriosē doctis (quos intra priuatos non modo retinui stipendio) erudiendum curasti? Abundē lignorum (si quando uehemens esset frigorū intemperies) præbui, mūdus cæteris fratribz uestiui. Sperabam itaq; his in te meritis, te quocunq; terrarum missis iturum, nihil eorum quæ præcepissem morosa ceruice detrectaturum, sed pedibus manibusq; in meam sententiam descensurum. Neq; tamen te pudet hominum turpissime ea facere, quæ et me ad insaniam redactura, & te (ne dubitaueris) aliquando ad furcas & scalas gemonias ductura sint. Nam si lucidius aliqua ex his quæ infamita sunt uerbis completi liceat, quæ nam scelerum species reperiri queat, quæ te non

inquinaueris? quis in tota Gallia sicarius, quis ganeo, quis adulter, quis parricida, quis nepos, quis alio, qui se tecum familiarissimē uixisse nō fateatur? Taceo pueritiā tuā quam delicijs soluisi, uerba impudica, ne Alexandrinus quidem permittenda delicijs, in ore tuo frequentia, alia item grauisissima, quæ ab omnibus perpetrasse uinam falso dicereris, quæ tamen si dictu pudenda sunt, fecisse tamen te non puduit. Acciuerūt me ad cœnam nudiusquartus amicorum nō nulli, ubi cum in tui mentionem mutuis incidissemus colloquijs, cœpit quidem immodicus alioqui uirtutum mearum aestimator, me sinistris auiibus natum prædicare, qui filiu genuissem effigie tenus hominem. Spurcissimis auiem moribus porco simillimum, cui iucundius sit in cœno & stercore uoluntari, quàm aqua purissima dilui. Nec desuere, qui te ipsum perinde ac spurium semine meo genitū irascias irēt, qui uirtutum mearum ne minimam quidem refreres scintillam, nec mea te mouentis uerba piuris quàm eminulos lanarū stoccos aestimares. O quanta quæso, quamq; accita doloris cuspidē perclusus meum tunc perfosum fuisse existimas? O quanta ita siccum iecur arsisse opinari? Viuisses (ita me nij ament) excussos oculis meis lachrymarum riuulos uberim erumpere. Vidisses capillos uentis diffusos extrahi. Dixisses, aut me dentium stridorem perpeti, aut quibusdam numinum intempere, morboe comitiali miserimē agitatū, distorqueri, ita me stimulabat rabies, ita comprimebat dolor. Quem dum qui a te rant uerbis lenire (frustra tamen) conarentur, aggrauescerebat ita ut perendie uiderer moriturus. Dij boni si te talem futurū sperassem, te hercle (ut opinor) nutricis abulbere raptum feris deuandandum obiecissem.

Idq;

Idq; in rem utriusque fuisset, uicij saltem caruisses, ego miseris istis quas perditissimi tui mores glomeratim mihi congruūt. Tu ob scelerum ignominia, ego ob eam (quam præbuisse dicor) peccandi occasionem despectui & ludibrio non haberemur. Mirabar, mirabar, quōd tui uidendi copia neq; nobis, neq; amicorum cuiquā iam pridem fecisses. Tuæ enim turpissimæ uitæ cōscijs reformidabas, ne nostris omnium clamoribus (ut criminosis est) arguereris. Timebas licentiā tibi adimi, & iugum seruire imponi. O quàm inopes mētis meo unius periculo eos prædicauerim, qui dum ætas metus, magister prohibent, quodā uelut præfugio putant sibi compertum, quales sint futuri uuentū mores: his nihil sagaciores, qui ab unguibus leonem indicāt. Tu quum adhuc puerulus esses, eminentissimum futura uirtutis lumen præ te ferebas, omnesq; (ut eos iuuenum qui uerecundi sunt laudare mos est) modestissimum te prædicabant, nec erat qui spem de te quàm optimam non conciperet. Sed Heu hominum ignare mētes, ignara futuri pectora, dum ualidos ætas tibi contulit annos, Virtutū radijs scelerum præferre tenebras Cœpisti, & misere præfugia fallere turbæ. Iam ut aliquādo uerbis istis nihil apud te lucrifaciurus, nullum (ut scio) pondus habiturus, sinem adijciam: ad ea quæ nunc dicam aures aduerte. Non si (ut cum Terentio loquar) ex capite meo sis natus, itidem ut aiunt Mineruam esse ex Ioue, ea causa magis patiar flagitijs tuis me infamem fieri: aut igitur uitā in melius commutes, aut de te literam longam facturum, iugulum pares laqueo. Nisi enim te respicuisse audiero, ego uelut spurium, & puerum me patre minimē dignum, te exheredabo, exheredatum breuibus gurgulis, per-

petuis tenebris, aut furcis potius deuocabo. Vale, & uerborum meorum (si sapias) noli dememinisse.

Epistola 50.

Vix audeo hercle postulare, ut uerbis meis fidem adhibeas, non quod comenticia quædam, aut hyperbolica scripturus sim, sed quod factu difficilissima fortasse uiderentur, nisi sincera fide tibi persuaderes, eum me esse, quem amicorum absentia non minus torqueat, & exulceret, quàm delectet præsentia, & enutriat. Postulabo tamen (scio) multa intempestiue, & illepidè meo more dicturus: sed quæ omnia meæ imperitiæ tua condonet & indulgeat humanitas. Iamprimum omnium latere te nolui, ex eo quo Lutetianæ mythologias, uolaresq; istas (quibz impalescimus) naniæ reliquisti, Aureliamq; profectus es, ut ibidem in meliores disciplinas, & magis quæstuosas te totum impeneirares: animū meū tui absentis desiderio ita intabuisset, ita somnolentis quibusdam cogitationibus emarcuisset, ut Socratis nō longè absimilis uiderer, qui stare solitus dicitur pertinaci statū perditus, atq; perniox à summo lucis ortu ad solem alterum orientem inconniuens, immobilis, isdem in uestigijs, ore atq; oculis in eundem locum directis, agitabundus. Dixisses me instar Niobes in lapidē obriuisse, aut præstigijs quibusdā laruisq; bus stuaris stupefactum obmutuisse. Quinetiam Agelæstus, ac uelut irrifibilis laqueus factus sum. Te testes collegæ nostri, qui ubi a te nuatam prorsus faciem & ossa ipsa cute tenus protuberantia cōtuentur, morbo et eo quiddē acerbo ac diuturno me laborasse coniectant: qui tamen mutæ nostræ beneuolentiæ certiores fiunt, id tui causa mihi contigisse, non ambigunt, & grum pro-

pterea solantur, aut saltem solari contendunt, causati nullum esse tam pertinax & indissolubile amicorū contuberniū, quod aliquando alio istuc, alio illuc profecturo separari non oporteat. Vellem nihilominus à dijs immortalibus ita comparatū fuisse, ut mori tecū mihi licuisset, quo cū tam beneuolē uiuerem: quid uiuere? imō iocari semper & ociari licuerat. Sed O fortuna (exclamat Plautus) ut nunquam es perpetuò bona. Eo me amico priuari oportuit, quo cum omnia ut mecum liberē loqui poteram? Qui dolorum meorum partem ebi bebatur? sine quo iucundum nihil mihi uidebatur? qui acerbitalis meæ uirus utcuque pestilens in exhausta uerborum magniloquentia repellat? Facundo tibi mihi per similibus, quem scitē & modulatē adhibitum Thrasarū morsibus mederi, testis est Theophrastus ille Gellianus. Quæ omnia qui adulandi studio à me dicta suspicaretur, is hercle tibi non minus quàm mihi esset iniurius, me uidelicet parasiti similem existimans, te Thrasoni Terentiano auris popularibus gaudenti comparans, qui inadulabilis es, & iudicij tui non prodigus: quicquid palpum obrudere, si lenociniū esset, caute nouisti. Stultum esset & inconsulte factum, hoc astu ad tibi cōgratulan dum uel le irreperere, quē nuda & infucata delectat ueritas, quēq; (ut cum Aulo Gellio loquar) hominem esse noui scientia nihil de uerbis laborante. Etsi autem ea animi ægritudine semper fuerim, scribendi tamen cupido mihi nunquam defuit, neq; enim deesse permisisset insopita mutua inter nos amicitie recordatio, quæ audacem suggereret animum & hortatur, licet timidiusculum faceret imperitia, eoque audacior fieret, quo operauer stylum meum insulsū & resu-

cum, solocēq; (ut tecum et eum Gellio loquar) ubiuis scitentem, nō multum ab eorum abhorre facundia, qui uel Cesareo uel Pontificio iuri uacarent, non quod eis lingue cultum derogem: sed quod mihi dicendi peritiam uendicatum nolim. At ubi reddita est nobis à Trimegisto tuo uerē (ut opinor) leguleio epistola, dijs boni quantū stupui, quantum inquam mihi admiratio nis attulit rei nouitas, qui bellē in animum meum induxeram, sermonis cultura non magis cum legum studio coniunctum esse, quàm maturam cum infantia prudentiam. Putabam ego phylonomos omnes barbarē, aut saltem nō multum lepide loqui: plerosq; non latinæ lingue insectia, sed ostendendæ doctrinæ tædio, aut odio potius. Vi deo tamē, si modò tui similes multi comperiuntur, peritiam & facundiam cum legibus adeo coniunctam esse, ut difficillimum sit iudicare, magis ne legibus artes humanitatis, an artibus ipsis leges debeāt. Quæ in re maximū mihi stuporē attulisti, quod eas contemptui, ne eum derelictui habeam, sine quibus leges ipsæ uel sanē rudentibus Arcadiæ pecuarijs displiceant, aut syluestribus rusticis notescant facillimē. Gaudeo tamen quicquid dicas earum amœnitate & succo te oblectari, quarum studio coactus tibi interdixisti. Dij faciant ut eo semper animo, et si dissimules, perdures, ut palatinam mephitim, & caustidicorum istic latrantium barbariem, tua eruitione, si nihil & doctrina uenustes, & Budæū (quæ doctissimum esse uel frequentibus cuiusq; testimonijs, & inter Lutetianos uelut mōstrum prius inuisum, nemo inficias ire audeat) omnimodo infecteris doctrina, eosq; aliquando castiges patronos ineptientes, qui nullam utriq; iuri sermonē aptum existimant,

stimant, nisi eum qui inornatus sit maxime: quasi uerò ex industria barbarē loquatur, quos Latine loqui uetat imperitia. Quod autem multis uerbis artes nostras despiciari uisus es, te sanē scilicet prædico, cui tandem aliquando ex his garrulentibus disciplinis, nihil homini præter pauperiem comparantibus, emergere ac pedem reuocare licuit. Nos autem malē feriatos, qui in his consensimus, ac penē Pherecydis instar Phihiriasi, & morbo Syllano inter pediculos collegiales emarcemus & tabe lenta consumimur. Nos impendio loquaciores theorematibus tantum nugantibus, puerilibusq; commentationibus dilatantes, & captionum grammaticarum laqueis strepentes, stipulas & culmos steriles colligimus: uos (absit uerbis meis inuidia) grana relictis inanibus palleis ubertim metitis. Nos (ut uerē dicis) uerborum & argutiarum fuligine obcecari præsentia tantum conspicimus, futurorum immemores. Vos & præsentium et futurorum solliciti, posthabitis disciplinarum nihil crumene profuturarum studijs, prospicienter uobis & reipublicæ consulitis. Quare nimirum si ad magistratus amplioresq; dignitates erecti fortunā uestro temperetis arbitrio: nos uerò ueluti pulli inuolucres & implumes, è nido surgere nunquam possumus, sed quid aliud faciamus? Nō cuius homini eonungit adire Corynthum. Vnum est, quod me solatur maximē. Securus ego me in infima conditione uisurum spero, (si modò paupertate mea fuero contentus) quàm si ampliori inhians, me semper animi cruciarem miserē: & si hoc eorum sit dictum, qui quā nihil assequi possunt, desperantes suis contentos rebus asserunt: quod quidem uelint nolint, faciant oportet. Cæ

terum in re nihili utranq; paginam fecisse uidear, conditionis meæ certiores partem te uelim facere: ut mihi si sinistra sit, condoleas, si prospera, congratulere. Discipulorum imprimis numerus in eodem statu permanens, præterquam quod uno florido diminutus est, qui patrem mala ualitudine laborantem uisurus abiit, ut uel attritus interfit exequijs, uel conualescentem letus uideat: uenturus sit, necne, lateat: neq; sanē multum laboro. Eam enim à discessu tuo constantiæ lorica indui, ut iam friuolis id genus rebus contristari non decreuerim. Ego prosperē ualeo. id unum me semper malē habuit, quod absentia tuæ impatientissimus fuerim: dolorem tamen hunc leniūt prospera tua (quam ex literis cognoui) conditio. Nihil istic noui agitur. In regum festo tria aut quatuor tantum collegia, mimos & comœdiæ recitauerunt, & eas quidem satyricis immunes aculeis: titimuit enim capiti suo unusquisq; quorundam periculo factus cautior, qui (quod rege maieitati et muliebri perduelles stigma inuississent) cæthenati ad regem non tam duli quàm tracti sunt. Magister Durandus, cui doleo, adhuc in uinculis est: dolorem tamen sperato reginæ aduētū, ubi se liberum fore confidit, solatur. Fatīs (ut multa plerunq; cadūt inter calicē supraq; labra) concesserunt magister Ioannes Tylli, olim Nauarrici templi sacellanus, & N. hic Lutetia, Niuernis ille: misereatur utriusque dominus. Salutaui omnes quos literis tuis salutandos iusseras, qui te pariter resalutant. Superest etiam, ut uerbis utcuq; fieri potuit humanis dominos meos Amocurianos (quorum ego obsequijs ad aras usq; sum paratissimus) meo nomine saluē

dones. Item M. Xantonensem, & utrumq; Garsonerium. Item magistros, & (quos omisisse fuisset incivilis & rustici plane hominis) discipulos nostros, Rutillum Pedianum, & Mirandulanum ingenuos adolefcentes, mei, (ut opinor) amantissimos, quibus quoque in amore respondeo. His plurimum gratulor, gratulaborq; quandiu uixero: quod (ut scribis) contentiosa quidam emulatione studio audivissime incumbant, & à simili hero mores imbibant, sintq; ut morum tuorum, ita & studiorum ingeniosi sectatores, & solertes simij. Spero rem nostram publicam tua & eorum doctrina ac prudentia, tandem maxime auctum iri, & prudentissime gubernatum. Dij faciant, ut ea res falsum me non habeat. Si quid est, quod mea ars istic in tua & eorum causa efficere ualeat, aut patrocinari, non parcas laboribus. Inuenies me non segnem, neque tui absentis immemorem. Vale tu Nomophage, & illi Nomophyli, & excusata habete, ut sermonis, ita & formando rum compingendorumq; debite elementorum inscitiam. Datum ex cubiculo nostro, decimo octavo Calend. Feb. Vnū est quod omiserā. Cauete queso mei animuli, ne ingeniola uestra, & corpuscula tantis laboribus, aut peruigilijs, frequentioriq; studio ita fatigetis, ut propterea immedicabilem morbum incurritis. Id dico, quoniam iam pridem compertum est, uos hac re frenis, non calcariibus indigere.

Epistola 52.

N vdiustertius hora post meridiem circiter 4. eas ego suscepi literas, quas ta bellario nostrati pridie Calend. Octob. ad me dederas, quib. ego lectis notissimū prudentie tue feci periculum, notius longē fa-

sturus, si in ea perstiteris animi modestia, quam hactenus tibi uendicasti. His autem me consulebas, sub cuius preceptoris ferula tibi ad doctrinam comparandam esset militandum. Quod etsi inquisitus, exactius, ac magis sollicitē questum reposceret iudicium, coactus sum hac epistola raptim & tumultuarie scripta, tibi pauca aperire, quid super ea re mihi sit animi, idque facere propter desperatā abituri nunciij celeritatem, qui anielucano sequentis diei quo uenerat tempore, sibi prope re deandum esse testabatur. Consulere imprimis, ut eum preceptorem tibi eligeres, cuius uirtus nō minus animum excoleret, quam doctrina ingenium uergetet. Nam si studijs (ut cum Fabio loquar) scholam profuturam moribus, autem nociturā, constaret: potior mihi honeste uiuendi ratio, quam uel optime dicendi uideretur. Est ludimagistorum genus, qui rudimenta illa (sine quib. quicquid superextruxeris, corruet) neglectiui habent, & fastidiunt, quod ab omni ostentatione aliena sint: ea tamen maxime curāt, quæ xenodochiā, id est, uanam gloriā offerant. Sub his te merere nolim, tum quod plura in fronte promittāt, quā præsent in recessu: tum quod impedio loquaciores, ac nugab. bus quibusdā nanijs dilatantes, pueris fumos uenditent: nihil doctrinæ solidæ eorundem animis suggerāt & inculcēt: sed mani uerborum & argutarum fuligine perbellē deludant: ita ut quum quinquēnio eosdem habuerint discipulos abecedarios, & primorum elementorum ignaros, si interroges, cōperias, quod quā molestū sit parētibus, qui pecunias nō modicas his nutriendis profuderunt, quā perniciosum illis ipsis, qui illic pueritiam in nugis contriuerunt, dictū esset difficile.

Huius-

Huiusmodi preceptores uerbis interdum piperatis strepunt, præ se ceteros rudes esse & agrestes prædicant, inanes flant glorias, ac falsam scientiæ persuasionem sibi induūt, dignosq; penē dixerim se iudicant, quibus uicatim assurgant omnes. Verum si propius consideres, quid utilitatis habeat eorum doctrina, nihil sanē reperies, quod uel fracta nuce tibi putes emēdum: horum igitur scholis tibi maxime interdicas: præ stabilis sapientiæ uirum elige, cuius sanctitas teneriores puerorum animos ab iniuria custodiat, ferocitantes à licentia grauitas deterreat: hæc si feceris, nec te sub eo meruisse, nec consilijs nostris acquieuisse poentuerit. Vale. Datum ex ædibus nostris 16. Calend. Nouembris.

Epistola 52.

Vitam meam nec unius assis estimādāam putauerim, nisi te rebus meis ac salutitotū deuoueam, qui nullum amantissimi hominis officium in me prætermiseris: imminet enim capiti meo discrimen, quod nisi tuo unius patrocinio ac præsidio uitare nō liceat. Ne autem uerbis meis defatigatus pertedeas, rem omnē tibi à principio stridim aperire constitui. Celebrabatur nuper conuiuū, perdicibus phasianis, coturnicibus, pauis, lepisculis, ferina, tantisq; alijs omne genus delicijs, & esculentis superfluens, ut huius respectu memorabilem Cleopatæ cenā sordere dixisses. Aderat & trimū nectar, quod iam in subterraneis ænopolijs penē emarcuerat. Huic ego interfui, affiterunt ei pleriq; multi nostrates nō obscuri nominis uiri. Saturis iā omnibus, ubi deposita epularū reliquiæ, ceperunt protinus (ut moris est) cytharistæ & tibicines perancenis instrepere caticulis, atq; omnium ita aures delinire, ut iam diuo-

rum, nedum regū, sceleritatē inuideret: & nix surrexerūt, histriones, funambuli, qui multiformi corporū uoluntatione plurimum oblectabāt, uenerūt interdum, qui pruriens tum animos titillarēt. Aderat (ut semel finiam) omne genus uoluptatis, gratiq; omnia & iucunda supra modū uisa sunt, præterquā quod comatuli cuiusdam uno digipito caput scalpentis mollicies plerisq; tediosa satis uisa est. Erat enim, qualem fuisse Demosthenē scribit Gellius, uestitu certisq; cultu corporis nitido, uenusto, nimisque accurato, talaribus tuniculis more Lydi cauponantis circumspectē & compositē induebatur. Erant eius manus inter agendū argute & gestuose, ita ut Dionysie satatriculæ cognomēto dignus cum Hortensio uideretur. Quū igitur id omnibus molestum esse conspicerem, nullum tū esse, qui eius rei tādū uerbis auderet exprimere, ista obiurgare superfluentē tantis rebus hominem incessui, quod agrē ferēs animo colaphum mihi protinus infregit, ego corrad gladio uagina excerpto, hominē cordacitus uulneraui, quo factō, salutem mihi fugare querere coactus sum: uiuātne adhuc am mortuus sit, nescio. Querunt me satellites ad furcas, ut sicubi locorū me repererint, de me propediē adū sit. Venio igitur te oraturus, ut meuel domitue oculos, aut saltem uisum tibi, si istac transferint in facieris. Iniquum est, fateor, mendacium perpetrare. Parua tamen (inquunt Theophrastus, Gellianus, & Liuius) uel turpitudine, uel infamia subeunda est. Si ea te magna utilitas amico queri potest. Et Chilo sapiens conseruandi amici causa de uia declinauit, falsum enim consiliū pro eius salute dedit. Pericles quoq; rogatus, ut pro amico falsum diceret, opus est (respondit) me am-

d d d

618

eis commodare, sed usq; ad aras. Hinc igitur precibus meis locum relinquo uestrum. Tantum enim me tibi debere fatebor, quantum patri, si tuo unius praesidio periculum hoc effugerem. Vale.

Epistola 53.

Demosthenes Graecorum eloquentissimus, apud Philippum regem Amyntae filium uerba facturus, in ipso statim orationis limine stupefactus obmutuit, maiestate (ut credibile est) tanti uiri perterritus. Quod (ut opinor) heri ac nudius tertius mihi contigisset, dum me colloquio tuo dignatus es, nisi stupore hunc explorata mihi iam pridem excusset humanitas tua: nam quum parulus esses, et in re militari militaris, tantam morum facilitatem praetuleristi, tamam omnes abiectionissimos, et gregarios inopes benignitatem, ut iam tuum primum, qui spem de te quam optima futura uirtutu non ceperit, fuerit nemo. Quo mihi ampliori laude cumulatius uideris, qui pro uictor factus tibi semper constiteris, neque amplissimum bonorum culminibus euaseris arrogatior, aut magis insolens: quod qui faciat, albis sane coruis rariores conperiuntur. Vsu enim uenire conspiciuntur, ut a teneris annis permulti doctores uideantur pueri, qui ubi collum iugo subtraxerunt, tandem uelut pristinae conditionis immemores statim superbiunt, eosque aspernentur, quibus cum pueruli familiarissimum uixerunt: quodque multo deterius est, uirtutes omnes abrogat, Neroni hercule per similes, qui licet ephebus optime uideretur indolis, ubi tamen uirum egit, tantis tantisque probrosis uitae flagitijs commaculauit, ut eius in exitum et mortem non una parari simia, non serpens unus, non culeus unus aebuerit. Quod genus hominum moribus quantum tibi interdixeris, uel caeco appareat, qui quanto pro-

ueditores annos attingis, amplioribus animi uirtutibus exornes: nam ut exemplo contentus unico, reliquis innumera, quae sese ubertim tibi offerunt, et ingenium penes obuiunt, omitam, quis mansueti ac modesti hominis factum non iudicet, quod me in ludo (quod prius tyronem cognoueris) abiectissimum homuncionem, quod quercubus (ut dicitur) et saxis natum, uixque satis dignum, qui pedum tuorum uestigia deosculer, simul et iterum in familiam tuam euocaueris, nunquam de te bene mereris. Quid enim bene mereri posset is, cui nihil est, de eo, cui nihil deesse? Quid si nullo genere obsequij lacusuius fuisset? Credibile est sane te magis paupertatis meae et laborum misereri, quam operam et famulicium indigere. Nunc ne parasiti in istar uerbis titillanibus aure tibi demulcere, aut caput blandiendo conficere uidear, ea nunc primum literis aperiam, quae mutuo reuelare colloquio tua deterruit maiestas: ubi heri me tecum loquentem timidiusculum uides, concessisti (quae tua fuit humanitas) ut id scriptis facerem. Faciam igitur. Percussus es me, uellem necne a regendis puerorum gregibus abstinere, atque istinc domum tuam migrare. Nolo hercule istinc consensere: consenui tamen haecenus, expectans quo istinc euocarer, ac de me bene mererer, non doctrinae meae (quae nulla est) gratia, sed paupertatis, quae magna est inuitu. Hanc spem mihi suggererent plerique, quibus non usquequaque sinistris prouisum est. Nam ut ceteros omittam, praceptor meus doctissimus magister Ioannes Clauimontius, ubi rotam aliquandiu istinc uoluit, familiae domini Laudunensis ascriptus est. Alij esse permulti, quorum ne mimibus paroco, ne quis me oculis obliquis alienam prosperitatem lemare dicat, fortunam satis pum-

guem

quam sibi fecerunt. Eandem ego aleam diem exspecto: nullius tamen quantumcumque opulenti domum intraturus, quae imperitiae meae ac morum non commouerim. Quonia igitur tuae fuit modestiae me euocare, ad iam primum omnium non ignores uelim, nihil esse in me doctrinae aut eloquentiae, quod tibi usui uel honori esse possit. Si quod tamen sit in hac re ministerium, non negligens tibi polliceor, et (ut uires suppeditabunt) frequens et labor ipsi uicinia nullum aliud officij genus ab ipsa infantia exercui, in quo operam tibi possem promittere, quam si pollicerer, et te tua spe fallerem, et mendacij conuincerem. Noueris ad haec, me et his moribus praeditum, ut holuscus agricolae libenter malim uicitare, quam seruus lautissimis esculentis. Quocirca tibi soli et uni obnoxius esse uelim, nec subiectus, omnibus tamen in obsequiosus. Praeterea nudus sum tanquam ex matre, uixque (ut a latro dicitur) obolum habeo, unde restim emam. Si tecum sero, omnia mihi suppedites oportet, quae ad honeste uiuendum uidebuntur utilia et necessaria. Et quoniam ex famulorum immundicia et sorditate, domini plerumque arguitur inopia, uestimentis (ut clericum decet) honestis indui poteris, non uersicoloribus, aut hystrionicis, quae si meo emenda arbitrio uoles committere, sed edio quantumcumque modico mihi opus est. Scio te munificum, et qui famulos seipse, neque tamen compositi et uenusti nimis indutos malis, quam erumenam immodicis uari ponderibus tuamentem. Equum praeterea uelim suis ephippijs ornatum, tuus sum tibi ueritum: et quoniam, teste Ouidio, ea minus fecissim scribentis, et oia querunt, uellem ut tandem aliquam locum mihi destinares, ubi missis ac tibi liberius uacarem. Impossibile est

enim, quae tumultuario sunt studio, ac frequentibus interrupto discursibus, multum esse decocta ac eliminata. Haec omnia etsi studiose appetam, nihil tamen ardentius, et obuium magis tua beneuolentia quam ubi fueris consequutus, digito coelum uidebor attingisse. Haec omnia eo audentius tibi aperui, quod me intrepidum in his detegendis prius esse iussisti. Postularem si me susciperes, ut non cito desereres, nisi iam diu mihi compertum esset, ea te constanter praeditum, ut quos tecum euocaueris, nunquam nisi uolentes deseras. Perpendes igitur, si adhuc hoc mihi condonare libet, placeat necne haec tibi conditio, quae si displiceat, fortunae adhuc prioris contentus uiuam: ferreus tamen sum, utcumque contigerit, et lapideus, si unquam tanta tuae humanitatis fueris oblitus. Vale.

Epistola 54.

Vix licet per ocium in mense semel tantum feriari, tot meae ceruici incumbunt negotia, totultrò citroque curis agitor. Quod si aliquando possum aliquid suffurari ocij, moris est mihi aliquo me loco recipere, ubi fatigatum labore spiritum reuocem, et huius seculi uanitates et miseriae considerem. Quod nudius tertius feci. Sed ubi satis apud me sagaci uelut truuina perpendi, nihil in toto mundo reperi, quod suos non patiantur manes. Reges uenenum reforsidant, domesticasque metuunt perditiones. Senatores sunt auari, et lucri cupidi, nunquam securè degunt auari, mors propius instat, quam uita, in perpetuis uiuunt miseris agricolae. Ne multa, nihil est quod suos non patiantur manes, quodque non sit calamitatibus obnoxium. Quocirca si me consulas, quid in hac re sis facturus, te monebo

ddd ut

ut possit habito omni diutino studio exitum uitæ perpendas. Nam aperte constat, nihil hac uita esse fragilius: prudenter igitur feceris, si tuæ salutis inuigiles. Vale.

Epistola 55.

Nihil peius odi, quam istos hypocritas et philosophastros, qui in opinionē sanctitatis uenientes, Calomanā seueritatem capillis supercilio breuioribus paulatim promittunt. Expertus loquor, multos reperias uerborum tenuis zetos, qui multa de uirtutibus publico theatro exclamant: quiq; omnia uicio dant, aut digna putant incendio: intus tamē sunt pellace uulpe nequiores. Volo, si religionem imitari decreueris, ut sis aperto pectore, et insucatis moribus. In primis da operam ut talis fias, qualis cupis uideri. Non est quod in me succensere debeas, sed potius ames, quod nullam nomini tuo maculam iniuri permittā, insuper quod dicas, te uelle amicum habere, cum quo liberē omnia, ut tecum, audeas loqui. Nullum (si me audias) tibi comparabis, nisi prius cum eo tres modios salis comederis. Multi sunt in hostio tantum formosi, et uerbis palam amici, qui tamen elanculum ferunt insidias. Vale.

Epistola 56.

Nescio quid sit in causa, quamobrē mihi succenseas: nihil enim me puto fecisse, aut dixisse, aut excogitasse quidem, quod tibi detrimento sit futurum. Culpauit, fateor, nonnunquam ignauiam tuam. Obseruauit quibuscum uersabar, tuarum rerum fatigi: sed alio uersum hoc feci, quam ut tibi nocerem. Tute olim mei in te amoris periculum fecisti. Nisi uelis in tua uicia reclamari, alio te diuertas. nam quādiu simul uiuimus, nullam tuo nomini maculam iniuri permittam: mihi etiam (si secus age-

rem) summo uerteretur opprobrio. Verbis meis paulatim acquiescas, et bene tibi uertet: omnia ad uotū tuum faciam. Non parcas pecunijs meis, atq; adeo omnibus domesticis rebus, hauries a me, uelut ab ipso horreo. Sed si cuiquam detrabere uelis, ut genialius tibi indulgeas: nullum a me spes res auxilium. Vale.

Epistola 57.

Moneo te plerunque tuæ utilitatis, et ab omni scommatum iniuria nomen tuum uindicare satago: sed dum aliquantisper mihi tecū loqui licet, aliō diuagaris, et (ut dicitur) extra meum sermonem, tuæ peregrinantur aures. Non admodum habereis in precio, si eo quo cœpisti pede semper perrexeris: ut enim uicatim compita, et timq; eos iuuenum prædicant omnes, qui rectē consulentibus dociles se præbere non ingrauantur, ita et maximo probro datur his, qui amicorū consilijs aures ocludunt, aut prudentium exhortationes nihil penitus ducunt. Et quū unusquisq; sibi persuaserat, te esse ingenio facili et benigno, in spem ueneram te nihil detracturum, quod suauissimū: at (ut uideo) si rosas loquerer, uerba mea nec hili quidem duceres. Nescio quid sit causæ, quamobrē id ipsum facias. Tantisper enim dum tuæ consuetudine mihi frui licuit, intimum te semper habui, sed (ut conijcio) illud ipsum est: Nemo non nouit arduum esse, hominē natura districtum corrigere. Nequitia tuæ diuturnum indormiisti somnum, et in pectus semper obduruisti. Quare difficillimum est, te noua pelle inducere. Vale.

Epistola 58.

Laudabile fuit Amasis Aegypti regis institutum, qui lege sanxit, ut singuli quotannis apud cuiusq; præfecturæ præ-

fidem

fidem profiterentur unde uiuerent, quod qui non facerent, extremum illis supplicium esset pœna: cui sanctissimæ legi conformis propemodum uideatur Gymnosophistarum mos, apud quos impransibabant, qui nullum diurni laboris fructum parentibus afferbant, et apud Baleares Hispaniæ insulas, puer antiquitus cibum a matre non capiebat, nisi quid ea monstrate sagitta percussisset. Nam ut in Olympia non meretur coronā, nisi qui legitime certauerit, ita nec dignus est uita, qui nihil parturit, quo testetur se uixisse. In omnib. elementis ita uel deo placuit uel naturæ, ut nihil penitus torperet in ocio. Cœlum quo integūtur omnia, cyclo et orbiculari motu semouet. Sol et luna alternatim suos meatus peragunt, et sibi cedunt. Hæc noctē illuminat, ille diē præst. Venti suas tenet regiones, unde flatu spirant immobili. Signa zodiaci alternatim solis flexum amittunt. Mare quiescentibus uentis tranquillum, iisdem resstantibus agitatur, et suos pisces nunquā non eiecit. Terra sterilis et infœcunda hyberno tempore, uernis et æstiuis frugibus et tempus aptū fructui ferendo persentiscunt, egerūt botros, et uiorē induunt: ilices et quercus cœcipiunt glandes, Lau-

nus frumens, et legumina, cumulatissimè prouētugenerans. Quid annus ipse, quem rerum nostrarum et uitæ demens fore cogno-

scimus, quando a sua desijt natura? Quis uidit uer sine uiolis, æstatem sine granis et calore, sine pomis autumnum, hyemem absq; niuib. et pruimis? Nonne succedentes seriatiim menses suis officijs manent? Quis inuersum uidit ordinem? Quod si hæc omnia naturæ legibus et institutis parēt, suos semper emittant foetus, pudrātne hominē solum (quem tamen præesse omnib. creaturis dii uoluerunt) quiescere, solum putrescere in ocio, solum sine fruge conuescere, effectam solum etatē præterire, solum sine ullo uitæ ornamento emori? Quis hoc probaret nisi desitoculus, nisi qui cucurbitas lippit et inops est rationis: quum bruta ipsa ceteraq; animantia quibus deest ratio, ratiocinentur unde uiuant, et quantum lucumque laboris sui testimonium nobis omnibus uidentum proponant? Alia hominibus profunt, sibiq; charum et nobis utilem proferunt partum: paucissima admodum reperiuntur sterilia, et quæ nihil omnino in publicum afferant emolumentum. Si quis in aquatilibus fidem requirat et exemplum, parit Balena, partumq; lacte nutrit. Oua gignit Cephalus. Delphinus egerunt foetus, quos foemina uberibus et lacte pascit copioso. Agunt uere coniugia, pariunt catulos æstiuo tempore. Echimi ferunt oua: hippocampus contra canis rabiosi morsum prodest. Sed ad hominis usum nonnihil operantur. Nec minor est in auib. sedulitas. Aquila pullos probat ad solem, qui eum sustinere nequeant, et degeneres repellit. Columbi bina oua pariunt, masculum primum, secundum foemina. Concipiunt diebus quadragenis.

Galli longa edunt oua, rotunda foeminae, nunciant lucem, et pigros ad laborem excitant. Pauones incubant oua duodecim. Hirundo quinq; pullos parit, quos magna pascat equitate, incipiens ab eo qui maximus est natu, et ita in ceteris ortus habet rationem. Vsq; ad cetera descendam animantia. Tauri laborem iuuant mortalium, et agricolae sunt, arantq; terram, ex qua fruges demetimus. Oues suis lanis nos induunt, lacte usgientes pascent infantulos. Apes nobis mellificant. Sues se saginant ad esum nostrum. Canes pro foribus nostris excubant, greges a lupis, domos a latronibus tutantur. Felis cubacula purgant muribus. Dum oculos circumfero passum, nihil inuenio, quod in re aliqua non exerceat naturam: nihil, quod otium non refugiat. Quid ergo (ut ad institutum aliquando deueniam) faciendum nobis putamus? uolumus uinci a brutis, quae ratione, anima, dignitate, forma, et nobilitate praecellimus? Imitemur potius Plinianum illum Apellem, qui nullum diem ducebat sine liana. Cauemus ne similes illi uideamur ueruae pigro et ignaui, qui ruri debebat, ut mortuum cadauer in sepulchris. Reuolutus est annus, arbores sua poma pepere runt: Ceres agricolae uotis respondit: horri suos carbunculos, suas uiolas, suos dederunt flores: racemis suis rubuerunt uinae, pomis arbores tumuerunt. Soli supersumus, qui annuam nondum frugem protulimus. Reminiscamur opprobrij, quod paritura est nobis ignaui, si conuincamur de stilia. Reminiscamur iacturae, quae nostris omnium ceruicibus impendet, si comperiamur ignorantiae. Expergiscamur socij, surgamus ab ocio, ad aratum conuolemus, ad burim, ad ligones, ad uomeres, latre...

mus in aula ceruinam pellem, ut tandem insylus militemus. Declamemus inter domesticos et priuatos parietes, ut in senatus causam Milonis agamus. Relegemus Catilinam, patrocinemur Cluentio, pupillis obsequamur, explodam⁹ oppressores, consulamur patrie, et tyrannorum uim reprimamus. Probemus balbutiem linguae inter paucos, probemus ingenij uires, purgemus linguae utiliginem, priusquam edueniendum sit, ubi superciliosi sedent consules, nati sui tribuni, oculati praetores, acuti caustidici, quae flores uasfr, ceteriq; emunctae naris homines. Ecce gymnasiarcha aures arripit, in expectando est, quid dicamus: paratus est excipere, quod offeremus, paratus audire, quod recitabimus, nec fauorem aut patrocinium nobis recusat modestus comes et ingeniosus hypodidascalus: ceteri insuper doctrina et moribus clarissimi praecceptores nostri aduertunt, fauorem, uuluum pollicentur, et ridibundis oculis beneuolentiam, neq; porro nobis uerendum est, ne si quid ornate parum aut inconcinne protulerimus, id ipsum protinus exspanare subsannent et auersentur. Non estis doctissimi uiri etatum adeo imprudentes, ut non cognoscatis facile cum Marco Fabio suam esse studij infantiam. Fortissimus quisq; edidit aliquando uagium, et qui coram principibus aut senatoribus magna sui gloria in omnium admirationem causas orauerunt, prius tamen fuerunt rudes et alphabetarij. Vultis exigere ab adolescentulo, quod parentem eloquentiae Ciceronem deceat? Vultis sarcinam dare infantulo, cui Demosthenes succumbat? Habenda est atatum ratio. Non habet senectus uires iuuentutis, sed nec iuuentus

uentus

uentus consilium senectutis et eloquentiam. Vale.

Epistola 59.

Satis certasti pater, satis militiam sequutus es: tempus est ut conuiescas, et serieris: tempus ut subtrahas te periculo, et solita professione tibi interdicas. tempus inquam ut iam doneris rude, et imiteris Horatianum illum Veianium, qui armis ad Hercules postem fixis domi sese continebat, ne in arenam denud traheretur. Non est tibi formidandum, ne non habeas unde uiuas. Tu non es, ut pleriq; gregarij milites, quibus quum stipendia detrahuntur, tenuissimè uiuunt, et (ut est in adagio) digito pierunq; salinum terebrant. Patri tuo (quod dijs habeo gratiam) abunde est auri et argenti. Parentes tui omnes habent affatim diuitiarum. Propterea si me amas (ut amas) remigra domum, ut et tranquillus uiuas, et uotis amicorum respondeas. Vale.

Epistola 60.

Doluit mihi quod nostrates aliqui nuper reuulerunt, esse scilicet nescio quem nebulonem, qui quotidie me mordet, et famam meam passim compitorum uellit. Eum quae somoneas, ut (si sapiat) alio suas conuertat satyras, et me missum faciat: nam si cerebrum mihi mouerit, ego illum a uertice capius, ad plantam pedis suis pingam coloribus. Scio non esse sapientis iuueniles curare nugae, aut anserum moueri strepitu. Quis tamen non graue tur istum foriolu (qui adhuc quotidie brachias et femoralia percatat, et calcitrans omnes cum locicibus stercoreat) sic uniuersae que obstrepere, nulla praesertim lacestunt iniuria, nullo euerberatum stimulo? Hoc ego susq; deq; ferrem, si posularem ra-

tio. Verum quoniam fama nec etiam ludum recipit, malo meis ut oppedat naribus, quam me naso suspendat, aut posticis eludat cachinnis. Vale.

Epistola 61.

Rem nouam et auribus tuis non prius auditam afferro, Marce Tulli. Scribit Fabius eos fractum iri potius quam posse corrigi, qui in peius obduruerunt. Tortellius tamen ille, ille inquam homicida Tortellius, in quo futuram probitatem desperabant omnes, ad bonam frugem se recepit, et uitam commutauit in melius. Quod in tantam me rapit admirationem, ut haec in re quid dicam, nesciam: nisi Euripum tandem posito requiescere cursu, mutatumq; una consistere Prothea formae. Nūquid enim mirum ui letur, hominem illum momento, et praeter omnium expectationem resipiscere, qui ab adolescentia (adulescentia aut? imò pueritia, adhuc lapsus sum) ab ipsis eunis morum improbitatem, et corruptelam cum lacte imbiberat, et nulli non uicio fuerat innutritus: idq; adeo, ut iactam de illo aleam praedicarent omnes, ut uidereturq; Neronem propediem induturus. Quod quoniam accidit, redijt in beneuolentiam parentum. Plura scriberem, si per comparationes liceret: quonia autem nunc non licet, mittam ad te cras aut perendie meum mulionem, qui quae super sunt, tibi aperiat interim. Vale.

Epistola 62.

Dvrum est mihi studia mea interrumpere, quoniam tamen multis iam argumentis periculum feci, te esse ex eorum numero, qui accepti semel beneficij nunquam non reminiscantur: uolo adhuc pleniore obsequio te mihi de mereri. Ante omnia studijs tuis consule,

in quibus ne oleum et operam ludas, dicam quid opus factu mihi uideatur. Primum omnium, eorum lectione tibi interdico, qui sequi pedibus et antiquariis quibusdam uerbis ab Euandri seculo repetitis ampulantur: qui quod nihil ducunt pulchrius aut potius, quam ut affectata obscuritate, et permixtis dedita opera griphis, hiantem et suspensum teneant lectorem, et crucem figant studiosis. Perniteret te lectionis huiusmodi autorum, quandiu uiueres: qui se operae pretium fecisse putant, si inuolucra quaedam coeperint, quae Oedipo coniecto re, et natatore Delio (ut de scriptis Heracliti dicebat Socrates) indigeant, quibusque Gordij nodus, labyrinthus Dedaali, Sphingis enigmata, Numeri Platonicis, Licophronis tenebrae, et Saliorum uersus suis sacerdotibus (autore Fabio) uix bene intellecti, comparari nequeant. Dum haec scriberem, imperata quaedam moramenta me auocant: quibus implicitus interurbatam epistolam in diem sequentem coactus sum prologare. Vale.

Epistola 63.

Epistola quam heri ad umbilicum traaxeram, nunc ad calcem perducenda est: quandoquidem otium scribendi liberius sese offert. Quod etiam si non adesset, adhuc tamen rerum tuarum uellem satagere partim amore tui, partim parentum. Quorum precibus expugnatus, promisi me aliquid quotidie scripturum, quod esset tibi usui. Quare ut intelligant me stetiisse promissis, hominemque esse, quo cum securè in tenebris insciant, plura prestabo quam promiserim. Deterrebam te nuper ab eorum lectione, qui dedita opera antiquariis strepunt uocabulis. Nunc te hortor, ut abstinere a librorum copia, neque tam uariis au-

toribus ingenium et memoriã confundas. Nam quod scribit Fabius, Lectio num uarietate reficit stomachum, et pluribus cibis minore ali fastidio, non ibo insicias, modo tamen intelligamus hominem iam adeo in literis profecisse, ut huic labori non succubatur, et sub huiusmodi onere uires non fatiscant. Huic uero labori quomodo poteris superesse, qui nihil adhuc, aut parum in bonis literis promouisti? Commodius multo feceris, si posthabitis illis ex quorum paleis paulum colligitur fructus, unum tibi deligas Ciceronem, quem semper uelut archetypum seras, cuiusque succum imbibeas et doctrinã. Nam et Cicero ipse, Tertium (quem familiarè suum uocat) semper habebat praemanibus. Et Cyprianus diem nullum sine Tertuliani lectione praeteribat. Scipio itè Africanus, Pedia Cyri de manibus non ponebat. Quod si imitaueris, rem facies tibi utilem, et mihi iucundam. Vale.

Epistola 64.

Quantum me pudeat puerorum nostri seculi, nec tu credere, nec ego satis exprimere possem Fabulime. Per multos enim reperias inuerecundos adeo et imprudentes, ut (quãuis adhuc sint elementarij et abecedarij) iam tamè plurimum sibi tribuant: neque assurgant illis qui ueteres omne genus scriptores multis uigilijs, magnaque olei impensa iam excusserunt. Nolo putes deesse mihi in hac re testimonia, aut me aliquid commisisse. Nam quum nudius quartus redire Nucerio, ubi metu pestis nullibi non se uentis duos et amplius menses fuerat rusticatus, obuium habui quendam puerulum, quem quum rogassem, quò iret, unde ueniret, et cuius esset: dicere non erubuit, indignum me esse, quo cum uerba faceret. Causam percontanti respondit, esse sibi circumum, et encyclo-

encyclopediam illarum artium, quas in oratore perfecta requirit Fabius, mihi uero tantum esse uiscitiae, quantum sibi doctrinae, ac propterea non oportere, ut inter Arcadiae pecuaria, et musas, interque graculos et olores aliquid esse comereij. Pueri insolentiam demiratus, satis habui consulere, ut Antyciram nauigaret, ibique sumptio helleboro repurgaret insaniam. Vale.

Epistola 65.

Iam annis plus minus decem gratum aticos sequutus es Pauline, neque tamen ab inscitiae tenebris pelem eduxisti. Nam quum scribis aliquid, aut loqueris, tertio quoque uerbo in eisdem in solco, nescio quis excusationis locus tibi sit relictus, culpam non potes deprecari, si per te steterit, quò minus profeceris. Credo tamè partem culpae tuae praecipitoribus ascriben lam, qui prima rudimenta memoriae tuae non inculpauerunt, quique te adhuc implumè ad uolatù prouocarunt, et Dedaalum fecerunt, prius quam esses Icarus. Superest tantum, ut quamuis serò, discas tamen, et ad prima redeas fundamenta. Noli putare hoc tibi futurum probro, ob etatem iam proecliam. Praestat iam in ipsa etiamnum senectute respiscere, quam ad capulū usque delirare. Non puduit eloquentiae parentem Ciceronem, post multas in senatu declamationes dare se Apolonio Miloni recoquendum: neque octogenarium Socratem musicae uacare, nec tibi quoque turpe uideri debet, in ipsa adulescentia, atque adeo uirili etate proficere, eaque iacere fundamenta, sine quibus corruet quicquid superextruxeris. Quòd solito breuius ad te scribo, dabis uentiam, nam quum has à me literas nūcius postularet, non erat mihi otium ad mungedas nares. Deinceps plura scribam, interim saluebis ab amico qui comèdat se tibi, de meliore nota. Vale.

Epistola 66.

Magna posteritati fit iniuria, graueque iacturam faciunt bonae literae, dum eas supprimuntur opera, quae si prodirent in lucem et euentilarentur, omnes inde frugem caperent. Omnibus enim exploratum est et compertum, quantum studiosi detrimentum acceperint, in operibus Ennii Lucilij, Caecilij, Quadrigarij, aliorumque plurimorum, ex quibus nihil nobis praeter nomen relictum est. Non placet mihi eorum scripta circumferri aut exponi uenalia, qui tementè et sine iudicio scribunt, quicquid in buccam uenerit, neque aliquid unquam ad incudem reuocant. De his loquor, qui quod primum pariunt, frequenter postea lambunt, uisum more, frequenter incudi reddunt, et seueram ubique apponunt limam, quique refrigerato inuentionis amore perpendunt postea, non tanquam autores, sed lectores. Quod te multis iam lituris fecisse quoniam in confesso est, et constans ubique praedicat fama, cur tandiu eos retines suspensos, qui de te multa sibi pergit polliceri, quique opera tua lecturiunt statim et empturiunt? Non est quòd iudiciorum aleam, aut maledicorum graphia reformides. Certo scio, omnia ab omnibus probatum iri, quae ex officina tua prodibunt, quum etiam quae tumultuariè scribis epistolae, omnes mirentur plurimum, atque adeo iantifaciant, ut rosas loqui uideare, et omnia calamistris eloquentiae compta dicere. Quare non minimo tibi daretur probro, si omnium expectationem fraudares ac destitueres. Opus est ergo ut parias, quod parituris iam pridem. Vale.

Epistola 67.

Miratus sum plerumque, cur nunc bonae literae pessum eant, quae superioribus

annis tanto in precio habitæ sunt, cur nunc literati nihili fiant, qui quondam aestimabantur maximi, et habebantur numinum loco. Sed nihil est quod mirari debeat. Quondam enim artes precio et honore fovebantur, neque erat qui non assurgeret eruditus, adeo ut maximi quique principes lucri loco luderent in Oratorum et Poetarum amicitiam uenire, et eorum scriptis famam suam ad posteritatem prorogari, et uindicari a mortalitate. Nunc uero quam mutata sint omnia, uident omnes. Sic enim sordent et uilescunt literæ, ut non solum non faueatur studiosis, sed illudatur etiamnum. Nam multo pluris aestimantur (cur hoc relinquas multum lupiter) lenones et parasiti, qui principum aures uerbis delimitant, quique sumos uendunt, qui oleum in auriculas instillant, quam qui plus olei quam uini doctrinæ studio consumunt. Quare non est mirum literas ipsas in ruinam cecidisse nostro tempore, quo nec feritur literatis, nec metitur. Vale.

Epistola 68.

Avdio esse nonnullos, qui crudelitatem multarum rerum tibi insinuant, quique maria et montes promittunt, ut amplissimis pollicitationibus te trahant in suam familiam. Quorum uerbis delusus iam adeo insotescis, ut te alumnum fortune et partem existimes. Caue, mi Lentule, ne eorum uerbis, qui huc tibi faciunt fucum, sinistre tibi cadat, si quid tua auctoritate feceris. Nescis philosophorum permultos cum Diogene olera lauare maluisse, quam cum Aristippo epulas sectari regias. Cur ita quæso? nunquid libertatis causa? Utinam periculum fecisses, quod acerbum sit et importabile aliena uiuere quadra, et alterius pendere arbitrio. Si hoc esset experius, tu liberam paupertatem opulentæ pernitenti anteponeres. Vide, mi Lentule,

ne in eorum offensione impingas, qui sibi negotium insinuat de rebus eius. Male autem dies, si quid feceris inconsulte. Nihil patimur tibi deesse, nemo istic te obiurgat. Tu es tui iuris. Viuis tuis legibus. Vadis dormitum et expergisceris quando lubet. Ludis, cœnas, prandes cum placet. Quæ omnia tibi auferentur, si te feceris mercenarium. Adde etiam qui te accersunt, multum forte esse de doctrina tua sibi promittunt, quam si opinione repererint minorem, occasione protinus inquirunt, qua te detruant sua domo: et si nullam repererint, fabricabunt tamen, et comminiscuntur. Vide qua fronte hoc perferes, tu dico, qui ad libertatem natus es, et agrè seruitutem pateris. Vale.

Epistola 69.

Nolebam tibi aperire, quam funesta sint omnia domi uestra, quum tamen eius rei gratia aures meas precibus onerare non desinas, desiderium tuum explebo. Pater tuus intestatus mortuus est, Cal. Ianuarij. Mater morbo quartanæ laborat. Fratres tui sunt podagrici adeo, ut pedibus nequeant subsistere. Soror tua Lucretia est paralytica. Patruus Lentulus laborat morbo comitiali. Statius famulus est calculosus. Neptis Eugenia uenit in suspicionem lepræ, quam arguunt liuēs paulatim caro, rauedo scabræ uocis, articulorum contractio, et rubri quidam nati membrum omnibus instar botrorum inscensentes. Matertera tua Iulia incidit in tantam phrenesim, ut fanatico nescio quo errore duci, et scœnū in cornu conclusum gerere uideatur. Auus tuus intus et incute passim corroditur cancro, neque reperiri potest, qui eius morbo medeatur. Famulorum tuorum partim sunt cardiaci, alij stomachici, alij sceliaci, nullus est quem præ angustia non tædeat uia. Si percontes ut uas

loci

leat tuus eoquum Tartalla, actum est de eius uita, et conclamatum: est cadaver uiuens, iam numeratus est in peculio Proserpine, et nauulum Charonti preparat. In eo si quidem plurima cognoui, quæ euidentis mortis argumentum promittunt: nam tragula complicat, dentes in somno collidit, membra præter decorum detegi non curat. Præterea eius labia contrahuntur: oculi glaucescunt, dentes albescunt plus solito, oculi eius sunt profundiores quam prius extiterant, aspectum auditumque sine causa reformidat, et semiapertis dormit oculis. Quæ omnia signa esse mortis receptæ fidei auctores dicunt. Vide ergo quomodo tam tristi spectacula sicis oculis et sine lachrymis interesses. Superest, ut horum destitutus auxilio, prudenter tibi consulas. Vale.

Epistola 70.

Non parua dignus es nota, qui aspectum amicorum sine causa refugias, et uidentium tui copiam nemini facias. Quod si semper feceris, præstabis culpam sceleris alicuius, et grandis flagitij conscius tibi uidebere, cuius horrore discedas e medio, et latebras inquiras. Quoniam etiam in suspicionem uenisti, relictis literarum studijs uxorem duxisse. Quod si falsum est, caue ne fiat, te pœniteret matrimonij quamdiu uiueres. Nam quomodo parares tibi uictum, neque arare, neque literas nosti. Errares, si quicquam sperares a patre. Si te uideret manum ad stipem porrigere, si sanguine flere, tui non tamen miseretur, neque obolū tibi daret ad emendam restim. Non est dissimulandum, quin sit aliqua in coniugio uoluptas, sed si prospicienter obseruaueris quam sit breuis, quot eam dolores, quanta sequatur poenitentia, nuptias uitabis cane peius et angue. Consule Hypponactem, qui duos dixit uxoris

dies dulcissimos, nuptiarum uidelicet, et mortis. Refer ad Alexandrum, qui dicit, nuptiarum diem multorum malorum initium. Nam si pauper diuitem duxeris, dominam, non uxorem acceperis. Si pauperem, onus uitæ ferre non poteris. Si turpem, dolebis. Si pulchrā, habebis communem. Audi quid suadet Cheremō, uxorem (inquit) præstat efferre, quam ducere. Interrogatus Simoniades, quid esset uxor: Viri (inquit) naufragium, domus tempestas, quietis impedimentum, uitæ captiuitas, poena quotidiana, pugna sumptuosa, bestia contubernalis, canis ornata, malum necessarium. Horum consilio si oculos animumque admooueris, mutabis sententiam, et cito calculum reuoces. Debes etiam apud te cogitare, multas puellas sursum uersum uideri formosas, quæ deorsum uersum nœuis et ulceribus cruribus ubique scatent. Vale.

Epistola 71.

Non uideatur tibi mirum, si nunc præ læuitia oculus dexter mihi saliat, qui nudiusquartus eram totus irrifibilis et agelastus. Accessit mihi quod frequenter uoto semper cupueram. Pater constituerat, annos plus quatuor me in scholis captiuum tenere, sed precibus amicorum (quos semper meæ calamitatis miseruit) expugnatus, libertatem et exitum mihi promisit, pridie Natiuitatis Domini. Quod si præstiterit, deus sum. Fortunam ipsam anteibo fortunis meis. Nunquid enim seruire et miserum tibi uideatur in hac languere carnificina, in qua nullus nisi de inferendis uerbis sermo. Quales putas qui nos erudiunt præceptores? diceres esse plagiarios, carnifices, et tortores uulnerarios, inter leonem, inter lupam, et tygres educatos. Si quid fortasse aberrauerimus, si tantillum oculos deice-

ccc 2 rimms,

rimus, si uel unguè latum recesserimus ab eorum mandato, tota ui consurgunt in peccatum. Denudant uos à calcaneo scapularū tenui, lacerant, tundunt, mutilat, pedibus conculcant, parietibus illidunt. Nullum in miseriam nostram non commiscuntur impietatis genus. Solz oculorum toruitate et contractione superciliorum nos adeo plerūq; terreat, ut malleumus in orecillum incidisse. Quodq; summæ infelicitatis & extremæ crucis est argumentum, quum in nos ita seuiunt & debacchantur, non auderemus præ metu hiscere, nec my quidem aut gry facere. Quod si addiderimus uerbum, scibus pluunt, & colaphis grandinant. Tam perimus, quam qui iugulo implicatam iam habent restim. Excuterem tibi lachrymas, si cætera infortunia ad umbilicum tantum perducerem. Vale.

Epistola 72.

Multi habent me suspectum latrocinij, quod nunc sericatus appareat & purpuratus, qui prius eram mulio & auriga, neq; sibi possunt persuadere tãtas sine furto accreuisse mihi diuitias, quibus uimã explorati essent labores, quos pertuli, priusquam eo rerū peruenerim: nõ enim tam facile de me iudicaret, neq; mirarentur me tã cito erectum è stercore. Quascunq; habeo fortunas, dijs acceptas refero, ausim tamen iuramento contendere, me meis laboribus plura multo meruisse. Nam ex quo tempore excessi ex ephelis, non recordor diè ullã sine linea præterisse me, quod semper subiret in mentem Portij Catonis, qui detestari solebat, si qua dies per incuriam inanis effluxisset. Natus annos quindecim seruiuidiã Trapezite moroso supra quam sit credibile. Nam irascebatur ob rem nihili, ob floccos, ob unguem præuè sectum. Impe-

rabat ad nictum oculi. Coniectare plerūq; me oportebat, quid digito creparet. Si uirum rupissem, comminuissem mihi caput sandalio. Iratus quandoq; aqua & igni mihi interdicebat. Perferēbã omnia, neq; me piguit: moriens enim heredem me constituit, meorum memor obsequiorum. Quas ego diuitias non temerè prodegi, ut solent plerique. Nam conuerti me ad studia, ubi quamuis adultus breui tempore adeo profeci, ut socios meos relinquerem à tergo, et multis præcessissem parasangis. Quum adhuc essem rudis, aliquid quandoque dabam muneris doctoribus, neq; me pudebat consulere iuniores: cur enim pudisset, quum Socrates philosophorum optimus, à mulieribus doceri, indignum philosopho nõ duxerit? Diotimam appellare magistram, & Aspasia me frequentare? Hæc ad tescribo Ligurine, ut exemplo mei, dominū tuum tãtis obsequijs tibi demerearis, ut tuæ consulas paupertati. Vale.

Epistola 73.

Quid habes Pauline? quid frontē caperas? uideris mihi tristior solito facies tua mœroris promittit argumentū. Cōper tam habeo tuã naturã. Tu in primore frōte geris affectum animi. Non consueueras hoc modo me præsentē trislari. Secure potes acerbitalis tuæ uirum mihi euomere. Quicquid dixeris, perinde ac thesaurum continebo, et fortasse dolori tuo medebor, si modò capiat medicinã. Prius q̄ occurrebam tibi, mihi arridebas, & à tertio usque iugere porrigebas dextram. Cur sic te mutatum uideo? Nescio an uerba mea nuper cum stomacho exceperis, quibus te insimulabam pigritiã: ego alio uersum loquebar, quàm ut bilem tibi excitarem. Propterea non ageres amicum, si hoc ipsum mali

conflu?

consuleres. Quicquid dixi, præterpropter mouendam tibi choleram dixi, semper dedi operam, ne quid detrimenti ulli in recaperes. Amaui te à puero, & molliter educaui, fouiq; semper mitius, quàm alium suum suum nutricula, neq; grauatus sum studia mea sæpenumero interpellare, ut faceres uehementer, si aliam persuasionem indueres. Fac semper mei in te amoris periculum, non inuenies me uerbo tenus amicum. Si qua in re opera mea tibi fuerit opus, ad me semper, uelut ad anchoram confugas, qui te amet uehementius habebis neminem. Verum & uolo, ut me semper candidum amicum, & infucatum iudices. Non sum ex ea hominum nota, qui in ostio tantum formosi, palam blandiuntur, & clanculum mordent. Vale.

Epistola 74.

Crede horã illam fuisse mihi fatalem, & inauspicatam, qua primum Lutiã ueni. Antea nihil mihi deerat, habebam omnia ex animi uoto. Eram indutus holoferico, bysso, & dalmatico. Ne multis agam, eram totus sericatus. Nunc uerò miedi in tantam paupertatem & penuriam rerum, ut me oporteat domesticatim & hostiatim uictum emendicare, & manum ad stipem porrigere. Vale.

Epistola 75.

Nulla non hora mihi caueo ab insidijs tuis, nam te suspectum habeo furis & aliorum scelerum, quæ sunt turpissima reatu, & castas aures offendunt. Nullum fuit mihi frequentius uotum, quàm ut uirtutem amplectereris: nunc uerò de te nullam spem mihi promitto: omnem in te despero probitatem. Nihilominus quicquid ages, caue ne

insolescas, & (ut est in prouerbio) exuiui leonis induas. Erunt enim qui retundent tibi arma, si secus egeris. Vale.

Epistola 76.

Quoniam auriculari nuper digitulo te percussi, nullo non die (ut multorum uerbis ad me perlatum est) maledicere mihi desistis ubiq; locorum. Quod quare facias, miror summopere. Ea non sunt humani ingenij mansuetiq; animi officia. Conuictare tamen ut uoles. Si insimulaueris me superbiam, latrocinij, & aliorum id genus scelerum, non uerterim manum. Si animus esset iniuriam reponere, & hanc tuam peruliantiam retaliare, patet amplissimus incendi campus. Vale.

Epistola 77.

Statim superq; conspicio uerissimam esse parcentiam, qua aduersis fortune statibus nõ esse desperandum fertur, aut in prosperis minime superbiendum. Complusculos enim uidere est, grauibus infortunijs excitatos, quos molli gremio post paulo eadem complectitur fortuna. Contra uerò per plures non desunt, quos ab immensis opibus ad humilem pastoris conditionem compellit. Quocirca nosce te ipsum, nec tantum tibi tribuas. Vale.

Epistola 78.

Quandiu fuisti probatis moribus, & spem bonæ indolis præ te tulisti, rebus tuis semper consului: nunc uerò quoniam ablegasti uirtutem, & hominum expectationē de te fecisti, interdico tibi domo mea. Quod miraris mihi satyras & mortem, ego has comminationes non facio pluris, quàm fulgur ex uitro. Si quid in me iamdiu parturis, parias quæso. Tanti facio uerba tua, quanti nugæ obstericum, & delirantium iam uetularum. Si nihili pen-

dis quod dico, multo minoris aestimo quod facis. Vale.

Epistola 79.

Male agis et inique, si habes me suspectum in si liarum, aut alicuius in te conuersionis. Hocine est credibile, me in eum insidias parare uelle, cui quicquid habeo doctrinae acceptum referre debeo? Nutriui me a puero, fecisti ex seruo ut esse liberus, et quod habuisti summum precium, persoluisi mihi. Ne inhumanius essem, et plane inciuilis, si tanta beneuolentia excideret animo meo. Parce quae so furori, tantisper dum rei ueritas innotescat tibi clarius. Demum si talem me reperias, qualem suspicaris, interdicas mihi domo tua, ipsaque adeo consuetudine et familiaritate, nam et ero dignus tanta nota. Vale.

Epistola 80.

Demeruisti me tibi multis obsequiis: Dii faciant, ut mihi liceat aliquando gratiam referre et agnoscere beneficium. Si uelis fieri certior rerum mearum, contineo me domi, neque amplius sequor militiam, partem quod haec professio non uideatur mihi magis frugis, partim etiam quod praesentio iam sim emeritus et donatus rude. Quod rogas, ut de fratre tuo bene merear, eumque ad uiam uirtutis reducam, illud per factu difficile est: iam enim adeo occaluit in sua nequitia, ut nulla sit spes eius reuocandi. Ad haec aspectum meum reformidat ac refugit, quanta maxima potest opera. Vale.

Epistola 81.

Omnes habent te suspectum eius homicidij, quod heri perpetratum est in suburbij, horam circiter nonam. Si res ita se habet, uitae tuae non parum timeo. Non solum enim uasulabis a carnifice compitatum: at (quod longe deterius est) traheris ad

furcam. Vide quoniam modo effugium tibi reperies. Non poteris enim deprecari mortem, si quis aduersum te sententiam tulerit. Praeter ea iudices instabunt, ut ratiocineris usque ad assem de pecunia, quam uno abhinc anno temere prodegitisti. Vale.

Epistola 82.

Non est mirum, si parentes ignaua tua pertesi, omni ope te destituerint: quoniam (ut accepi) tu quotidie pernoctas in alea, praeterea insidiatrices quaedam meretriculae facultates tuas exhauriunt, et crumenam: a quibus nisi caueas, non habebis tandem unde satis facias tuis creditoribus, et ab eorum aere te eximas. Vale.

Epistola 83.

Saepe numero multis periculis uitae obieci, ut ab his te redimerem, quae uidebantur imminere tuo capiti. Nihilominus, si quando opus est mihi opera tua, subterfugis astute. Utere tuis astutijs ut uoles: futurum enim spero, ut nihil inde fructus consequare. Ad extremum dabis poenam tuae ingratiitudinis: nam non est credibile, deos hoc scelus inultum relicturos. Vale.

Epistola 84.

Mirari quidem satis nequeo impudentiam tuam. Vides corruptissimam tuam uitam probatissimis quibusque uiris displicere, tu tamen nibili facis. Quum adhuc eras puerulus, omnes grande aliquid sibi promittebant de tua indole: nunc uero spem omnem futuram in te uirtutis ademisti. Viue tuis legibus. Scies tamen parum frugis ex hac uiuendi ratione tibi futurum. Longe prouidentius faceres, si eorum consilium sequerere, qui tuae prospiciunt utilitati. Vale.

Epistola 85.

Dolenter et aegre fero, quod non facias frequentius uidendi tui copiam: quum explo-

exploratissimum habes meum in te amorem. Quotusquisque amicorum tuorum prospexit rebus tuis uigilantius quam ego? Te oro utere amico tuo familiarius. Nulla in re (quam petieris) repulsam passurus es. Vale.

Epistola 86.

Dii immortales, quam diuersa est hominum natura. Qui hac tempestate uolunt rem augere domesticam, eos oportet assentatores esse maximos, multa dissimulare, habere animum a labijs dissentientem: secus non dabitur locus, aut ratio augendae facultatis. Proinde si facilem accessum uelis tibi patere ad principes, imprimis dicendum erit uale uirtuti, repudianda ueritas, atque etiam probandum gratante et plausible uultu, quicquid illi dixerint, aut fecerint, uel si hominem interfecerint. Vide apud te, an in iusta paupertate malis uiuere, an per nefas diulescere: potior tamen mihi uidetur honesta paupertas, quam congregatae per scelus diuitiae. Vale.

Epistola 87.

Adimam tibi metum in quo nunc es, et explebo animum gaudio: quum quid tibi dixerim, quod a receptae fidei hominibus intellexi. Pater tuus constituerat te exegere sua domo, exorauit tamen meis precibus, ut propositum hoc immutaret. Da operam, ut eum in amore tui contineas. Nemo est mortalium, cui plura debeas, quam illi. De te (scio) bene merebitur, si hominum expectationem non destituas. Vale.

Epistola 88.

Vsu plerumque accidit, ut illiterati grammaticae multo pluris aestiment sese, quam homines egregie docti, et oraculo-

rum Sibyllae interpretes. Quod in te expertus sum. Luce clarius est, et uero uerius, te adhuc esse elementarium, uixque a tenebris ignorantiae pedem eduxisse: adeo tamen tibi places, et blandiris, ut neminem praeter te ducas hominem. Quae so priusquam amplius insolescas, metire te tuo modulo.

Putas te dignum grammatici nomine, quod ineptas quasdam differentias frivolasque ethymologias didiceris? Hallucinaris plurimum, si tam breui gyro Grammaticen concludas: quum oporteat perfectum grammaticum philosophos, Oratores, Poetas, Iurisconsultos, omne denique scriptorum genus excussisse. Vale.

Epistola 89.

Frequens fuit mihi uotum ac desiderium, uniuersam uitam in bonis literis consistere: atque nimiam, aut (ut uerius dicam) Orbiliana praetoris mei seueritas usque adeo me diuertit et absternit, ut certum sit mihi porcarium potius aut mulionem agere, quam diu eam sustinere crucem. Hoc si grauate et dolenter ferat pater tuus, consule quoniam modo potuerit occurrere, aut iri obuiam. Sum enim imparatus, neque consilij locum habeo, neque auxiliij copiam, ut ait Terentianus ille Pamphilus, Nec satis compertum habeo, quod remedium huic malo inueniam. Si ratione ulla fieri possit, cauere uolo, ne ea res mihi sit infamiae. Vale.

Epistola 90.

Quoniam perconclatis saepe numero, quomodo res nostrae sese habeant, uolo explere animum tuum. Illud primum omnium scito, nobis omnibus prosperum esse, laute et genialiter satis uiuimus. Unum est tamen quod male nos habet: quia fre-

quens est tibi consuetudo cum perdita ne-
scio qua muliere, qua facultates tuas om-
nes instar hyruidis exigit, & te ipsum ra-
dit usque ad cutem. Vimam consulte & re-
cta reputares uia, quam fraudulentæ sint
diobolares huiusmodi meretriculæ, ani-
mum tuum (ut conijcio) ad aliud negotium
appelleres. Erit quod succenseamus tibi, si
in re nibili tantum semper feceris sumptū:
proinde medeare huic malo, & quam po-
teris citissime. Vale.

Epistola 91.

IN morte patris fingebas te plurimū do-
lere: uerū ex sollicitudo bidui solūm
extitit, aut tridui: fuitq; ficta et similis præ-
ficarum lachrymis, demum desisti dolere.
Tu non refers par pari, si iam patris obli-
tus es, qui tamen tibi unquam nil deesse pas-
sus est. Dabitur tibi magno probro, si hæc
ingratitude ad aures hominum peruene-
rit: propterea fac, ut probum decet adole-
scentem. Vale.

Epistola 92.

Putas te fecisse precium operæ, quod tri-
uiales quosdā uersti:ulos cōscripseris:
hisq; perinde tibi places, ac si arduum ali-
quod opus & Areopagitarum theatro di-
gnum edidisses. Te oro per amicitiam no-
stram (quæ incepta à paruis cum etate ac-
creuit simul) caue ne sis tibi Suffenus, aut
famiæ imiteris: quæ suos fœtus quamlibet
deformes, pro formosissimis admirantur.
Non monerem te huius rei, nisi certò uide-
rem, plus inde futurum detrimenti, quam
utilitatis. Ceterum audio te quibusdam fla-
gitijs deditum esse & procliuem, à quibus
pedem reuoces, te quæso. Admodum enim
difficile est, ab eo se malo extricare, cui
quis ab ineunte etate insuerit & innutri-
tus est. Vale.

Epistola 93.

Petiui abs te decē aureos solatos mune-
ri, nulla quidem coactus necessitate aut
indigentia: sed ut animum tuum pertenta-
rem, nam (quod dijs habeo gratiam) auri
& argenti est mihi abunde. Passus sum abs
te repulsam: quod in magna me traxit ad
mirationem. Hoc enim scio me meis in te
beneficijs meruisse, ut fortunæ tuas ipsam-
que adeo uitam pro me exponeres. Quid
pollicebaris mōtes & maria, dicebasq; me
esse tibi chariorem tuis oculis. Hæcne est
illa beneuolentia? Quæ fiducia id audes re-
cusare, quod paulo antè promiseris? Nunc
quoniam explorata est mihi fides tua, caue
deinde ne conspectui nostro te offeras, faci-
le carebo operæ tua. Vale.

Epistola 94.

Nescio unde tibi creuerit hic fastus, ut
abiectionem me putes, quam quo cum
uerba facias. Primum omnium (quantū con-
ijcio) non sunt tibi plures animi & natu-
ræ dotes, quam mihi. Sed ut sint, debes pro-
pterea eò arrogantia conscendere, ut ne-
minem pro te ducas hominem? Diuitiæ tuæ
(ut cōiectura colligo) hoc supercilium tibi
non induunt. Nam licet patrem habueris
ut omnium hominum sapientissimum, ita
locupletissimum: rem tamen domesticam,
iuxta & uniuersum patrimonium sic pro-
degisti, ut parum absit, quæ te oporteat e-
mendicare uictum hostiatim. Proinde te
oro, nosce te ipsum: nec tantum tibi tribuas,
quantum consueuisti. Vale.

Epistola 95.

Nescio quānam ratioe factum sit, ut in-
odium tuum impegerim: nihil me omi-
fisse

fisse puto, quo Iamicum si lelem deceat. Si
forte conquereris, quod nihil pecuniarum
pridie ad te miserim, non est quod conque-
raris, nam ego & nostrates ferè omnes tā-
ta rerum omnium penuria laboramus, ut pau-
ci admodum reperiantur, qui habeant un-
de uel mediocriter uiuant. Præterea non est
credibile te iam prodegisse, quod pridie do-
minicæ Natiuitatis ad te misimus. Si quod
aliud mæroris argumentum te pupugerit,
maximè uellem cognoscere, ut possem resar-
cire & reparare, si qua per me iactura tibi
contigisset. Vale.

Epistola 96.

Nullo ferè non die te moneo, atq; uehe-
mentius insto, ut proficias in bonis li-
teris, quod tua doctrina modum aliquem re-
perias uiuendi: nam parentes tui omnes uix
habent, unde seipos nutriant uel tenuissi-
mè. Itaq; longè tua expectatione falleris,
si eorum fiducia iuuentutem in torpore cō-
sumeres, & (quod dici solet) in utramq; au-
rè dormires ociosus. Si nihil promoueris,
tu solus eris in culpa, neq; enim tibi deest
ingenium, nec item boni præceptores, qui
te bonas artes edoceant. Vale.

Epistola 97.

Nihil unquam mihi respondes ex animi
sententia, nec compertum habeo unde
inauspitatum hoc malum me semper conse-
letur, nisi quod aurem præsto nonnullis
impostoribus, qui amicitia uultu promit-
tentes, furtim me decipiunt et uerbis laetant:
à quibus quam uolo me extricare aut reuo-
care, nequeo, acrius tum nituntur, & dant
operā ut me trahant in suas pedicæ. Quo d
non adeò grauati ferrem, nisi deciperer à

quibusdam, pro quorum salute uitam meam
multis quandoq; periculis exposui. Te oro,
si quod huic malo remedium queat inueni-
ri, exhibe te amicum, nullum etenim habeo
præter te unum, à quo ratio meæ utilitatis
dependeat. Vale.

Epistola 98.

Consulo tibi frequentissimè, quo nam
modo te oporteat uiuere, quibus cum
uersari, quos refugere, quos imitari. Vide-
ris tamen parui facere quod moneo, nam
nunquam reminisceris uerborum meorum.
Hoc unum certò scio, neminem unquam
extitisse, qui prospexerit rebus tuis uigi-
lantius quam ego. Dij deæq; omnes illum
perdant pessimè, qui primum te diuertit, ne
uirtutem amplectereris: nam (ut uidere est)
adeò te corrumpit, & perditis inebriauit mo-
ribus, ut liberandi tui nulla spes omnino re-
licta sit. Vale.

Epistola 99.

Videris tibi foelix (quod aiunt) cœlum
digito attigisse, quod quædā epigram-
mata & elegias dederis in lucem. Putas e-
nim te magnam ab eo mercedem habitu-
rum, cuius nomini opus ipsum uincupat-
sti. Noui hominem intus & in cute, eiuq;
mores mihi sunt exploratissimi. Est opu-
lentus quidem, uerū etiam adeò tenax &
illiberalis, ut facilius sit elicere aquam ex
pumice, quam ex eius crumena plumbeum
nummum extorquere. Si speras blandis
uerbis ipsum ambire & inescare, nihil a-
gis. Aurem facili præstat adulatoribus
& parasitis, sed semper palpum obrudit.
Vale.

Epistola 100.

Quid habes Nucernæ dissimulas et sup-
primis dolorem tuum quam potes ma-
xime, et adulterino quodam risu letitiam
promittis, est tamen aliquid quod intus te
torquet pessime. Vbi primum te aspicio, ar-
guo protinus animum tuum ex ipsa fronte.
Mi animule (si me amas) noli te macerare.
Quum te uideo uultuosa facie, et obduclis
supercilijs, lachrymis nequeo temperare.
Potes citra metum, arcanum mihi tuæ men-
tis committere. Non est enim (quæcum con-
iugio) in tota mortalium uita, qui magis ho-
nori tuo et famæ timeat, quam ego. Quod
si nōdum satis explorasti, experire certius
quum uoles. Vale.

Epistola 101.

Verba tua atque etiam mores magnopere
mihi placent, adeo in quâ placent, ut in-
credibilis uoluptas accrescat animo meo,
quâ iucundissimo tuo aspectu frui licet. Ali-
quantulum tamen displicet immoderata lo-
quacitas, nec mihi tantum, at etiam plerisque
magne celebritatis hominibus. Si uelles au-
rem prestare meo consilio, parcius loque-
reris. Nā magna est heroica homini uirtus,
linguā cohibere, in conuiujs maxime, ubi
quū quis impudenter loquitur aliquid aut
inconsulte, non caret ebrietatis suspicionem.
Aperit omnia dico, bene enim mihi promit-
to de tua beneuolentia iuxta et humanita-
te, ut existimem te a qui bonique consultius,
et non laturum ægere, uel si acerbissime te
oburgauero. Vale.

Epistola 102.

Dei proficere nequeat, quam dolenter
et ægre tulerim, quod toto triennio
quo Lucretia habitas, ternam tantum literas

ad me miseris, et eas quidem breuissimas.
Quidē quo tempore discessisti a nobis, iura-
bas te scripturū uno quoque mēse, uide quo-
modo constiteris tibi. Nā tu es egregie ma-
lus, dignusque multis plagis et cicatricibus,
quod iam memoria tua exciderint, qui re-
rum tuarum semper et ubique satigerunt. Et
moriar, nisi te poeniteat tuæ ingrati-
tudinis. Si unquā uidero te ad eā reram inopiā
redactū, qua aliquando elaborasti, ne mise-
rebor tui uel si sanguine fleueris. Vale.

Epistola 103.

Nemo est qui te nimia temeritatis non
arguat, quod adeo superbe et elate re-
spondeas senatoribus. Nec iniuria sanē. Pe-
riculosum est enim in eos temere murmura-
re et obloqui, penes quos uita nostra iu-
xta et mortis pendet potestas. Iam hoc idē
tibi prædixerā antequam paulo, quam discede-
res a me. Te oro, stante hac imprudenter uir-
tam institueris, ut posthac in teipsum descē-
das, et tuo te pede metiaris. Quicquid di-
co, sine felle dico, nam quamuis infra meri-
tum, et citra quam debuisti mea in te be-
neuolentia responderis, non possum tamen
non beneuolē te hortari. Quū nuncius tuus
ad me literas deferret, non pergit amplius
ad antiquum meum domicilium. Nam habi-
to ē regione Gymnasij Nauariensis, ubi ne-
mo est, qui a secundo iugere mihi non assur-
gat, ob eam doctrinam et uirtutis opinio-
nem, quæ de me conceperunt omnes. Vale.

Epistola 104.

Fuit nescio quis apprimē tibi familiaris,
qui uitam tuam omnem ab ipsis (quod
aiunt) crepundijs mihi enarravit. At nihil
uel modica dignū de te gloria intellexi, præ-
terquam quod abstrinui uita. Nullo frē

non die aleam protrahis in mediam noctē.
Supra modum et messen tuam sumptum
facis, et ultra quam tui parentes opinen-
tur. Fieri nequit, quin pessime tibi uertat, si
uoluptatibus semper indulgeas, ut hactē-
nus consueuisti. Non ignoras te Lutetiam
profectum esse, præterpropter uoluptates
et ludos. Non respondes parentum de te o-
pinioni, et meam ipsius spem fessellisti ma-
ximē. Huc usque merui de te supra quam de-
bui, amari te ultra quam tibi persuadeas.
Verū nisi ab huiusmodi uanitatibus pedē
reuoces, ego relinquā te omni ope destitu-
tum, et interdiciam tibi domo mea. Vale.

Epistola 105.

Vtimam esset mihi occium ab his occupa-
tionibus, quæ me nulla non hora inter-
turbant, et frē obruunt. Facerem ut in-
telligeres, quantum nomini tuo tribuā. Ali-
quot abhinc diebus misi ad te nonnihil pec-
cuniarum, plus multo propediem missurus.
Virum autem acceperis, nec ne, clam me
est. Si non acceperis, per me non stat, dedi
enim cuidam homini, qui probate admodū
fidei mihi uidebatur, atque etiam dignus, quo
cum in tenebris tulo et citra scrupulum
micare possem. Porro desine quæso liuiga-
re cum ligario. Certius et exploratius no-
sti hominem, quam ut depingi tibi debeat.
Mores eius domesticè tanquam tuos: un-
gues tenes. Præterea uulgò dici solet, galli-
naceos in suo sterquilino plurimum uale-
re. Si unico uerbo factionem cum eo suscepe-
ris, fretus parentum fiducia, interficiet te.
Ceterum si Codrus domum tuam se contu-
lerit, caue maxime ne eum intromittas. Se-
cus si feceris, te pigebit facti. Nam prima
(quam mecum iacui) nocte pannos, cuiuscirā,

puluarum, locidem, suppedaneum, brachia
cothurnos, soccos, cæteraque id genus uesti-
menta (honor sit auribus tuis) turpissime
percacauit et sercorauit. Vale.

Epistola 106.

Pvtabam eum animi candorem esse tibi
congenitum, ut nunquam uelles aliquid
in me fraudis comminisci. Vbi cunq; enim
occurrebā tibi, tu pellace uulpe benignior
blandiebaris mihi et arridebas. Nunc uerò
apertè uideo, te hominem esse fraudulentū,
et nigra (quod aiunt) cauda, atque animum
habere a lingua et labijs dissentientem, et
procul remotum. Nam quum pericula mul-
ta me circumsteterunt, non solum non sub-
uenisti amico, at etiam de industria nocui-
sti. Nunquam per deum Herculem quiescā
ex animi sententia, quin te cumulatisimè,
et cum multo scœnore retaliauero. Quinq;
anni iam præterierunt, ex quo abunde, et
ambabus (ut aiunt) manibus omnia tibi
suppeditaui: at si te oporteret uictum
emendicare, non extorqueres a me num-
mum plumbeum ad emendam restim. Vale.

Epistola 107.

Quotidie serē conuertis omnium in te o-
culos, quod sericatus appareas, super-
biusque induaris, quam ut fortunam tuam et
facultatem deceat. Et (quod est extremum
dementiæ) quod omnes uertunt crimini, tu
laudi tribuis. Legisti ne unquam, hominū
inconsultissime, probro datum esse Quinto
Hortensio oratori, quod cōpositè circūspe-
cteq; et multa cum mundicia indutus esset?
Tu capillos unguento delibatos pedis ad
speculū, unico digitulo (ut aiunt) caput scal-

pis: infuscis lectica & plumis Sardanapa-
li. Oculi tui sunt lutei bundi & ebrioli, ma-
nus inter genulum gestuose. Putas hæc o-
mnia carere suspitione mali, quod per fœ-
ditatem nominare non licet. Si me amas, et
honoris tuo uis prospicere, abstineas à ni-
mia illa corporis elegantia. Vale.

Epistola 108.

Solui sum quem diligunt dii immortales,
si nulla ægritudo uoluptatibus meis inter-
cesserit. Pater meus (quod Dijs habeo gra-
tiam) prosperè se habet & pugilicè. Mater
abundè pecuniarum mihi attulit. Quid quæ-
dam expectare maius aut foelicius? Si fortè for-
tuna aliquis me morbus inuasit, sub ma-
nu & dicto citius præsto aderunt infiniti
medici, qui morbo meo medeantur. Vnum
tamen est duntaxat, quod me excruciat mi-
serimè. Ego sum planè ignarus, literas ne
à limine quidem salutauit, aut primoribus
de gustauit labijs: hoc si carerem infortunio,
ceteros mortalium præ me uno infœlicissi-
mos crederem. Vale.

Epistola 109.

Deum quid scribis, opera tua tibi rident
adeo, & blandiuntur, ut digna proti-
nus existimes, quæ & euentuari, & in lu-
cem prodire debeant. Qua in re non parum
timeo, ne sis tibi Suffenus, ac simias imitere,
quæ suos fœtus quilibet deformes pro for-
mosissimis admirantur. Si sciperes, ab alie-
no potius arbitrio penderes quam tuo. Ca-
ue ne his aurem præbeas, qui te magnis lau-
dibus palam efferunt, omnesq; Latine lin-
guæ principes præ te uno rudes et agrestes
esse prædicant, clauero medio te monstrat
digito. Fallaces hoc genus parasiti perbel-

le tibi imponunt, et te molliter inescant, ut
aliquid semper trahant in suam massam. Et
nem faciam huic epistolæ, ne uerbis meis
defatigatus pertædeas, quamuis iuxta te ob-
iurgatione incessam. Si percontaris ut ua-
leam, bene sanè. Nulla est ægritudo, quæ a-
nimi mei seueritatem obnubilet, præter tuam
illam cæcitatem. Hoc si abesset malum, cæ-
tera letus essem. Vale.

Epistola 110.

Antea quum accerserem te domum meam,
à tertio (quod dici solet) iugere & sta-
dio mihi aridebas, eorum omnino similis,
qui in ostio tantum sunt formosi, uidenturq;
pellace uulpe benigniores. Ne multis agam,
adeo blandiebaris, ut indubitata fide omnia
de te mihi promitterem. Nunc tamen aper-
tè uideo, te ex eorum esse numero, qui mon-
tes & maria pollicentur, demum ubi res in-
pisa postulat, nihil omnino præstent. Ab-
hinc paucis diebus te orauit, ut aliquid con-
tra ius & æquitatem ageres, ut eximeres
me à periculo quodam, quod imminabat ca-
piti meo. Respondisti, nulla omnino de cau-
sa declinandum esse de uia, etiamsi amici
crebris effragitarunt conuicijs. Sed dic mihi
hominum æquissime, unde noua isthæc reli-
gio in te incesit & suborta est? Chilo præ-
stabilis homo sapientiæ, nunquid confer-
uandi amici gratia falsum dedit consilium?
Nunquid & Pericles promisit se accommo-
daturum amicis usq; ad aras? Sed de his hæ-
cenus. Si quando acciderit tempus quo in-
digeas opera mea, tu talionè accipies. Vale.

Epistola 111.

Lingua tua te fallit opinio, si putes nos
Lauicos ceteris mortalibus esse felicio-

res. Nos quidè laute et genialiter uiuimus.
Habemus affatim diuitiarum, induimur
byssis purpura. Superbè & plusquam tra-
gicè incedimus palam populo. At multi fo-
rimsecus magnam præ se ferunt & promit-
tunt opulentiam, quibus res est angusta do-
mi & curta supellex. Alij usq; obruuntur
ære alieno, ut ipsam quoque debeant ani-
mam. Præterea putasne sub elegantissimis
nostris tuniculis multam sordem quando-
que delitescere? Pleriq; intus & in cute à
calce ad uerticem capitis sunt scabiosi. Alij
omnino podagrici, & membrorum impo-
tes: & (quod in maximam miseriam partem
repono) uiuendum est nobis non arbitrio
nostro, sed aliena (ut aiunt) quadra. Si quis
nostrum in morbum quamlibet grauem in-
cidit, nullo penitus indicio dolorem suum
audebit exprimere, ne rideatur ut mollis
& effœminatus. Propterea (si me audis)
noli cômūtare solitam tuam professionem.
Vale.

Epistola 112.

Conquereris & plus nimio, quod nu-
dius quartus breuem quandam pecu-
niam amiseris: quod me maxime reddit mi-
rabundum, cum præsertim leuis & impæ-
nitenda sit iactura, & quæ nullo ferè la-
bore compensari queat et refarciri. Studerè
tibi dolorem hunc excutere, nisi uererer
mea uerba tibi fore irrita. Si uelis repende-
re hoc detrimentum, quare non reuerteris
ad pristinam professionem, quum præfer-
tim ea sit quæ stuosa & exploratissime cõ-
moditatis. Aliud est quod te monitum ue-
lim. Quum quis in odium tuum impedit,
in eum protinus ruas, & eum quic-
quid in buccam uenit. Contra uerò quum
quempiam amicum tibi delegisti, prima sta-
tum fronte patefacis intima tuæ mentis ar-

cana. Te oro ex consilio Chilonis, sic a-
mes, tanquam aliquando osurus: hæcenus
denum oderis, tanquam postea amaturus.
Vale.

Epistola 113.

In aprico nuper quiescebam ego &
pater tuus. Quum autem unà fabulare-
mur, accessit protinus nescio quis nunci-
us agrestis planè & inelegans, qui prædica-
bat se familiarissimum tibi fuisse, & eidem
præceptorum operam dedisse. Propterea per-
cunctati sumus, ut ualeres atque in literis
profecisses. Respondit ille, te mortalium
omnium pigerrimum, & (quod aiunt) Epi-
menidis somnum tuum indormire negligenti-
am. Id ubi primum pater tuus intellexit,
turpibus in te uerbis, & indignis relatu
temperare non potuit. Si uis ut eum in a-
morem tui reuocem, expergiscere, & ab
eiusmodi nota quam maxime poteris ca-
ue. Vale.

Epistola 114.

Contrahis tibi pessimum nomē, quod
nihil habeas frequētius in ore, quam
uerba obscœna, et quæ castas aures offen-
dunt maxime: et (ut nihil dissimulem) non
desunt, qui ex ea procacitate lingue, & il-
loto sermone mores tuos arguant & me-
tiantur, dicantq; uitam ipsam orationi re-
spondere. Non est quod mihi succenseas, si
te beneuolè & amicè corripiam: quoniam
nostræ omnium aures iam calent turpissi-
mo illo rumore, qui passim de te circumfer-
tur. Caue tibi, nam si nota illa diutius incre-
uerit, nunquam eluetur, & tu ipse uix po-
teris in bonam uulgi opinionem introre-
pere. Nemo est parentum tuorum, quem

tante non pudeat turpitudinis. Et certe periculum est, ne turpissima tua uita desinat haberi in precio. Vale.

Epistola 115.

Pater tuus grauius & iniquo animo tulit, quod audierit nullum esse tibi frequentius uotum, quam ut uxore ducas: nec dubito quin pessime tibi uertat, nisi enitaris qualicunq; astu irrepere ad demerendam eius beneuolentiam. Sed dic per deos omnes, unde natura tibi incesit mutanda conditionis desiderium? Non ignoro multas esse in tua professione miseras: uerum haec maioribus emolumentis pensantur, & obliterantur. Ea causa ad te scribo, ut te a proposito diuertam et absterream: certius enim quam tu uideo, quantam facturus sis iacturam, si ab eius malato uel ad unguem latum recesseris. Vale.

Epistola 116.

Olim quum quid ad me scribebas, epistolae tuae legebantur palam, & sine ulla uicij suspitione circumferebantur. Nunc uero quum quid scribis, manifestarius error tertio quoque uerbo deprehenditur. Qua in re homines non solum multa lectione exercitati, at etiam tenues, & obscuro loco nati te derident: neq; est quisquam aure adeo surda & iacenti, qui facile perspiciat, & animaduertat hanc inscitiam. Timeo ne longa studiorum desuetudo, hac barbarie te contaminauerit. Si uelis redire ad intermissum, interruptumq; & interpolatum calorem, erit quod speremus te nonnihil profecturum: at si diutius insueris huic negligentiae, iacta est alea, nos de te omnino desperamus. Vale.

Epistola 117.

Multi & sapientia et auctoritate praediti, coquerantur saepenumero de quibusdam sciolis, ineptulisq; & diobolaribus grammaticis, qui pedibus (quod aiunt) illotis ad sacrosanctas legum & Philosophiae disciplinas diuertunt, aut frequentibus auditorijs palam prostentur, quum tamen nihil unquam bonarum literarum, nisi forte in transcurso degustauerint. Sunt etiam (proh Iupiter) qui Platonem legere uelint, non uitae ornatae, sed linguae orationisq; comendae gratia: nec ut modestiores fiant, sed lepidiore. Utinam utinam iactantissimi isti nebulones nugarum tenuis docti inniterentur uestigijs discipulorum Pythagorae, quorum nemini prius licebat aut commentari aut uerba facere, quam factus esset eruditus silentio. Horum igitur periculo tibi magnopere cauendum est, ne conscendas altiores disciplinas, quae & ingenij & doctrinae captum longe exuperant. Vale.

Epistola 118.

Dolui iam pridem, atq; indies ingrauescit animi mei aegritudo, quod uniuersum patrimonium uix toto uertente anno prodegeris. Pater tuus nunquam minoris coenauit quam decem aureis, nunquam minoris habitauit quam decem millibus aureorum. Tamen ex tot tantisque opibus, quas reliquit moriens, uix superest urceus, aut si stilis lagena. Sed certe nil mirum, uili enim uendidisti, quod magno emerat. Multi me praesente stultitia te insimularunt: semper tibi patrociniatus, sed noli deinceps expectare patrociniū meum, dum te uidero immutatum. Vale.

Epistola 119.

Videris ex eorum esse numero, qui quum nihil refert pudent, ubi uero pudendum est,

est, tunc eos deserit pudor. Nudius quartus quum insimulauimus te ignorantiae, protinus demissa fronte erubisti. Vbi uero ad uulnera tua in medium protulimus, culpae tuae patrociniari coepisti, tantum abest, ut poenitentia ducereris. Miror qua fronte tot probrosas de te cotumelias perpeti possis. Bis ad subsellia iudicum iractus, extrema stetisti fortuna, & ita discessisti, non quod innocens credereris, sed ne iudices peierasse dicerentur. Caue ne diuina ultio (quae lento gradu ad uindictam sui procedat) ampliori exitio te reseruet, tarditatemq; supplicij grauitate compenset: multas enim fortuna parit in poenam, & quae saepe casus transit aliquando inuenit, ut inquit ille. Vale.

Epistola 120.

Frater tuus publice profitetur Aeneidem Verg. magna doctrinae suae ostentatione: utinam tanto auditorum fructu et plausu. Non satis scio, quam gratiam inde relaturus sit: nihilominus tanta est discipulorum nostri temporis ingratitude, ut ubi primum discesserunt a conspectu praceptorum, statim obliuiscantur ueteris beneficij, neq; agnoscant per quos profecerint. Expertus & sciens loquor. Multi enim ex officina & umbraculis meis prodierunt, qui nunc me nihil pluris aestimant, quam porcarium aut multonem abiectissimum. Qui de ingratis bene merentur, hoc frugis referunt. Ceterum, quod me confutis an debeas aulicam sequi uitam, si me audis, immorare solitae tuae professioni, nec induas tibi aureas illas & fucatas compe-des. Melior est enim libera paupertas, quam uel opulentissima seruitus. Vale.

Epistola 121.

Quum te obiurgo, & impietatis insimulo, quod rarissime proficiscaris ad templum, culpam tuam excusas, causarisq; te esse podagricum. Eo morbo proxime atque tu, aut eiaedem aequum (ut iuxta mecum ipse nosti) laboro: neq; tamen mihi satis facio, aut apud me conquescere possum, quum tertio quoque die templum adeam, uotiuas preces deo immolaturus, persolaturus, & oblaturus. Nemo est aequum spernendus, quam pietatis obliuiscitur, & religionis. Amo te plurimum, nec hodie uiuit quisquam mihi amiciores actu. Nisi tamen perspexero te alio ingenio atque olim fuisti, fieri uix poterit, quin amicitia nostra refrigescat & minuat. Vale.

Epistola 122.

Verum est quod scribit Lucanus, Nescit plebs ieiuna timere. Quoniam magna est rerum omnium penuria, & incredibilis annonae caritas, multi qui labore & questu suae professionis queritare sibi uictum nequeunt, coguntur ad latrocinia & expilationes diuertere, aut uiatoribus insidias moliri: licet certo uideant se suspensum iri, si corripiantur. Sed quid facias, fames est adeo intolerabilis, & maleuada, ut ad quoduis discrimen uitae perferendum procellat. Ego & aliquot alij nuper ibamus rusticatum colligendi animi gratia: uix aberamus a Lutetia iter quinque stadiorum, quum ibi protinus quatuor sanguinarij grassatores in dumis & ueperibus delitescerent, in nos praeter spem impetum fecerunt animo maleuolo et gladiatorio, quibus nisi intrepidus & aperto Marte restissemus, actum erat de nostra omnium uita: nec tamen us-

que adeo uitam tutari ualuimus, quin unusquisque nostrum aliquod uulnus accepit. Hoc inuit eos non satis prudenter sibi consulere, qui foras proficiuntur soli, nisi suprema quaedam necessitas adurgeat. Vale.

Epistola 123.

Incredibile uidendi tui desiderium iam pridem me tenuit, adeo ut nulla nox praetercat, quin imago tua oculis meis obuerfetur et oberret. Et si liceret citra ullum disserimen ad te commigrare, commigrarem protinus: uitamque ipsam (quod aiunt) rapitum deuorarem. Sed multa sunt, quae ab hoc animi mei desiderio me remorantur, et auocant. Nam praeterquam quod aegre hodie et difficulter uiuitur ob magnam annonae caritatem, multi ubiuis locorum reperiuntur milites, aut (ut uerius dicam) grassatores. Literis tuis scire uelim, quonam modo uiuant uestrates. Nam qui apud nos degunt, multis miseris et calamitatibus obruuntur. Et nisi dii immortales res nostras clementius intueantur et custodiant, periculum est, ne iniquissime nobiscum agat fortuna. Vale.

Epistola 124.

Liberares hanc urbem magna fece et perditorum hominum colluue, si eos tecum foras duceres, qui nullo non die de nostro omnium interitu cogitent et machinentur, atque etiam eorum saluti fortasse proficeres, nobiscum enim diutius uersari nequeunt, qui uitae omnium et ceruicibus parant insidias. Et si qui forte fortuna remanserint, obseruabuntur uigilantissime, multisque praesidijs opprimuntur, ne

commouere se contra rempub. possint. Nemo te habet suspectum coniurationis. Si alienus est animus tuus ab hominum expectatione, muta mentem, mihi crede. Etenim tenebris undique, et luce clariora nobis erunt consilia tua omnia. Vale.

Epistola 125.

Quod ad me tribus abhinc diebus misisti opus, formosum satis et elaboratum supernae mihi uisum est, ipsumque (ni fallor) grande aliquid proficeretur, et inauditum. Vereor tamen, ne non sis ubique similis tui. Si me audis, caue ne quid facias Horatiano monstro simile, neue unum et alterum assuens pannum, ad intempestiuas digressiones prodigaliter euageris. Le flores enim risum tenere nequeunt, quum quis ab ipso principio uerbis sexquipedalibus ampullatur: demum remisso, et languente paulatim stylo serpit humi. Stude breuitati quantam maximam poteris diligentia, modo tamen propterea non fias obscurus. Caue ab ampullosis illis et confragosis dictionibus, sed eatenus, ut propterea nerui et animi non deficiant. Vale.

Epistola 126.

Tantum scelerum te notant omnes, ut si uera sunt quae de te passim praedicantur, sperem te propediem damnatum iri capitis. Nemo est quem tuae turpitudinis corruptissimaeque uitae non pudeat: ubi tamen tuae salutis quis te monet, uerba fiunt mortuo: nihil mea refert satagere rerum tuarum, quum tamen reminiscor periculi ceruici tuae imminentis, non possum non misereri. Quum ad iudicium subsellia protraheris,

traheris, tuorumque uiciorum accusabere, inficiare quantum uoles, uerba tua non habebunt fidem: praeterea facillimum erit te conuincere: pridem enim facta tua turpissima omnibus innotuerunt, et uenerunt in apicum. Vale.

Epistola 127.

Pater tuus aegre satis et indignanter tulit, quod audierit te bonam etatis partem contriuisse in humanis et politioribus literis, in quibus nihil est omnino frugis, nullum penitus emolumentum: sed illa et atrices tantum, et uelut quaedam uerborum meretriculae, quae nihil aliud profunt, quam aures titillant, et inebriant. Certius nosti, quam ut moneri debeas, quam curta sit domus uestrae supellex. Non est quod a patre amplissimas diuitias tibi polliceare, nisi tua unius industria tibi ipse fabrices fortunam. Quare si sapias, conuerte a nimium ad alias artes. In his enim tibi nec feritur, nec metitur. Quod autem scribis, de prodito quodam nebulone, qui passim tibi detrahit, uis audire quid sentiam? Bibe surdis auribus omnia eius conuicia, patere etiam si tuis oppedat naribus. Si enim uelles eum retaliare, et eadem repercutere maledicentia, periculum esset, ne insanum eum redderes, qui tantum desipit.

Epistola 128.

Pridie quum redisti Lutetia, putabas amicos meos obuijs uulnis tibi gratulatuos, tuumque aduentum admodum plausibilem fore. Nihilominus nemo omnium reuertus est, qui tibi arriserit, imo uero calchannum sustulerunt omnes. Causam si per-

contaris, non pudebit dicere. Eo te miseramus, ut in bonis literis proficeres: quam tamen de te conceperamus opinionem, sefelisti. Semper enim porrectus (quod aiunt) dormiisti pedibus, et in utramque aurem, nec prima elementa didicisti. Si hoc feceris fiducia nostri, erras haud dubie. Non enim mouebimur tuis infortunijs, uel si stueris sanguine. Vale.

Epistola 129.

Pollicebaris mihi mercedem amplissimam, si doctrina mea ab ignorantiae tenebris te educerem: non peperci labori, do cui te quanta potui maxima diligentia, adeo ut iam praefectore non indigeas, possisque (ut aiunt) nare sine cortice. Antea distuli mercedem meam reposcere, quod fortuna tua uideretur mihi exilis et modica. Nunc uero opes tuae creuerunt, omnia tibi suppetunt ad uorum, et uirgula (quod fertur) diuina. Quid igitur causa est, quam ob rem non reponis beneficium? Arrogas ne tuae unius uirtuti, si quid in bonis literis profeceris? Ista tua ingratitude non adeo esset intoleranda, si quam rerum patereris penuriam: at (ut iam dixi) habes omnia ex animi sententia, tu es uelut bos ad aceruum, metis citra arationem, citraque sementem. Non satis aperte uideo, quonam modo culpae patrocinari possis.

Epistola 130.

Non parum mihi displicuit, quod heri in quodam conuiuio iuuenareris uerbis impudicis, creparesque immunda et relata turpissima. Sed tua ista culpa non omnino caret uenia: putabas enim fortasse id ab

omnibus laudatum iri, quod à quibusdam abiectionibus homineculis, cicericisq; & fracte nucis emptoribus comprobatur. Diu satis desipisti mea quidem sententia, nunc tibi relinquenda sunt nucis. Sudabis fateor non parum, prius quam illum priscum uivendi modum didiceris: at ubi desieris aliquid, nihil erit factu facilius. Vale.

Epistola 131.

MOmni te frequentissime, ut relicto studio poetico ad orationem solutam animam convertas: nam uersus tui, quotquot scribis, prodeunt inuita (quod aiunt) Minerva, & musis collachrymantibus. Nihil est penitus frugis, nihil quod uel tantillum famæ tibi comparet, quin potius facis te publicam & communem uulgi fabulam, adeo ut iam notissimus apud omnes inualuerit rumor, te esse uelut asinum ad lyram. Multo prudentius ageres, si tuo te pede metirearis, nihilq; non æquum uiribus tuis assumeres. Vale.

Epistola 132.

Insolentiam tuam satis videre nequeo. Pater tuus parentesq; omnes pauperissimi sunt, nudi tanquam ex matre (ut aperte nosti) uictu emendicant hostiatim, manum ad stipem porrigunt (paucis) non habent unde restim emanant. Tu tamen loci natalis nullam penitus habes rationem, superbis, non aliter quam si esses rex tragicus. Cui animi & capitis tui morbo quomodo possit curari, non satis uideo. Quum enim uis prudentes rerum tuarum uolunt satagere, & suadere quid factu sit utile, aures occludis, perinde ac si per te satis sciperes, es-

sesq; remotus ab omni uicio. Non adeo uicij tuis offenderemur, si pauca essent: at tam multæ flagitiorum species uiam tuam contaminant, ut nullus relinqui possit ueniale locus. Vale.

Epistola 133.

Semper de te bene merui, sperans te aliquando fore frugi hominē, cœnsoremq; omnium: at spes omnis futuræ in te probitatis omnino adempta est. Nā (ut audio) bonam iuuentutis partem stolidè contriuisisti, dilapidastiq; uniuersum patrimonium in alea fritillis, et sphaeristerio. Si essem liber laborum, qui me nunc circumstant & opprimunt, ad te quā citissime conuolarem, uia ipsa (ut cum Sidonio loquar) deuorata, idq; sum facturus, dum per occupationes licebit. Quod si rem ita comperero, ut communis predicat fama, scias animū meū fore multo remissiores, segniusq; in tui amorem quam prius irritatum iri. Vale.

Epistola 134.

Quum quid scripsisti, soles me adhibere iudicē tuis operibus: at dū suadeo ambitiosas recidas ornamenti, reddasq; incudi, quæ nō bene ornata sunt, & polita, maui defendere delictum, quam inuerte rere. Propterea ames te et tua sine riuali, nullum enim uerbū assumam ultra. Quod autem percontaris, quid hic rerū agatur, res creditu difficilis, & maximum risum tibi excitatura, nouissimis diebus accidit. Lentulus q; genialiter adeo & luxuriosè prius uiuebat, qui omnia prodigebat per luxum, nūc auarus usq; adeo factus est, ut in exemplis sit eius cupiditas. Nunc quoniam non suppe-

suppetit celum scribendi pluribus uerbis, qui has ad te desert literas, totū hominem suis coloribus graphicè depinget. Vale.

Epistola 135.

Non parū mihi displices, nec mihi tantum, at his omnibus, qui tecū aliquando uersati sunt, quod sis adeo prodigius uerborum, ac in tuam ipsius laudem propensus, & procliuus. Ante omnia, pessimè audis, & magno probro tibi uertitur, quod palam te prædices bellicosam. Communitis egregiè, uerba tua nihil non martiū sperant: at si quis te aggredieretur, fugā protinus arripes, totus animus tibi in pedes decideret. Quod qui norūt, temperare nequeunt à risu, quum audiunt has inanes de te gloriolas. Vale.

Epistola 136.

Non satis scio qua causa amicitia contraxeris cū Cornelio Dolabella, aut unde frequēs adeo familiaritas tibi cū perditissimo illo nebulone, et (quod aiunt) terre intestino intercesseris. Qui, ut aperte nosti, & patrimonio, & gentilitijs hereditatibus multatus est ob infinita flagitia, quibus ab ipsa iam tum infantia fuit innotuitus. Corrupta adeo egit inuentutem, ut sæpenumero ad subsellia iudicū pertractus esset, & in extremam stetit fortunam, nisi pecunia se redemisset ab inquisitoribus. Vbi uerò ad uirilem peruenit ætatē, nihilo secundiore, imò uerò deteriore fama usus est. Vnde nunc quoq; (ut plane uides) distulere è medio, & (quanquā morbo quartanæ aggravante) per singulas noctes latebras commutare cogitur. Potuissem uersa-

ri cum eo, si libuisset, at semper ab eius societate abstinui, licet quotidianis serere precibus inuitarer. Vale.

Epistola 137.

Quod è patria Lutetiā te contulisti, simul ad declinandā perditissimā quorundam nebulonū inuidiam, qui te oderāt, quiq; per locū nonnunquā tibi comminabantur, partim etiā, ut per ocium et requiem Apollonio Moloni clarissimo dicendi magistro operam dares, factū tuū probo. Nihilominus, uelis nolis, redeas oportet: nam res uestre domesticæ pessimè se habent, & iam eunt pessum, nisi per te unum tantæ occurras calamitati. Turpissimum tibi esset, in amicorū discrimē decidere, patris præsertim, cui fortunæ tuas omnes, ipsamq; adeo uitam debes cum anima. Vale.

Epistola 138.

Familiaris ille tuus Gellius, mortalium fauorissimus, diues est quidem, at eius omnes diuitiæ & occulto fœnore creuerūt, & rapinis. Ut paucis omnia complectar, est bipedum omnium nequissimus, quosque terra sustinet sceleratissimus, ut de Iugurtha scribit ille. Vsq; adeo tamē hominem ipsum diligis, ut in eius uerba iurasse uidearis. Si uelis aurem commodare cultura, facile te diuertam & reuocabo: at si omnia priuata auctoritate uelis agere, ego te relinquam, & missum faciam, ut adolescentem perditum, & mihi desperatum. Vale, & probe monentem sequere.

Epistola 139.

Nihil unquā tentavi et molitus sum, quin optimates & diuissimi quiq; frequen-

tes & obstinati confluerint ad resis-
tum mihi, nec unquam desierunt præpedi-
re, quicquid quod mihi esset uoluptiferum
persequerint. Proinde constitui in reliquum
tempus abstinere curia. Nam etiam lites il-
le forenses macrum me faciebant, & exte-
nuabant penitus. Præterea quid amplius
optandum est mihi, cui iam contigit abun-
de quod ad uiuendum laute satis est? Qui
sunt inexpleriles, & nullum suis uotis fi-
nem præscribunt, pauperrimi uidentur,
hisq; multo infeliciores, qui uictum emen-
dicant. Vale.

Epistola 140.

Si fortuna ad animi notum mihi arripisset,
ab humili priuataq; conditione ad am-
plissimos honores potuissem peruenire.
Nam populi multitudo semper mihi fauit,
& ad me confluit, ultrò operam suam in
omni re promittens: soli diuites, aduersa-
rios & propugnatores se præstiterunt.
Quorum decreto ut primum comperi pa-
ratos esse, qui ut ac per arma me corripere-
rent, sententia mutata pro temporum con-
ditione quieturus sum. Erat in manu mea
terrorem maximum eis iniicere, at si hoc
fecissem, incredibilis inuidia me in poste-
rum mansisset. Vale.

Epistola 141.

Cornelius quo cum tibi familiaris est &
frequens consuetudo, nuper tractus fuis-
set in carcerem, nisi sponsorum interuentu se
a creditoribus redemisset. Qui, ut eum eri-
peret, suas omnes fortunas, ipsam & adeo
uitam cum tota suppellectile uoluerunt op-
pignorare. Heri tamē abijt p posticum fur-

tim, & insalutato quidem hospite. Incer-
tum metu ne noui discriminis, in quo ma-
turius subueniret imploranti patri, qui in
repentinum quendam morbum fertur inci-
disse. Porro frater tuus apud omnes suspi-
citus habetur cuiusdam homicidij, propterea
sibi gentium tibi occurrat, ac etiam ta-
citate & in aurem, ut mature sibi præcau-
eat. Nam si corripitur, nullis precibus
quamlibet importunis consequi poterit,
ut legibus soluiatur in homicidas constitu-
tis. Dic salutem meo nomine nostratibus
amicis, atq; etiam si qua ratione fieri pos-
sit, reconcilia me patri mihi irato, quod li-
teris eius cunctantius paulò responderim.
Vale.

Epistola 142.

Omnia tibi contigerunt ex animi senten-
tia: idq; adeo, ut nihil maius queam uo-
uere. Vnum est tamen in quo non usque-
quaque mihi places, quod interim excru-
cies te ipsum. Si fomenta ista curarum pos-
ses relinquere, uiueres multo diutius. Nihil
enim est quod magis uitam imminuat, quàm
molesta illa animi ægritudines. Propterea
da operam, ut medearis & occurras huic
malo. Ante omnia caue, ne adeo immori-
ris lucro, ut propterea nolis te quandoq;
labori surripere. Nam nihil est in rerum na-
tura, quod exemplo dierum ac noctium al-
ternas uices feriarum quandoq; non desit
deret. Vale.

Epistola 143.

Admiror ingenium tuum, atq; etiã plu-
rimi facio paratam tuam in scribendo
celeritatem, quod priusquam uestigio pe-
dem

dem educas, multas sub manu uersus euo-
mas instar illius Chryssippi, cuius meminit
Valerius. Hoc tamen non eò ualet, ut proti-
nus euentilare debeas, quæ raptim adeo &
tumultuarie componis. Nam quo queque
res est acceleratio, eò minus perfecta. Con-
trà uerò, quo lentius incrementum susci-
pit, eò quoque tardius desinit. Saluta meo
nomine Hermodotum, eumque diuertas, ne
à scholastica uita ad aulicam se conuertat.
Principes isti sunt admodum liberales &
prodigi uerborum, suisq; famulis montes
& maria promittunt, ac uerborum indu-
cunt crudelitatem. At ubi diu satis eorum
opera usi sunt, uerba emittunt pro forma.
Vale.

Epistola 144.

Non parum mihi displices, nec mihi tan-
tum, at omnibus etiam, quibuscum ali-
quando fuit tibi frequens et familiaris con-
suetudo, quod unumquemq; crimineris pa-
lam & uituperes: quum tamen hodie scele-
rator te uiuat nemo. Consultius multo &
prudenter ageres, si tuam ipsius carperes
uitam. Nam (ut in Sallustium scribit Cice-
ro) carere debet omni uitio, qui in alterum
dicere est paratus. Fateor neminem esse mor-
talium, qui omnibus horis sapiat. Nihilom-
minus id intolerabile est, quum quis pergit
malè semper agere. Cæterum scis quid in
aurem tibi nuper dixerim. Laboras quodam
uitio arcano, & paucis cognito, à quo nisi
desuescas, tandem uenies in lucem. Veritas
enim filia est temporis, & dies omnia reue-
lat. Neq; est quicquam tam arcanum, quin
aliquando euentiletur, & à tenebris pro-
deat in apricum. Vale.

Epistola 145.

Eram uegetis uiribus & expedito cor-
pore, priusquam ad perdiscendas litte-
ras

animum appulsiem, nihil penitus dote-
bat mihi: at nocturnæ lucubrationes usque
adeo me attenuarunt & confecerunt, ut
pedibus infirmis subsistere nequeam. Desi-
nas erga mirari, si ægrè & inuitus serè re-
peto ludum literarium. Nam quotiescumq;
illuc redeo, uidere uideor locum incertis
& tristitia plenū, & quandam (ut aiunt)
Trophonij speluncam. Præterea toto serè
triennio oleum & operam lusi. Nam dedi
operam semitatio cuidam & pœnitendo
magistello, sub quo parum aut nihil omni-
no profeci, quod tamen negligentia meæ
non est ascribendum, at potius eius igno-
rantia. Erat enim planè rudis & illitera-
tus, nec unquam bonas literas, ne à limine
quidem salutauerat. Ut finiam, uniuersam
eius doctrinam uitiosa nuce non emerem.
Vale.

Epistola 146.

Mirantur nonnulli uitam rusticam tan-
tè à me cōmendari laudibus, et (quod
aiunt) ad cœlum ferri: qui si cognoscerent,
quantum in ea sit uoluptatis, relicti urbi-
bus uellent rusticari, uiro imprimis conue-
nienter natura, nihil est quod diuellat mi-
hi somnum. Nihil quod studium interpel-
let. Sed fac nobis rusticis non multum esse
diuitiarum, quid inde? Num tamen propte-
rea damnum certius aut propius medullis
accipimus, quàm uel maximè nummati?
Vos urbani & qui seruitis diuitibus, genia-
liter quidem & laute uiuatis: ac caretis li-
bertate, quam omnibus Arabum diuitijs lon-
gè præpono, perpetuam seruitutis seruitutē,
uobis obseruandum est, quid domini digito
crepent. Si uobiscum immaniter & centau-
rice loquantur, surdis auribus perferendæ

sunt omnes contumeliæ, nec licet hiscere præ metu. Nolim te incastigatum relinquere, nam uideris mihi attētor ad rem quam satis est. Quod autem dicit, me quibusdam ridiculum esse & cōtemptibilem ob meam istam pœnam & paupertatem, non uerte rim manum. Si percontaris ut ualeo, sum letus omnia, excepto quòd durum est mihi tandiu carere fructu iucundissimæ tuæ consuetudinis. Vale.

Epistola 147.

Peram meam ipsamq; adeò pecuniam tibi puero gratuitam semper contuli, nec minore studio adultum prosecutus sum. Non memini me unquã abrogasse tuis mandatis. Si quid in me beneficij contuleris, abundè aut etiam cum fœnore rependi. Propterea finem facias tuis calumnijs, neque pergas me fraudulentum & impostorem dicere. Nemo est omnium, qui non fateatur me hominem apertum, sine fūco & extra omnem doli suspicionem. Et si facultas mea sufficeret ad subleuandam & resarciendam istam tuam pœnam, faceres ad hoc periculum manifestius amoris erga te mei: at paupertas tua maior est multo, quàm quæ opibus meis subleuari possit. Aequi boniq; consulas hæc mea uerba: nam aliorum tendunt, quàm ut bilem & stomachum tibi moueant. Vale.

Epistola 148.

Alteris plurimum, si quid expectas gloriae ex eo opere quod in lucem nuper edidisti: nã præter plurima (quæ deprehenduntur passim) errata, peccasti in ipso quoque operis ingressu, & insulse adeò, ut nullus pateat excusationis locus. Fecisti plurimum quam de te cœperant omnes expectationem. Publicus erat rumor, te iam in literis abundè promouisse: at res longè aliter se habet, ut uideo. Si animus tuus aspirat ad diuitias, te oportet consultius rerum tuarum satagere. Hac enim uia non peruenitur ad honores & magistratus. Si me audis, diffuesce ab antiqua illa morum consuetudine. Vale.

Epistola 149.

Quum culpæ impunitas, et liberior peccandi licentia, atq; etiam leuitas pœnæ augere soleant uicia, non constitui in delictis uestris conuiuere. Si boni eritis, amabo uos unicè, nulli rei magis studebo, quàm utilitati uestre. Et quandiu pecuniæ mihi suppetent, nō permittam uobis deesse quicquam. Cōtrà uerò, si posthabita uirtute, diuertatis ad corruptissimos mores, & degeneretis à parentibus, quorum in culpa:issima fuit uita, augebo pœnas futurorum: tantum abest, ut eas imminuerem uelim. Si desideretis proficere in schola mea, fores apertæ sunt. Nullum penitus laborem detrecto, dummodo uideam uos bene uolos, & animo in me propenso. Vi spero nō pigebit uos meæ doctrinæ: nam (quod de Isocrate fertur) innumeri linguae Latinae principes ex meo ludo literario tanquam ex equo Troiano prodierunt. Nemo uerò strū propter adultam iam ætatē debet erubescere, quò minus proficiat. Nam & Catō iam octogenarius operam dedit literis gratis.

eis. Et parens eloquentiæ Cicero post amicitiam recoquendum Apollonio Moloni, clarissimos in repub. magistratus adhuc se derisissimo tunc dicendi magistro. Vale.

AD LECTOREM.

Habes, candidissime Lector, Textoris uiri per paucorum hominum aliquot epistolas non uulgaris eruditionis. Quem si fata diutius nobis seruassent incolumem, aut si inuidia teste, aut momo iudice, contendere, ceteros omnes nostræ tempestatis homines multis fuisse parasangis præcessurum stadijs. Sed quid facias, si unumquemque sua manenti fata. Stat parcarum constans ordo & inuariabilis. Superest Lector optime, ut mortuo seu potius è morte ad uitam uocato bene preceris, mortuum petulantissima non inseceris lingua, si uetat honestas iuxta & pietas mortuum ledere. Vale.

Tetrastichon ad pium Lectorem.

Quid tantis luges lachrymis, cur impia clamās
Numina. Textorem sic perijisse putas?
Num perijt, clausa quem fouent sidera sorte?
Desine, Textoris molliter ossa cubant.

FINIS.

**CAPITVM SIVE TITV-
LORVM OFFICINAE
Rauisij Textoris
INDEX.**

DE DEIS EORVM QVE CVLTV.

Titulus I.

| | |
|--|--------|
| D E diuersorum de Deo opinionibus, columna | 1 |
| De ijs qui deos primum coluerunt | 5 |
| De deis supernis | 6. & 7 |
| De deis infernis | 7 |
| De deis marinis | 7. & 8 |
| De deis nemorum | 8 |
| De deis selectis | 8 |
| De deis diuersis | 8 |
| De nymphis | 19 |
| De Gratijs | 21 |
| De Sibyllis | 22 |
| De parcis | 23 |
| De sacerdotibus ueteris legis | 23 |
| De sacerdotibus deorum gentilium | 24 |
| De Vestalibus uirginibus | 27 |
| De Prophetis | 28 |
| De diuinatione | 28 |
| De Vaticinijs | 30 |
| De Augurijs | 38 |
| De prodigijs & portentis | 76 |
| De Aruspicio | 41 |
| De deorum festis diebus | 43 |
| De celebritatib. praeipuis Gentilium | 44 |
| De sacrificijs humano cruore factis | 54 |
| De uarijs gentilium sacrificijs | 55 |
| De uocabulis quibusdam ad religionem spectantibus | 56 |
| De deorum quorundam certis ac proprijs sacrificijs | 57 |
| De deorum ornamentis | 59 |
| De locis deis quibusdam sacratis | 60 |
| De deorum curribus, & quibus animalibus | |

| | |
|------------------------------|----|
| bus eorum uehicula trahantur | 67 |
| De deorum amasijs | 71 |
| De contempторibus deorum | 82 |
| De Hereticis | 88 |

DE MVNDO.

Titulus II.

| | |
|---|-----|
| D E quatuor elementis | 96 |
| De uentis diuersis | 96 |
| De fontibus diuersis | 98 |
| De Lacubus, Paludibus ac stagnis | 100 |
| De fluijs praeipui nominis | 101 |
| De fluijs auriferis ac gemmiferis | 111 |
| De fluijs infernalibus | 111 |
| De aquarum mirabili natura | 112 |
| De fluijs reciproctis, amaris, & quibusdam alijs | 114 |
| De montibus praeipui nominis | 115 |
| De montibus flammiferis | 117 |
| De montibus frigidissimis | 117 |
| De montibus uitiferis | 117 |
| De montibus deis diuersis sacratis | 117 |
| De montibus urbae Romae | 119 |
| De columnis Herculeis | 118 |
| De arboribus diuersis | 118 |
| De arborum speciebus alijs | 140 |
| De deorum ac dearum arboribus | 141 |
| De syluis diuersis | 142 |
| De leguminibus diuersis | 144 |
| De fruticibus diuersis | 145 |
| De hortis memorabilibus | 145 |
| De floribus ac uiolis diuersis | 146 |
| De herbis diuersis | 146 |
| De animalibus quadrupedibus, & eorum natura | 150 |
| De animalibus, quorum ministerio sustentati homines | 185 |
| De animalibus ab hominibus mansuetis | 188 |
| De animalibus hominum ministeria implorantibus | 190 |

De ani-

INDEX.

| | | | |
|---|-------|--|-----|
| De animalibus, quorum ministerio usi homines | 191 | De diei ortus poeticis descriptionibus | 358 |
| De brutis animalibus, quae sepulchris ac stauis honorata sunt | 193 | De meridiei poeticis descriptionibus | 350 |
| De equorum & equarum celebrium praesentia | 195 | De crepusculi ac noctis descriptionibus poeticis | 361 |
| De equis Achillis | 200 | De medij noctis descriptionibus poeticis | 362 |
| De equis Martis | 201 | De equinoctij descriptionibus poeticis | 368 |
| De equis Solis | ibid. | | |
| De equis Plutonis | ibid. | | |
| De canibus eorumque fidelitate ac solertia | ibid. | | |
| De uermiculis diuersis | 204 | | |
| De serpentibus diuersis | 208 | | |
| De piscibus diuersis | 219 | | |
| De animalibus uolatilibus siue auibus | 249 | | |
| De auium differentijs | 279 | | |
| De auium ac aliorum animalium inimicitijs | 270 | | |
| De auium ac aliorum animalium uocibus | 280 | | |
| De auibus deis diuersis sacratis | 281 | | |
| De Harpijs ac monstris auibus | 283 | | |
| De gentium ac populorum uarijs ritibus ac moribus | 283 | | |
| De centauris | 342 | | |
| De populis ac hominibus qui re aliqua clari ac insignes | 343 | | |
| De gentium proprijs epithetis | 345 | | |
| De gentium diuersarum ornamentis ac insignibus | 346 | | |
| De miraculis quibusdam naturae | 346 | | |

**DE TEMPORE ET
eius partibus.
Titulus III.**

| | | | |
|---|-----|--|-----|
| D E anno & partibus eius | 354 | De diei ortus poeticis descriptionibus | 358 |
| De mensibus | 355 | De meridiei poeticis descriptionibus | 350 |
| De temporis infiniti poeticis descriptionibus | 357 | De crepusculi ac noctis descriptionibus poeticis | 361 |
| | | De medij noctis descriptionibus poeticis | 362 |
| | | De equinoctij descriptionibus poeticis | 368 |

**DE HOMINE.
Titulus IIII.**

| | |
|---|-----|
| D E corporis humani partibus, & quibus planetis singulae partes tribuantur | 374 |
| De membris corporis humani, & quibus zodiaci signis tribuantur | 364 |
| De corporis humani uiribus, quae ab elementis proueniunt | 364 |
| De patria ac natali solo illustrium uirorum | 364 |
| De ijs qui multos genuerunt | 367 |
| De ijs qui summa senectute liberos genuerunt | 368 |
| De nouercis quorundam hominum | 368 |
| De nutricibus diuersorum | 368 |
| De obstetricibus | 370 |
| De fratribus uterinis | 370 |
| De spurijs ac nothis | 370 |
| De denominationibus hominum a genere | 371 |
| De denominationibus a naturalibus, seu accidentalibus casibus | 372 |
| De uotis ac optatis hominum diuersis | 377 |
| De diuinarum excellentia & diuitibus | 379 |
| De paupertate ac pauperibus | 387 |
| De fortuna ac felicitate | 393 |
| De ijs qui ex humili fortuna clari aut diuites euaserunt | 395 |
| De ijs qui ex prospera fortuna ad humilem redacti sunt | 400 |
| De mulieribus ac uxoribus quibusdam illustribus | 402 |

h h h De

| | |
|--|--|
| De Amazonum rebus præclare gestis 409 | De ijs qui morbis aliquibus infecti & affe- cti fuerunt 488 |
| De bellis, ac alijs quibusdam malis à mulie- ribus exortis 411 | De eunuchis & spadonibus 491 |
| De mulieribus quæ maximi quandoq; bo- ni authores fuerunt 416 | De balbutientibus 493 |
| De mulieribus quæ ob diuersas causas uiri- lem habitum sunt mentis 417 | De mutis 494 |
| De uiris qui muliebri habitu induti fœmi- nas se fecerunt 418 | De male olentibus hominibus 494 |
| De ancillis quibusdam 420 | De ijs qui lippitudine laborarunt 495 |
| De seruis diuersis 422 | De Strabonibus, luscis, ac monoculis 495 |
| De seruorum quorundam nominibus ab officijs, ac alijs quibusdam rebus desum- ptis 422 | De cecitate & excæcatis 496 |
| De seruis ac libertis diuersorum 424 | De claudicantibus 502 |
| De ijs qui uiribus ac robore corporis ex- cellentes fuerunt 427 | De furiosis ac maniacis 504 |
| De Gigantibus 436 | De morte subitanea 509 |
| De beluarum ac monstrorum demitoribus 442 | De ijs qui uentris profluuio mortui sunt 512 |
| De liberatoribus quibusdam à summis pe- riculis 443 | De ijs qui morbo articulari mortui sunt 512 |
| De ijs quæ hominibus difficultia sunt factu 444 | De ijs qui morbo intercutis interierunt 513 |
| De pumilionibus ac parue omnino statu- re hominibus 444 | De ijs qui peste, ac epidymia late abrepti 513 |
| De Aloidis & Tradari filijs 445 | De pestilentijs memorabilibus 514 |
| De Cyclopibus 446 | De ijs qui apoplexia mortui 514 |
| De Curetum ac Corybantū officijs ac in- uentis 446 | De ijs qui sanguinis profluuio mortui 514 |
| De hominibus uentrosi & macilentis 447 | De ijs qui podagra mortui 515 |
| De ijs qui in uarias formas transmutati sunt 448. & 449 | De ijs qui mortui dissenteria 515 |
| De pulchritudine forme 450 | De ijs qui laterum dolore perierunt 515 |
| De ijs qui fuerunt deformosissimi 464 | De mulieribus quæ partus dolore mortuæ 516 |
| De moribus diuersis 467 | De ijs qui pediculari morbo sunt absum- pti 516 |
| De appellationibus eorū, qui diuersis mor- bis laborarunt 487 | De ijs qui diuersis morbis ac casibus sunt mortui 518 |
| | De ijs qui aquis submersi interierunt 522 |
| | De ijs qui suis casibus, aut naufragijs no- mina aquis imposuerunt 529 |
| | De |

| | |
|--|--|
| De ijs qui ab equis sunt occisi & discerpti 529 | rum opiniones 609 |
| De ijs qui equorum lapsu sunt mortui 531 | De partibus corporis, quibus anima præ- cipuus tribuitur 611 |
| De ijs qui à serpentibus sunt occisi 532 | De loco ac quiete animarum post hanc uitam, uariæ diuersorum opiniones 612 |
| De ijs qui ab apris interfecti 534 | De animarum sedibus apud inferos 614 |
| De ijs qui à leonibus sunt discerpti 535 | De furijs infernalibus 615 |
| De ijs qui à cambus laniati ac occisi sunt 536 | De diuersis inferorum iudicijs 617 |
| De ijs qui ferarum morsu sunt extincti 537 | |
| De fumo ac uaporibus suffocatis 539 | |
| De ijs qui in latrinis perierunt ibid. | |
| De gaudio & risu mortuis 540 | |
| De ijs qui in actu uenero mortui 541 | |
| De crapula nimioq; cibo & potu mortuis 542 | |
| De ijs qui siti ac fame perierunt 543 & 545 | |
| De fulmine tactis atq; exanimatis 548 | |
| De terra absorptis 551 | |
| De ijs qui scalarum ruina perierunt 553 | |
| De ijs qui sagittis confossi sunt ibid. | |
| De ijs qui aut lapidibus obruti sunt, aut murorum ruina perierunt ibid. | |
| De ijs qui ueneno extincti sunt 556 | |
| De ijs qui sibi uarijs modis mortem consci- uerunt, aut se alijs occidendos commi- serunt 552 | |
| De ijs qui optima ualetudine diuixerunt 596 | |
| De uiris illustribus, qui longè à patria, ac in aliena terra mortui sunt 600 | |
| De ijs qui mortui reuixerunt 602 | |
| De ijs qui in mortuo crudeliter se uerunt 603 | |
| De sepulturis ac uario apud diuersos inus- mandi ritu 606 | |
| De animæ substantia diuersæ philosopho- rum opiniones 609 | |
| | DE MAGISTRATV. Titulus V. |
| | DE diuersarum gentium regibus 619 |
| | DE tyrannide, ac diuersarum gentium tyrannis ibid. |
| | DE ritibus candidatorum, uel magistratus petentium 620 |
| | DE legibus, ac quomodo, item à quibus pri- mum promulgatæ 621 |
| | DE Aegyptiorum legibus 623 |
| | DE legibus Lacedæmoniorum 625 |
| | DE Romanorum legibus diuersis 626 |
| | DE tribunitijs magistratibus, & quæ tri- bunorum iura & potestas 634 |
| | DE Censuram iure ac potestate 637 |
| | DE Censoria poena, item in quos & qualis ferebatur 636 |
| | DE suppliciorum diuersis generibus 638 |
| | DE exilio & exilibus 642 |
| | DE ijs qui capti in carcere obierunt 647 |
| | DE iugulatis ac strangulatis ibid. |
| | DE decollatis 649 |
| | DE præcipitatis 650 |
| | DE crucifixis ac suspendio mortuis 651 |

| | | | |
|---|-----|---|-----|
| De combustis | 656 | De gymnasijs | 732 |
| De excoriatis | 659 | De insigni memoria | 733 |
| De nuncijs ac legatis | 659 | De obliuione, & ijs qui memoria excide- | |
| De ponderū nominibus ac ualoribus | 600 | runt | 734 |
| De mensuris | 661 | De ijs qui uerba facturi, aut memoria exci- | |
| De stadijs diuersis | 664 | derunt, aut penitus obmutuerunt | 735 |
| De numerofo militum exercitu | 664 | De uiris doctis in magno precio ac hono- | |
| De bellis in quibus multū cruoris effusum | | re habitis | 736 |
| est | 671 | De ijs qui literarum & literatorum fue- | |
| De bellicosjs uiris ac illustribus uictoribus | | runt amanissimi. | 744 |
| 673 | | De indoctis ac ijs qui literas oderunt | 752 |
| De instrumentis atque tormentis bellicis | | De mulieribus doctis | 752 |
| 688 | | De ijs qui multa scripserunt | 759 |
| De armorū uarijs generibus ac bellicis in- | | De ijs qui de rebus modicis opera scripse- | |
| strumentis | 693 | runt | 760 |
| De nominibus diuersis ad rem militarem | | De laboriosis, ac diuersarum artium peri- | |
| spectantibus | 695 | tis | 768 |
| De sagittarijs ac iaculatoribus peritis | | De bibliothecis memorabilibus | 763 |
| 707 | | De magia | 764 |
| De telorum bellicorum gladiatorumq; diuer- | | De ueneficis | 767 |
| sis generibus | 712 | De Astrologis | 772 |
| De proprijs diuersarum gentium armatu- | | De Geometris | 778 |
| ris | 718 | De Sophistis | 780 |
| De deorum diuersis sceptris ac armaturis | | De Oratoribus | 783 |
| 718 | | De Poetis Latinis | 786 |
| De uinculis diuersis ac compedibus | 719 | De Poetis Græcis | 809 |
| De coronis ac præmijs militaribus | 720 | De synonymis quibusdam poeticis | 819 |
| De ijs qui de diuersis regibus & populis | | De argumentis poeticis ab impossibili de- | |
| triumphauerunt | 722 | sumptis | 842 |
| De ijs, qui ob peculiare quasdam uirtutes | | De poeticis descriptionibus, quibus doce- | |
| statuas meruerunt | 724 | mur aliquid longè lateq; fieri | 846 |
| | | De poeticis descriptionibus, quibus ma- | |
| | | gnus ac frequens numerus exprimitur | 847 |
| | | De poeticis descriptionibus, quibus cur | |
| | | sus uelocissimus exprimitur | 849 |
| | | De musica & instrumentis musicis | 850 |
| | | De musicis ac cantoribus | 852 |
| | | De ijs qui citharædicam artem exercue | |
| | | runt | 854 |
| | | De ijs | |

Titulus VI.

DE nouem musis
De præceptoribus ac fæderis di-
ueriorum

729
732

| | | | |
|--|-------|--|-------|
| De ijs qui tibia ce:merant | 860 | De arte Fullonica | 969 |
| De ijs qui tuba claruerunt | 862 | De sigulis | ibid. |
| De Syrenarum cantu | 863 | De re nautica | 964 |
| De Historiographis | 863 | De nautis | 965 |
| De Medicis & Pharmacopolis | 872 | De Argonautis | 967 |
| De unguentis uarijs ac pharmacis | 881 | De periculis marinis | ibid. |
| De oleo | 889 | De nauigiorum diuersis generibus | 969 |
| De potionibus diuersis | 889 | De nauium proprijs nominibus | 973 |
| De excrementis & purgationibus humo- | | De uocabulis ad rem nauticam spectanti- | |
| rum | 890 | bus | 974 |
| De Grammaticis | 892 | De piscatoribus & urinatoribus | 976 |
| De notis Hieroglyphicis | 898 | De piscarijs | ibid. |
| De histrionibus ac fabularum actoribus | | De uenatoribus | 977 |
| 900 | | De aurigis ac equorum domitoribus | 982 |
| De diuersis lusorum generibus | 906 | De lanitoribus | 984 |
| De spectaculis uarijs | 909 | De portitoribus uel portarum custodibus | |
| De spectaculo magnificis impensis editis | | 984 | |
| 912 | | De coquinaria & cocis diuersis | 986 |
| De arte Athletica | 916 | De Vestilionibus uel cadauerum tumula- | |
| De Athletis, luclatoribus, ac pancratis | | toribus | 987 |
| 919 | | De mangonibus ac aliorum professionum | |
| De gladiatoribus | 926 | homnibus | 987 |
| De pictoribus ac picturis diuersis | 931 | De denominationibus à uarijs artium pro- | |
| De mulieribus, quæ picturæ artem exorna- | | fsionibus sumptis | 988 |
| runt | 936 | De artificum officinis | 1002 |
| De pigmentis | ibid. | De repositorijs rerum diuersarum | ibid. |
| De coloribus | ibid. | De diuersorum artificum operibus | 1003 |
| De sculptoribus, calatoribus, statuarijs, | | De ciborum diuersis speciebus | ibid. |
| ac marmorarijs | 937 | De panificij ac placentarum diuersis gene- | |
| De ijs qui artibus fabrilibus excelluerunt | | ribus | 1006 |
| 944 | | De mensarum delicijs, ac cibis quibusdam | |
| De architectis nobilioribus | 947 | delicatisimis | 1020 |
| De diuersorum ædificiorum ac locorum | | Decibus quibusdam hominibus gratis, ac | |
| conditoribus | 948 | diuerso populorum uictu | 1022 |
| De septem orbis miraculis | 951 | De uestiu ac uarijs uestimentorum specie- | |
| De alijs operibus & ædificijs sumptuosis | | bus | 1022 |
| 954 | | De gentium diuersarum proprio ac usita, | |
| De lanificij ac textura peritis | 961 | to uestitu | 1046 |
| De Tonforibus ac uario apud diuersos ton- | | De uestimentis quibusdam memorabilibus | |
| dandi ritibus | 962 | 1046 | |

| | | |
|---|--|-------|
| De edaciametorum diuersis generibus | De file seruati | 1138 |
| 1046 | De ueritatis studio | ibid. |
| De poculorum uasorumq; diuersis generibus | De astutia ac fraude | ibid. |
| 1049 | De constantia ac patientia in rebus aduersis | 1141 |
| De sacculorum uarijs nominibus | 1068 | 1151 |
| De subfelliorum diuersis speciebus | 1069 | 1156 |
| De uehiculorum uarijs generibus | ibid. | 1158 |
| De diuersarum rerum inuentoribus | 1076 | 1165 |
| De ijs qui proprijs inuentis perierunt | 1084 | 1170 |

DE VARIIS VIRTV,
TIBVS AC VICIIS.
Titulus VII.

| | | | |
|--|-------|---|---------------|
| De religione culta ac seruata | 1085 | De lite, rixis, ac contentionibus | 1174 |
| De amore coniugali | 1091 | De audacia ac temeritate | 1175 |
| De maritis qui uxores suas interfecerunt | 1095 | De metu ac timore | 1176 |
| De uxoribus quæ maritos suos occiderunt | 1096 | De mollicie ac hominibus effœminatiscati sunt | 1178 |
| De amore & indulgentia parentum in liberis | 1098 | De stultitia ac ijs qui parum sapientes iudicati sunt | 1182 |
| De amore filiorum erga parentes | 1101 | De crudelitate & immanitate | 1183 |
| De parentibus qui proprios filios occiderunt | 1103 | De seueritate | 1202 |
| De filijs qui parentes suos interfecerunt | 1109 | De clementia & humanitate | 1109 |
| De mutuo fratrum ac sororum amore | 1112 | De modestia & uerecundia | 1209 |
| De fratrum ac sororum interfectoribus | 1113 | De silentio ac taciturnitate | 1211 |
| De parricidio ac parricidis | 1112 | De libera & importuna loquacitate | 1212 |
| De seruatorum amore ac pietate in dominos | 1123 | De conuicijs in autores reuertis | 1214 |
| De amicitia uera ac animis arctissimè coniunctis | 1124 | De adulatione siue assentatione | 1215 |
| De iustitia ac eius cultoribus | 1130 | De liberalitate ac magnificencia | 1219 |
| De iniustitia eiusq; amatoribus | 1134 | De hospitalitate | 1228 |
| De proditione, periurio, ac perfidia | ibid. | De auaritia, sordè, illiberalitate | ibid. |
| | | De scenore & usura | ibid. |
| | | De prodigalitate | 1236 |
| | | De ingratitude | 1241 |
| | | De latrocinio | 1245 |
| | | De sacrilegio | ibid. |
| | | De pyratibus ac pædonibus | 1250 |
| | | De temperantia ac sobrietate | 1250. et 1253 |

De uita

| | | | |
|--|------|---|------|
| De uita austera ac solitaria | 1253 | De Zelotypia | 1312 |
| De sobrietate ac abstemijs | 1260 | De adulterio | 1313 |
| De gula, uoracitate, ac uiuolentia | 1260 | De incestu | 1317 |
| De uibidine ac lasciuia | 1280 | De Sodomia, cinceclis, pædiconibus uel pæthicis | 1323 |
| De meretricibus | 1293 | De animalium amatoribus | 1327 |
| De lenonibus & lenis | 1298 | De ijs qui à diuersis animalibus amati sunt | 1328 |
| De hominum amasijs | 1299 | De ocio, ignauia, & socordia | 1329 |
| De deorum ac hominum amasijs | 1302 | De somno & somnolentia | 1331 |
| De procis diuersarum mulierum | 1307 | De somni ministris | 1332 |
| De ritualibus siue eiusdem puellæ amatoribus | 1309 | De somni & mortis affinitate atq; cognitione | 1333 |
| De diuersarum puellarum raptoribus | 1310 | | |

PRIMI INDICIS
FINIS.

I N D E X.

INDEX CAPITVM SI-
VE TITVLORVM HV-
IUS OFFICINE, IN ORDINEM
LITERARUM RE-
DACTVS.

A

| | | | | |
|--|---------|------|---|------------|
| A Bstemij | columna | 1260 | Animalium amatores | 1327 |
| Achillis equi | | 200 | Animalium mimicitie | 270 |
| Adiuatores | | 1215 | Animalium uoces | 280 |
| Adulteri & adulteræ | | 1313 | Animalium quorundã morsu extincti | 537 |
| Aedificia sumptuosa | | 954 | Ab animalibus diuersis amati | 1328 |
| Aedificiorum diuersorum conditores | | 948 | Annus & eius partes | 354 |
| Aegyptiorum leges | | 623 | Apophibegmata quibus conuicia in auto- res re: orta sunt | 1214 |
| Aemuli alienæ laudis aut uirtutis | | 1173 | Apopiexia mortui | 514 |
| Aequinoctij descriptio | | 363 | Appellationes eorum qui uarijs morbis la- borarunt | 487 |
| Aloide | | 445 | Ab apris interfecti | 534 |
| Amasij deorum | 72. & | 1302 | Aquarum mirabilia | 112 |
| Amasij hominum | | 1299 | Aquis submersi | 522 |
| Amatores diuersarum rerum | | 1327 | Arbores diuersæ | 118. & 140 |
| Amatores animalium & aliarum rerum | | 1327 | Arbores deorum ac deorum | 142 |
| Amazones | | 409 | Architecti | 647 |
| Ambitiosi | | 1158 | Argonautæ | 967 |
| Amici arctissimi | | 1124 | Argumenta ab impossibili | 842 |
| Amor coniugalis | | 1091 | Argumenta quibus docemur aliquid lon- gè lateq; fieri | 846 |
| Ancilla | | 420 | Armaturæ gentium propriæ | 712. & |
| Anima principatus, quibus partibus cor- poris tribuatur | | 611 | Armorum uaria apud diuersos genera | 693 |
| Anima substantia | | 609 | Arrogantes | 2158 |
| Animarum quies post hanc uitam momen- taneam | | 612 | Artes liberales ac manuariæ | 729 |
| Animarum sedes apud inferos | | 614 | Artium diuersarum periti | 761 |
| Animalia aquatilia | | 219 | Artium opera | 1003 |
| Animalia quadrupedia | | 150 | Artium ac disciplinarum contemptores | 744 & 751 |
| Animalia reptilia | 207. & | 208 | Artifices uarij | 944 |
| Animalia uolatilia | | 249 | Artificum officina | 1002 |
| Animalia mansuetata | | 188 | Articulari morbo mortui | 512 |
| Animalia quorum ministerio usi homines | | 191 | Aruspices | 41 |
| Animalia quorum ministerio sustentati ho- | | | | |

Assenta.

I N D E X.

| | | | |
|----------------------|------------|---|-------|
| Assentatores | 1215 | Censoria poena | 636 |
| Astrologi | 772 | Centauri | 342 |
| Astuti | 1138 | Charites deæ | 21 |
| Athletæ | 916. & 919 | Cibus peculiaribus hominibus gratus atq; usitatus | 1022 |
| Auari | 1228 | Cibi electiles | 1020 |
| Audaces | 2175 | Cibi deliciares | ibid. |
| Augures | 38 | Cibo ac potu nimio mortui | 542 |
| Aues deorum | 281 | Ciborum diuersa genera | 1003 |
| Aues monstrosæ | 283 | Cinædi | 1123 |
| Auium nomina | 249 | Citharædi | 854 |
| Auium differentiæ | 279 | Clauði | 501 |
| Auium inimicitie | 270 | Clementes | 1205 |
| Auium uoces | 280 | Coci | 986 |
| Aurigæ | 981 | Colores | 636 |
| Auroræ descriptio | 353 | Combusti | 656 |
| Austeræ uitæ homines | 123 | Conlitores diuersorum locorum ac ædifi- ciorum | 948 |
| | | Coniugalis amor | 1091 |
| | | Constantissimi | 1142 |
| | | Conuicia in auihores retorta | 1214 |
| | | Corporis humani partes quibus planetis assignentur | 364 |
| | | Corporis uires | 427 |
| | | Coronæ diuersæ | 720 |
| | | Corybantæ | 446 |
| | | Crapula mortui | 542 |
| | | Crepusculi descriptio poetica | 362 |
| | | Crimes tendendi ritus apud diuersos | 961 |
| | | Crucifixi | 621 |
| | | Crudeles | 1103 |
| | | Crudelitas in mortuos | 903 |
| | | Curetes | 446 |
| | | Currus deorum quibus animalibus trahan- tur | 72 |
| | | Cursus uelocissimi descriptio | 849 |
| | | Cyclopes | 446 |
| | | | |
| | | D | |
| | | Decolores bonorum | 1236 |
| | | Decollati | 649 |
| | | | |

iii

Deus

I N D E X.

| | | | |
|---|-------|---|------------|
| Horti memorabiles | 145 | Laterum dolore mortui | 315 |
| Hospitales | 1228 | in Latrinis mortui | 539 |
| Humani | 1205 | Latrones | 1245 |
| Humani corporis partes quibus planetis ascribuntur | 364 | Laudis alienæ æmuli | 1170 |
| Humani corporis partes quibus zodiaci signis tribuantur | ibid. | Legati ac nunciij | 659 |
| ex Humili loco qui clari euaserunt | 395 | Leges quomodo & à quibus primum latæ | 621 |
| Hyades | 777 | Leges Aegyptiorum | 623 |
| | | Leges Lacedæmoniorum | 625 |
| | | Leges Romanorum | 626 |
| I | | Legumina | 144 |
| Acultores | 707 | Lenæ | 1298 |
| Ianitores | 984 | Lenones | ibid. |
| Ignauī | 1329 | à Leonibus discerpti | 535 |
| Illegitimè nati | 370 | Leuissimī cursus descriptio | 849 |
| Iliberales | 1228 | Liberales | 1219 |
| Immanes ac crudeles | 1183 | Liberatores quorundam à periculis | 442 |
| Impossibilitatis poetica descriptio | 841 | Liberos multos qui genuerunt | 367 |
| Incestuosi | 1517 | Liberti diuersorum | 424 |
| Indocti | 751 | Libidinosi | 1280 |
| Indulgentia parentum in liberos | 1098 | Libros infinitos qui scripserunt | 759 |
| Infœlices | 400 | Libros qui de modicis rebus scripserunt | 760 |
| Inferorum iudices | 617 | Linguae custoditæ | 1212 |
| Infiniti temporis descriptio | 357 | Linguae perniciēs | 1212 |
| Infortunati | 400 | Lippi | 495 |
| Iniusti | 1134 | Literas qui oderunt | 744. & 751 |
| Insignia diuersarum gentium | 346 | Literati uiri in magno precio habiti | 736 |
| Inspicientes | 1182 | Locorum diuersorum conditores | 948 |
| Intercutis morbo mortui | 513 | Loquacitas | 1112 |
| Inuētores diuersarum rerum | 1076 | Luctatores | 919 |
| Inuentis proprijs qui perierunt | 1084 | Ludorum diuersa genera | 906 |
| Inuidi | 1170 | Lusci | 295 |
| Iugulati | 647 | | |
| Iusti | 1130 | | |
| | | | |
| L | | | |
| Aboriofi | 761 | | |
| Lacedæmoniorum leges | 625 | | |
| Lacuum diuersorum enumeratio | 100 | M | |
| Lanificæ | 961 | Acilenti homines | 447 |
| Lapidibus obruti | 553 | Magi | 767 |
| Lascini | 1280 | Magistratus | 619 |
| | | Magistratus petentium ritus | 620 |
| | | Magna | |

I N D E X.

| | | | |
|---|------------|--|------------|
| Magnanimitas | 1151 | Mortem qui sibi ipsis conseruerunt | 561 |
| Malè olentes | 494 | Mortui diuersis morbis ac casibus | 518 |
| Mangones | 987 | Mortui extra patriam, aut in terra aliena | 600 |
| Maniaci | 504 | Mortui qui reuixerunt | 602 |
| Marina pericula | 967 | in Mortuos qui crudeliter sauerunt | 603 |
| Mariti uxorū interfectores | 1095 | Mulieres doctæ | 751 |
| Marmorarij | 937 | Mulieres arte pingendi insignes | 936 |
| Martus equi | 201 | Mulieres uirilem habitum mentitæ | 417 |
| Masculorum concubitores | 1323 | Mulieres multorum bellorum aliorumq; | |
| Medici | 872 | malorum autores | 411 |
| Memoria labilis | 734 | Mulieres maximi quandoque boni autores | 416 |
| Memoria clari atq; insignes | 733 | Mulieres partus dolore mortuæ | 516 |
| Memoria qui dicturi exciderunt & obmiserunt | 735 | Mulierum illustrium nomina | 402 |
| Mensarum deliciae | 1020 | Murorum ruina interfecti | 553 |
| Menses | 355 | Musæ nouem | 729 |
| Mensuræ | 661 | Musica, ac eius instrumenta | 850 |
| Meretrices | 1393 | Musici | 952 |
| Meridiei descriptio | 360 | Muti | 464 |
| Meticulosi | 1176 | | |
| Militaria uocabula | 695 | | |
| Milites strenuissimī | 673 | N | |
| Miracula naturæ | 346 | Nauis | 444 |
| Miracula orbis septem | 951 | Nauium diuersa genera | 969 |
| Modesti | 1209 | Nauium propria nomina | 973 |
| Molles ac effœminati | 1278 | Nauis | 964. & 965 |
| Monoculi | 495 | Nautica uocabula | 974 |
| Monstrorum domitores | 442 | Noctis poetica descriptio | 361 |
| Montes præcipui nominis | 115 | Noctis mediæ descriptio | 362 |
| Montes deis quibusdam sacrati | 117 | Nomina quorundam hominum à genere desumpta | 371 |
| Montes flammiferi | ibid. | Nomina à naturalibus siue accidentarijs casibus desumpta | 372 |
| Montes frigidissimi | ibid. | Nomina ad militiam spectantia | 695 |
| Montes uiriferi | ibid. | Nothi | 370 |
| Montes uerbis Romæ | 118 | Numeri infiniti descriptio | 847 |
| Morbi diuersi | 467 | Nunciij ac legati | 659 |
| Morborum appellationes | 487. & 488 | Nymphæ | 91 |
| Morbis aliquibus infecti | 487. & 488 | | |
| Morbis diuersis mortui | 518 | | |
| Mores ac ritus diuersarum gentium | 583 | O | |
| Mors subitanea | 209 | Obluiofi | 734. 735 |
| Mortis ac somni cognatio | 1333 | Obstetrices | 380 |
| | | | |
| | | iii | Offici- |

| | | | |
|---|-------|--|-----------|
| Officina artificum | 1002 | Placentarum species | 1008 |
| Olei species diuersæ | 889 | Planete corporis humani partibus assi- | |
| Oleres male | 494 | gnate | 364 |
| Optata quorundam hominum | 377 | Peliades | 778 |
| Oratores | 788 | Plutonis equi | 201 |
| Ornamenta ac insignia diuersarum gen- | | Pecula diuersa | 1049 |
| tium | 346 | Podagra mortui | 515 |
| Ociofi | 1329 | Poete Græci | 805 |
| | | Poete Latini | 786 |
| P | | Ponderum nomina | 660 |
| Attentia in rebus aduersis | 1141 | Populi re aliqua clari ac insignes | 348 |
| Paludes | 100 | Populi diuersi ritus ac mores | 283 |
| Panificij genera diuersa | 1006 | Populorum diuersorum ornamenta ac in- | |
| Pancraustæ | 919 | signia | 346 |
| Parce | 23 | Populorum diuersorum propria epitheta | |
| Parentes qui proprios filios occiderunt | | | |
| 1103 | | | |
| Parentum occisores | 1109 | Portenta | 76. & 346 |
| Parentum indulgentia in liberos | 1098 | Portitores | 984 |
| Parricide | 1112 | Potiones diuersæ | 889 |
| Parius dolore mortuæ | 516 | Potu nimio mortui | 542 |
| Pathici | 1323 | Præceptores | 731 |
| Patria illustrium uirorum | 364 | Præcipitati | 650 |
| Pauperes | 387 | Præcones | 850 |
| Pædagogi diuersorum | 731 | Prædones | 1250 |
| Pædicones | 1323 | Proci diuersarum puellarum | 1307 |
| Pediculari morbo mortui | 516 | Prodigi | 1236 |
| Pellices | 1293 | Prodigia | 76. & 346 |
| Perfidi | 1134 | Proditores | 1134 |
| Periuri | ibid. | Prophete | 28 |
| Peste mortui | 513 | Puellarum raptores | 1310 |
| Pestes memorabiles | 514 | Fugiles | 919 |
| Pharmaca diuersa | 881 | Pulcherrimi | 450 |
| Pharmacopole | 872 | Pumiliones | 444 |
| Pictores | 931 | Purgationes humorum | 890 |
| Pictura à mulieribus exornata | 936 | Pusilli | 444 |
| Pietas coniugalis | 1091 | Pyrate | 1250 |
| Pigmenta | 936 | | |
| Pingues | 447 | Q | |
| Piscatores | 976 | Vi multa scripserunt | 759 |
| Pisces diuersi | 219 | Qui ex humili loco clari euaserunt | |
| Piscarij | 976 | 195 | |
| | | | Qui |

| | | | |
|---|------|--|-------------|
| Qui ex prospera fortuna ad humilem ve- | | Serui ac liberti diuersorum | 424 |
| dacti sunt | 400 | Serui diuersi | 422 |
| Qui suis casibus aut naufragijs nomina a- | | Seruorum quorundam nomina ab officio | |
| quis imposuerunt | 529 | petita | ibid. |
| | | Seruorum pietas ac fidelitas in suos domi- | |
| | | nos | 1123 |
| | | Seueri | 1202 |
| R | | Sibyllæ | 22 |
| Adendi caput ritus apud diuersos | | Signa cœlestia quibus humani corporis | |
| 962 | | partibus tribuantur | 354 |
| Raptores puellarum | 1310 | Silentium | 1211 |
| Religionis uocabula | 56 | Siti qui perierunt | 543. & 545 |
| Religiosi | 1085 | Sobrij | 1250 & 1260 |
| Repositoria diuersarum rerum | 1002 | Socordia | 329 |
| Risu mortui | 540 | Sodomitæ | 1323 |
| Ritus ac mores diuersarum gentium | 283 | Solennitates deorum | 48 |
| Riuales | 1309 | Solis equi | 201 |
| Robusti | 427 | Solitarij | 1259 |
| Romanae urbis montes | 118 | Somni ministri | 1312 |
| Romanorum leges | 626 | Somni & mortis cognatio | 1313 |
| | | Somnolenti | 1331 |
| | | Sophistæ | 780 |
| S | | Sordidi | 1228 |
| Acculorum nomina | 1068 | Sororum interfectores | 1113 |
| Sagittarij | 707 | Spadones | 491 |
| Sagittis confossi | 553 | Spectacula magnificis expensis edita | 912 |
| Sacerdotes ueteris legis | 23 | Spectaculorum diuersa genera | 909 |
| Sacerdotes deorum gentilium | 24 | Spurij | 370 |
| Sacrificia uaria gentilium | 55 | Stadia diuersa | 664 |
| Sacrificia deis quibusdam propria | 57 | Stagna | 100 |
| Sacrificia humano cruore facta | 54 | Statuarij | 937 |
| Sanguinis profluuio mortui | 514 | Statuas qui promeruerunt | 724 |
| Scalarum ruina mortui | 552 | Stolidi | 1128 |
| Sceptra deorum | 718 | Strabones | 495 |
| Scribentes de rebus modicis | 760 | Strangulati | 647 |
| Sculptores | 937 | Stulti | 1182 |
| Scurræ | 1215 | Submersi aquis | 522 |
| Senes qui filios genuerunt | 358 | Subsillorum genera | 1069 |
| Senes qui diu uixerunt | 596 | Sumptuosæ edificia | 954 |
| Sepeliendi uarij ritus apud diuersos | 606 | Superni | 1158 |
| Serpentes | 208 | | |
| à Serpentibus occisi | 332 | | |

| | | | |
|--------------------------------------|-------|---|------|
| Suppliciorum diuersa genera | 638 | Ventrosi | 447 |
| Suspendio mortui | 651 | Veracissimi | 1138 |
| Syriae | 242 | Verecundi | 1209 |
| Synonims | 819 | Vermes diuersi | 204 |
| Syrciae | 863 | Versiformes | 449 |
| | | Vespillones | 937 |
| T | | Vestales uirgines | 27 |
| Aciturni | 1211 | Vestimenta memorabilia | 1046 |
| Telorum bellicorum species | 72 | Vestimentorum species | 1021 |
| Temerarij | 1175 | Vestitus diuersis gentibus peculiaris ac u- | |
| Temperantes | 1250 | sitatus | 1045 |
| Tempus ac eius partes | 354 | Victimae humano cruore factae | 54 |
| Temporis infiniti descriptio poetica | 357 | Vincula diuersa | 719 |
| Tenaces | 1228 | Vinolenti | 1260 |
| Tetrici | 1202 | Viola | 146 |
| Terra absorpti | 551 | Viri bellicosi | 673 |
| Textrices | 961 | Viri muliebrem habitum mentiti | 418 |
| Textores & textrices | ibid. | Viri uxorum interfectores | 1095 |
| Tibicines | 860 | Viribus corporis excellentissimi | 427 |
| Timidi | 1176 | Virtutes ac uicia | 1085 |
| Tondendiritus apud diuersos | 963 | Virtutis aemuli | 1170 |
| Transformati | 449 | Virtutis & doctrinae premia | 724 |
| Tribunitij magistratus | 634 | Vita longeva multorum | 536 |
| Triumphantes | 721 | Vitae austeri homines | 1263 |
| Tubicines | 862 | Vnguenta diuersa | 881 |
| Tumulatores cadauerum | 987 | Vocabula ad rem nauticam pertinentia | |
| Tyranni | 619 | 974 | |
| | | Vocabula ad militiam spectantia | 695 |
| V | | Vocabula ad religionem spectantia | 56 |
| Aporibus aut fumo suffocati | 339 | Volatilia | 249 |
| Vasorum genera | 1049 | Volumina infinita qui scripserunt | 759 |
| Vates | 30 | Voraces | 1260 |
| Vehiculorum uaria genera | 1069 | Vota diuersorum | 377 |
| Velocissimi cursus descriptio | 849 | Vrmatores | 976 |
| Venatores | 977 | Vxores magni nominis | 402 |
| Venefici | 767 | Vxorum interfectores | 1695 |
| Veneno sublatis | 556 | | |
| Venero actu mortui | 541 | Z | |
| Venti | 96 | Elotypi & zelotypae | 1312 |
| Ventris proflauio mortui | 52 | | |